UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini, ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris

Fumo, Bartolomeo

Antverpiae, 1570


urn:nbn:de:hbz:466:1-30427

Visual Library



Th. 2245.

G. II
19.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a fratre R D Sebastiani Sysslten

SVMMA,

SIVE AVREA ARMILLA.

BARTHOLOMÆI FVMI
Placentini, ordinis Prædicatorum,
ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris.

Societatis Jesu Paderborna. 1598.

Breuiter strictimq; omnia continens, quæ in iure canonico apud Theologos, & omnes Summas circa animarum curam diffuse dispersegq; tractantur.



ANTVERPIAE,
Apud Viduam & Hæredes Ioan. Steelsij.
M. D. LXX.
CVM PRIVILEGIO.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

REVERENDISSIMO D. D. CATELLANO TRIVVLTIO, EPISCOPO PLACENTINO, COMITIQVE, FR. BARTHOLOM. FVMVS VILAVR. EN. PLACENTINVS, ORDINIS PRAEDICATORVM, AC HAERETICAE PRAVITATIS INQVISITOR, S. D. P.

SVMMVS ille rerum omnium artifex Deus optimus, Reuerēdissime Archimandrita noster, antequam vllas conderet creaturas, in seipso sufficiens, omnem perfectionis plenitudinē, omnem excellentiæ gradum, omnē denique entitatis (vt ita loquar) modum perfectissimè complectebatur. Verū quoniam (diuo attestante Dionysio) boni natura hæc est, vt sese alijs communicet, mundum hunc multifarias rerum species continentem, in quibus ipse orbi artifex multis modis suam ostenderet maiestatem, plasmare decreuit. Vnde supermundanos primū illos spiritus, tribus Hierarchijs partitos, nouem pariter ordinibus discretos protulit, in quibus inexhaustæ bonitatis specimen depinxit, séque ab eisdem per intellectilem cognitionem participandū exhibuit. Dehinc tornatiles cælorum globos, radiosum Solis iubar, pallentem Lunā, fulgentia astra, mirabili imposuit harmonia, quæ omnia propriis motibus perpetua lege, cōgruenter aptauit. Quatuor postmodum finxit elementa, ignem videlicet aērem, pontum, & aridam, in quibus animantia quæque præcipuè hominem ad ipsius Dei optimi imaginem formatum, collocauit. At ne miseri mortales improba vrgerentur fame deperirēntq; lubricos vndis pisces, dulcia arboribus poma, virentia cōpis gramina producere mandauit. Sicque factū est, vt mundus iste ita examussim, et perpulchrè cōpactus fuerit, vt melius rectiusque fieri nequiuerit, quandoquidem superuacuaneū, vel otiosum nihil sit reperiri, neque necessarium quicquam in eo deesse cōtingat. Vnde fit, vt creaturæ omnes, & quæ præsertim ratione vigent, authorem suum toto virtutis conamine studeant imitari: Ita siquidem, vt gratiam, & bonitatem, quam à Deo optimo gratis acceperunt, gratis impartiantur, ne cū extremo vitæ termino ante tremendum Dei tribunal steterint: Vt quid pecuniam meam in sudario repositā seruastis, audire cogantur. Igitur iuxta viriū mearū mensurā liquid commodi alijs afferre cupiens laborem hunc haud paruum, humeris meis certè imparem, animarum me ardore stimulante, lubenter assumpsi. Conspiciens itaque in enucleandis conscientiæ casibus summarum lata volumina, perplexas materias, opinionum varias sententias, multiplices distinctiones, infinitas Doctorum citationes, & prolixam disputationum seriem, legentium animos ad nauseā prouocare, quamplurestue sacerdotes disputationibus non assuetas, à veritate ieiunos relinquere, lassāsque eorum mentes confundere librum hunc, quem Armillam Auream appellare dignū duxi. summo studio, nec minori labore edere curaui. Armillas in manibus mulieres Hebrææ, vt in Ezechiele legere est, Sabini verò

in læua brachio portare solebãt: sic sacerdotes, opus hoc in manibus per operis exercitium habere studeant. Hic profecto canones, & mensuras, quibus salubres animabus præparent medicinas breui calle inuenire poterunt. Prolixum volumẽ nequaquam connexui, neque adeo breue, aut mutilum, vt opportuna ad animæ salutem omiserim remedia, sed compendiosius truncatis, qui ad rem non faciebant, apicibus, reiectis etiam multarum legum citationibus, ac variis dictorum opinionibus omissis, aliquibus tamen de sacrorũ canonũ capitibus, theologicis, necnon & physicis rationibus breuiter collectis, nudam, digestamque veritatem in ianuis patenter exposui, vt qui huic operi incumbere voluerint, veritate citius reperta, animosius prosequantur. Sufficiat enim sacris sacerdotibus animarum curam gerentibus sinceram inuenisse veritatem: qua reperta, pœnitentem corrigere, instruere, & iudicare valeant. Si qui autem ingenio præstantiores, hæc altius repetere voluerint, citatos in hoc volumine Doctores videant, legantque. Sat itaq; mihi sit animæ negotium fideliter pertractasse, & imbecillioribus veluti edentulis pueris, digestum cibum subministrasse. Hos igitur Reuerendissime Antistes labores meos, quos multo sudore in hoc opere collocaui, ipsumque opus, humanissimæ amplitudini tuæ offero, dico, confero, humili supplicatione te vti patrem obsecrans, vt latis supercilijs. & serena fronte volumen hon (etsi tam dignum haud mereatur habere patronum) suscipias, amplectaris: nec despicias, vt sub tanti præsulis felici auspicio, in lucem prodire audeat. Ne quæso optime præsul filij tui munus (et si exiguum) reiicias, quandoquidem recta mente, æquoque animo offertur. Iampridem solertissime animarum pastor. Philotheam, laborum meorum veluti primitias Reuerendissimæ D. tuæ obtuleram, quæ immortalis animi dignitatem continebat: nunc vero ipsius si (forsan ægrotauerit) salubrem medelã, & opportuna exhibeo remedia, quæ te præcipuè decent, cum ob vitæ tuæ probitatem & morum honestatem, nec non ingenij præstantiam, ad Placentini gregis curam, Domino donante electus fueris, téque ad maiora ascensurum, annuente rerum authore, speremus. Vale vrbis nostra pater, & splendor.

REVERENDI PATRIS FRATRIS BARTHOLOMAEI FVMI, VILLauren. Placentini, Prædicatoriæ familiæ professoris, prauitatisque hæreticæ inquisitoris,

AVREÆ ARMILLÆ PRINCIPIVM.

1

ABBAS debet annũ vigesimum quintum incœpisse. cl. generalem de ætat. & quali. ord. & esse presbyter extra.e.ti.c.j. & à monasterio,cui debet præesse,eligi. c.abbatem.18.q.2. de eodemq; monasterio,si ibi sit persona idonea, eligi : aliàs de aliis monasteriis.eadem.q.c.quam sit.& Panor. in c.cùm monasterium.de elect.Non professus, vel alterius religionis, eligi non potest , quanuis postulari. Debet à prælato immediatè superiori confirmari. secundùm Host. & ab Episcopo diœcesano benedici, nec ante benedictionẽ debet ordinare.c.quoniã videm⁹.d .69. si tamẽ cõsuetudo est,q; benedicatur:secundũ quosdam.

2 ABBAS nõ potest præsse,vel pertinere simul ad duo monasteria , nisi vnum sit sub alio, vel ad aliud pertineat.de relig.dom.c.vlti.fin.

3 ABBAS potest facere,quæ ad officium suũ pertinẽt, si Episcopus tertiò requisitus cum humilitate,recuset eũ benedicere,de sup.neglig.prela.c.1.

4 ABBAS non potest renũciare exẽptioni suæ . de arbit.c.cum tempore.

5 ABBAS potest absoluere monachos suos ab omnibus peccatis & cẽsuris,nisi specialiter alteri de iure reseruentur:secundum Innoc.in c. nuper. de sent.exc.& Tho.in 4.sen.d.18.q.2. a.1.ql.1.& Arch.Flo.3.part.titu.2.c.c. 77.Panor.tamẽ in c.monachi.de sent. exc.tenet contrarium,contra communem opin.prædictorum , & aliorum multorum Doctor. Sunt etiam inspicienda eorum priuilegia,super huiusmodi.

6 ABBAS presbyter benedictus, vel recusatus,ab Episcopo,potest conferre omnes ordines minores in suo monasterio, & suis monachis , seu illis, qui vt efficiantur monachi,illuc accesserunt,omnibus etiam secularibus,super quibus habet quasi Episcopalẽ iurisdictionẽ, & etiam in alio monasterio,si est inuitatus ab eius Abbate, & illud monasterium sit exemptum, potest conferre,aliàs non: secundum d. Anto.post Host.in c.cùm contingat. de ætat.& quali. ordi.& eadem ratio est de omnibus ordinibus minoribus secundùm Doct.& præcipuè Arch.in c.quoniã.d.69.quia hoc priuilegiũ latè interpretandum est:quoniam alteri non præiudicat.

7 ABBAS potest dispensare cũ monachis super irregularitate , quã recipiendo ordines in excommunicatione contraxerunt,facti tamen memoriam, vel iuris petitiam non habẽtes, & factum non fuit enorme. secundũ communiter Doct.in aliis autẽ irregularitatibus non potest de iure cõmuni secundum Panor.in c. illorũ.de sent. exc.nisi expressè ius commune concedat. Potest etiam dispensare in votis ante religionis ingressum factis:secundũm gl.in c.noluit.33.q.3. facta verò in religione,irritare,& annullare. infrà,Votum.7.&.9.Sunt tamen viden-

da eorum priuilegia ſuper abſolutione: quia multa habent, ſed de iure cõmuni hæc dicta ſunt.

[8] ABBAS poteſt conſecrare eccleſias, vel altare, cœmeterium reconciliare, cõſecrare oleũ ad infirmos, benedicere moniales, conſecrare corporalia, benedicere veſtes, & vaſa, calices, & omnia, quæ ad Dei cultum appropriãtur, ſi habeat â Papa ex commiſſione, vel ex iure, vel ex priuilegio, vel ex cõſuetudine ſcita, & approbata per Papam: quia hæc non habent actũ immediatè circa corpus Chriſti verum, ſed circa corpus myſticũ, ideò per Papam poſſunt ſacerdoti cõmitti: quia non ſunt ſtricti ordinis Epiſcopalis. Non tamẽ poteſt ex cõmiſſione Papæ, ordines ſacros cõferre: quia hoc circa corpus Chriſti verum, vel circa eius materiam, actum habet immediatè, & eſt ſtricti ordinis Epiſcopalis. Hæc eliciuntur ex S. Tho. 4. ſen. d. 7. q. 3. a. 1. ql. 2. ad 3. & d. 23. a. 3. ql. vlt. & ex Pet. de Pal. 4. d. 7. quamuis multi: vt Ab. in c. quanto. de conſue. Ang. ver. benedictio. & Roſ. ver. eo. diuerſa loquantur, quæ adducere longum eſſet. Multa alia poteſt iuxta ſua priuilegia, quæ eſſent inſpicienda.

[9] ABBAS, ſeu alius prælatus, nõ poteſt ſine conſenſu capituli officialẽ generalẽ cum iuriſdictiõe, vt gerat omnia eccleſiæ negotia, tã in iudicio, quã extra, facere: quia hoc cõputari poteſt inter ardua nec talis poteſt eſſe laicus: vt in c. iudicatũ. d. 89. & ſic intelligitur, quod not. Inno. c. edoceri. de reſcrip.

[10] ABBATE mortuo, officiũ prioris clauſtralis expirat, ſi ab ipſo abbate fuit inſtitutus, ſicut mortuo Epiſcopo, officium vicarij expirat: vt no. gl. in cle. fin. de procur.

[11] ABBAS non venit appellatiõe monachorum in materia odioſa, licet benẽ in materia fauorabili: ſecundum Doct. in c. fin. de ſimo.

[12] ABBAS tenetur habere curã animarum ſibi commiſſarum, & monaſterij, & magna negligẽtia eſt mortalis: ſecundũ gloſ. in c. ea quę, de offic. archi. & corrigere exceſſus ſubditorum: vt d. glo. dere. in c. pe.

ABBATISSA.

[1] ABBATISSA ante trigeſimũ annũ nõ debet eligi. de elect. in 6. c. indẽnitatib⁹. Antiquitus th debebat eſſe ſexagenaria. c. iuuenculas. 20. q. 1. ſecus ſi poſtuletur. Et dicit Tho. 1. Tim. 5. Inordinatum eſſe, quod iuuenculæ fiant abbatiſſæ. Debet etiam eſſe profeſſa ordinem regularem.

[2] ABBATISSA non poteſt ordinare, nec clauem iuriſdictionis, vel ordinis habere, ſed ei cõmittitur aliquis vſus clauium, ſicut corripere mulieres ſubditas: ſecundum Tho. 4. ſent. d. 19. a. 2. Et d. 25. q. 2. a. 1. ql. 1. ad ſecundũ dicit, quod abbatiſſæ nõ habẽt prælationem ordinariam, ſed quaſi ex commiſſione, propter periculũ cohabitationis virorum.

[3] ABBATISSA poſt confirmationem poteſt conferre eccleſias, beneficia, inſtituere clericos in eccleſijs ad ſuum monaſterium pertinentibus, quæ ſunt ſibi pleno iure ſubiectæ, quò ad temporalia, & ſpiritualia: ſecundum Panor. c. dilecta. de maio. & obe. & ſic videtur capax huius iuriſdictionis ſpiritualis, quod intellige ex commiſſione, & non ex ordinaria poteſtate: non dat tamẽ authoritatem abſoluendi, vel alia, quæ ſunt claiuium, quarum capax mulier non eſt.

[4] ABBATISSA poteſt aliquo modo ſuſpẽdere ab officio, beneficio, & ordine, puta, ſubiectis præcipiendo ne celebrent donec ſatisfecerint, & ſimilia: non tamẽ propriè poteſt ſuſpẽdere, ita vt cõtrafacientes irregularitatẽ incurrãt. Panor. in c. dilecta. de maio. & obe. & c. meminimus. de accu.

[5] ABBATISSA licet non poſſit excõmunicare, nec ab excõmunicatione abſoluere: vt in d. c. dilecta. tamẽ ſecundum Rod. vt recitat Aſten. l. 6. ti. 26. ſuis presbyteris poteſt præcipere vt excommunicent, & abſoluant moniales delinquentes, & illi tenentur obedire, ſi tamen hoc habeat ex conceſſione

cessione speciali, vel generali Episcopi, vel Papæ. si sit exempta, vel exantiqua & approbata consuetudine, infrà. Excommunicatio. §. 24.

6 ABBATISSA potest in matutinis euangelium legere, non tamen in missa, nec prædicare, aut publice docere: secùdùm gl. c. noua. de pœni. & remi. potest tamé suas moniales, & sibi subditos monere, & hortari. Non potest velare moniales. 20. q. 1. c. statuimus. Non debet loqui cum aliquo sola. 18. q. 2. c. diffinimus. neque moniales mittere ad locutorium ad loquendum solas: secùdùm Archi. quia par. imò maior ratio est.

7 ABBATISSA potest permittere monialibus, vt victum, & lucra, quę, & quæ manibus acquirùt in proprios & necessarios vsus conuertant. not. Panor. c. edoceri. de rescript. & Ioan. Andr. in c. cùm ad monasterium. de statu. re.

8 IN electione abbatissæ debet seruari forma capitul. quia propter. de electionib. Vide ibi Dominicũ. de Sanct. Geminia. & in capit. indemnitatibus. §. sanè. eodem titulo, libro sexto, cùm ibi dicatur via scrutinij. & subdit aliud speciale in electione abbatissæ: quia potest fieri assessus, recedendo ab vna electione, transeundo ad aliam, sicut in electione Papæ: debet tamen fieri antequàm diuertant ad actus extraneos: earum tamen decreta, & priuilegia, si qua habét, debent inspici, & seruari. Qui verò ad dirigendum eas in huiusmodi electionibus, quomodo incurrant excommunicationem, nisi abstineant ab his, per quæ discordia possit oriri, vide infrà excommunicatio. 88.

ABORSVS.

1 ABORSVS inter maleficia cõputatur, & est cõtra naturam: quia etiam bruta fœtum expectant: ideò procurans aborsum voluntariè, si fœtus formatus est anima rationali, verè est homicidia, mortalitérque peccat, & si sequitur effectus, irregularis est: secùdùm Th. 4. sen. d. 31. in litera. Si autem fœtus non viuebat anima rationali, licèt mortaliter peccet, non tamé efficitur irregularis. Facit ad hoc. c. ali quando. 32. q. 2. Alijs autem pœnis: secundum leges ciuiles, tales puniũtur.

2 DARE medicinam prægnantibus vt abortiantur, ad præseruãdum eas à morte: secundùm Ioan. de Napol. in 10. quol. si fœtus est animatus anima rationali, nõ licèt sine mortali. Non enim debemus vni nocere, vt alter iuuetur. Si verò nõdum erat tali anima viuens, licèt dare talem medicinam. vt mulierem prægnantem à morte liberet: quia licèt impediat talem animationem, non tamen est causa mortis hominis. Si tamé res dubia esset, videretur mortaliter peccare: secùdùm Archid. Flor.

3 TEMPVS animationis in masculo, est spatium dierũ. 40. in fœmina verò. 80. vel circa Panormi. cap. si quis. de homi. Pœnæ corporales procurantium aborsum cum effectu ponũtur. ff. de pœ. l. si quis aliquid. §. qui abortionis.

ABROGATIO.

1 ABROGARE est destruere, vel in totum delere: vnde lex abrogata, id est, in totũ sublata, vel destructa. Derogatur autem legi multipliciter. Primò, contraria consuetudine, quæ est nota principi. d. 4. §. leges. Secundò, contraria constitutione. 31. di. c. antetiennium. Tertiò, cessatione causæ. c. neophytus. 61. d. Quartò, locorũ varietate. c. aliter. 31. di. Quintò, nimio rigore canonis. 34. di. c. fraternitatis. Sextò, propter malũ inde sequens. d. 63. §. verum. Summistę ad tria reducunt, videlicèt propter consuetudinẽ, propter disparem temporum successionem, & propter emergentia mala, de quibus Tho. 12. q. 97. a. 1. 2. 3. Hæc intellige de legibus humanis tantùm.

ABSENS.

1 ABSENTES sine eorum culpa: vt quia sunt exules, vel timét potentiam tyrãni, vocandi sunt, vt saltẽ constituãt procuratorẽ. Inn. in c. 2. de no. ope. nun.

2 ABSENS si ab vniuersitate contemnatur in actibus, in quibus debet vocari, vel legitimè non vocetur, debet ab eius petitionè actus retractari: quia legitimè gestus non est. de elect. c. bonę memoriæ el. 2. Idem sentit Bart. l. omnes populi. ff. de iustit. & iur.

3 ABSENTES vocandi sunt in actu electionis, vbi hoc dictat consuetudo: vt no. gl. c. 2. de testi. in. 6. Itè in cessatione à diuinis: vt c. si canonici. de of. or. in 6. In collatiõe prębendarũ: vt in c. cũ in ecclesijs. de prębe. in 6. in alijs casibus regulariter nõ sunt vocãdi. Et dicũtur absentes, qui nõ faciũt residentiam in loco, vbi est ecclesia: vt in c. hoc ius porrectũ. 10. q. 2. Sed vbi occurreret casus similis in pondere prædictis tribus, deberent absentes vocari, propter identitatẽ rationis: vt in c. cùm dilecta. de confirm. vti vel inuti.

4 ABSENTARE se ab ecclesia sine rationabili causa nõ debet prælatus: vt in c. ne pro defectu. de electio. nec maritus ab vxore, cùm nõ habeat sui corporis potestatem no. in c. manifestẽ. 33. q. 5. nisi propter votũ subsidij terræ sanctæ. cap. ex multa. de vo. Ambasciatores dolosè absentes plusquã expediat, vel ex sua volũtate, peccãt, & tenentur restituere expensas mittenti. l. qui data. ff. ex quib. cau. maio.

ABSOLVTIO.

1 ABSOLVTIO idẽ est, quòd vinculi ruptio, vel remotio impedimẽti. Sed relicta absolutiõe corporali, de spirituali loquamur, quæ est duplex, scilicèt iurisdictionis. & ordinis, & de ista scilicèt ordinis, primò dicẽdũ est.

2 ABSOLVTIO ordinis, est de necessitate salutis illi, qui in peccatũ mortale cecidit, quia per hoc sacramẽtum fit particeps passionis Christi, cuius virtute omne peccatũ dimittitur, secũdum Th. 4. sen. d. 18. q. 2. a. 2. quo. 1. d. 17. q. 3. a. 1. quol. 1. In articulo necessitatis. sufficit absolutio in voto, vt d. idem Tho. 4. sent. d. q. 2. a. 1. quol. 2. ad secundum.

3 ABSOLVERE potest solus sacerdos, & omnis sacerdos est capax huius potestatis secũdùm eundẽ, vbi suprà. vbi dicit, quòd non est hæc absolutio de lege naturę, sed diuina à Christo instituta.

4 FORMA huius sacraméti cõsistit (vt in consilio Florentino sub Eugenio legitur) in his verbis, Ego te absoluo. Nec aliud de necessitate requiritur Tho. 3. parte. q. 84. a. 3. Ly ego, non est de necessitate, sicut nec in forma baptismi, quia subintelligitur in ly absoluo, secundũ Caie. in summa, ver. absolutio. Neque impositiuo manuum super caput est necessaria. Est etiam decens dicere illud, Dominus noster Iesus Christus, &c. Et illud, Passio domini nostri, &c. secundùm Caie. ibi. Et si absoluẽs dicat, nos absoluimus te, vel vos, causa honoris, secundùm Caie. ibi, tenet absolutio, quia ex accõmodatione vsus, idem significatur peccat tamen sic faciens, quia à verbis per ecclesiam determinatis in forma huius sacramenti declinat.

5 ABSOLVI debet quis prius ab excommunicatione minori, & maiori, si est ligatus, quàm à peccatis, vt ferè omnes theologi dicunt, & præcipuè Tho. 4. sent. dist. 19. q. 1. a. vlt. quol. 2. ad. 2. quia quãdiu quis est excõmunicatus, non potest recipere aliquod ecclesiæ sacramentũ. Hanc opinionem sequitur. Pe. de pa. 4. d. 17. q. 6. in conclusione. 2. vbi expressè dicit, quod excommunicatus, etiam ignorãs suã excommunicationem, tenetur reiterate confessionem post absolutionem, quando ei innotescit: quia talis absolutio nulla fuit, sicut si eligeretur etiã ignoranter, electio nulla esset. Hoc idem tenet Archid. Flor. & communiter omnes. & qui oppositũ facit, mortaliter peccat, quia contra legem agit. de sentẽ. Excom. c. à nobis el. 2. & quia participat cum excommunicato in sacramento. 24. q. 1. c. quicunq;. Caiet. tamen ver. absolutio. videtur tenere cõtrariũ. Dicit enim primò, quod absolutio ab excõmunicato susceptа nõ tenet, quantum ad præsentem fructũ & sacrilegium absoluens committit.

Secun-

Secũdò: quòd si excommunicatus recipit absolutionẽ ignorãter, tali videlicet ignorantia, quæ potest excusare, vt puta iuris, vel facti, & est verè pœnitens, tenet absolutio: etiam quantum ad præsentem fructum, & licet teneatur postmodùm quærere, & obtinere absolutionem ab excommunicatione, non tamen à peccatis, & propterea dicit poteris multos scrupulosos consolari. Hoc directè est contra Pet. de pal. vbi suprà. Tertiò dicit, quod absolutio impensa excommunicato, tenet: quia licèt sit iure prohibita, & illicita: non tamen dicitur quòd sit nulla. Affertque similitudinem de excommunicato ordines suscipiente: quia licèt peccet, ordo tamen tenet. A simili de sacramento pœnitentiæ. Et dicit, licèt tunc absolutus non recipiat pœnitentiæ effectum, quia perseuerat in peccato: tamen recedente peccato habebit effectum. Hæc opinio videtur esse contra S. Thom. qui dicit, quod excommunicatus non potest absolui à peccatis: tamen nõ dicit Tho. q; si absoluatur, non teneat absolutio. multa enim non possunt fieri, scilicèt de iure, quę si fiãt, tenent. Qui ergo dicunt nõ posse absolui, intelligunt de iure, vel sine peccato mortali, quia illa dicimur posse, quæ de iure, & ritè possumus. Propterea licèt hæc opinio sit contra Pe. de pa. & Archi. non tamen video q; sit contra Th. securior tamen est prima opinio.

§ ABSOLVTIO facta sub cõditiõe de futuro, non tenet: vt puta, si soluetis decem, quia talis non est simpliciter absolutus: de re. iu. l. 6. c. actus. Secus de præterito: quia nõ est propriè cõditio, secundum Pa. c. de quibus. de baptis. Conditio enim de futuro, suspẽdit actũ vsq; ad aduentum conditionis, & ex consequenti, cũ deficiãt verba prolata adueniente conditione, nõ poterũt operari. Nec sub rati habitiõe tenet, quia res pendet, licèt voce fiat, potest enim irritari. Constat enim nõ esse in potestate absoluentis conferre nunc sacramentum, & suspendere effectum illius in tempus futuræ ratificationis, secundùm Caieta. ibi, & exponere discrimini, vt sit nullum, si irritetur. Nec debet fieri sub conditione de præsenti, vt dicendo, si promittis restituere, vel superiori te præsentare, ego te absoluo. Facta tamen, extante conditione, tenet. Si tamen dubitat de absolutione potest absoluere hoc modo. Si non es absolutus, ego te absoluo sicut de baptizante. Quòd si reiteret absolutionem, nisi hoc modo, peccat, iniuriam faciens sacramento. Vnde si alicui sit commissa à superiori potestas absoluendi ab aliquibus casibus reseruatis sub aliqua cõditione, vt puta, quòd faciat talem eleemosinam, debet pœnitentem talẽ pœnitentiam acceptantem absoluere simpliciter, & absolutè: quia nulla cõmissio potest alterare formam sacramenti, secundùm Caie. ibi. Et si nõ facit pœnitens, peccat quidem, non tamen tenetur reiterare confessionem: quia verè fuit absolutus, sed de hoc peccato confiteri. Per hoc patet opinionem quã recitat Rosel. in ver. Absolutio, quinto. quæ dicit, quòd prælatus potest committere ea, quæ ad ipsum pertinent, sub hac conditione, videlicèt. Cõmitto tibi audire cõfessiones, & absoluere de talibus casibus: quando absens fuero, sub tali conditione, quòd mihi eadem confiteãtur, quando fuero reuersus: nõ esse securam, quam non prosequor, quia sufficiunt rationes adductæ.

7 ABSOLVERE potest sacerdos ante satisfactionẽ & iniunctionẽ pœnitẽtiæ, dummodò satisfactio præcedat in præparatione animi, aliter nõ esset capax absolutionis, vt habetur in glo. in ver. audire. per cle. dudũ. de sepul. meliùs tamẽ est, vt imponatur prius pœnitentia, quã si accepter, absoluar. si autem receptare nolit, quid fiet? vide infrà, Confessio §. 29. Satisfactio. 6. 1.

Absoluere nõ potest vnus, & alius audire, ne sacramentum diuidatur. ar. c. quorundã. 23. d. Secus esset in foro exteriori, scilicèt in excommunicatio-

ne. Neque plures in foro pœnitentiæ: simul absolueret, neque absolui, eadē ratione possunt.

8 QVANDO quis habet multa peccata, quædā reseruata, quædā non, debet omnia vni sacerdoti cōfiteri, vt cōfessio sit integra: & hic absoluer à quibus poterit, de alijs verò ad superiorem remittet, cui dicet se cōfessum omnia peccata, sed de talibus non potuisse absolui, ideò petere absolutionē. Sed melius est, q; primò vadat ad superiorem, & petat licentiam vt possit absolui, & obtenta licentia, confiteatur de omnibus. Hæc eliciuntur à Tho. 4. sent. d. 17. q. 3. a. 4. ql. 2. ad. 4. Et hunc vsum seruat ecclesia, secundùm Pe. de pa. ar. 33. q. 2. c. latorem. Quòd si absoluerit ab omnibus sacerdos, etiam de quibus non potest, non est absolutus, nisi de his, de quibus potuit: de alijs si à superiori fuerit absolutus, non tenetur amplius reconfiteri, neq; redire ad primū, quia non vitiatur vtile per inutile, nec oportet quod omnia confiteatur secundò, si omnia confessus est primò.

9 SI solus sacerdos, secundū Tho. 4. sen. d. 17. q. 3. ar. 3. ql. 1. potest absolute in foro pœnitētiali, sequitur quòd non sacerdos. & si in articulo mortis possit audire, non tamen absoluere à peccatis. secus de excōmunicatione, vt infrà. §. 39. & si absoluat vt sacerdos, secundùm aliquos est irregularis, sicut si celebrat. hoc tamē est dubium: quia nō est expressum in iure, sicut de celebrante. ideò non videtur irregularis, c. is qui. de sent. excō. lib. 6. infrà. Irregularitas §. 65. 66.

10 ABSOLVTIO à proprio sacerdote obtinēda est: quia ad absolutionem nō sufficit ordo, sed requiritur iurisdicti›, & per. c. omnis vtriusq;. de pœ. & remiss. Et quilibet sacerdos potest audire, & absoluere de licētia papæ, vel Episcopi, etiam contra volūtatem proprij sacerdotis parochialis, secundum Tho. quol. 12. a. 31. Vnde dicentes, quòd confitentes fratribus habētibus licentiā generalē audiendi confessiones, tenētur eadē peccata recōfiteri proprio sacerdoti, & q; Romanus Pōtifex stante statuto c. omnis vtriusq; sexus. de pœ. & re. nō potest facere quòd parochiani non cōfiteantur peccata sua semel in anno proprio sacerdoti id est, suo curato, imò quòd Deus hoc nō potest facere, & quòd papa nō potest dare licētiā generalē, seu potestatē audiēdi cōfessiones: sunt cōdemnati tanquā hæretici, in extraua. Ioan. 22. quæ incipit, Vas electionis. &c.

11 MVLTI sunt proprij sacerdotes, vt d. Pa. in d. c. omnis. ver. proprio sacerdoti. sed quia hodie sunt quasi infiniti religiosi, qui per priuilegia possūt audire & absoluere, non me extendam vltrà.

12 IN articulo necessitatis quilibet sacerdos dicitur proprius, quandò probabiliter imminet mortis periculum, & aliquis de proprijs sacerdotibus haberi non potest, qui sacerdos potest quēlibet de quolibet peccato audire, & absoluere, & de omni excommunicatione, vt tenet glo. in c. pastoralis. de of. or. quam sequuntur communiter doc. ita quòd de prædictis peccatis nō oportet amplius confiteri, nec absolui: nec etiam de excommunicationibus quantumcunque reseruatis, secūdùm Inno. in c. nuper. de sen. excō. de excommunicatione tamē post euasionem periculi, oportet se præsentare ei, qui poterat absoluere, non vt absoluat, sed ne reincidat, vt in c. eos. de sen. exc. in 6. & secundum Archid. 3. parte. ti. 14. c. 18. conditiōe. 15. & hoc intellige, de quolibet sacerdote, siue sit præcisus, hæreticus, suspensus, vel excōmunicatus, dummodo intendat absoluere, & non sit periculū subuersionis: quia necessitas legi positiuæ nō subiacet, & propter characterē semper est sacerdos. Articulus autem necessitatis extremæ est, quando vt in pluribus accidit mors, & superior, qui possit absoluere, non adest. gl. c. pastoralis. de of. or. Et hic nomine casuum non veniunt dispensationes, vel commutationes, quæ non sunt peccata.

13 IN articulo necessitatis deficiente sacerdote, potest quis laico confiteri: nō tamē (secundū veriorē opinionem) tenetur, & secūdum Archi. tertia parte, ti. 24. c. 18. post Gul. & Pet. de pa. bene tamen facit, si confiteatur: quia hæc confessio ex desiderio sacerdotis est quasi sacramentalis, secundū Th. 4. sen. d. 17. q. 3. a. 3. quol. 2. Tamen si euadit, oportet postmodum sacerdoti vero cōfiteri de eisdē, vt sacramentū sit perfectum, secundum eundem. An autem possit laicus absoluere ab excommunicatione, vide infra. §. 39.

14 PRAELATI exempti, vt abbates priores, guardiani, ministri, vicarij generales qui superiorē in domo nō habēt, possunt sibi eligere cōfessorem, sicut Episcopi, cardinales autem non Episcopi, neque legati, non, neq; priores sub abbate. Et supradicti possunt absolui ab omnibus papæ nō reseruatis vbicūque sint. Hæc omnia probantur in c. vl. de pœnitentiis, & remis. & ratione adducit Tho. 4. sen. d. 17. vbi supra, quia prælatis dispensare sacramenta incumbit. ideò mundi esse debent. Omnis sacerdos proprius, qui iure ordinato potest confessiones audire: quia habet causam meri imperij, potest committere audientiam confessionis, secundum Pet. de pal. 4. d. 17. & quilibet per electionem, & confirmationem habens curam animarum, quia est ordinarius, secundū Pa. çap. cùm ab ecclesiarum. de offic. ordi. potest dare licentiam cuilibet subdito suæ curæ.

15 ABSOLVTIONIS actus non potest committi excommunicatis, suspēsis. & interdictis, nisi prius impedimētum auferatur: quia executionem ordinis pœnitentialis nō habent, nisi in periculo mortis, vt supra. 12. §. secundū Pa. in d. c. omnis. neque religiosis, sine licētia suorum superiorum: quia non habent velle, neque nolle: etiam si papa alicui daret licentiam posse eligere in confessorem, quem vellet religiosum, dummodò non nominaret aliquem in particulari, non deberet religiosus sine licentia prælati sui eum absoluere: si tamen absoluetet, teneret absolutio. licet male faceret. Quādo autem sunt habilitati à prælatis, potest eis committi.

16 VAGABVNDI qui non habent domicilium certum vel habitationē, vel si habitationem habent cum vxore & filiis, continuè tamē sunt in motu, vt in plurib⁹, ita quod etiam in Paschate consueuerunt inueniri extra. hi cui voluntpossunt confiteri. nō enim est maior ratio de vno, quam de alio, cum nulli sint subiecti, secundum Archie. & Caie. ver. absolutio.

17 PRESBYTERI oēs inferiores Episcopis, qui non sunt prælati exempti, debent confiteri suis prælatis, vel alteri de eorum licētia: & vnus sacerdos parochialis non potest alium absoluere: secundum Gul. sine licentia superioris generali, vel speciali, tacita vel expressa. Et si Episcopus scit, & videtur approbare.

18 CASVS in quibus alteri quā proprio sacerdoti licet cōfiteri, sunt plures. Primus, si proprius sacerdos non sit idoneus. quia tenetur quærere sufficientem. ca. qui vult. de pœn. d. 6. & Tho. 4. sentent. d. 17. q. 3. a. 3. Causæ autem, per quas scitur, quod sit minus idoneus, sunt, si est confessionis reuelator, sollicitator ad malū, ignorans, & confitens supplere non potest, si probabiliter imminet periculum, vel cōfitenti, vel confessori, si ad peccatū, quod vult confiteri, est pronus, vel contra ipsum est cōmissum, si est excōmunicatus, hæreticus, suspensus, vel huiusmodi: secundū Hos. si imminet aliquod, ex quo melius esset non confiteri ei. Tunc recurrere debet ad superiorem, vel licentiam alteri confitendi petere, & obtinere: quod si non vult dare, & superiorem non potest adire, alteri confiteatur: de pœ. d. 6. cap. sacerdos. Et secundum Pet. de pal. suffícit petiisse. ca. licet. de regularibus. ideò male faciunt prælati, qui sine rationabili causa, sunt difficiles ad dandam licentiam: secundū Tho. 4. vbi

4. vbi suprà. Caueant tamen confitentes, ne decipiãt seipsos dicendo, habebit me suspectum, non habebit bonã opinionem de me, &c. quoniam hæc non esset sufficiens causa alterum adeundi. Alios casus ponit Tho. 4. sententiarum, distinctione vigesima prima, in litera, videlicet vagabũdis, &c.

19 EX consuetudine nõ potest introduci, vt quis sine licentia sui superioris expressa, vel tacita, ad libitum possit sibi eligere confessorem, vt in c. si Episcopus. de pœn. & rem. lib. 6. Pa. in ca. conquerenti. de offic. ord. intelligit quo ad subditos simplices, aliter quó ad cõstitutos in dignitate: quia nomen dignitatis posset præscribere hanc curam, & fieret proprius sacerdos post præscriptionem.

20 PAROCHIALIS sacerdos, dicẽti se fuisse alteri cõfessum, & absolutũ, quó ad forum pœnitentiale tenetur credere, nec potest ei eucharistiam negare: secundum Tho. 4. sent. d. 17. q. 3. a. 3. quol. 5. ad secundũ. & in ql. 1. a. 12. secus in foro iudiciali, vt si constaret de excõmunicatiõe, & dicat se absolutum, non creditur, nisi probet, & iustè eucharistia negatur. Idem in 4. vbi suprà. & Pet. de palu. Credere etiã tenetur dicenti se habere licentiam confitendi, & recipiendi cõmunionẽ: quia nemo debet cẽseri immemor propriæ salutis, nisi de oppositò constet.

21 FRATRES prædicatores prẽsentari à suo Prælato Episcopis, vel qui habentur pro præsentatis, expositi à suo prælato, habẽt priuilegia, & gratias in audiendo confessiones, acsi per omnia fuissent prẽsentati secundum formam cle. dudum. ex gratia Sixti IIII. qui fratres ex gratia Pij II. possunt audire, & absoluere quoscunque & vndecunq; veniẽtes seculares. Et si Episcopus humiliter requisit9 nõ vult dare licentiã, tũc ipso iure Prẽlat9 potest dictos fratres exponere. Si contendit de numero, requiratur arbitriũ boni viri. Si vult minuere cõsuetũ. videtur quod non possit: secundum glo.

22 CONFESSORES tales deputati, si simpliciter deputẽtur, durãt etiã post mortẽ Episcopi: secus si deputentur vsq; ad beneplacitũ. ca. gratiosè. de rescriptis, libro sexto. hæc secundum Calderi. Nec potest nisi simpliciter deputare inuitis fratribus: quia est authoritas Papalis quæ durat. Et sic deputati, alteri committere non possunt secundum Calderinum: quia habent tantũ nudũ ministeriũ: & in hoc à parochianis differũt: nec possunt audire nisi in diœcesibus, in quibus sunt expositi, & in hoc etiam differentes sunt ab ordinariis, qui suos subditos vbique audire possunt: quia in his quæ fiũt sine strepitu, & sub silentio, nullius territoriũ lædit. Panormi. in ca. cũ contingat. de foro cõpetenti.

23 QVANVIS prædicti fratres possint audire veniẽtes de alia diœcesi, in qua nõ sunt expositi, per priuilegium Pij secundi: non tamẽ religiosos, qui habent priuilegiũ, quod non possunt absolui, nisi à suis prælatis, sicut habẽt fratres prædicatores olim cõgregationis Lõbardiæ; nã si aliquæ licentiæ erãt, sunt reuocatæ per Alex. VI.

24 SI Episcopus admittat fratres sine solẽnitate Cle. taliter tamen, ac si esset seruata, eandẽ authoritatẽ habent, ac si esset seruata. Si vero cõcedit simpliciter licẽtiam audiendi confessiones, tũc nõ possunt absoluere nisi inquantũ Episcopus eis concedit, & posset sibi reseruare quot casus vellet: quia tũc non absoluerẽt authoritate d. cle. dudũ. sed ex mera cõmissione Episcopi. Prælati ergo debẽt esse cauti, vt faciant fratres acceptari secundũ formã d. cle. dudũ. Fratres tamẽ olim cõgregationis Lõbardiæ, ordinis præd. habebãt gratiã, quod acceptati à prælatis habebant oẽs gratias & priuilegia; in audiẽtia confessionum, ac si essent præsentati secundũ dictã formã c. dudũ. quã gratiã magister Ioannes de Tabia dicit se vidisse authenticam, ver. absolutio. §. 34. in fine, suprà. §. 21.

25 FRATRES qui habẽtur pro præsentatis, secundũ dictã formam cle. dudum. ab omnibus casibus absoluere

possunt

possunt, exceptis præcisè reseruatis Episcopo, vel superiori in iure, quantũcunque reseruentur Episcopo ex consuetudine, vel cõstitutione. vel beneplacito alij casus. Hãc opinionẽ videtur fundasse Gul. Spec. & Ioã. de. Lig. efficaciter prosecutus est in c. omnis. de pœnit. & re. & sequitur Pan. & rationabiliter: quia gratiã, quam concedit Papa, videlicet absoluere posse ab omnibus, nisi reseruẽtur à iure, reuocare vel arctare non potest inferior, vt in c. inferior. d. 21. Ista enim concessio nõ est Episcopalis, sed Papalis. Ipsi nãque nudum prębent ministeriũ: quod patet: quia si nollet cõcedere, nihilominùs dicti frattes haberent: ideò hæc opinio securè tenẽda est, & practicãda, sicut tenẽt Sil. versi. cõfessor. 2. §. 5. & Tab. ver. dispensatio. §. 15. nisi quando casui, per constitutionem esset annexa excommunicatio, reseruata diœcesano, vel superiori, vt dicetur hic infrà an scilicèt possint. Qui autem sint casus de iure reseruati, infrà casus. §. 5.

26 FRATRES prædicatores habent ex gratia, omnes gratias, & priuilegia, quæ habent omnes aliæ religiones in genere, & in specie, vt patet per breue directũ magistro Tho. Cai. quod incipit, Cũ inter cæteros, quod vidi & legi. & magistro Georgio de Casal. Leo Papa X. præsente fratre Augustt. de Brixia dicto Mauro, & fratre Augustino Iustiniano de Genua anno 1512. die 12. Aprilis. viuæ vocis oraculo, cõcessit omnia priuilegia, & singula, & omnes, & singulas gratias, quã & quas habent omnes congregationes de obseruantia in Italia, & hoc in foro conscientiæ. Cùm ergo canonici regulares habeãt ab Euge. IIII. quod deputati ad audientiã cõfessionũ possunt absoluere oẽs ad se venientes. absq; alia licentia superiorũ, ab omnibus & singulis peccatis, & quibuscũq; suspensionum, vel excõmunicationũ sententijs. alijsq; cẽsuris, & pœnis ecclesiasticis, quas à iure, vel ab hoĩe latas incurrisse, quomodolibet censebũtur, prout Episcopi, & ordinari, locorũ, ex ordinaria iurisdictiõe possunt, & in votis cõmutare, dũmodò non sint posita in iudicio, & propter hoc sedes apostolica cõsulẽda nõ esset, & eis in suis ecclesijs sacramẽtũ Eucharistiç ministrare, excepto festo Paschę. Similẽ gratiã habent monachi congregationis sanctæ Iustinę, & vt quidã tenent minimi minimorũ, quorũ priuilegia participant frattres præd. per dictã gratiã concessam magistro. Tho. Cai. cõstat q; fratres præd, eadẽ possunt, dũmodò non reuocentur. Multa sunt priuilegia aliorum, quæ forent inspicienda. Vnde patet, quòd est magna eorũ authoritas: tamen cautè & cũ grano salis ambulandum est: vide infrà, quid de iure possunt, ver. casus. §. 7.

27 QVANDO aliquis tenetur de præcepto confiteri, etiã pluries anno, parochialis sacerdos tenetur eũ audire: secundũ Ric. 4. d. 18. secus si nõ tenetur confiteri. Et quãdo proprius sacerdos nõ vult eũ audire, potest aliũ adire sufficientẽ, qui poterit eũ absoluere, à quibus poterat parochianus. Dum enim nõ vult audire, videtur ei licentiã dare, nisi ad aliũ particulariter eũ mitteret. Ex hoc consequitur, quòd qui non sunt parochiales, non tenentur audire confessiones, nisi quantum charitas eos stringit, sicut nec ipsi tenentur eis confiteri.

28 AN habẽs licentiã generalem cõfitẽdi ab Episcopo cui vult. possit semper ea vti. Respõdetur, si datur ad beneplacitũ, mortuo concedẽte expirat, vel amoto: si aũt ad beneplacitũ sedis, durat c. gratiose. de reser. li. 6. & hęc est votior opinio: ideò qñ petitur deberet: peti ad beneplacitũ sedis: & qñ petũtur casus, deberet peti tota authoritas, & nõ authoritas casuum: quia nomine casuum, non veniunt nisi peccata, vt dicunt doctores infrà Casus. §. 1.

29 QVANDO quis habet licentiam confitendi ab Episcopo, vel curato, propter hoc non poterit absolui à reseruatis: quia hoc est contra iuris dispositionem c. si Episcopus. de pœni. & rem. & sic tenet Ca. ibi. vers. absolutio.

30 CON-

30 CONFESSIO facta cum excommunicato occulto & tollerato valet, nec est iterāda postquam cōfessus sit, & in quadā extrauagante cōcilij Cōstantiē.consensu vtentium approbato (vt d.Cai.ibi)dicitur q; in foro pœnitentiali, gesta per confessores irretitos quibuscunque ecclesiasticis censuris, etiam non occultis, tenet, nisi in duobus casibus, scilicēt propter notoriam percussionē clerici, vel propter publicam nominatim denuntiationē: nam ibi conceditur receptio sacramentorū ab excommunicatis ministris nisi altero duorū modorum excommunicatis, licēt ipsi sacerdotes sic excōmunicati, mortaliter peccent absoluētes, & sacramenta ministrantes: pœnitentes tamen,absolutionis beneficiū consequuntur. At pœnitens talem sacerdotem inducens ad hoc, mortaliter peccat : quia ad peccatum inducit, si nouit. Cùm intruso autem sine superioris authoritate gesta non tenēt, nec communis error per eum acta sustinet , ex quo deficit possessio iuridica. ad hoc l. Barbarius ff. de offic.prēt. Confessio aūt cum tali facta quādo sciretur,esset iterāda, similiter facta cum priuato, vel suspenso notoriē, & iteranda , quando scitur fuisse tale impedimentum, vel superiori inhibitionem prēcessisse: vt in cap.veritatis.de dolo,& contu. & secundùm Pan.c.nihil de elect Simile dic de confesso cum non exposito, qui non potest audire, quando scitur, est iteranda,nisi in casu necessitatis. supr. §.12.

31 ABSOLVERE ab excommunicatione vel excōmunicare nō potest excōmunicatus, vel suspensus à iurisdictiōe : quia tales sunt priuati vsu iurisdictionis,quę iurisdictio in foro exteriori requiritur ad hoc,quòd quis possit absoluere ab excōmunicatione. Ex Tho.4.sent.d.16.q.2.a.5.ql. 1. ad pri. ar.2.ql.3. nisi in articulo necessitatis: vt Absolutio §.12.

32 ABSOLVERE nō possunt , nec excōmunicare,nec dare indulgentias, schismaticus,vel hæreticus, quod si fecerint,nihil est:quia non manet in eis potestas iurisdictiōalis:secūdùm Tho. secunda secundæ.q.39.a.3.

33 ABSOLVERE ab excommunicatiōe , vel excōmunicare nullus potest seipsum, vel superiorem , vel æqualē: quia per iurisdictionē, sine qua absoluere nequit, constituitur quis in gradu superioritatis : quia eius efficitur iudex : secundùm Tho. 4.sen.d.18.q. 2.a 3.quol.1.

34 ABSOLVERE potest ab excommunicatiōe etiā maiori, ex cōmissione Papæ,& excommunicare, quilibet etiam laicus:secundum Pa.c. decernimus. de iudi. Idē tenet Vgo. & etiam mulier:secundùm Pe.de Pa.4.d.18.q. 2.a.3.quia secundùm Tho. vbi suprā, hæc potestas ex simplici hominis iunctione est: ideò cui vult committere,potest Papa.

35 ABSOLVERE à sentētia hominis potest solus,qui tulit eam,vel superior,vel successor.Si est lata à iure Episcopus,vel etiam sacerdos potest absoluere,nisi à reseruatis in canone : vt d. Th.4.sen.d.18.q.2.a.5.ql.1. Vnde tēpore S.Tho. quilibet proprius sacerdos poterat absoluere ab excommunicatione maiori non reseruata in iure.nunc autem est casus episcopalis secundum aliquos, vt infrà, Casus §.5.

36 ABSOLVERE potest Episcopus,& alius quilibet prælatus, habens iurisdictionem episcopalem in foro exteriori ab omni excommunicatione lata à iure subditos suos , vel lata per statuta synodalia,nisi canonis conditor sibi reseruasset. Hoc patet ex dictis Tho. vbi supr. &c. nuper.de sent. exc. & ibi Inno. & Ho. Et hoc idem potest capitulum, sede vacante. Pa.tū tenet contrarium de inferioribus Episcopis.de sen.ex.c monachi. Vide sup. Abba.§.5. Idem dico de abbatibus, vt supr prioribus,& similibus erga suos subditos. Inspicienda tamen sunt eorum priuilegia.

37 ABSOLVERE ab excommuni. catione minori potest quilibet confessor,non autem quilibet sacerdos: primum

mum patet c.nuper.de senten.exc. secũdùm probatur, quia excommunicatio minor est vinculum ecclesiasticum, ideò in absoluẽte exigit potestatem ecclesiasticæ iurisdictionis, quàm purus sacerdos non habet.ideò nõ potest absoluere. Potest tamen à venialibus absoluere, quia ad hæc remittenda, sufficit potestas ordinis. hæc secu. Caie. verb. Absolutio.circa fi.S.Tho. in 4. vbi supr.dicit, quòd quilibet sacerdos qui potest absoluere à peccato participationis, per quam incurritur excommunicatio minor potest etiam ab excommunicatione hac absoluere: cùm ergo ad absolutionem venialiũ non requiratur aliqua iurisdictio, vt idem ibi dicit,sequitur quòd purus sacerdos possit absoluere ab excommunicatione,quæ sequitur peccatum veniale saltem,& sic ad ca.nuper. possemus dicere,quòd intelligitur,quando excommunicatio sequitur peccatum mortale. secus si participatio sit venialis. Prima tamen opinio satis rationi consona videtur.

38 ABSOLVERE ab excommunicatione potest non sacerdos,habens saltem primam tonsuram,secundum Tho.4.sent. vbi suprà. & Pe.de Pa. in 4.distin. 18.q. 2.a.3. dũmodo habeat iurisdictionem: & hoc in foro iudiciali,& sine solennitate: cum solennitate verò dubitãt quidã: tamen etiam cum solennitate,secundum Pet.de Peru.quem sequitur Archi.Flo.potest.

39 ABSOLVERE non potest laicus regulariter ab excommunicatione tamen in articulo mortis,deficiente sacerdote, potest absoluere ab omni excommunicatione, quia necessitas legem non habet. Hoc probatur per dicta Tho.4.sentent.d. 20.q.1.a.1. quol.1.& d.17.q.3.arti.3. d. quòd secularis accipit iudicium ratione necessitatis super confitentẽ, nec si euadit, oportet quòd ampliùs ab his absoluatur,sed præsentet se (vt suprà dictum est)ne nouam incurrat excommunicationem,vt in c.eos.de sent.excom,li,6,consentit Pa.c.à.nobis, el.2. de sen.excom. in glo. Idem die de absoluto, qui propter impedimentum non potuit superiorem adire,& de illo,qui fuit absolutus à Papa,vel legato, cum ista conditione, vt satisfaciat iniuriatis, si non adimplet.in d.c. eos. Et hoc extenditur ad quemcunq; absolutum sub conditione, vt aliquid faciat secundum Pa.c. porrò.de sen.exc. Nota quòd quando est periculum, vel impedimentum,quòd non potest adire Papam,quærat Episcopum:si nõ potest,quærat proprium sacerdotem, &c.secundum Pa.c. de cætero.de senten. exc. Legitimum autem impedimentum est, omne quod arbitrio boni viri impedit rationabiliter, vt quia habet capitales inimicitias, etiam sine mortis timore, quia infirmus, quia pauper, habet subuenire familiæ, est senex,&c.

40 QVOMODO autem, & à quibus possunt priores prouinciales, & priores conuentuales absoluere suos subditos, non potest dari certa regula sed oportet videre sua priuilegia, & gratias quæ interferere esset nimis prolixum:propterea non scribo.infrà Suspensio.§.24.

41 ORDINARIE qui potest ligare,potest etiam soluere,& econtra.21. d.c.inferior.& secundum Tho.4. sen. d.18.q.1.2.5. quol.1. Fallit tamen in multis. Primò in delegato Papæ, qui inobedientem suæ sententiæ excommunicare potest, sed post annum à sententia diffinitiua absoluere nõ potest.c.quærenti. de offic.de leg.

42 SECVNDO, si iudex postquàm tulit sententiam. esset excommunicatus, tunc non posset neq; absoluere, neque excommunicare.c audiuimus. 24.q.1. Secus si esset excommunicatus minori excommunicatione. ca. duobus.de sent.exc.

Tertiò, in incendiarijs, quos Episcopus potest excõmunicare, sed post denuntiationem non potest absoluere.c.tua.de sent.excom.

Quartò in clericis exhibẽtibus hæreticis ecclesiastica sacramenta, & eos

sepelientibus, quos ordinarius potest suo priuare officio, sed restituere non potest absque indulto apostolico speciali. de hæret. c. excommunicamus. el.1.§. sané.

Quintò, in suspensis per cõcilium à beneficijs conferendis, pro eo quòd indignus scienter post secundam admonitionem, ecclesiastica beneficia cõtulerunt.c.graue de præb.

Sextò, quia ordinarij aliquem degradare possunt, restituere autem non possunt, sed tantùm Papa. de cle. non resi.c.ex tuæ.

Septimò, in sententia lata ab inferiore, & confirmata per Papá ex certa scientia, quę est ab homine, secundum Io.Andr. c. ex frequentibus. de inst. secus si sine certa scientia, aut cognitione confirmat, aut si sententia esset per statutum, quia quantuncunque confirmatum, poterit inferior absoluere, nisi in confirmatione, sibi vel alteri reseruasset.

Octauò, in eo, qui non sacerdos excommunicauit, qui licèt possit absoluere quo ad forum cõtentiosum, nõ tamen quò ad pœnitentiale, quod solus sacerdos potest, vt suprà dictum est.§.9.

Nonò, in illo cui Papa mandauit vt sine causæ cognitione aliquem excommunicet? talis enim de iure non est executor, ideò absoluere nõ poterit.ar.c. super quæstionum. & c. fi. de offic. deleg. aliter si cum cognitione causæ mandasset, quia tunc posset de pœn.d.1.c. verbũ, sed si Papa mandat simpliciter vt excõmunicet, dicit Inno.in d.c.fi.de offi. dele.q; debet causam cognoscere, cum monitione. Si verò constat Papam cognouisse causam, debet excommunicare: secus si non constat.Pa.in d.c.fi.

43 ABSOLVERE non potest Archiepiscopus à sententia sui Episcopi suffraganei, aut aliorum inferiorum, qui non sunt de sua diœcesi, licet sint de sua prouincia.c. Romana.c. venerabilib.de sen.exc.li.6. nisi quãdo hoc cõsuetudo habet, vel ad ipsum est appellatũ.de of. or.c. ad reprimendum.

44 ABSOLVERE potest episcopus excommunicatum à suo inferiore, vt puta Archidiacono, & simili, secundum Inno. in c. cùm ab ecclesiarum de offi.or.etiam non præmissa satisfactiõe, quia ordinarius est in tota diœcesi.de of.or. c.1. nisi haberent ex consuetudine, quòd non possent absolui ab Episcop.de of. Arch. Hoc tenet Inno.& communiter doct. quamuis alijs non placeat omnibus. Vide Pa.in d.c.cùm ab Ecclesiarum. An autem vicarij Episcopi hæc grauiora possint, infrà, ver.vicarius.§.5.

45 ABSOLVERE Episcopus excõmunicatos à se, vel à suis inferioribus, extra territorium suum, quando requiritur causæ cognitio, non potest: quia vbi requiritur cognitio causæ, oportet sedere pro tribunali: secundum Inn.in c.nouit. de of. leg. quod in aliena diœcesi facere non potest.ca. Episcopum.9.q.1.si tamen haberet licentiam Episcopi diœcesani, posset. Episcopus tamen expulsus, petita licentia, licèt non obtenta, hoc potest.f. sedere pro tribunali, & exercere iurisdictionem suprà suos subditos, dũmodò non trahat eos vltra duas dietas, à fine suæ diœcesis, qui non fuerunt expulsores, fautores, vel consiliatores.cl. vni de for.com. In his verò, quæ causæ cognitionem non exigunt, possunt vbique exercere, quia voluntariæ iurisdictionis sunt, & in foro conscientiæ omnia possunt. arg.l. omnes proconsules.ff.de of.proc. De legatis, vide ver.legatus.§.6. communiter enim authoritatem suam habent in literis suis legati.

46 PARTICIPANS in crimine criminoso, ab excommunicatore illius, cui participando incurrit excommunicationem maiorẽ, est absoluendus.c.nuper.de sent.excom.

47 ABSOLVI potest ab excommunicatione, etsi nõ à peccato inuitus, sicut potest excommunicari inuitè, secundum Tho.4.sent.d.18.q.2.argu.5. & Pa.in c.apostolicę de exce.fac, quã-

uis quidam oppositum teneat: & tenet absolutio, etiam si sine causa fiat, Absens similiter potest absolui,& per procuratorem,quando adest causa iusta.2.q.1.c. quanto. & erit absolutus, quando receperit literas,vel certificabitur, nisi aliud constet de mente absoluentis.Io.An.c.quid ad agendum, de proc.lib.6. Et quamuis debeat adesse causa iusta,tamẽ etiam si sine causa facit,est absolutus,quia excommunicatio dependet à voluntate habentis iurisdictionem, secundum Tho. vbi suprà, licet non debeat sine causa fieri.Et in hoc sensu intelligenda sunt iura, quæ dicunt non posse fieri, id est,non debere.

48 ABSOLVTIO contra ius tertij, licet malè,& iniustè fiat,tenet tamen: quia non est contra ius cõstitutionis: vt in c.venerabilibus de sen. exc. vt si Episcopus absoluat aliquem, qui non satisfecit,in præiudicium partis, tunc potestate abutitur, tamen absolutio tenet. Si autem absolutio sit cõtra ius constitutionis,non tenet, vt quando constitutio dat certum modum absoluendi, vel excipit,ita quòd nõ impendatur absolutio, nisi concurrente tali conditione, vel obseruatione, vt cùm dicit, non possit absoluere ante satisfactionem, vel non possit impendi absolutio ante satisfactionem. In his, verba canonis limitant potẽtiam ordinari,ac per hoc irritam esse absolutionem ostendunt, si aliter fiat.Vel cùm dicit. Qui fecerint hoc,non possint absolui, nisi satisfaciant, vel nullatenùs absoluantur, nisi satisfecerint. In his omnibus non tenet absolutio, secundum Caie.ibi. Et hæc via tutior est,& textui conformior, & hanc sequendam putat Caiet. ibi. Similiter quando decretũ explicitè absolutionẽ sine his irritat, vt cum dicit,aliter absolutio impensa non valeat. Vel cùm committitur alicui absolutio ab homine cum verbis conditionalibus,vel æquipollentibus,de talibus cautionibus habendis, tunc si commissarius exit fines mãdati dum absoluit, nihil facit. Vt si dicat,absoluas satisfactis læsis, prius debet intervenire conditio, aliter nulla est absolutio.

49 ABSOLVTIO quoad formam debet esse sine conditione de futuro, vt dicendo,absoluo si satisfeceris,quia sic non est absolutus quousque aduenial conditio, secundum Gul. de reiud c actus.l.6.& Pan.c. de quibus. de baptis. De præterito autem vel de præsenti potest fieri, vt dicendo si incurristi excommunicationem,vel si es excommunicatus,vel si non es absolutus,&c.vt supr.§.6.Hæc propriè non est conditionalis, secundum eundem Pa.ibi.

50 ABSOLVENDVS ab excommunicatione maiori,debet iurare stare mandatis ecclesiæ, vel ipsius absoluentis.c.ex timore. de sen excom. & hoc pro horrendis criminibus,vt incendiarijs,falsarijs,& similibus, secundum Vgo. quod est satis æquum, secundum Arch.Flo. hoc tamen nõ est necessarium de forma,secũdum communiter doctor. vt dicemus infrà, §. 51. Debet sufficientem cautionem secundum,quod potest dare parti læsę. c.portò de sen.excom.& quando paratus est facere quod potest,debet absolui,non obstãte contradictione, vel appellatione partis. de appel. e. qua fronte. Vide ibi Pa.quid debeat facere iudex,&c.

51 DE cæremonijs quæ seruantur in absolutione excommunicatorum, vide summistas,Tab.Absolutio.3.§.3 non enim pono,quia non sunt annexæ absolutioni tanquàm substantialia:debent tamen seruari,quãdo oportet,vt in absolutione solenni.Sequitur postmodum absolutio,authoritate omnipotentis,&c.absoluo te à vinculo excõmunicationis,&c.& restituo sacramẽtis,&c.c.à nobis.el 2.de sen.ex.

52 DEBENT hæc supradicta seruari ab eo, cui committitur absolutio in forma ecclesiæ,aliter non seruãs, peccat,licet sine illis teneat absolutio,nisi ius disponeret,vel mandans imponeret,quod sine huiusmodi nõ absolueret. Tunc enim talia omittendo nihil facit.

53 ABSOLVTIO ab excommunicatione non requirit aliquam determinatam formam verborũ, quia non est absolutio sacramentalis, secũdum Tho. opusc. 22. c. 2. in princip. sed verba iudicis habent efficaciam ab intentione dicentis. Vnde non refert quibus verbis vtatur ad exprimendã suã intentionem, vt si dicat, benedico te, vel absoluo te, secundum Thom. opusculo. 22. c. 2.

54 ABSOLVENS debet absoluto mãdata rationabilia facere, aliter posset appellare. de pact. c. fi. Si autem sententiam luisse iniustam appareat, absoluto nullum fiat mandatum. de sent. excom. c. sacro.

55 SI defunctus excommunicatus sepultus est in loco sacro, & apparuerunt in eo signa cõtritionis, nec etiam à seculari fuit absolutus, nõ exhumabitur, sed verberabitur sepulchrum & fiet sicut viuo, quòd si in loco non sacro est, exhumabitur, & corpus verberabitur, & similiter fiet. de sent. excom. c. à nobis. el. 2.

56 NON sufficit sola salutatio, vel receptio ad osculum pacis, sed necessarium est vt vtatur aliquo verbo denotante absolutionem, vt d. l. Inno. in c. cùm olim. de priuile. nisi sit Papa qui hoc intendat, scilicet absoluere, secundum eundem Inno. Et non reputatur absolutus, nisi exprimat. in cle. si summus pontif. de sent. excom.

57 ABSOLVTVS ab vna excommunicatione quando plures habet, nõ intelligitur absolutus ab alia, quia non habent connexionem adinuicem, secundum Tho. 4. sen. d. 18. q. 2. a. 5. ql. 5. nisi quando pluribus excommunicationibus est ab vno iudice excommunicatus, tunc intelligitur ab omnibus absolui, nisi contrarium exprimatur, vel quando de vna absolutione impetrat. Secus quando à diuersis iudicibus est excommunicatus, quia absolutus de vna, non intelligitur absolutus de alijs. Vide declarationem bonam per Panormi. c. cùm pro causa. de sent. excommu.

58 ABSOLVTIO obtenta ex falsa causa non valet. secundũ Inn. in ca. ex parte. de offic. ordi. quia talis non intendit absoluere. Secus si absolutè intendit absoluere.

59 DVBITANS de excommunicatione, vel de absolutione, si adest commoditas absoluentis, debet petere absolutionem ad cautelam, quia in dubijs tutior pars est eligenda c. iuuenis. de spon. si tamen nullum imminet periculum, vel interesse, ex tali petitione. Hoc autẽ cessante, si probabiliter dubitat, debet petere, si autem leuiter, non, sed deponat scrupulum ar. in c. inquisitioni. extrà, eod. tit.

60 ABSOLVTIO à suspensione, vel interdicto, nõ habet formam determinatam, sicut de excommunicatione dictum est: sed potest dici. Ego absoluo te à vinculo suspensionis, vel interdicti, &c. Quo autem ad irregularitatem, secus est: quia relaxatio eius debet fieri per hoc verbum, dispenso (& non absoluo) tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, si quam, vel quas incurristi, propter talem, vel talem causam, & habilito te ad actus legitimos, &c.

61 SI quis percussit regularem eiusdem monasterij, absoluitur ab abbate, priore, vel guardiano. Si verò alterius monasterij, per prælatũ percussi, absoluetur. de sen. excom. c. cum illorum. Si clericum secularem, absoluetur per Episcopum. de senten. excom. in 6. c. religioso, si tamẽ excessus non sit enormis. infrà Enormitas. §. 3. Eodem modo potest absolui regularis, si ante ingressum religionis tale quid commisit. d. capi. cum illorum. Quòd si regularis non habeat prælatum, vel sit excommunicatus, & huiusmodi ad Episcopum recurrat vt not. Hosti. in cap. monachi. eo. ti. Quod intellige tam in exemptis, quàm non, tam virorum, quàm mulierum: secundum Gul. Ista autem & multa alia, quæ à Summistis ponuntur circa absolutiones regularium, nunc vacant, propter eorum priuilegia.

62 QVANDO aliquis excommunicatus, est receptus in religione, & ratione

ne huiꝰ absoluitur, intelligitur si perseuerauerit, aliter reducendus est ad eandem sententiã ab eo, qui absoluit: secundum Hosti. Vel secundum quosdam debet hoc ei imponi.

63 ABSOLVTIO mortui ab excommunicatione valet ad hoc, vt possit in loco sacro sepeliri, vel vt de loco sacro si ibi sepultus fuit, non proijciatur, & vt pro eo orationes, & officia fieri possint.

64 ABSOLVTIO, quę vulgariter dicitur à pœna & culpa, est illa plenissima peccatorum remissio, quæ cõceditur cruce signatis pro subsidio Vltramarino, de qua Doct. in c. ad liberandam de Iudæis. & solus Papa cõcedit, c. cum ex eo. de pœn. & rem.

ABSTINENTIA.

1 ABSTINENTIA indiscreta, qua quis abstinet à cibo necessario ad valetudinem, ex quo reddit se inhabilem ad ea, ad quæ tenetur, peccatum est, & non virtus, quia medium non seruat: secundum Th. quol. 5. a. 18. Si quis autem vt carnem spiritui subijciat: vel vt pœnitentiam pro suis peccatis faciat, immoderatè abstinet, si aduertit se excedere, putans tamen benefacere, peccat quidem, & communiter citra mortale: si autem non aduertit hanc indiscretionem, nihil peccat. Si tamen hac intentione abstineret, vt citò vel breuiori tempore moreretur, peccaret mortaliter, quia seipsum interficeret: vt inquit Hieronymus. Ex Caie. secũda secundæ. q. 147. a. 1.

ACCEPTIO.

1 ACCEPTIO personarum sciẽter facta in re importantiæ, est peccatum mortale, quia contra iustitiam distributiuam, vt in distributione cõmunium bonorum, vel beneficiorũ, vel in iudicio: secundum Tho. ql. 6. ar. 9. & prohibetur Deut. 1. c. Non accipietis (inquit) cuiusquã personam. Et vltra peccatum, acceptor personarum tenetur de damnis sequentibus iniustas promotiones, & iniurias: secundum Caie. ibi in summa. Hoc nãque peccato, ecclesiæ, & vniuersitatis bonum destruitur, ideò graue est.

2 ACCEPTIO personarũ est, quando in electione aliqua nõ eligitur melior, & peccatur, vt infrà, Electio. §. 3.

3 DANS beneficium consanguineis minus dignis omnibus consideratis, peccat, & est acceptor personarum. si autem sunt æquè digni, secus est. Nec est personatum acceptor, præferens suos consanguineos, vel amicos æquè dignos, in quibus plus potest confidere, nisi propter scandalũ esset omittendum: secundum Tho. secunda secundæ. q. 63. a. 2. & ql. 4. a. 15. vel ne alij ex hoc sumant occasionem dandi consanguineis indignis.

4 HONORANS aliquẽ diuitem propter diuitias, & non propter virtutẽ, personarum acceptor est, quia accipit pro causa, quod non est causa, non enim diuitiæ sunt causa honoris, sed virtus, quia honor præmium virtutis esse dicitur. Ex S. Tho. secunda secundæ. q. 63. a. 3. Similiter si iudex det sententiam pro aliquo, non quia sic iustitia requirit, sed quia est amicus, vel quia offert munus, & est peccatum maius. & minus, secundũ actus qualitatem, & quantitatem.

5 ACCEPTIO personarũ non est in his, quæ gratis dantur: quilibet enim de suo potest dare vni, & non alteri, cum nõ teneatur: secus enim si ex debito distribueret. Tho. ibi. a. 1. ad tertium. & prima secundæ. q. 98. a. 4. ad secundum. Vnde cum Deus nulli sit debitor, acceptio personatum in eo locum non habet.

6 PECCATVM acceptionis personarum est grauius in re spirituali, quàm temporali: secundum Th. secunda secundæ. q. 63. a. 2. quia offenditur maius bonum.

7 PECCATVR etiã quandoq; hoc genere peccati, in his quæ sunt fidei, in impositione pœnitentiæ, & circa matrimonia 19. q. 2. c. 1. In receptione hospitũ 42. d. c. quiescamus. & in eleemosynarum largitione. c. si cupis. 16. q. 1. si diues præferatur pauperi in iudicio, eo quòd diues est, vel pauperi iudex misereatur subtrahendo diuiti.

quòd iustè sibi debetur, contra illud. Exo.23.Pauperis quoque non misereberis in iudicio.

ACIDIA.

1 ACIDIA secundũ Tho. secunda secundæ q.35.a.2. de ma.q.9. a. 1.quoddam tædium operandi importat,mentem aggrauans, & semper est peccatum,quia vel facit dolere de bono spirituali, de quo gaudendum est, vel de malo, sed immoderatè. Et est spirituale vitium, quòd facit tristari de bono diuino,de quo charitas gaudet. Et ex suo genere est mortale peccatum, quia secundum propriam rationem contrariatur charitati: secundum Th ibi.a.3.Si tamen in sola sensualitate consistat,& non pertingat vsque ad rationis consensum, propter imperfectionem actus,erit veniale peccatum. Si autem peruenitur vsque ad rationis consensum, est mortale. Et hoc est, quando ratio conuertitur in fugam, horrorem, & detestationem boni diuini, carne contra spiritum omnino prævalente, & contrariatur præcepto de sanctificatione sabbati:secundum Tho.ibi suprà.

2 ACIDIA mortalis est tunc, quando homo tristatur in his, quæ imminent facienda de necessitate propter Deum, & ad salutem animæ,& adest rationis consensus. Talis enim tristitia contrariatur delectationi, quæ sequitur Dei dilectionem,& consequenter charitati contrariatur. Quando ergo quis propter tale tædium dimittit ea, quæ sunt necessaria ad salutẽ, vel deducitur in aliquod mortale, vt puta, in desperationem,vel deliberatè appetit mortem vel nunquã esse creatum, vel vellet esse bestia,& huiusmodi,vel deliberat facere minimè,ea ad quę tenetur ex præcepto,vel incurrit aliquã magnam infirmitatem, potès se iuuare, peccat mortaliter. Et nota, quòd hoc peccatum communiter est mixtũ cum alio,vt si nunc delibero propter acidiam non ire ad missam,est vnum peccatum mortale, & pòst non volo ire,est aliud peccatum omissionis,hęc secundum Tho.vbi suprà,a.3.de ma.

3 ACIDIA est vitium capitale: secundum Tho secunda secundæ suprà a.4.cui Greg.sex filias assignat scilicet malitiam, quæ bonũ detestatur, rancorem, pusillanimitatem, desperationem, torporem circa præcepta,euagationem mentis circa illicita,de quibus in suis locis dicemus. Qui de alterius prosperitate tristatur,eò quòd videt talem prosperitatem nocere contra iustitiam alteri,non dicitur acidiosus,nisi talis tristitia adeò eum grauaret,vt negligeret facienda, vel in malum aliquod laberetur.

ACOLYTVS.

1 ACOLYTORVM officiũ est præparare luminaria,& ipsa portare coram ministris altaris: vt in c.perlectis.25.d. Huic tradit Episcopus candelabrum, dicens: Accipe cæroferarium cum cereo, & scias te ad accendenda luminaria ecclesiæ manciparí. Accipit etiam vrceolum vacuum ab Archidiacono,dicente Episcopo, Accipe vrceolum ad effundendum vinum, & aquam in Eucharistiam sanguinis Christi. Et in datione vrceoli, imprimitur character:secundum Th. 4.sen.d.24.q.2. & circa ipsum est eius principalis actus.

2 ACOLYTVS est supremus ordo inter quatuor minores:secundum Tho.ibi.Acolytus etiam præparat vrceolos cum vino & aqua.Tho.suprà, cuius principalior actus est in ministerio vrceoli,quàm candelabri.

ACTIO.

1 ACTIONES à iure ciuili ortum habent:secundum Innocent. capitul.quæ in ecclesiarum.de constitu. quarum quædam dicuntur bonæ fidei:vt in c.cùm venialis, de exceptio. quædam stricti iuris. institu.de actio. §.actionum. Quædam dicuntur actiones personales de quibus refert Gemi. capi.dispendia de rescript libr.6.adducens Franciscum Vercellen. quædam dicuntur reales.de quibus Gemi. vbi suprà. Sed quoniam hæc materia ad forum contentiosum pertinet,propterea me non vltrà extendo de huiusmodi.

2 ACTVS

2 ACTVS moralis est bonus: vel malus principaliter, ex obiectó, & fine, aut ex circunstantijs: secundũ Th. prima secundæ.q.18.ar.2. Et obiectũ, finisque ad speciem moris actũ determinat. ex Th.4.sen.d.38.q.2.a.2.ql.2.

ACCVSATIO.

1 ACCVSATIO contra reum ad vindictam, à canone est instituta: secundum Th.4. sent.41. q. 5.ql. 2. & ne habens culpam, quasi innocens sustineatur. ibi d.35.a.3. Et exerceri debet ad punitionem, propter bonum conseruãdum, quo remoto, iustitia destrueretur, sicq; vt cęteri quietè viuant, vel propter suum interesse, fieri debet, aliàs peccatum incurritur. Thom. ibi.

2 IN criminibus, tribus modis procedi potest, scilicet inquisitione, quam præcedere debet clamorosa insinuatio, quæ accusationis locum tenet, accusatione, quã debet præcedere inscriptio, denunciatione, quam debet præcedere fraterna correctio: secundum Tho ql.11.a.13. & de accu.c. quali. & quand. el.2. Vide ibi Pan.

3 ACCVSATIO proprie sumpta, differt à denunciatione, quia in accusatione attenditur criminis punitio, in denunciatione verò fratris emendatio. Th. secunda secundæ.q. 67.a.3. ad.2.68.a.1. Differt secundò, quia accusationem non debet de necessitate præcedere secreta admonitio, sicut in denunciatione, iuxta præceptũ euangelicum. quando scilicet de peccantis emẽda agitur: secundũ Th. ver.q.3.a. 2.ad.3. Differt tertiò, quia accusatio sit in scriptis: vt dictum est. & 24.q. 8.c.accusatorum. Quartò, quia accusator obligat se ad probãdum: secundum Tho. secunda secundæ.q. 68.ar. 2.ad.3. non autem denũciator. Quintò, accusator obligat se ad pœnam talionis (id est, similem, vel talem) ibi.ar. 4. non autẽ denunciãs. Et nota, quod inscriptio ad pœnam talionis est necessaria: secundum Io.gl.c.inscriptio. 4.q.4. Et licet non fiat talis inscriptio, tamen deficiens in probatione, debet pœna talionis puniri: secundum Accur. & Bartol.l.2.C.de instru. & hæc est communior opinio, quam sequitur etiam Ioan. And. hic, dicit Speculator posse tolerari, quòd talis inscriptio non fiat.

4 CONSVETVDO per quam pœna talionis est abolita, valet: secundũ Felin. in c. super his. de accus. col.3. in princ. quia propter antiquã rigorem ab accusatione multi retrahebantur. Et Tho. secunda secundæ.q.68.a.vlti. ad.1. dicit, quòd accusans ex iusto errore, & deficiens, non punitur pœna talionis.

5 NVLLVS debet accusare nisi de re certa: vnde non potest interuenire facti ignorantia. Tho. ibi.a.3.ad.1. Vide in c. qualiter & quand. el. 2. eod. tit. & Pan. in vlt. not. debet etiam accusatio viua voce exprimi, & præsente accusato. c. præscripta. 2.q.fi.

6 ACCVSARE tenetur quis alterius crimen, quod vergit in multitudinis corruptelam corporalem, vel spiritualem, dummodò sufficienter possit probare, quòd ad accusatoris officium pertinet: secundum Tho. secunda secundæ. q. 68.a. 1. quamuis Canonistæ oppositum teneant, secundum Glos. in c. quapropter. 2.q.2. & peccant nõ accusando. vel non denunciando, propter bonum publicum, quod anteponi debet malo particulari, quòd ex accusatione sequitur. Secus autem quando non potest probare, quia nullus tenetur ad id, quod debito modo non potest perficere, secundum Tho. ibi suprà. Qui autem dicunt quòd non tenetur, debent intelligi in foro exteriori, secus in conscientia, secundum quàm à Deo puniuntur.

7 QVID si tale habetur in secreto? Respondeo, quòd si sit in secreto per confessionem sacramentalem, nullo modo debet reuelari, quia hoc scit nõ vt homo, sed vt Dei minister, & maius est vinculum sacramenti, quàm cuiuslibet hominis. Si verò aliter, tũc vel hoc vergit in periculum corporale, vel spirituale multitudinis, vel in graue damnum alicuius personæ: &

sunc tenetur propalare, vel testificando, vel denuntiando. Non enim potuit contra hoc debitum obligari per secretum commissum. Si verò sint talia, quæ prodere nō tenetur, & habet in secreto, non debet prodere, etiā prælato præcipiente: quia seruare fidē est de iure naturali, contra quod nihil ab homine potest præcipi. Hæc ex Tho. secunda secundæ, q. 70. a. 1. & Pan. c. qualiter & quand. el. 1. de acc. Idem de religioso, cui præcipitur vt reuelet huiusmodi secreta, quæ manifestare nō tenetur: peccaret enim frangendo fidem, &c. Thom. quol. 1. a. 15. intellige non teneri quando non potest probare, nec præcessit infamia, vel huiusmodi. Nec obstat si iurauit dicere veritatem, quia iuramentum intelligitur salua conscientia, & secundum formam iuris. Eodem modo dic secundum prædictam distinctionem, si iurauit non manifestare, debet intelligi iuramentum salua iustitia infrà, Iuramentum. §. 17. Inquisitio §. 8.

8 In priuato crimine non admittitur ad accusationem regulariter, nisi ille cuius interest: vt videtur velle glo. ff. de priua. delic. l. fin. nisi sit tale delictum, ex quo pœna pecuniaria fisco applicanda imponi debeat, tunc quilibet de populo ad accusandum pro illa pœna admittitur, secundum Bartol. in ru. de po. ac. quamuis Bal. contrarium teneat. C. de fur. l. aduersus.

9 In crimine publico, quilibet, qui non prohibetur specialiter lege, aut statuto, aut conditione, admittitur ad accusandum. Qui autem prohibeantur, habes de accu. in multis c. & 3. q. 4. & 5. per totem.

10 Clericvs tamē ad publicam vindictam accusare nō debet, etiam si pœna sanguinis non venit imponenda. facit. c. sicut sacerdotes. 2. q. 7. quia huiusmodi odiosis, non debet se immiscere, secundum Pa. in c. cùm P. de acc. sed si prosequitur iniuriam suam, potest, etiam si venit sanguinis pœna imponenda, secundum Pan. vbi suprà dummodò protestetur, quòd nō intendit accusare, vt pœna imponatur. Textus est clarus in c. prælatis de homi. l. 6.

11 Accvsans aliquē, & imponēs ei falsò aliquod crimen, quod est calūniati, peccat mortaliter, agens contra iustitiam, in re magni ponderis, teneturque satisfacere. Intellige, quando ex malitia in falsam prorumpit accusationem, & non ex animi leuitate, vel iusto errore. ex Thom. secunda secundæ. q. 58. ar. 3.

12 Peccat reus dās aliquid accusatori; vt à iusta accusatiōe desistat, etiā si esset dānatus ad mortem, quia inducit eum ad peccatum: secundum Tho. secunda secundæ. q. 69. a. 2. ad primum. quāuis huic peccato lex ciuilis remedium non apponat.

13 Accvsato licet se defendere, nō calumniosē, sed vel veritatē quam non tenetur propalare, occultando per aliquem conuenientem modum, vel non respondendo, ad quæ non tenetur respondere: non tamen licet ei falsitatem dicere, vel veritatem occultare, quam cōfiteri tenetur, neque dolum, vel fraudem adhibere, quia dolus, & fraus vim mendacij habent: & hoc est calumniosē se defendere. Th. secunda secundæ. q. 69. a. 2.

14 Accvsato licet declinare iudicium per appellationē, quādo iniustè aggrauatur à iudice, sicut Paulus ad Cæsarem appellauit. Act. 25. non autem causa moræ afferendæ, ne contra eum iusta sententia proferatur. hoc enim est calūniosē se defendere, quod non licet, quia iniuriam iudici facit, officium eius impediendo, & aduersario, cuius iustitiam quātum potest perturbat: secundum Tho. ibi suprà. a. 3. & 2. q. 6. c. omnino.

15 Condemnato ad mortē iustè nō licet se defendere, quia ex parte sui bellum esset iniustum, sicq; peccaret. Potest tamē fugere sine peccato: quia nullus ita damnatur: vt sibi mortem inferat, sed vt patiatur, ideo non tenetur id facere, vnde mors sequatur, quod faceret, si ibi maneret. Et licet custodes fugiendo ponātur in pericu-

lo, tamen hoc non intendit fugiens. Et quia dat operam rei licitæ, malum quod custodibus infertur, ei non imputatur: secundum Tho. ibi. ar. vlt. & Caie. secunda secundæ, suprà.

16 SI verò detinetur in carcere præter pœnam sanguinis, vt propter debita, vel alterius offensam, vel quia est damnatus ad carcerem in pœnam ad tempus, vel aliter, non potest sine peccato fugere, quia alteri iniuriam faceret, & tenetur facere pœnitentiam Tho. vbi suprà, & Caie. ar. in gl. ca. inter cætera. 22. q. 4. infrà, Carcer. §. 3.

17 AN incarceratus ad mortem, possit frangere carcerem, infrà, Carcer. §. 3.

18 CONDEMNATO iniustè, licet resistere, & se tueri, quia tale iudicium simile est violentiæ latronũ, quibus licitè resistì potest, ita & malis principibus in tali casu, & frigere: nisi fortè propter scãdalum vitandum, cùm ex hoc aliqua grauis turbatio timeretur: quia non quælibet sui defensio est licita, sed tantũ illa, quæ cum debito moderamine exercetur, ex S. Tho. vbi suprà, a. vltimo.

19 RELIGIOSI tamẽ incarcerati ex quacunque causa fugere non possunt extra sua claustra, quoniã voto suppo fuerunt se prælatis suis. Caie. secunda secundæ. q. 69. suprà.

20 QVI iurauit redire ad carcerem, nisi carcer sit iniuriosus, tenetur redire: secundum Pan. in c. si verò de iur. iur. etiam si subsit mortis periculum. infrà, Iuramentum. §. 13. vide latiùs.

21 CONDEMNATVS carceri, vt fame moriatur, potest si sibi ministretur ab aliquo comedere sine peccato, quia nõ sumete, esset seipsum occidere: non tamen tenetur comedere, si non vult sed potest patiẽter ferre, vt quidam dicunt. Caie. secunda secundæ. q. 69. a. vlt. ad 8. dubiũ. d. quòd tenetur comedere. & alij à custodibus cibum ministrantes non peccant, quãuis etiam in hac extrema necessitate nõ teneantur cibum ministrare, quia secundum iustitiæ ordinem in illa constituitur. Prima opinio videtur magis consona, quia legimus sanctos condemnatos ad mortem posse fugere, & non fugisse, sed patienter tolerasse. Ita & quilibet damnatus instè, potest patienter mori, nec seipsum interficit, sed à iustitia. Sed opinio Caie. est verior, & conformior dictis S. Tho. ibi, si rectè consideretur, infrà, Carcer. §. 4.

22 ACCVSATVS negans veritatem quæ ab eo secundum formã iuris exigitur, peccat mortaliter, quia contra iustitiæ debitũ est, vt quis nõ obediat suo superiori, & ideo si negat, vel occultat veritatem, quam fateri tenetur, mortaliter peccat. Si verò iudex non exigat secundum formam iuris, vel exigat de his, de quibus non potest, prudenter subterfugere, vel per appellationem, vel alio modo, ad eius intẽtionem non respondendo, nunquam tamen mentiri debet, quia omne mendacium peccatum est, ex Thom. secunda secundæ. q. 69 a. 1.

23 SI prælatus extra iudicium præcipiat alicui vt reuelet peccatũ alterius, quod non est publicandũ, peccat, nec ille tenetur suum, vel alterius peccatum prodere. Si autem in iudicio, ordine iuris exigente, non peccat iudex præcipiendo, quia ipse non exigit, sed accusans, cui iudex ius reddere tenetur, & tunc quis tenetur profiteri peccatum proprium vel alterius, ad præceptum iudicis, vel appellare, si contra ordinẽ iuris ei præcipiatur. Tho. 4. sentent. d. 19. q. 2. a. 3. quol. 5. ad 5.

24 SI peccatũ sit omnino occultum, non debet in iudicio confiteri, nec debet exigi iuramentum de veritate dicenda, super eo, quia occulta soli diuino iudicio reseruantur, sed quando de peccato præcessit infamia, vel aliqua signa, quæ vehementem suspitionem facere possunt, vel quando est semiplenè probatum, quod facere potest vnus testis omni exceptione maior, tunc debet exigi iuramentum de veritate dicenda, & reus tenetur veritatem confiteri. Thom. quol. 5. a. 16.

25 QVANDO prelatus præcipit vt sibi manifestetur quod quis sciuerit corrigendum, intelligendum est hoc præceptum, saluo ordine fraternę correctionis, siue sit præceptum generale ad omnes, siue speciale, ad aliquem: quod si prælatus contra hunc ordinē præciperet, peccaret, nec ei esset obediendum, quia contra præceptū Christi obediens peccaret. Thom. 22.q.33. a.7.ad.5.

26 IN quibuscunq; casibus iudex secularis, vel ecclesiasticus, potest iuramentum exigere, siue in via denunciationis, siue inquisitionis, siue accusationis. Tho. ver. q.3.a.2.ad 13.

27 QVANDO crimen non est occultum, super occultis circunstantijs illius, potest testis interrogari, secūdum Pan. c. qualiter, & quando. el. 1. de accu. circa finem. sufficit enim quod crimen non sit occultum.

28 SI delictum sit notorium, vt quia videtur domus combusta, sed ignoratur quis eam cōbusserit, potest iudex sine alicuius citatione, ex officio suo inquirere generaliter, & non contra certam personam. Et si aliqui nominātur in illa generali inquisitione, debet postea procedere, specialiter cōtra illos, secundum Panor. in c. bonæ memoriæ. de appel. el. 1. & Innoc. qui dicit hanc practicam seruare totum mundum. An autem ille, qui scit, teneatur reuelare hoc delictū secretum sunt opiniones. Quidam dicunt Tho. tenuisse in quodam capitulo generali, quod tenetur: quia quando iudex potest præcipere, subditus tenetur obedire. Ad quod facit dictum Pet. de Pa. 4, d. 19. a. vl. in solu. ar. vbi videtur tenere quod factum publicum sit sufficiens ad inquisitionem, oppositum tenet Pan. post Innoc. & Host. in d.c. bonæ memoriæ el 1 vnde rationabiliter dicendū est ex suprà dictis, quod quando factum est notorium, & aliqua persona est de hoc suspecta, vel infamata, tenetur tam reus, quàm alij propalare. vel si sunt tot testes, quod sufficienter possit hoc probari. Si verò non præcessit infamia personæ: nec indicia sufficientia, nec semiplena probatio, nō tenentur, & si specialiter interrogentur, debēt subterfugere prudenter, vel appellando, vel dicendo, quòd probent, & fiat ius, &c.

29 EPISCOPO præcipiente, is qui scit, reuelet tale delictum, &c. ille qui nouit, primò debet correctionem facere ei, vt satisfaciat episcopo: quod si non vult, debet reuelare si potest probare, quia cōmuniter episcopus quærit tanquam iudex. Si autem non potest probare, non tenetur dicere ei tanquam iudici, potest tamen dicere secretè, vt patri, si credit quod episcopus salutem animæ delinquentis quæret. gl. in cap. sacerdos. de pœn. d. 6. q. 1. c. si omnia.

30 CONVICTVS, vel diffamatus de vno crimine & iustè inquisitus, secūdum Pet. de pa. 1 d. 19. a. vl. circa fin. potest de omnibus alijs inquiri peccatis, & occultis circunstantijs, & tenetur dicere veritatem (credo tamen de illis tantùm, de quibus non satisfecit) similiter socios prodere, contra quos iustè potest agi, maximè quando sunt incorrigibiles: illos autem quos pœnitet, accusare non debet, nisi de eis specialiter interrogetur. Huic concordat Angel. de Aretio in suo tractatu malefic. verticul. inquisitio. §. vndecimo. Caiet. autem secunda secundæ. quæst. 6. 9. a. 1. & 2. oppositū tenet: dicit enim, quod inquisitio nō potest fieri nisi de crimine illo, de quo aliquis est diffamatus: nec est verum id, quod quidam scripserunt, scilicet quod diffamatus de vno crimine, de alijs possit inquiri, hoc est manifestè contra c. inquisitionis: de accu. vbi dicitur. Inquisitio fieri debet solummodo super illis, de quibus clamores aliqui præcesserunt, & in tantum decretalis illa exigi vult præcedentem infamiam super aliquo crimine, quòd si duo, vel plures iurati aliquem affirmant crimen aliquod eisdem videntibus, commisisse, de quo aliqua non laborat infamia, non est contra eum propterea inquirendum. Nec ratio quę illos mouit, scilicet quia non propter occultationem

tionem peccati, sed propter occultationem peccatoris prohibetur homo de occultis iudicare: concludit intentum eorum, quoniã falsum est, quòd iudicium de occultis sit prohibitum, non propter occultationem peccati: imò quoniã peccatum est occultum, ideo exemptũ est ab inquisitione humana, & iudicio humano, quoniam omnia humana iudicia ad publicam potestatem scientiamq; spectant. Cauent ergo suæ, & subditorum suorum conscientiæ prælati illorum religiosorum, qui diffamato de vno præcipiunt inquirendo de alijs, de quibus non est diffamatus. Peccant enim præcipiendo, & illi respondere nõ tenentur. Nec excusantur prælati dicentes, quòd aliquando aliâs de tali crimine fuit aliqua suspicio: oportet enim infamiã, seu clamorosam insinuationem præcedere, & nõ simplicẽ suspicionẽ.

31 AN fratres prædicatores possint appellare? Respõdeo, quod sic dicitur in eorum constitutionibus, in cap. de capitulo generali. Declaramus, quòd licet appellatio sit de iure naturali, vnusquisq; potest iuri suo renũtiare, & eo ipso, quòd quis obedientiã sponte profitetur secundum constitutiones nostras, secundum quas non licet appellare. Ex hoc etiam renuntiat iuri sibi à natura competẽti de appellatione, sicut & iuri possidendi aliquid, vt proprium, & iuri ducendi vxorem, quibus natura omnes liberos fecit. Vnde in c. apud Carcasonam. 1312. celebrato sic dicitur. Volumus, & ordinamus, quod quicunque frater repertus fuerit iudicio eius, ad quem spectat, sine causa rationabili à quocunque superiori suo appellasse, carcerari custodiæ mancipetur, denuntiantes fratribus vniuersis, quòd de iure cõmuni, & ex priuilegio ordinis speciali, nulli fratrum licitum est à correctione, vel ab officiorum amotione appellare, sicut fuit declaratum Cenomanis, 1491. infrà, appellatio. §. 16.

ADIVRATIO.

1 ADIVRATIO secũdum Arch. Flor. 2. parte. tit. 10. c. 8. est inuocatio alicuius personæ, vel creaturę, ad aliquid faciendum, vel nõ faciẽdum, ex inuocatione rei sacrę: & si fiat cum debitis circunstantijs, est actus latriæ, sicut iuramentum, secundum Thom. secunda secundæ. q. 90. a. 1.

2 ADIVRARE superiorẽ nõ quasi rogando, sed quasi cogendo, prout Cayphas Christum adiurauit, est peccatum mortale: secus si adiurat inferiorem, vel superiorem, nõ intendens aliquam necessitatem ei ex hoc imponere, sed tantùm reuerentiam rei sacræ, secundum Tho. ibi suprà.

3 ADIVRARE dæmones per modum deprecationis, vel inductionis ob reuerentiã rei sacræ, non licet, quia talis modus ad beneuolentiam, vel amicitiam quandam videtur pertinere quam cum dæmonibus habere nõ licet. Adiurare verò eos per modum compulsionis licet quandoquè, videlicet, vt nobis non noceant, vel alijs, repellendo eos vt inimicos: quandoquè non licet, vt ad sciendum aliquid ab eis, vel obtinẽdum aliquid, vt sanitatem, vel huiusmodi, quamuis dum expellitur dæmon. possit adiurari de veritate dicenda, & inquiri aliquid, quod occurrit, ad aliorũ vtilitatẽ, vel vt cognoscatur si verè est dæmon, cũ hæc ad eius amicitiam nõ pertineãt. ex Sancto Thoma vbi suprà, & secunda secundæ. quæstion. 93. a.

4 EX instinctu tamen spiritus sancti aliqui præceperunt dæmoni aliquod seruitium, vt Sãctus Iacobus, qui Hermogenem per dęmones fecit ad se adduci, non tamen vt dæmonis amicitiam haberet.

5 ADIVRARE creaturas irrationales non licet secundum se, quia vanum est, sed in ordine ad Deũ, à quo mouentur, licet, vel per modum deprecationis ad Deum directè, quod pertinet ad eos qui miracula faciunt diuina inuocatione, vel per modum compulsionis, quæ refertur ad dæmonem, qui in nocumentum hominum irrationabilibus vtitur. & hoc modo vtitur ecclesia in exorcismis, per quos dæmonum potestas ab irrationabili-

bus excluditur. Tho. vbi suprà, a. 3.

5 ADIVRATIO facta debito modo est licita, & meritoria, habet enim similitudinem cum iuramento, estq; actus latriæ, sed oportet quòd fiat cũ reuerentia, de re bona, bona intentione, & debitis circunstantijs. Et si fiat ad subditos debito modo, cum intentione obligandi, obligat sicut præceptum, & iuramentum. Thom. vbi suprà.

6 ADIVRANS aliquẽ de eo, quod non potest, vel quem nõ potest, intendens eum obligare, mortaliter peccat, vt dictum est, agitque contra iustitiam, & taliter adiuratus ex hoc nõ tenetur obedire. Adiuratio in casibus non licitis, de genere suo est mortale peccatum contra secundum præceptum. Non assumens nomen Dei in vanum. Tho. vbi suprà.

7 VOLENS dæmonem expellere, & adiurans, vt dicat aliqua ex curiositate, quæ ad expulsionem nihil faciunt, vt puta, Quid tenuit Arist. de immortalitate animæ, vel huiusmodi: & hoc non facit vt credat firmiter, vel vt discat à diabolo venialiter videtur peccare: quia per hoc non vult diaboli amicitiam, sed est ex quadam leuitate. quod tamen fieri non debet, ne alij fortè diabolo credant. Sil. versic. Adiuratio. §. 1. cauendum tamen est in huiusmodi adiurationibus, ne quis adiuret obsecratiuè, aut ad aliquid consequendum, vt puta obsequium vel notitiam, quia tunc mortale videtur.

ADMINISTRATIO.

1 ADMINISTRATOR tenetur de mala administratione satisfacere, secũdum Inno. c. ex præsentium. de pignoribus. Et ille cuius est administrator, habet actionem negotiorum gestorum contra eum. ff. de neg. gest. l. iij. §. vlt. 12. q. 2. c. si quæ de rebus.

2 ADMINISTRATOR tenetur de dolo. secundum glos. in l. cũ ostenditimus. ff de fideiu. tuto. tenetur etiã de lata culpa l. curatoris. C. de nego. gest. & etiam de leui. l. quicquid. C. de arbit. tuto.

3 ADMINISTRATIONEM committés indigno sciẽter, tenetur de mala administratione. secundum Inno. in c. ex ratione. de æta. & qual. & mor taliter peccat. Quando autem administrator de casu, vel fortuna teneatur, vide in l. negotia. ff. de nego. gest. quia in quinque casibus tenetur.

ADMONITIO.

1 ADMONITIO debet fieri ante denuntiationem, secũdum glos. in c. qualiter, & quando. el. 2. de accu. vide infrà, correctio fraterna. §. 4. Admonitio præuia secreta, est de præcepto ante publicam denuntiationẽ in iudicio, si correctio speratur. Th. secũda secundæ. q. 33. a. 7.

ADOPTIO.

1 ADOPTIO secundũ Th. 4. sentẽ. d. 42. q. 2. a. 1. est extremæ personæ in filium, vel nepotem, vel deinceps, legitima assumptio. Pan. in rubrica, eod. tit. dicit, quòd est quædam propinquitas à lege inducta.

2 ADOPTIO duplex est, secundum Th. ibi ad primum. Vna quæ naturalẽ filiationem præfectè imitatur, & hæc vocatur arrogatio, per quã reducitur adoptatus in potestatẽ adoptantis, ita vt adoptatus succedat adoptanti ex intestato, nec potest eum pater adoptans quarta parte hæreditatis priuare. Et sic adoptari non potest, nisi qui est sui iuris, & postquam est adoptatus, non habet potestatem, aut si habet, est emancipatus, quæ quidẽ non fit, nisi principis authoritate. Alia est simplex adoptio, per quam ad non transit in potestatem adoptantis, & secundum hanc potest adoptari etiam ille qui non est sui iuris, sine authoritate principis, ex authoritate magistratus: nec succedit in bonis adoptantis: nec adoptans in testamento tenetur ei aliquid relinquere. Pa. c. 1. eo. tit.

3 ADOPTARE non potest aliquẽ, qui non est sui iuris, vel minor 25. annis, vel mulier nisi ex speciali authoritate principis, quia isti disponendi de hæreditate non habent potestatẽ. Th. vbi suprà, ad 3.

4 ADO-

4 ADOPTARE non potest qui ad generandum habet naturale impedimẽtum, vt frigidus: secus si ex accidẽtali defectu nõ potest generare, vt gladio castratus. Pan. in c. vnico, de cog. legi. talis enim non indiget solatio filiorum, sicut qui habitos filios amiserunt, vel habere potuerunt, sed casu accidentali non habuerunt, & oportet quòd adoptans sit tanto maior, vt adoptatus possit esse eius filius, & q̃ per annos 18. præcedat eum, & sit ita senex, vt naturaliter possit esse pater adoptati, secundum Thom. suprà, ad. 5.

5 QVICQVID est in potestate adoptati transit in potestatẽ adoptãtis. Th. ibi ad 4. secus in adoptione simplici, quando filius nõ emancipatus adoptatur: quia non transit in potestatem adoptantis, nec succedit, vt dictum est suprà, ibi, ad 4.

6 ADOPTATO patre, adoptãtur eius filij, & nepotes, non emãcipati, ibi Tho. ad 4.

7 CONSANGVINEI snõ conuenit adoptari, quia iure naturæ debent succedere. ibi Tho. ad 7. & 3. d. 10. q. 2. a 1. quol. 1. ad 2.

8 EX adoptione causatur cognatio legalis impediẽs matrimoniũ, authoritate legis confirmatæ ab ecclesia. Tho. 4. sent. d 42. q. 2. a. 2. per totum, infrà Matrimonium. 16. & est triplex, prima descendentium inter coniugem adoptantis, & ipsum adoptatum, & econuersò, perpetuò impediens matrimonium, tertia inter filios naturales, & adoptatos impediẽs tantum quandiu durat adoptio, ibi. a, 3. de hoc plenius infrà Matrimonium. §. 17,

9 ADOPTARI nullus potest in fratrẽ, vel sororẽ. l. nec apud C. de hæred. instit. nec etiam in patrem, nec si quis dicat corã multis, accipio te in filium, &c. Pan. in c. vnico de cogn. leg. sed oportet quòd seruetur forma. videlicet, quòd fiat authoritate principis, vel magistratus, &c. & tam masculus quàm fœmina, possunt arrogari, & adoptari. Per masculinum intelligitur & fœmininum, secũdum Tho. in 4. suprà.

10 ADOPTIO secundum Pe. de pa. 4. d. 42. q. 1. a. 2. sex modis soluitur, videlicet naturali morte adoptãtis: morte ciuili, propter nuptias incestuosas, dignitate, per sententiam, & per emãcipationem.

11 ADOPTATVS, & arrogatus à cõiuncta persona, ab intestato succedũt, sicut naturales & legitimi filij, & habent querelam inofficiosi testamenti, si sine causa sunt exhæredati. Arrogatus autem habet quartam partem si emancipetur, & fortè idem est de adoptato à persona coniuncta, quia quasi assimulatur arrogato. Secus est de adoptato ab extranea: quia nihil habet, nisi quòd ab intestato succedit: sicut naturalis, & legitimus. Item adoptans, durante adoptione, adoptatum quamuis extraneum agentem, tenetur alere, sicut naturalem filium licet emancipatum: & econtrà, filius tenetur patri ad alimenta, si indiget. Idem pater potest eum vendere in casu, sicut filium naturalem. Hæc secundum Petrum de Pa. 4. vbi suprà. Adoptio imitatur naturam carnalis matrimonij, hinc est, quòd per hanc cognitionem legalem, etiam sacerdos, qui naturaliter, & de facto potest generare: potest & filium adoptare, & ita de quocunque valente generare. l. si pater. ff. eod.

ADORATIO.

1 ADORATIO est reuerẽtiæ alicui rei propter eius excellẽtiã exhibitio. Tho. secunda secundæ. q. 84. a. 1.

2 ADORARE Deũ, est de iure naturæ, vt est principium creationis, & gubernationis. & tenetur homo deputare aliquod tempus vitæ suę ad vacandum diuinis, de præcepto morali. Quod autem hoc vel illud faciat, vel hoc tempore, est ex institutione legis diuinæ, vel humanæ, & contra hoc præceptum, nulla cõsuetudo potest introduci. Thom. ibi. q. 81. a. 3. secus de præcepto, quòd est de iure positiuo, vt quòd tali die ab opere seruili abstineamus. facit ad hoc infrà ver si. se-

ſi feriæ. Vide aliquid ibi.

3 TRES perſonæ, diuinæ relationes attributa, & omnia, quæ in Deo ſunt vna adoratione adorantur, quia omnia ſunt vnum in ipſo Deo. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 84. a. 1. ad. 3.

4 SACRIFICIVM ſoli Deo exhibetur, ſecundum Aug. in 10. de ciuit. ibi, argu. 1. ad 1. Tho.

5 HVMANA natura, quæ ſemper in Chriſto fuit vnita diuinitati, ſimpliciter adoratione latriæ debet adorari, ſuppoſitum enim eſt, quod adoraretur, & non natura humana, ſecũdum rationem ſeparata. Tho. 3. d. 9. q. 1. a. 2. q. 1. conſentit Magiſter. Augu. & Dama. Imago Chriſti, non vt res quędam materialis, ſed vt imago Chriſtũ repræſentans, eadem adoratione, qua Chriſtus debet adorari, ſcilicet latria: quia idem motus eſt ad imaginem, & ad imaginatum. Tho. vbi ſuprà, q. 2. Imagines autem aliorum ſanctorum adorari poſſunt eadẽ adoratione, qua ſanctos conuenit adorare, videlicet dulia, vel hyperdulia.

6 VERVM noſtris diebus quidã hæretici inſurrexerunt, dicentes imagines non debere adorari. quia dicitur Exo. 20. Non facies ſculptibile, &c. & 4. Reg. 18. legitur quòd Ezechias ſerpentem æneum iuſſit confringi. & Io. 4. dicitur. Veri adoratores adorabunt in ſpiritu, &c. Ideò videtur quod huiuſmodi imagines non poſſint adorari. Reſpondetur, quod hic fuit error quondam Græcorum, & licet ex ſcriptura vſus imaginum non habeatur, tamen vt dicit Dama. l. 4. vſum imaginum ex traditione Apoſtolorum habemus, qui à Chriſto erant edocti, & ipſe Damaſ. ſimul cum Euſebio refert Chriſtum ſuam imaginem Abagaro miſiſſe, (licet hoc pro apocripho habeatur.) dicitq́ue idem Dama. Lucam imaginem beatę virg. Mariæ pinxiſſe. Et fuit vſus imaginum approbatus in 2. concilio Niceno, & Cõſtantinopolitano, & in tribus alijs Latera. ſub Gre. & alijs pon. ideò conuenienter Chriſtiani vtuntur imaginibus, tenentes eas ad inſtructionem rudium in memoriam Chriſti, & ſanctorum, & ad exercitandũ homines ad virtutes. Nec adoramus pro Deo ſanctos, quorum imagines facimus: quod eſſet contra illud. Non facies ſculptile, ſcilicet tanquàm pro Deo adorandũ. Et Ezechias fecit confringi ſerpẽtem, quia erat occaſio idolatriæ, & ſic fieri deberet imaginibus, quando homines eas pro Deo adorarent, quod non faciunt. Principalis tamen noſtra adoratio debet eſſe in ſpiritu, & veritate. Reſtat ergo, quòd licitum eſt, eũã imagines adorare, vt ſuprà dictum eſt.

7 CRVX Chriſti in qua ipſe pependit inquãtum repræſentat Chriſtum, eadem adoratione, qua Chriſtus, ſcilicet latria, debet adorari: inquantum verò eſt res quædam Chriſti, adoratur hyperdulia, & nõ latria: quia non pertinet ad perſonam verbi. Aliæ autem cruces pictæ, vel factæ, non adorantur niſi adoratione latriæ: quia non niſi inquantũ repræſentat Chriſtum. Idem dicas de alijs Chriſti rebus, vt de veſte, corona, claui, & cæteris. Si adorantur vt imago, latria debent adorari: ſi vt res Chriſti, hyperdulia. Et ſic concordat quę dicit Tho. in 3. ſen. ſup cum di. in 3. q. 25. a. 4.

8 BEATA virgo quæ fuit mater dei, quando honoratur ratione filij, adoratur hyperdulia: ratione autem ſui, dulia, nunquàm tamen latria. Tho. in 3. ſuprà, q. 3. reliquias verò ſanctorum & angelos, dulia adoramus, niſi repræſentarent Deum per aliquam ſimilitudinem, ſicut angeli apparentes Abrahæ, repræſentabant trinitatem, ideò adorauit eos adoratione latriæ. Secus ſi in propria natura adorantur. Tho. 3. q. 25. ar. 6. & 3. ſen. ſupr. ad 3.

9 HOSTIA quæ offertur à ſacerdote in miſſa, nõ debet adorari cũ actuali conditione, ſi eſt conſecrata, ſed ſufficit quod hæc conditio ſit in habitu: quia ſi non crederet eſſe conſecratam, non adoraret. Tho. 3. ſen. d. 9. q. 1. ar. 2. ql. 6. Quod ſi diabolus in forma Chriſti appareat, propter rei nouitatẽ debet homo adorare eũ actuali conditione: hæc enim nouitas attentionem,

nem,& considerationem requirit. ibi ad 3.

10 PRAELATO dum est actualiter in peccato mortali,non debet exhiberi dulia,secus quando est sine peccato mortali, vel nescitur in quo statu sit: tunc enim non apparet contrariũ virtuti,cui honor debetur. Malo tamen prælato ratione officij, aliquis honor debetur.

11 DAEMONIBVS non debetur honor, nec damnatis, quia est ligata in eis aptitudo naturalis ad virtutem. Similiter nec irrationabilibus.Tho.3. vbi suprà,q.2.a.3.

12 LATRIA est seruitus quæ soli Deo exhibetur, propter Dominum, quod super omnem creaturam exercet.Tho.secunda secundæ,q.103.a.3. Dulia seruitutemerga dominos dicit. Hyperdulia media esse videtur inter latriam,& duliam, & exhibetur creaturis, quæ habent specialem affinitatem ad deum,sicut beatæ virgini.Th. ibi.a.4.ad 2.

13 ADORATIO Dei duplex, interior scilicet, quæ est deuotio mentis: & exterior,quæ est humiliatio corporis: prima tamẽ principalior est, propter quam,& ad quam fit secunda,vt dicit Tho.secunda secundæ.q.84.a.3. per to. Et adorantes genua flectimus, & prosternimur, quia infirmi, & nihil sumus,ibi.a.2.ad 2.

ADVLATIO.

1 ADVLATIO est excessus delectandi alios verbis,vel factis laudis,intentione alicuius lucri cõsequendi.Tho secunda secundæ. q. 115.a.1. & quia est excessus,ideò peccatũ. Cõtingit tripliciter esse mortale, secundum Caie.ibi,vel ratione materiæ, vt quando quis alium laudat de actu, quod est peccatum mortale, vel ratione finis,vt si laudando intendit nocere corporaliter vel spiritualiter,& hoc notabiliter.vel ratione occasionis, vt cum præter intentionem laudantis,alteri præbetur occasio peccandi.

2 ADVERTENDVM tamẽ hic circa occasionem,an sit data, vel accepta an laudans cognouit, vel excogitauit laudatum ex simili laude, in mortale ruere esse solitum, & an sponte,vel ex debito laudauerit: quia si dabat operam rei licitæ laudando ex debito, præter malam intentionem, si alius ruit,non ei imputandum est. *Vide infrà*, Scandalum.§.4.

3 ADVLANS tantùm occasione delectandi alios, vel ad vitandum aliquod malum, vel ad consequendum aliquod bonum in necessitate, seruatis his, quæ dicta sunt, quòd non sit occasio ruinæ,nec de materia mortali,& c.venialiter peccat. Th.vbi supr. Non enim contrà charitatem agit.

4 DARE aliquid adulatoribus ex appetitu nimiæ laudis,vel iniustæ,vel iniquæ (vt puta de malo) peccatum est; quia fauetur peccato adulatoris, & communicatur in crimine, secundum Thom.ibi.q.168. ar.3 ad 3.dare etiam prodigè istis,vel sustentare eos, qui illicitis adulationibus vacant, extra casum necessitatis,non licet: præbetur enim eis mali occasio. Secus quando dant his, qui moderatè laudant, vel ad bonum finem, & causa delectandi, siue periculo, sicut etiam histrionibus:quia sicut hi non peccãt huiusmodi moderatè exercentes, ita nec eos sustentantes, sed iustè agunt, eis quasi mercedem tribuendo. Tho. secunda secundæ. quæ.168. a.3.ad.3. Vide.86.d.c. donare, & duobus sequentibus.

5 CLERICVS vacans adulationibus, & proditionibus, si deprehenditur,degradatur ab officio. c.clericus. 46.d.Vide infrà,Histrio per tot.

6 ADVLATOR beneficium impetrans per adulationẽ, licet secundum Arc,Flo.2.parte tit.1.c.3.§.4.reputandus sit simoniacus. 1.q.1.c. otdinationes, non tamen tenetur illud beneficium resignare ar.extra eo.c.fi.& allegat Inno.& Host.qui hoc no in catuam,de æta.& qual.& ratio est,quia mentalis simonia est, quæ tãtummodò pœnitentia purgatur,nec resignatio necessaria est.per d.c.fi.de simo.ad fi.quanuis quidam oppositũ dicant. Adulatio secundum se turpius peccatum

rum est, & verecundius litigio: sed est leuius, quia minus contrariatur amicitiæ, id est affabilitati occultæ, sine vi & minùs cum contemptu. Thom. secunda secundæ. q. 116. a. 2.

ADVLTERIVM.

1 ADVLTERIVM est accessus ad alienũ thorum, secundũ Tho. secunda secundæ. q. 154. a. 8. & est determinata species luxuriæ, spiritualem deformitatem habens circa actus venereos, secundum Tho. ibi, vnde peccatum est: quia contra castitatem: & mortale: quia contra bonum prolis educandæ. Est & grauius simplici fornicatione: quia non solùm contra castitatem, sed cõtra fidẽ etiã est matrimonij; minùs tamen graue, quam incestus, vel sacrilegium, vel vitium contra naturam, tripliciterque sit, videlicet quando coniugatus cognoscit solutam, & econtrà, quando cõiugatus coniugatam, vel econtrà.

2 MVLIER adulterans plus peccat quã vir, secundum Pe. de Pal. ratione incertitudinis prolis, & scandali: quo autem ad fidẽ matrimonij, æqualiter peccant. sed quantùm ad dominiũ rationis, vir plus peccat. Tho. 4. senten. d. 35. arg. 4.

3 ADVLTERANTES per leges puniuntur ciuiles, sed nõ pertinet ad forum animæ. Puniuntur etiam lege canonica, secundum Pa. in c. plerunque, de donat. int. vir. & vxor. quia mulier perdit dotem, & vir donationẽ propter nuptias, si matrimoniũ separetur per sententiam iudicis ecclesiastici, aliter non. secundum Io. And.

4 ALIAM pœnã incurrit, quia amittit ius petendi debitum. de quo infrà, Debitum. §. 17. Si tamen reconciliatur, omnia recuperat. in d. c. plerunque.

5 ADVLTERA per vim violata absolutè, nullam pœnam patitur, secundum Panormit. in cons. 4. si verò violentia fuit cõditionalis, vt puta timẽs occidi consensit, peccauit coram deo, non tamen per leges adulterij pœna punitur, vt dotem perdat, aut mariti consortio priuetur, quod etiam patet. l. vim passam. ff. de adulter.

6 Ex adulterio multa mala eueniũt, quandoq; damnificatio hæredum legitimorum, ad cuius satisfactionem, adulteri, qui causam damni dederunt tenentur, aut manifestè, si negocium patitur, aut occultè, donãdo læsis meliori modo, quo fieri possit: si ex manifestatione adulterij periculum imminet, occultè satisfaciat quomodo potest, reliquum diuinæ misericordiæ relinquat, iux. ca. officij. de pœn. & re. Nõ enim tenetur perdere famam vel vitam, vt satisfaciat. Item si ex reuelatione adulterij non sperarur fructus, quia nec filius tenetur matri in hoc credere, neque maritus, ideò etiam cessante periculo, & nõ est spes fructus, non tenetur reuelare, secundum Caie. ibi. Concordat Arc. Floren. ij. parte, ti. 2. c. 10. §. 4. & Pa. non multum discrepat post Inno. in c. officij. de pœ. & re. si tamen posset mulier hoc probare sufficienter, & nullum periculum immineret, nec famæ, nec alterius rei teneretur reuelare, secundũ Arc. Flo. ibi, aliàs satisfaciat de suo si habet, veniens tibus ab intestato, vel his, quos maritus verisimiliter hæredes instituisset, si sciuisset hunc nõ esse filiũ proprium. Idem dic si partum alienum mulier sibi suppossuit. Ex his quidem colligũt vt Ros. quòd præceptum positiuum non obligat aliquem cum scandalo, etiam si sit præceptum Papæ, & iusta causa dimittitur, si ex ca. scandalũ corporum vel animarum venturum credatur, vt in d. c. officij, & quòd ius positiuum etiam interpretatur ius diuinum, vt hic: quia restituere alienum, est de iure diuino.

7 DE adultero idem dicit Caiet ibi: quia similiter causam damni dedit, tenetur modo meliori, quo potest satisfacere, vt dictum est. c. si culpa. de iniu. & dam. dat. Hoc tamen intellige quando est certus, quod valde difficile est scire: quia vel potest esse mariti, vel alterius. Mulier enim certior est: sed ipse adulter non tenetur credere ei: tamen quãdò credit firmiter quòd sit suus filius, vel habet probationes

ad

ad hoc, tenetur & ipse satisfacere.

8 QVID si mittunt secretè ad hospitale? Dico, quòd possunt mittere, nè adulteriũ manifestetur, quia propter hoc facta sunt hospitalia puerorum. Tamen si adulteri sunt diuites, tenentur hospitali secretè satisfacere in expensis, & dare operam bono modo, vt puer instruatur. Secus quando sunt pauperes: quia propter pauperes principaliter sunt institutæ huiusmodi loca. secundum Caie. ibi. & Arc. Flo. vbi suprà, cap. 7. nullo tamen modo debent quærere mortem pueri propter scandalum euitandum. argu. 22. q. 1. ca. faciat.

9 SPVRIVS si credit matri dicẽti ipsum esse spurium (licet non teneatur credere) debet renunciare hæreditati bono modo, sine tamen scandalo matris, aliter non esset tutus in conscientia: quia alienũ teneret cum mala fide. secundum Pa. in d. ca. officij. De his autem, quæ consumpsit quandiu fuit in bona fide, credens non esse spurium, non tenetur restituendo satisfacere. C. de rei ven. l. 1. & secundum Hosti. secus, postquàm habet cõscientiam læsam. vt in ca. literas. de rest. spolia. Omne enim quòd est contra contra cõscientiam, ædificat ad gehennam, secundum glo. ad Ro. 9.

10 SI vir legitimos habẽs filios, viuẽte vxore aliam ducat, scientem impedimentum filij ex ea generati. secundum Vetuer. tenentur restituere totam hæreditatem filijs primi matrimonij cum fructibus mala fide consumptis, quamuis ex hoc oporteat eos mendicare, nisi bona fide completa sit legitima præscriptio, maximè etiam si post completam præscriptionem retinent bonam fidem, non tenentur, neque etiam si post præscriptionem, probetur eos non esse legitimos, & incœpit currere præscriptio, quando cœperunt reputari legitimi. c. per tuas de prob.

11 MVLIER filios susceptos de adulterio, potest sibi hæredes instituere, quia non prohibetur, reseruata tamen legitima parte liberis suis, nisi repugnet huic regionis consuetudo, secundum Albe. & Sum. conf. l. 2. tit. 5.

12 ADVLTERIVM dicitur publicum, secundum Pa. in c. intelleximus. de adul. quando adultera stat in domo cum concubinario, & conuincitur de adulterio notoriè, quando habet eam in mensa, in domo, in lecto, de coha. clerici. c. tua. c. fi. Item quãdo vir, & mulier deprehenduntur in latebris se osculantes, & huiusmodi actus adulterio propinquos facientes. Facit l. si quis non dicam. C. de Episc. & cleri. Item quando passim admittit viros pro adulterio. l. palam. ff. de rit. nupt. Pœna lapidationis imposita erat mulieribus adulteris, & non viris. Leui. 20. quia secundum Aug. mulier plura habet retrahentia à peccato quàm vir, videlicet custodiam viri, confusionem mundi, & prolis incertitudinem.

ADVOCATVS.

1 ADVOCARE prohibitus nõ censetur prohibitus in camera consulere, vel allegationes in scriptis facere, secundum Pa. in rub. de postulan. quia aduocatus propriè dicitur, qui in iudicio apud eum, qui præest iurisdictioni, sui, vel amici desiderium exponit, vel alterius desiderio contradicit secundum doct. in l. Paulus. la. 1. ff. de postulatio.

2 ADVOCATVS debet esse iurisperitus, & saltem per quinquenniũ studuisse, doctorumq; iuramẽto probatus. l. nemini. C. de adi. iudi.

3 QVAMVIS multi sint, qui aduocare prohibentur, tamen quidã sunt, qui sine peccato aduocare nõ possunt, & primò hæretici, propter suspitionẽ hæresis. de hæret. c. excommunicauimus. el. 1, Secundò, excommunicati. 2. q. 3. c. excommunicatos. Et iudex eos admittens grauiter peccat. in d. c. excommunicauimus. Similiter nec infideles amittendi sunt.

4 EPISCOPI, & superiores nõ possunt aduocare coram ecclesiastico, vel ciuili iudice. c. te quidem. 11. q. 1. ratione irreuerentiæ, & occupationis.

5 SACER-

5 SACERDOTES non possunt similiter aduocare, nisi in quatuor casibus, videlicet pro se, pro sua ecclesia, pro personis coniunctis vsq; ad quartum gradum, quando scilicet alium, vel ita bonum, habere non possunt. Pro miserabilibus etiam personis, quę scilicet per se proprias causas ministrare non possunt, vel ecclesiastico auxilio indigent. ca. sacerdotibus. ne cle. vel mona. Et in glo. 14. q. 5. c. denique. In criminali verò coram seculari iudice nullo modo possunt. c. sententiam. ne cle. vel mon. Non tamen propter hoc diuinum officium omittan. ar. d. 81. cap. clericus.

6 CLERICI qui sunt in sacris, & qui sunt in minoribus, si tamen sunt beneficiati, coram iudice seculari non possunt aduocare, nisi in quatuor prædictis casibus. c. cùm sacerdotes. de postu. coram verò ecclesiastico possunt, vt satis videtur. arg. in c. clerici de postul. quia videtur tantùm episcopis & sacerdotibus interdictum coram vtroque, nisi vt dictum est. Si verò in minoribus constituti, nõ sunt beneficiati, in causa ciuili possunt aduocare, tã corã seculari iudice nullo modo possunt in d. c. sententiam. ne cle. vel monac. Et hoc tutius est, quamuis quidam dicant, quod pro reis possunt postulare, appellare, & appellationes prosequi.

7 CLERICVS potest esse procurator laici in foro seculari, secundũ Ab. in c. per venerabilem qui fil. sint le. in vna causa, & iura prohibẽtia talẽ procurationem, debent intelligi de procuratore generali, & ita voluit Inn. in c. vni. de oblig. ad ratio. Ex hoc sequitur, quod clericus in foro seculari possit esse procurator clerici à fortiori. Ita concludit Pa. in d. cap. per venerabilem.

8 RELIGIOSVS non potest procurare, nisi hæc duo concurrant, videlicet vtilitas monasterij, & imperiũ Abbatis. de post. c. ex parte. Et extenditur ad canonicos seculares, vt ibi. Necesse est hæc duo concurrere, secundum Pan. & tunc possunt etiam coram iudice seculari, in causa ciuili tantùm procurare. Non tamen licet pro lucro applicando monasterio, secũdum Io. And. quamuis aliqui dicant posse. Pa. tamen in d. cap. ex parte. dicit forte magis æquum, & honestum abstinere.

9 HABENS beneficium in duabus ecclesijs, potest aduocare pro vna contra aliam. Primò, si in vna est prælatus, potest ratione prælationis secundum Inno. in c. fi. de postu. Secundò, si necessario fungatur officio instar tutorum, potest: vt dicit In. in d. c. fi. Tertiò, si pro priori agit contra secundam. de iureiur. c. tuam.

10 ADVOCATVM dare tenetur iudex illis, qui propter paupertatem, vel potentiam aduersæ partis habere non possunt. ff. de offi. con. l. nec quicquã. §. fina. Et si aduocatus iussus à iudice hoc facere renuat, sine causa, potest per iudicem ab officio aduocationis perpetuò remoueri. C. eod tit. l. prouidendum intellige tamen, si ei competens salarium constituatur.

11 ADVOCATVS, & procuratores peccant assumentes causam iniustam defendendam scienter, siue ad vincendũ siue non, siue ad concordandum, siue ad differendum, seu aliter, & si caput aliquod iustum capiant, vt iustum impediant, vel differant, aut peruertant. Si non vult, vel negligit scrutari merita causæ, sed qualiscunque sit, assumit tuendam, & non curat, an quod assumit sit iustum, vel non, quod contra charitatem est. Si prosequitur causam iniustam, quã à principio iustam credebat. Hæc enim prosecutio, iniuriam infert proximo, debet enim deserere causam, & monere partem vt cedat. Si negligit studere, & adhibere debita remedia causæ: secũdum quod potuit, & debuit. Si non manifestat suo clientulo causam esse iniustam, quam ipse iustam credit: sic enim iniuriam facit clientulo, & aduersario. Si docet clientulum dicere falsum, vel dolosè incedere. Si exigit à clientulo plusquam debet. In omnibus his casibus peccatum mortale interuenit manifestè,

nifestè, quia contra iustitiam charitatemque agitur, nisi nocumentum adeo esset paruum: vt ratione actus imperfecti, ad veniale reduceretur. Hæc secundum Caiet. ibi, in sum. Et tenetur de damnis, &c.

12 ADVOCATVS nolens aduocare in causa pauperis in extrema necessitate, & potens, mortaliter peccat, sicut in alijs operibus misericordiæ est: secundum Th. secunda secundæ. 47. a. 1. & Caiet. in sum ibi.

13 NON potest aduocatus sine vitio ingratitudinis aduocare contra eum, à quo beneficium recepit argumen. in capit. fin. de postu. Excipe nisi pro se, vel sibi. coniunctis, vel miserabilibus agat. secundum Speculat. titul. de aduocato.

14 ADVOCATO, seu procuratori nō licet facere pactum de quota litis, neque etiam de certa quantitate, vel re, cum hac cōditione. si vincat. l. si qui. C. de postu. Est enim eadem ratio sicut de quotæ litis promissione, quæ ideo prohibita est, ne per fas, & nefas, ad victoriam causæ intendat, vt promissum consequi possit. Licet tamen ei pro mercede promittere quid certum, siue quantitatem, vel rem, siue vincat, siue non, etiā si vltra hoc, aliquid parui munusculi promittatur, quia in hoc ratio prohibitionis cessat.

15 ADVOCATVS & procurator in vna causa non possunt accipere salariū, quod excedat sex aureos. ff. de var. & extraordin. cogni. l. 1. nec possunt facere contractum causa incœpta, & nō finita cum clientulo. 3. q. 7. §. item si quis.

16 SI litigator promisit cētum si vincat, si verò non vincat. 50. secundum Spec. pacta seruantur. Et si lis per concordiam, vel alio modo terminetur, ita quòd aduocatus, & procurator nō perficiant, debent habere de salario, vel de promisso, secundum proportionem litis, de æquitate.

17 SALARIATVS de publico, non potest aliquid accipere à litigantibus, sicut nec medicus ab infirmis, quāuis à sanis possit accipere: secundum Pan. c. 1. de postu. post Innoc. quia talia salaria sunt constituta pro litigantibus, & infirmis.

18 ADVOCATVS deserens causam, ex causa, quam prius potuit præuidere, suæ imperitiæ imputatur. Si autem deserat ex causa noua & repentina, vt quia clientulus aliquid confessus est contra se, habebit salarium nihilominus. ff. de va. mu. l. pe. §. fi.

19 ADVOCATVS habens iustā causam, licitè potest decipere aduersariū. gl. in c. dominus noster 13. q. 2. & 11. q. 2. c. vtile. Intellige dummodò non apponat falsas allegationes, aut faciat aliquod de se malum, vt sunt mendacia, & huiusmodi: licet enim cauillationes cauillationibus retundere: secundum gloss. in capit. cupientes. de elect. in 6.

20 ADVOCATVS vbi scit iustitiā, vel iniustitiam causæ: non potest pro vtraq; parte aduocare, quia semper ex vna parte tueretur iniustam causam scienter, quod non licet: vt suprà dictum est. §. 11. Si verò est in dubio, sicut tueri singulas potest, ita etiam vtrasque partes, quia in casu dubio patrocinari potest: secundum Rod. quod Sil. ibi. § 13. limitat in diuersis articulis, & diuersa instantia. vt si pro vna parte aduocat in causa principali, pro alia in causa appellationis, cauendo tamen à scandalo pusillorum. Specul. titul. de aduoc. Sed in eadem instantia, etiam in dubijs, hoc fieri non potest, tum quia rarissimè potest fieri sine scandalo, detrimentóque famæ, tum quia videtur impossibile, quòd visa materia, habeatur bona fides de vtraque causa, tum quia oportebit allegare contraria, & allegans contraria non est audiendus: vt in l. 1. Ca. de furt. & l. precum. Ca. de li. ca. de appellation. capitul. sollicitudinem.

21 ADVOCATVS potest aduocare contra rempublicam à qua salariū recipit, quia salarium non est beneficium gratuitum, sed merces: secundum Spec. tit. de aduo. quamuis con-

erarium teneat Bart.l.2. C. de aduoc. diuer.iud.

22 ADVOCANTES scienter pro excommunicato nominatum in crimine, pro quo fuit excommunicatus, sunt excommunicati, quia participant in crimine criminoso. infrà excommunicatio. §. 25. Similiter si hæreticis præstent patrocinium: & possunt contra eos inquisitores procedere, & sunt suspensi ab officio. cap. si aduersus de hæretic. Quædam personæ prohibentur per canones aduocare, infames scilicet, surdi, muti, cęci penitus, perpetuò furiosi, impuberes vsque ad annum 18. seruus, fœmina, passus voluntariè muliebria, & alij. de quibus in l.1. ff. de postu. & 3.q.7.c. infames. §. tria.

AFFINITAS, infrà, vbi Impedimentum.

AGRESTA.

AGresta non est vinum, ideo in ipsa non potest confici sanguis Christi, est enim in via generationis: cum musto tamen potest confici, quia iam species vini completa est, quamuis non sit decens cum musto confici, quia nõ est adhuc purgatum. Ex S. Tho. 4. sen. d.11.q.1.a.3.q.3.

ALCHYMIA.

1 ALCHYMIAE ars secundum se non est illicita, si fiat sine fraude, nec est peccatum vendere per alchymiam factum pro re, quæ est, sicut de alijs rebus artificialibus. Non tamen licet vendere illud pro re, quæ apparet, quæ in veritate non est, quoniam hoc est decipere proximum: secundũ Caiet. ibi.

2 SI per alchymiam verum aurum posset fieri non esset illicitum vendere illud pro vero auro: secundum Th. secunda secundæ. q.77. ar.2. ad 1. An autem hoc sit possibile, dubitationem habet. Apud S. Thom. non habemus, quòd verum aurum per artem possit fieri, licet secunda secundæ, vbi suprà, dicat, quòd si fiat verum aurũ, potest vendi: sed potius videtur dicere in 2.d.7.q.3.a.1. q; verum aurũ per artem non possit fieri, propter suam perfectionem, neque verum argentũ. Hoc etiam tenet de depos. q.6.a.1. ad 18. potest tamen fieri aliquod, quod est propinquum auro & argento. Caiet. tamen in secunda secundæ, vbi suprà, dicit quòd S. Thom. non reputat impossibile, per alchymiam fieri verũ aurum & argentum. Quando ergo dicit, quòd non potest fieri, dicit quia nunquàm, aut rarò fit, potest tamen fieri ab habente veram artem, si talis esset.

3 OLDRADVS in cons.69. tenet etiam quòd hæc ars est licita, dummodò non fiat per artem magicam, vel aliam artem, legibus odiosam. l. vnica. C. de 3. thesaur. vnde Angel. ibi videtur tenere, quòd hæc ars sit simpliciter damnanda, propter rationes quas ibi adducit.

ALIENATIO.

1 ALienatio est actus, per quem trãsfertur dominiũ, si propriè sumatur C. de fund. dor. l.1. sumpta verò cõmuniter, includit emphiteosim, locationem ad longũ tempus, venditionem sub conditione, donationem, vẽditionem, permutationem, ac perpetuum contractum. in c. nulli liceat. de reb. eccl. non alien. & in materia odiosa capiemus propriè, & strictè, in materia fauorabili largè, & communiter. secundum Panor. ibidem.

2 CVI prohibetur alienatio, prohibetur etiam locatio, & fructuum venditio ad longum tempus. Panor. in d. c. nulli. & est text. cum glo. in cle.1. de reb. ec. non alie. & Ioan. Andr. Modicum verò tempus quid sit: secundum gloss. in d. cle. relinquitur arbitrio iudicis, propter varias locorum consuetudines. Dicit tamen gloss. in l.1. ff. de superfi. §. quòd autẽ. quòd modicum tempus est infra decennium, perpetuũ autem est 30. annor. secundum gloss. 12.q.1. in c. hoc ius. vel q; durat quandiu viuit is, cui conceditur. c. præcariæ. 10.q.2. vel durat quandiu pensio soluitur Inst. de loca. §. adeo. vel quod durat vsque ad quartam generationẽ. auth. de non alien. emphit. Verum tamen Paulus in extrauagãt. quæ incipit:

cipit: Ambitiosæ cupiditati. fulminauit excommunicationem contra alienantes vel locantes quomodolibet vltra triennium, quo ad res ecclesiasticas. Vide in fine Sil. ibi est totum decretum.

3 SOLVS prælatus potest alienare bona mobilia, quæ cômodè seruari non possunt, vt sunt vestes tritæ, fructus, & huiusmodi: secûdum gloss. in d.c. nulli. pretiosa verò, quæ seruari possunt, & quæ faciunt fructum, nô alienantur sine solennitate. Res enim immobilis, & mobilis pretiosa, in hoc æquiparantur: vt in l. lex. C. de admi. tutor.

4 PECVNIA non est de his, quę seruando seruari possunt: secundû Pan. in d.c. nulli. nisi ad emenda immobilia deputata esset, vel in magna quantitate consisteret.

5 ID quod habet fructum, & est in magna quantitate, & nô consumitur infra triennium, dicitur quòd seruando seruari potest, & sic alienari non potest. infrà. Locatio, vide aliquid. Et infrà §. 10.

6 IN alienatione rei ecclesiasticæ: secundum Panor. in c. cum Apostolica. de his quæ fiunt à præla. quinque requiruntur. Primò, tractare an expediat, vel non. Secundò, capituli consensus. Tertiò, quod pro ecclesiæ vtilitate fiat. Quartò, superioris authoritate. Quintò, cû subscriptione c. tua. de his quę fiunt à præl. & in d.c nulli. Subscriptio nunquam requiritur, nisi in casibus in iure expressis: secundû Panor. ca. primo. de his quæ fiunt à prælat. allegantem regulam Innocen. Et tantùm hæc tria, videlicet, venditio, permutatio, & donatio, requirût subscriptionem. in d. cap. tua. hæc tamen subscriptio non oportet fieri manu clericorum, aut religiosorum, sed sufficit manu notarij fieri: vt consuetudo declarat.

7 VNVS tractatus solennis sufficit, et non requiruntur tres: secundum Panormita. ibi in d. ca. tua. qui tractatus non requirit consensum, sed quandam discussionem circa rem dispo-nendam: vt dicit gloss. ibi. Primò enim discutitur, an magis expediat alienare hoc, vel illud, vel alio modo ecclesiæ subueniri possit, & post peruenitur ad consensum per alienationem.

8 SI tractatus præcessit, in quo deliberauerunt alienare, valent consensus Canonicorum non habiti in communi, secus quãdo non præcessit, quia requiritur consensus in cômuni: secundû gl. & sic cõcordãt opiniones Doct. quorû quidam dicunt, quòd non valet: vt Bart. Host. & Inno. aliqui verò, quòd sic. vt Goff.

9 CAVSAE alienandi secundû Pan. sunt quatuor. in c. nulli. de reb. eccles. non alien. Prima est necessitas, si debita vrgeant, & de fructibus ecclesiæ non possit satisfieri. Secunda vtilitas vt scilicet rem meliorem habeat. 10. q. 2. c. hoc ius. Tertia pietas c. sanctorum. 12. q. 2. Quarta incommoditas: vt quia res magis damnosa, quàm vtilis est ecclesiæ: vt in c. terrulas. 12. q. 2. & ibi gloss.

10 AD hoc, quòd res ecclesię sine prędictis solennitatibus possint alienari, requiritur, quòd sint res mobiles, ita quòd non habeant locum determinatum, à quo non possunt transferri. Secundò, quòd non possint commodè seruari, quod est quãdo infra triennium consumuntur: vt dictum est. Tertiò, quòd non sint res pretiosę cultui diuino deputatæ. Reliqua possunt alienari. Hæc ex supra dictis iuribus patent. & Alberic. in authentic. hoc ius. C. de sacro sanct. eccles. An res sacræ possint vendi, infrà Emptio. §. 14.

11 NOMINE mobiliũ & immobiliũ, non veniunt iura, actiones, & nomina debitorum propriè: secundû Pan. in d.c. nulli. vnde consuluit Oldra. Si princeps relinquit bona mobilia distribuenda, non veniunt pœnæ nondum exactæ. Si quis tamen volens cõprehẽdere totum patrimoniũ suum, facit solùm mẽtionem de mobilibus, & immobilibus, intelliguntur etiam actiones, iura, & nomina debitorum

comprehensa. Idem dic de fructibus, siue annuis redditibus: qui tamen alienari non possunt sine debita solennitate, cùm sint de his, quæ seruando seruari possunt, licet quidã dixerint consulendo, quòd ex magna causa possunt.

[12] In ecclesijs non cathedralibus sed inferioribus, vbi ecclesiæ non habent capitulum, non requiritur prædicta forma in alienatione rerum immobilium, sed sufficit superioris cõsensus: secũdum Pan. vt refert Ge. in ca.1. de reb.eccles.non alie.l.6. ar.in cle.1. eo. tit. Causa tamen legitima semper requiritur: vt in d.cle,

[13] Si propter aliquod impedimentũ Episcopus capitulum nõ haberet, debet aduocare aliquos clericos honestos: secundum Pan.in c.1.de his quę fiunt à præla.

[14] Svperior, ad quem recurrendum est causa alienationis, in non exemptis, est Episcopus proprius: in exẽptis, eorum prælatus, vt abbates in ecclesijs eis subiectis, prouinciales in ordine prædicatorum, & ministri in ordine minorum: vt elicitur ex d.cle.1. & per Car.c.statuimus.de transact.

[15] Recipiens rem ecclesię prędictis solennitatibus non obseruatis, tenetur eam restituere ecclesiæ, cũ fructibus perceptis, nec pretium potest repetere, nisi sit conuersum in bonis ecclesiæ. arg.in cap.1.de depos.quia secundum Panor.in d.c.nulli. Alienatio est nulla, non seruata forma, quæ dat esse rei. In conscientia tamen, quãdo affuit causa legitima alienationis, & non fuit deceptio, non tenetur restituere, quia istæ solennitates, adinuentæ sunt ad tollendas deceptiones. Hoc ponit Pan.in c.quia plerique. de immu.eccle.

[16] Praelatvs ecclesię nõ potest renuntiare exceptioni competenti ecclesię, aut transigere euidenter in damnum ecclesiæ: secundũ Pan.& Inn.in c.1.de depos.nisi ex speciali concessione Papæ, ex quo infertur, quòd nõ potest cedere liti, & causæ, aut transigere, nisi sit causa euidens, & debita solennitas, si actio sit ad rem immobilem. iuxta not.in d.c.nulli. Secus si ad rem mobilem: vt not.glos. in d.auth. hoc ius. Aliqui autem tenẽt, quòd indifferenter potest, quia stat in acquirendo, secus circa rem iã acquisitam immobilem.

[17] Praelatvs solus sine solenni tate potest repudiare hęreditatem, seu legatum delarum ecclesiæ: vt tãgit Fe de.consil.9. & Pa.c.1.de dol. & cõtu. quia nondum ecclesię acquisitum est dominum ante acceptionem legati licet Pan.de Cast.cons.11. dicat, quòd non. Primum tamen est verum. Vnde monasterium quando renuntiat hæreditati, quæ debet prouenire ei ex successione fratris, non dicitur alienare: vt incurrat pœnas iuris: quia non est adhuc verè ius sibi acquisitum.

[18] Si prælatus iurauit non alienare simpliciter, intelligitur non de re modica. quæ sine solennitate alienari potest, sed de magna, & de alienatione illicita, secundum Panormit.in capit. vt super.de reb. eccle. quia iuramentum est stricti iuris. arg.in capitu. penultimo.de iureiur. Si iurauit nõ alienare inconsulto papa, aut sine licentia superioris, tunc intelligitur, tam de licita, quàm illicita, quam non potest facere sine conditione interueniente, etiam si adsit ecclesiæ vtilitas, & necessitas, sicut poterat in primo iuramento. Si tamen summa necessitas immineret, quæ tantam celeritatem requireret, quòd à papa consilium, vel à superiore licentia haberi nõ posset, tunc credit Panormit. in cap. fin. de reb.eccles. posse alienare, non obstante iuramento. Hoc facit pro religiosis, qui sæpe suum superiorem à remotis habent, & non ita citò possunt habere ab eo recursum.

[19] Praelatvs potest facere alienationem, etiam suis consanguineis, secundum Panorm.in cap.vt super.de reb.eccles.non alien. Non tamen hoc potest œconomus, vel alij, secundum eundem Panor. ibi, quamuis in conscientia ex causa legitima, & sine fraude excusentur, & valeat talis alienatio

ar.ca-

ar.capi.1.de coha.cle.& mu. in tex.& in glo.

20 TERRAE incultæ,datę ad culturam cum promissione dandi eas ad emphiteosim, post culturam possunt dari existentibus ex stirpe,siue eorum hæredibus, alijs verò non, nisi seruata debita solennitate, quia non amplius sylvestres sunt, secundum Pan. in capit.ad aures,de rebus eccles. non alien.

21 SI bona redeant ad ecclesiam pleno iure,quia finitum est tempus concessionis,vel ex defectu hæredum vasalli,vel emphitentæ, vel propter eorũ delictum,quia non soluerunt pensionẽ,vt in cap. potuit.de locat. possunt alteri dari sine solennitate,etiamsi iurasset non alienare,nisi fuissent applicata mensæ,& esset notum.Et dicuntur applicata mensæ,quę sunt monasterio,quantum ad ius & vsum incorporata. Et si stetissent per annum applicata monasterio,dicerentur esse de mensa.Tex.est clarus in ca. 2.de feud. hæc secundum Pan.in ca. si super. de rebus eccles.non ali. Vide ibi tex. & Federic.consilio. 174. circa medium, infrà,feudum.§.19.

22 SEDE vacante,bona ecclesię episcopalis,quæ seruãdo seruari non possunt, sine alia licentia per œconomũ, vel capitulum,poterunt vendi,secundum Pan.in ca.1.ne se.va.si verò sint bona, quæ seruari possunt in ecclesia episcopali,non poterunt vendi sine licentia Papæ.arg. in c.1.de reb. eccles. non ali.l.6.In ecclesijs autem inferioribus, magna vrgente necessitate,ecclesiáque diu sit vacatura,nec commodè creatio alterius prælati expectari potest, tunc stantibus his duobus casibus,secundum Innocen. dabitur curator bonis & per illum fiet alienatio, nec prius poterit fieri,etiá per archiepiscopum,vt in d.cap.1. in 6. de reb. eccle.

23 NON valet alienatio facta à schismaticis,vel intrusis:de schismati.ca.1. 12.q.2.capitu.alienationis, & qui sic recipit, tenetur restituere cum fructibus, etiam qui à iusto possessore possent recipi,de restitut.spol.c.grauis.Et est excommunicatus, qui talibus alienationibus innititur,infrà,Excommunicatio.62.

24 PRAELATVS habẽs bona distincta à bonis capituli, potest illa concedere,alicui ad ipsius prælati placitũ sine capituli consensu,& alia solẽnitate secundum Pan.in c.continebatur, de his quæ fi.à præla.

25 ALIENATIO rerũ minorum, secundum Innocen.in capi.primò,de reb.eccle. non alie.requirit solennitatem,scilicet causæ cognitionem,decretum, & causam legitimam,& verum est etiam in mobilibus pretiosis, alias habent contra possidentem rei vindicationem,& actionem tutelæ,vel negotiorum gestorum,contra tutorem, vel curatorẽ.ff.de re.eo.qui sunt subtute.l.magis puto.§.si es,& C.de preci.im.l.& sic præses. Nota,quòd decretum est sententia,& non imponitur sine causæ cognitione, & ideo in scriptis est dandum,secundum Innocen.vbi suprà,& in dict.§.si es,quamuis in iure decretum sæpe dicatur authoritas.C.de mil.vest.l.j.

26 ALIENATIO facta per eum,qui commisit capitale crimen, & ad piam causam,tenet, secundum inno. in ca. quia propter.de elect. dummodò fiat ante sententiam. C. de bon. dan. l. si quis post hanc,quæ præcepit vt illius, qui capitale crimen commisit, bona publicentur,scilicet inuenta post sententiam, vel quæ ex suspitione pœnæ sunt alienata.ff.de don. causa mor. l. si aliquis.Fallit tamen in crimine læsę maiestatis, & hæresis, vt in capitul. eum secundum,de hæret. lib.6. quia sunt in commissum à die commissi criminis.infrà, donatio.§.4.idem die in omni crimine,quo perpetrato ipso facto bona perpetrantis essẽt confiscata.

27 ALIENATIO facta in fraudem creditorum,vel patronorum,non valet,secundum Innocen.vbi suprà, sed debet reuocari.ff.de his quæ in fraud. cre.per totum, etiam si non sit facta in fraudem,sed fraus est in ipso facto,

reuocatur ff.eod.titu.l.omnes. §.Lucius.

28 FRATRES prçd.congregationis olim Lombardiæ alienare possunt cũ licentia Vicarij generalis ,ex gratia Sixti papæ : nunc verò cum licentia sui prouincialis.

29 QVOD donatum fuit, vel legatũ ecclesiæ,cum hac conditione , vt non possit alienari,secundum doc. & præcipuè Hug.& 10.q.1.c.sic quidam,& Anto.quando ecclesia alias possessiones non habet,pro vtilitate, & cęteris casibus in iure permissis , potest alienari.12.q. 2.c. aurum .quia pactum, ne liceat mihi rem meã alienare, à iure reprobatur.ff.de pact.l.pe.Idem sentit Gof . Hoc placet Panorm . quia si donator aliter sensisset , non fuisset mentis cõpos. Quòd si legaretur Monasterio, quòd possessiones tenere nõ potest,cum additione pœnæ,si alienetur,locum non habet talis pœna,quia conditio tanquàm turpis habẽda est, secundum Archiep. Posset ergo vendi in quocunque casu,etiam extra necessitatem.

30 QVOMODO intelligatur vtilitas ecclesię,pro qua debeat fieri alienatio? dicit Lan . quòd pretium rei venditæ sit versum in euidentem vtilitatem, & perpetuam . Zabar.tamen in cle. monasteriorum.eod.titu.dicit , quòd est necesse.quòd duret versum in vtilitatem, nec oportet emptorem scire, ad quem vsum pecunia conuertatur. secundum glo.10. q.2.cap. ea enim.§ hoc ius . sed sufficit probare ecclesiam tũc indigere pecunia,reliquum autem relinquat vendentiũ conscientijs. An constitutio Pauli. 2.de non alienando vltra triennium sub pœna excommunicationis teneat,dic vt in excommunicatione 62.concluſum est.cui & Caiet.in summa de excommunicatione. c.75.consentit.

ALIMENTVM.

1 ALIMENTORVM nomine secundũ Canonistas veniũt in legatis,vestimenta,& calciamenta.ff.d.ali. & ci.leg.l.legatis . Idem si legatus est victus.ff.de verb.sig.l.verbo victus, secus si cibaria sunt relicta ff.de ali . & ci.lega.l.antepe. Item veniunt nomine alimentorum medecinę. Imò in l. si cum dotem.§.si maritus.ff. sol.ma. & nomen Vitæ necessaria , importat vestes,cibos,medicinas, & huiusmodi,sicut dicimus de alimentis legatis, in d.l.legatis. Et ille cui debentur alimenta,debet habere expensas pro studio,sine quo viuere non posset secundum decẽtiam suæ personæ, puta pro grammatica , & huiusmodi, secus de expẽsis in studijs in quibus dicitur militare,vt tenet Bar.& not. in l.de bonis.ff.de Car.edict.§. nõ solùm infrà. Legatum.§.31.

2 FILII à parentibus,& parentes à liberis sunt alendi.C.de al. li. à pa.l.1. Intellige quando ille,qui petit,est inops,& alius est diues. Et si ex arte sua potest se pascere,non debet petere alimenta,nisi sis infirmus.ff.de libe . agno.l.si quis.Idem dic de emancipatis. vt in d.l.si quis.

3 NEPOS ex filia pascetur ab auo materno,si nõn possit ali à paterna linea, arg in.d.l.si quis. Idem dic de filio adoptiuo.

4 VXOREM,nutrum, & pronurum alet vir.ff.de do.inter vir.& vxor. l.si quis pro vxore , nisi in contrariũ fiat pactio.Not.secundum Barrol.in d.l.si quis quòd pater tenetur ,alere filium non ex iure patrię potestatis, sed naturali iure,& ex charitate.

5 VXOR locuplex , alet virum inopem, & econtrà , nisi essent in culpa, qđ si fiat diuortiũ,& vir dedit causam diuortij,filius minor triennio,nutrietur apud matrem expensis patris , nisi mater ad secundas nuptias transierit . Si verò dedit causam mater , apud patrem aletur expensis matris locupletis,nisi pater minus idoneus sit, quia tunc apud matrem locupletem . Quod si alter eorum esset infidelis,apud fidelem sunt nutriendi liberi.C.de diuor.& fac.ap.quem liber. edu.l.vnica.& in auth.si pater.ibi posita. De hoc vide infrà Matrimoniũ, §.40.

6 DE iure canonico secundum Pan.

in

in cap.cùm haberet.de eo qui dux, in ma.vltimo notabili.filij spurij,vel nati ex damnato coitu, debét ali à parentibus. & huic iuri statur hodie etiam de iure ciuili,quia hoc induxit ecclesia ex quadam naturali æquitate, ne filij alimentis priuati pereant. Et dicit idem Panormita. quòd per rationem huius textus, parentes possunt legare filijs spurijs ratione alimentorum, & dotare,& relinquere dotes filiabus,cũ dos loco alimentorum succedat. Imò pater cogitur dotare filiam bastardam ff.de leg.iij.l. vxorem §. pater naturalis.deducto tamẽ semper ne ipse egeat cõmodè secundum suam dignitatem. ex l. fin.C.de do.prom.

7 EDVCATIO filij infra triennium ad matrem pertinet,si potest.C.de pa. po.l.nec filium. Vltra verò triennium ad patrem spectat,nisi esset pauper, & mater diues:quia tũc ad matrem pertineret.Panor.in d.c.cùm haberet, vt supra est dictum, nisi forte erga matrẽ esset aliquod impedimentum,quo filium lactare non posset, vel non deceret:quia in his casibus expensis patris lactabitur.arg ff. de li.ag.l. si quis à liberis.Not,quod nomine patris veniunt ascendentes ex paterna linea,& similiter nomine matris ex linea materna. Vnde non tenetur mater, nisi deficiente paterna linea,vel egeant. ff. eo.ti.si quis.§.vtrum.

8 MVLTI sunt casus,in quibus pater non tenetur alere filium, secũdum Pa.& glo.in.d.c.cum haberet.Videlicet si filius accusauit patrem,si est minor triennio,si pater est pauper,si fuit ingratus contra patrem,si filius habet artem ex qua possit viuere, si tamẽ sit decens vt eam exerceat, secus si ob nobilitatem non esset decens.Et generaliter dic,quòd omnes causæ sufficientes ad exhæredationem, sufficiunt ad priuationem ab alimentis.

9 FRATER cogitur alere fratrẽ naturalem,secundũ Bart.in d.l. si quis.à fortiori legitimum, & secundum eundem Bart.in l.dedit.ff de col. bon. tenetur dotare sororem.

10 DOMINVS tenetur alere seruũ, vt in l.cum plures ff.de admi.tuto.§. pe.similiter tutor tenetur alere matrẽ & sororem pupilli si egent. Et not.q̃ alimenta debent præstari secundũ cõ suetudinem regionis,ad arbitrium boni hominis, & iuxta facultatem debentis,& dignitatem legatarij,secundum Bart.in tractatu de duobus fratribus.

ALTARE.

1 ALTARE nõ debet esse nisi lapideũ.c.altaria de consc. d.1. ex institutione sancti Siluestri,vt d.Tho.4. sen.1.3.q.1.a.2.q.5.ad secundum. Lapis enim Christum significat,qui in altari immolatur, quãuis antè essent altaria lignea.Vnde & altare Lateranen. vt d.Per.de pa. est ligneum. Debet ergo esse lapideum, vel saltem tabulam lapideam habere consecratam,super qua situetur hostia, & calix quod dicitur altare viaticum,secundum Archiep.tertia par.tit. 11. ca.secundo,& debet esse secundum Pe. de pa.latitudinis,& longitudinis tantæ lapis in capsula, quòd in eo capi possit pes calicis,& hostia consecrata: vel quòd in conficiẽdo,cùm tenet sacerdos in manibus panem,vel calicem,super lapidẽ teneat, & sic super lapidem conficiat. ar.in c.concedimus. de cõ. di.1.intellige, quòd saltem sint super lapidem pro maiori parte.

2 ALTARE stabile non licet presbyteris in ecclesia consecrata cõstituere, seu noua erigere:sine episcopi consensu.c.quamuis d.68.sed in ecclesia non consecrata possunt construere propria authoritate, per argumentum à contrario,in ca.nullus de con.d.1.

3 ALTARIA cõsecrata non sunt destruenda sine episcopi consensu.ca.ecclesia.de con.d.1.

4 IN altari portatili conceditur celebrari in ecclesia non consecrata,vel in via.cap.concedimus de con.d.1. & super hoc celebrari facere in itinere, & vbique conceditur episcopis,& superioribus c.quoniã. de priui.in 6. prædicatoribus,& minoribus etiam conceditur,sine præiudicio tamen paro-

chialis ecclesiæ, quod præiudiciũ intelligitur, secundum quod declarat Grego.9.in quadam extra, quæ incipit, Nos attendentes, &c. De decimis, oblationibus, & primitijs. Et si esset constitutio synodalis in oppositum, non eos arctaret, quia de priui.cap.in his.dicitur libere: in quo innititur, quòd sine licentia parochialis hoc possunt.arg.in cl.de sepul.c.dudum.versi.libere. Alijs autem secundum Pan. in rub.eo.tit.non conceditur, nisi in magna necessitate, sine licentia episcopi, vel in ecclesia consecrata. In mari, vel super fluuiũ, nullo modo permittitur.

5 ALTARE tam stabile, quam portatile, tantùm ab episcopo potest consecrari, vt in d.c.nullus.& d.c.concedimus. Et quia secundum Arc flo. alia est consecratio ecclesiæ, alia altaris, vna sine alia fieri potest.eo.tit. c.1. Et possunt simul in eadem ecclesia plura altaria consecrari.eod.tit.c.vniuersis. Et non consecratur altare sine reliquis.c.placuit de con.d.1.

6 NON potest consecrari altare super sepulchrum hominũ, nisi sanctorum.c.non oportet.de con.d.1.

7 CORPVS Christi consecratum.nõ potest poni pro reliquia, secundum Innoc.cum consilio assistentium. Tamẽ dicitur, quòd Leo papa dedit partem corporalis, & corporis Christi, in consecratione cuiusdã ecclesiæ. Pa.in c.propositi. de con.eccle. Quidam dicunt, quod in altari portatili non requiruntur de necessitate reliquiæ. Opinio tamen prima est melior, quã sequitur Arc.flo.& Piso.ver.consecratio.§.3.

8 ALTARIA stabilia tribus modis cõsecrantur, secundum Pa. c.1. de cõ. ec.& al. Primus modus est, quãdo fit vnum foramen paruum in superiori parte in ipsa mensa lapidea altaris. Secundus modus, si fiat foramẽ vel ante altare, vel in latere dextro altaris, & post consecrationem clauditur lapide paruo, & quadrato, vel rotundo, qui vocatur sigillum, & in dicto foramine ponuntur reliquiæ.& nomen consecrantis, & nomen sancti, in cuius honorem consecratur. Tertius modus est secundum Innoc.in eo. tit.ca. 1.si fiat foramen in ipso altari sub mẽsa, & eadem mensa claudatur.

9 ALTARE portatile, quantũ ex practica ecclesiæ colligitur, etiam tribus modis consecratur. Primò, quando fit ex lapide in ligno, ita quòd lapis est sigillum, & lignum est sepulchrũ. Secundò, sit ex lapide solùm, ita quòd in ipso lapide, est sepulchrum. Tertiò, ex ligno, & lapide, ita tamen, quòd in lapide est sepulchrum, & sigillum, & apponitur lignum pro augenda latitudine. Quidam addunt quattum modum, quando cõsecratur sine reliquis. Sed iste modus suprà reprobatus est, nec est in practica, ideo dimittatur. His ergo dictis facilius est videre quãdo altare exacratur.

10 ALTARE stabile quantum ex docto.colligitur, in rub.& in c.1. de cõ. ec.& al. quatuor modis exacratur. Primò, si mensa penitus, vel enormiter frangatur, ita vt deformitas appareat, id est, vltra medietatem, vt exponit Io. vel etiam si est fracta in cornibus in quibus consueuit fieri consecratio secundum Ro. secus si esset modica.eo.tit.c.in ligneis. An autem talis deformitas sit enormis, iudicio episcopi stabitur, secundum Host. Idem dic si est amota, vt dicit Host. Si tamẽ erat affixa, secundum Ro. Secundò, si mota fuit iunctura, qua mensa stipiti adhæret, siue sepulchrum in latere altaris fuerit, siue multo magis sub ipsa mensa, quia in illa coniunctione præcipuè intelligitur esse consecratio altaris, secundum Pan.in c.propositi. eod.tit. Tertiò, si quid de lapidibus stipitis tangens ipsam mensam moueatur, vt in cap.ad hoc.eod.tit.secundũ Rayne.quod tamen intelligitur, secũdum Rom. & glos. quando mensa est fundata super quatuor columnas lapideas, quarum vna mouetur. Secus de lapidibus parietis, vel de ipso pariete, cui compaginarum est aliquãdo altare, quia propter horum amotionem non violatur altare, nec reconsecratur.

Idem

Idem dic de lapidibus ſtipitis non tãgentibus menſam, ſecundum Piſan. & de tangentibus menſam, ſed non principalibus, ſecundum Sum.con.l. 3.titu.34.niſi tot amoueantur, quod altare formam amittat, ſecundũ gloſſam.Ray.ibi. Quartò ſi frangatur vel amoueatur, vel eminuatur ſignũ ſepulchri.c.ſi.motũ.de con.d. 1. & hoc vbicunq; ſit ſigillum etiam in latere, ſecundum Ar.Hi quatuor modiſunt, de mente Pan.in cap.ad hæc. & capi. quod in dubijs.eod.titu.Innuit etiam alium modũ indirectè,in c. in ligneis. eod.tit.vbi dicit.Si contingat enormis fractura in altari, exacratur, vt ſi tantũ minuatur,vel augeatur.quod formã amittat. Forma enim eſt, quę dat eſſe rei. Vnde idem videtur eſſe,enormis fractura & notabilis additio,quã tum ad hoc,quia eſt eadem ratio.

11 ALTARE portatile exacratur primò,ex remotiõe lapidis à ligno, quãdo ſepulchrum eſt in ligno, ſecundũ Ioan.and.in c.ſi ligneis.eod.tit.Secundo quando mouetur ſigillum ſepulchri exiſtentis in lapide, ſiue lapis ſit in ligno,ſiue non ſecundum oẽs doc. Tertiò ex notabili lapidis fractione, vt in capi. in ligneis .eod.titu. & hoc modo non poteſt violari ſi conſeceretur ſine reliquis, quod non eſt in vſu, vt dictum eſt ſupra.Non enim exacratur ex eo,quòd degradati, vel huiuſmodi,celebrauerint in eo, vt reconſecratione indigeat, neque reconſiliatione, cum nullo iure ſit cautum.ar. cap.his qui.de ſenten.exc.lib. 6. Si verò ſepulchrum eſt in ipſo lapide, licet lapis ſit in ligno,propter remotionem lapidis à ligno non exacratur, ſecundum Ioan.andr.in dict.cap.in ligneis. (licet quidam dubitant) quia non ſit conſecratio in vnione,ſed conſecratio eſt ſolius lapidis. Additur autem lignum, vt commodiùs calicem, & hoſtiam capiat.& hoc tene.

12 EX AGRATA eccleſia,non exacratur altare,quia eccleſia poteſt deſtrui, & altare, quia eccleſia poteſt deſtrui, & altare remanere,ita tenet Pa.c.propoſuiſti.eod.titu. Polluta tamen eccleſia,polluitur altare:ſtabile ita vt reconſiliatione indigeat, quia pollutio concernit totum corpus eccleſiç.Ideò cùm altaria ſint intra corpus eccleſiæ, ſunt polluta.necante reconciliationé in ipſis poteſt celebrari,& polluto altari, polluitur etiam eccleſia. Secus autem de eo, quod eſt extra eccleſiam, niſi eſſet vnum cum eius pariete. Et quod modis polluitur eccleſia, tot modis & altare. In altari, in quo conſecrauit Epiſcopus, non poteſt alius eodem die conſecrare. c.ſi. de con. d.2. niſi de licentia Epiſcopi vel vrgente neceſſitate, quando epiſcopus non poſſet complere.6. quæſt. 1.capi.nihil.

13 ALTARIA plura eodem die poſſunt conſecrari, ſicut plures Epiſcopi c.cum ſis.de con.eccle. & alta.

14 ALTARE lapideum eſſe debet,tũ quia Chriſtum ſignificat, tum quia Chriſti corpus in lapideo ſepulchro fuit reconditum, tum quia de facilis hæc materia vbique poteſt inueniri, vt ſcribit Tho.3.q.83.a.3. ad.5. & 4. ſen.d.13.

AMBITIO.

1 AMBITIO importat inordinatũ appetitũ honoris, ſecundũ Th. ſecunda ſecundæ.q.131.a.1.ideo eſt ſemper peccatum,quandoque mortale,quandoque veniale. Eſt autè mortale ex fine, quando ibi ponitur finis, quod eſt, quando quis eſt paratus facere aliquod peccatum mortale, propter conſequẽdum talem honorem. Secundò ex materia circa quam ambitioſus quærit honorem, vt ſi quærat reputari vt Deus, vel de aliquo crimine honorari, vt de blaſphemia,homicidio, & huiuſmodi eſt mortale, vel ſi appetit honorari, vt aliquod crimẽ mortale poſſit committere.In reliquis autem caſibus, communiter eſt veniale, vt ſi quęrit honorari de ſcientia, quam non habet, vel plus quã habet vt talem honorem non ordinat in Deum vel ad vtilitatem proximi, non tamen propter hoc mortaliter Deum offenderet.Hæc S.Tho.ſecunda ſecundæ.q.ſupr.& Caiet.in ſumma, ibi. Si

quis autem appetat honorari de virtute, quam habet, & in ordine ad Deum à quo virtutē habet, ambitiosus non est, quia appetitus eius ordinatus est, sed dicitur magnanimus.

ANGARIA infrà, GABELLA per totum.

APPELLATIO.

1 APPELLATIO iudicialis, est à minori Iudice ad maiorem prouocatio. 2. quæst. 6. c. omnis oppressus. & Pa. in rub. de appel. Appellatio autem extraiudicialis, à præsenti, vel verisimiliter futuro grauamine, ad superiorem prouocatio est. Prima si legitima est, suspendit pronunciatum, ac etiam iurisdictionem iudicis, quo ad illam causam, & ipsius ad superiorem transfert cognitionem. Secunda si est probabilis, causam ipsam ad superiorem transfert, vt ea pendente, in ipsius præiudicium nil tenetur. Facit c. super. de appella.

2 QVIA appellatio inuenta est propter iniquitatem, vel imperitiam corrigendam, & est de iure naturali. ideò princeps, quoad eius substantiā tollere non potest, vt dicemus, licet appellationis formalitatem tollere possit. Facit clemen. pastoralis. de re iudic. infrà. §. 12.

3 QVANDO autem, & quoties sit appellandū, vide C. de appel. auth. hodie autem & l. vltim. C. quomodo & quando iud. l. ab eo. ff. de appellatio. re. l. 1. §. fin. extra. de appell. quia hoc magis ad forum exterius, quam ad animum pertinet.

4 APPELLATIO interposita post censuram excommunicationis, suspensionis, & interdicti, vel ab ingressu ecclesiæ, non tollit ipsius effectum. tex. in c. is cui de sent. excom. in 6. intelligē quando tales sententiæ absolutè sunt inflictæ: tunc enim secum trahunt executionem. c. pastoralis. de appella. aliter si conditionaliter essent emanatæ, vt dicendo. Excommunico te, vel interdico, nisi infrà mensem feceris sic, &c. in capit. præterea. el. 2. de appel.

5 SI quis dicat excommunico te, si appellaueris, appellatio secundum Inno. in d. cap. præterea. suspendit effectum. Si verò dicat, excommunico te si disposueris ad appellandum, tunc si prælatus non potest prohibere appellationem. non erit excommunicatus: secus si potest infrà. Interdictum §. 1.

6 EXCOMMVNICATVS post legitimā appellationem, non est euitandus, vt not. in c. licèt. de sen. excom. li. 6. & c. pastoralis. de appe. tamen si excōmunicatus nominatim, & expressè, & specialiter, infrà tempus à iure vel à iudice determinatū non fuerit prosecutus appellationem, vt debuit, eo elapso poterit denuntiari excommunicatus, & tunc erit vitandus tam in iudicio quàm extrà: & ab actis legitimis remouendus. in d. ca. licèt. & post talem denuntiationem, debet reputari pro excommunicato, donec per sententiam fuerit declaratum, appellationem ante sententiam fuisse interpositam. Aliqui tamen dicunt, quòd illa excommunicatio fuit nulla, propter appellatianem: primum tamen videtur verius.

7 CELEBRANS post prædictā denuntiationem, & desertionem appellationis, & se diuinis ingerens, nō efficitur irregularis, secundum Archi. in d. c. licèt. quem sequitur Ge. quia per appellationem legitimam ante excōmunicationem posita, excommunicatio fuit suspensa. Et licèt postmodùm denuntietur excommunicatus, non tamen excommunicatur, nec verè est excommunicatus.

8 APPELLARE ex confidētia iustæ causæ, in conscientia licitū est, secundum Tho. secunda secundæ. q. 69 a. 3. suprà. Accusatio §. 14.

9 ALLATO grauamine per iudicē, potest hoc expresso incontinēti appellari: nec est opus vt petatur reuocatio grauaminis, sed illo illato de præsenti, potest statim appellari propter timorē futuri grauaminis. de quo verisimiliter timetur, nō tamē licet appellare à futuro, nisi exprimat grauamē de præsenti. Pan. in c. 1. de dilat. vlti. nota.

10 QVAM-

10 QVAMVIS à pœna legis nõ possit fieri appellatio.l.si qua pœna.ff.de verbo.sig. tamen à declaratore pœnæ legis, potest quis appellare. gloss'. est singularis.in ca. cupientes. §.quod si per 20.de elect.li.6.

11 NON appellatur à mero executore, nisi modũ excedat, vel arctius exequatur.de app.c.nouit.

12 NON appellatur à legato, cui Papa causam commisit appellatiõe postposita,de offi. deleg,c. super quæstionum,quo casu, sola friuola interdicitur appellatio.de appel. c.super eo.el. 2.à vero grauamine appellatur tunc, non contra rescriptum,sed contra iudicis malitiã,vt no.2.q.6.ca.viduum. nõ enim potest tollere princeps,quod est de iure naturali,vt dictum est supra,§.1.

13 NON appellatur à citatione. capit. cùm parati. eod.tit. nisi appelletur à breuitate termini, aut nisi citatio fiat contra formam canonis,infrà, Citatio.§.1.

14 A denuntiatione, vel declaratione excommunicationis,vel alterius censuræ,potest quis appellare,secundum Pan.in c.peruenit.de appell.quia hęc non ex sententia iuris,à qua non licèt appellare.ca.quia de appel.sed iudicis declarantis, & hominis,nisi sit excessus notorius,quia notorius criminosus appellans,nõ auditur. Facit quod not.Inno.in c.ex parte.el.1.de verbo. signi.Dicit enim ibi,quòd in notorijs non requiritur sententia propriè, sed fit iuris executio. Limita tamen si excessus est ita notorius,quod nulla tergiuersatione celari possit.

15 APPELLARE potest tantũ ille cuius interest, & per alium facta appellatio non tenet.c.ex tenore. de his quæ si,à maior.par.capit.nisi quando procuraret præ eo,qui ducitur ad supplicium.vt in l.non tantùm.ff. de appell.

16 RELIGIOSVS non potest appellare à correctione suorum prælatorũ, si fiat secundum statuta ordinis,& regulæ.c.ad nostram.&c. reprehensibilis.de appella.supra,Accusatio. §.31.

17 APPELLATIO fieri debet à iudice pronunciante,& vbi ius reddi consueuit,& corã iudice, qui sententiam tulit,si eius sit copia,quia si non sit copia,tempora appellationis nõ curruũt. & iudex nolẽs recipere appellationẽ, punitur.l quoniam.C.de appella. Et cùm eius violentia timetur, tunc pro appellante reputatur,dummodò publicè protestetur. l. cùm quidam.ff de appellat.vel coram aliqua persona honesta appellet.

18 APPELLARE ab arbitris, qui nõ sunt iudices ordinarij,non licet,secundũ Tho.secunda secũdæ.q.69.a.3. ad secundum quia non habent authoritatem,nisi ex consensu litigantium, & ideò ex quo semel approbarunt, non licet subterfugere.infrà, arbiter. §.5.

19 APPELLARI potest à subdelegato cũ iurisdictione,non aũt sine iurisdictione, nisi modũ excedat,& tũc recusari potest, nisi sit datus de partium consensu de offic.deleg, c.suprà quæstionum.§.verùm.infrà. Arbiter. §.5.

20 APPELLATIO semper ad superiorem & gradatim est faciẽda.ff.de appel.l.Imperatores. Modum autem hic pertranseo,quia ad cõfessorem parum pertinet.

21 APPELLARE ad iudicem infidelẽ,catholico non licet secundũ Th. ibi ad primum: quia vbi non est vera fides, non præsumitur esse rectitudo: & debet excommunicari talis. capit. catholicus.2.q.6.nisi à iudice infideli,ad alium superiorem infidelem, vt Paulus fecit appellando Cæsarẽ. Act. 25.nec contra hoc docuit, vt ibi Cai. testatur.

22 APPELLATIO si fiat incõtinẽti,sufficit viua voce sine scriptis fieri, C.de appellat.l.litigatoribus. aliâs debet porrigere libellum appellatorium infrà x.dies.C.de appellatio.auth. hodie. Qualiter autem practicatur,vide Sil.& Tab.ibi, Appellatio.§.15.& 16.Multi alij casus ponuntur à Summistis,quos pertranseo, quoniam ad causidicos magis & ad procuratores spectant,

spectant, quàm ad confessores.

23 APPELLARE, causa asserendæ moræ, ne contra reum iusta sententia proferatur, non licet, quia hoc est calumnioſe se tueri, quod non licet. Th. vbi suprà, ad tertium.

APOSTASIA.

1 APOSTASIA nominat temerarium recessum à statu fidei, obedientiæ, religionis, secundum Hostiensem, & secundum glossam in capitulo primo, de apostatis, & est triplex. videlicet fidei, obedientiæ, & religionis. Thomas secunda secundæ, quæstion. 12. a. 1.

2 APOSTATAE à fide, quam primũ denunciantur excommunicati, perdunt ipso facto iurisdictionẽ: ita quòd eius subditi sunt liberi à domino eorum, & iuramento fidelitatis, quo tenebantur ex decreto Gregorij, hæc ex sancto Thoma, vbi suprà, artic. 2.

3 APOSTATAE à fide, sunt excommunicati: quia tales sunt omnes hæretici ca. 1. de apost. Et quia omnes hęretici sunt excommunicati, de hæret. c. excommunicamus. 1. & 2. ideò & ipsi sunt excommunicati, & consequenter eorum bona sunt confiscata, cap. cùm secundum. de hære. libr. 6. Non possunt testari, & breuiter dic sic de alijs excommunicatis, infrà excõmunicatio. §. 9. Hæresis. §. 2.

4 AN licitum sit Christiano habitum infidelium pro aliquo casu assumere, vel eorũ fidem verbis, & signis profiteri, vide infrà, infidelitas. §. 13. Hides. §. 9.

5 APOSTATA ab obediẽtia est, qui superiori obedire renuit (vt puta) Papę & hoc, vel quia non credit ipsum potestatem habere condendi canones, & talis est hæreticus, & vt hæreticus punitur in c. nulli fas. d. 17. vel non vult obedire ex contemptu, & tunc mortaliter agit, quia contemptus vbiq; damnabilis. Agit enim contra iustitiam, & grauiter punitur, quia deponitur. dist. 4. §. hæc & si legibus. & c. generali. in 6. de electio. Et si est incorrigibilis, traditur curiæ seculari, & poterit excommunicari. in ca. cùm non ab homine. de iudic. Si autem nõ vult obedire ex quadam concupiscentia, tunc mitiùs est agendum in pœnis, de quibus in c. nam concupiscentia. & c. 1. de const.

6 ALIA est apostasia à religione. Primò, deponendo habitum religionis temeratiè, cum assumptione vitæ secularis, & talis est excommunicatus. in cap. vt periculosa. ne cle. vel mon. in 6. non tamen debet iudicari apostata, siue fugitiuus, & si diu ad longinqua vagetur, nisi postquàm sic viuit, quòd animum non redeundi se habere ostendit. ff. de re mili. l. desertor. quòd si redierit, recipietur in monasterium, secundum quod in regula continetur. Hoc dico si monasterium regulariter viuit. Quid autem de rebus illius fiat, vide cap. si qua monachorum. 27. q. 1. & cap. si quis rapuerit. 16. q. 6. Cuius debeãt esse bona acquisita in apostasia, vide ca. 1. de infan. & lan. & cap. fi. 87. d. & c. Abbates. 18. quæstion. 2.

7 MONACHVS apostata, si nõ vult redire, vel habitum resumere, debet capi, & sub graui custodia incarcerari. c. à nobis. de apost. Quomodo fugitiuus sit requirendus, suprà Abbas. §. 12. & infrà. Religio. §. 16. & quomodo sunt tales excõmunicati, infrà Excommunicatio. §. 5.

8 CLERICI constituti in sacris, relinquentes habitum, dicuntur apostatæ. c. tuæ. de apost. & Pan. ibi. Si autẽ est in ordinibus minoribus, & tenet beneficium ecclesiasticum, dimittendo habitum clericalem, & tonsuram, dicitur apostatare: quia ratione beneficij tenetur habitum & tonsuram portare. c. fin. 50. d. Secus si non tenet beneficium, quia tũc potest habitum dimittere sine apostasia, & etiam peccato mortali. Vt ètiam dicit Caiet. ibi, ver. apostasia & Inno. cum Pan. in d. cap. tuæ. Vnde huiusmodi clerici, ex depositione habitus non puniuntur. clem. quoniam. de vit. & hon. clerico. dummodò deferant tonsuram, nihil perdunt. Si tamen moneantur primò, secundò, & tertiò ab Episcopo, vt deferant habitum, & nolint reassumere,

perdunt

perdunt priuilegium clericale, secundum Pan. & in c. inaudientia. de sent. excommun. & bonum est talem monitionem facere, vt multa mala vitentur eorum, qui clerici esse volunt, & non viuere clericaliter.

9 RELIGIOSI, & clerici in sacris, & in minoribus existentes beneficiati, cogi possunt ad reassumendum habitū. in d. c. tuæ. & in c. fi. d. 50. Secus si nō habent beneficium existentes in minoribus, vel si volunt renunciare beneficio.

10 RELIGIOSI, & clerici in sacris, non possunt renuntiare priuilegio clericali. vt in c. si diligenti. de for. compe. In minoribus verò clerici nō possunt renuntiare verbo. vt in d. ca. si diligenti, sed facto renunciare possunt, exercēdo actū omninò contrariū clericatui, vel in alijs casibus expressis.

11 RELIGIOSVS professus recedens sine licentia prælati sui, & non subijciēs se alterius obediētiæ propriè est apostata, quantuncūque habitum & tonsuram retineat, secundū Inno. in c. fin. de renun. & Pan. in c. fi. de apost. in fin. Oportet enim vt ingrediatur monasterium, si vult vitare apostasiā. Secus autem si intret monasterium latius, quia non erit propriè apostata, secundum glo. in c. fi. de apostat. & in c. ex parte. de tem. or. vide infrà. Religio. §. 16.

12 MONACHVS in apostasia ordinatus, non poterit exercere actum illius ordinis. Pan in c. fin de apostat. & in ordine sacro solus Papa dispensabit: in minoribus, Episcopus: & non poterit ad superiores ordines promoueri. Sed hodie quia tales sunt excommunicati, recipiūt ordinem in excommunicatione, & dicendum est, vt habetur in ca. cùm illorum. de sentent. excom.

13 EPISCOPVS potest dispensare cum clerico, qui existens in sacris, de facto duxit vxorem, vt vtatur ordine prius tirè suscepto, & ascendat ad superiores, si sit bene contritus. Sicque ad clericarum redeat. Cum eo verò, de cuius pœnitentia dubitatur, nō potest dispensare, nisi vt vtatur minoribus, non autem in maioribus, nisi religionem ingrediatur. cap. 1. & 2. qui cle. vel vo.

14 RELIGIOSI electi, & fugitiui, reuerti volētes, vt dicit Anto. de Butr. sunt admittendi, imò prælatus ad hoc compellitur ca. ne religiosi. extrà. de regul. & hoc nisi regula contradicat, qua contradicente non sunt habendi pro derelicto, sed sunt alimentandi in locis competentibus, si sine graui scandalo fieri potest, alioquin in alijs domibus religionis id fiat. Loca in quibus poni debent, sunt seruientium, secundum dominum Anto. Et graue scandalum est, quando alij dicunt, se potiùs exituros, quàm cum eis moraturos. In hoc tamen standum credo esse arbitrio boni hominis.

25 CVIVS sint bona acquisita per religiosum apostatam, vide Sil. ver. Apostata. §. 11. & Tabu. §. 15. infrà, Religio §. 17.

26 DE apostasia infamatus se purgare compellitur. Ab. in d. c. tuæ & ibi. an ad habitus resumptionem cōpelli debeat, & ordini clericali renuntiare possit. & an affligi queat. vt habitum resumat. Ab. in c. à nobis. eo. tit.

AQVA.

1 AQVA benedicta, vel sancta, quædam per solum Episcopum, cum vino & cinere fit, ad reconciliationem ecclesiæ pollutæ, sanguinis, vel seminis effusione. vt in ca. aqua. de consec. eccle. vel altar. Alia quæ est ad aspergendum homines, domos, ad expellendos dæmones, &c. à sacerdotibus benedicitur cum sale. de consec. dist. 3. cap. aqua. quam diaconus benedicere non potest. ar. in d. ca. aqua. & c. perlectis. 25. d. 1. ad presbyterum, & omni die dominico debet benedici ex consuetudine.

2 AQVAM hanc non dicimus esse sacramentum, quia nō ordinatur directè ad causandum gratiam, sed ad remouendum prohibens, scilicet contra dæmonū nequitias, & omne quod sacramētorum effectum impedire potest, sed est quoddam sacramentale

secun-

secundum Tho.4.sentē.d. 6.q.1.a.2. ad septimum. Et datur contra impugnationem exteriorem dæmonum: exorcismus autem contra interiorem Tho.3. sent.d. 17.a. 2. ad tertium.& 4.sent.d.6.q.2.delétque venialia, inquantum excitat feruorem deuotionis. Et si addatur aquæ non benedictæ benedictæ, tota erit benedicta. Tho. 3.sen.d.77.a.8 ad 3. si tamen minor sit quæ additur.ex.Tho.4 sent.d. 12. q.1.a.2.ql. 6.in cor. Quidam verò indistinctè dicunt, siue maior, siue minor sit, quia hæc transmutatio naturali virtute non fit, sed ex ordinatione ecclesiæ, vel approbatione: secundum Pe. de Pa. Vide capitu. quod in dubijs. de consecratio. eccle. & alta. Idem de oleo consecrato dicas, quando non consecratum apponitur: secundum Panormitan.in dict.capitul. quod in dubijs, non autem sic de vino addito sanguini Christi, quia non fit sanguis.Tho.3. sen.d.77.a.8. ad 2. Nam aqua, vel alius liquor additus sanguini in calice, non conuertitur in sanguinem,nec econtrà, siue fuerit in parua, siue in magna quantitate. Poterit tamen conuerti in vinum virtute specierum vini ibi existentium, habentium modum agendi substantiæ. Si autem tantus liquor poneretur, quòd non remanerent accidentia illa prima eadem numero, desineret ibi esse sanguis Christi, non per corruptionem sanguinis, qui incorruptibilis est, sed accidentium. Non ideo est simile, sicut in alijs. Nam aqua benedicta remanet aqua,& oleum consecratum remanet oleum: sed vinum consecratū non remanet vinum. Hæc ex S.Tho.in sententia.

3 SI excommunicatus aquam benediceret, vel suspensus, esset irregularis: quia benedictio aquæ est certi ordinis:secundum Inno.cap. 1. de excess. præla.non autem sic de benedictione mensæ.

4 AQVA benedicta non ordinatur directè ad prestādum remedium, sed contra dæmones, & contra omne impedimentum sacramentorum. Tho. 3.parte q.65.a.1.ad 6.& 4.sen. d.2.q. 1.a.2.ad septimum.

ARBITER.

1 ARBITER, & arbitrator, inter se differunt. Nam Arbiter, vt dicit Innocen.in capit. Quintauallis.de iureiurand.est ille, qui vt iudex eligitur, vt seruato iuris ordine in substantialibus procedat.ff.de arbitr.lib. 1 Arbitrator autem eligitur: vt Innocent.ibidem dicit, vt aliquid existimet,vel quod sibi videtur de aliqua re dicat,& sine ordine iudiciario ea arbitretur.Instit.de empt §.pretium.

2 TALES possunt eligi: secundum Th.secunda secundæ.q. 67. a.1.ad 2. quamuis nō sint superiores alijs, quia homines propria sponte possunt se aliorum iudicio subijcere, cum compromittunt in aliquos arbitros. Et inde est,quòd necessè est arbitrium aliqua pœna vallari, quia cùm ipsi non sint superiores, non habēt potestatem coercendi.

3 ARBITER ab arbitratore dignoscitur,ex modo compromittēdi: quia vel compromittunt vt arbitretur seruato ordine iuris in substantia, & sic est arbiter vel vt dicat quid sibi videtur,sine alio iuris ordine, & tunc est arbitrator.infrà,Iudex.§.27.

4 ANTO.de Butr.in dict.cap.Quintauallis, distinguit de his arbitris, & in summa quinque colliguntur, quoniam quidam sunt iudices ordinarij, quidam ordinarij.& arbitratij simul, quidam arbitratores, quidam arbitri iuris,quidam arbitri.

5 A sententia arbitri iuris, potest fieri appellatio, non à sententia arbitri compromissarij 2.q.3. capit. à iudicibus.Et rationem affert.Thom.secunda secundæ. q. 69. a. 3. ad 2. quia ius videtur, vt quis non permaneat in eo, quod semel approbauit, ideò rationabiliter denegatur subsidium appellationis à iudicibus arbitrarijs, qui non habent authoritatem, nisi ex consensu litigantium. Non sic autem à sententia arbitri iuris, cuius potestas ex consensu eligentium non est, sed principis autoritate: ideò contra huius

huius grauamen lex appellationis subsidium tribuit. supra, Appellatio.§.18.

6 QVAE sit differentia inter arbitrũ, & arbitratorem, quoniam in multis differunt: vide Panor. in d.c. Quintauallis. & Sil. ibi.§.2.

7 SI appareat euidenter dictum arbitri iniquitatem peccati continere secundum Hostien. ordinarius ex officio suo hoc emendari faciet. de arbitris. capitul.2. & hoc si infrà decem dies pars læsa petierit. in dicto capitul.2.

8 IVRANS stare sententiæ arbitratorum, in conscientia potest reduci ad arbitrium boni viri: secundum Pa. in d.c. Quintauallis. Si arbitramentum est iniquum, ita vt deceptio interuenerit ex proposito, & hoc respectu cuiuscunque læsionis, potest peti reductio, non obstante quocunque pacto, quia dolus futurus, non potest nec expresse, nec sub generalitate verborum tacitè renuntiari. ff. de pact. l. si vnus.§. illud nulla. & hoc sequuntur communiter Doctor. Et dicitur dolus ex proposito, quando scienter per fraudem, gratiam, seu odium, grauat partem alteram. Si autem læsio interuenit sine dolo, vel læsio est modica, vel non: si modica, nó potest peti reductio ff. de arbit. l. si de meis. §. recepisse. etiam si renuntiatio non interuenit: vt in c. nisi essent. de præbend. Vbi secundum quod not. Pan. Arbitrator solùm pro bono pacis potest tollere de iure vnius, & dare alteri, licet clarissimè ex eius pronuntiatione hoc appareat: & hoc potest non solùm in casu dubio, sed etiam certo, ex quo pro bono pacis facit. Si verò læsio non est modica, tunc vel est magna, vel maxima, & enormis, si primo modo potest reduci, nisi interuenerit renuntiatio, vt scilicet possit dare vni, & tollere alteri: renuntiatio enim hæc aliquid operatur: vt in cap. si papa. de priuileg. libr. 6. Si autem sit maxima, & enormis, in hoc casu poterit reduci, quia in dubio videtur excepta. argumen. ff. de his quę in frau. cred. l. omnes.§. Lucius. Et ratio est, quia non fecit sicut bonus vir facere debuisset, ideò ex quo maxima læsio non fuit expressa, non debet trahi vltra intentionem agentis: vt sentit Bald. in l. pe. C. de arbitr. & Anto. in d. cap. Quintauallis. & magna quantitas dicitur respectu personarum, & causarum. Si in commissione fuisset dictum, quòd possit facere altè, bassè, in totum, vel in partem, de iure vnius dare alteri, tunc dicerem, quod non possit, dolo non interueniente, nisi prædictæ commissioni additum fuisset hoc verbum restrictiuum: videlicet, altè, & bassè, prout sibi videbitur, & placuerit, quia hæc verba important arbitrium boni viri. ff. de fideicom. l. Thais.§. sorore sua.

9 ARBITER sententiam in ecclesia ferre non potest, sicut nec iudex, & lata non tenet. de immu. eccles. c. decet. in 6. Secus est in arbitratore.

10 ARBITER esse non potest, qui est excommunicatus. sicut nec iudex. in c. ad probandum. de re. iudi. similiter nec arbitrator: secundum veriorem opinionem. quam sequitur Ioã. And. in regula, dolo. de regul iur. in 6. & Pa. quia non potest dici bonus vir, ex quo in excommunicatione perseuerat.

11 ARBITER non potest esse monachus, sine vtilitate monasterij, & abbate imperante. ar. in c. 2. de postula. sed arbitrator potest esse ex sola abbatis licentia, quod placet Panor.

12 ARBITER, & arbitrator, nõ potest esse laicus solus: secundum Panor nita. in capitu. contingit de arbitr. in rebus spiritualibus. quia text. dicit, quòd laici non debent tractare negotia ecclesiastica, & loquitur generaliter, & nullus præter Papam potest committere causam spirituali laico. ex glo. in d.c. contingit.

13 COMPROMITTI potest in causa spirituali, authoritate superioris, in clericum, & laicum. c. per tuas. de arbi. & prohibetur laico arbitrari in causa spirituali propter honestatem: secundum Pan. in d.c. per tuas. non tamen per Episcopum causa spiritualis potest

test delegari clerico, & laico: quia vt dicit Ioan.Andr.in d.c.per tuas.arbitrium de re spirituali non est actus spiritualis, ideo in clericum, & laicũ compromitti potest. Iudicare verò in causa spirituali,est quid spirituale: vt in c.quanto.de iudic. cuius iuris spiritualis laicus non est capax, etiam cum clerico associatus. vt in c.massana .de electio.

24 In rebus temporalibus compromittere possunt clerici in laicos,secundum Inno.in d.c. cõtingit & facit ad hoc.c.dilecti.de arbitr.

25 Laicvs etiã potest esse assessor iudicis ecclesiastici: vt cõmuniter tenent Doct.

26 Qvamvis iudex,vel arbiter cũ bona conscientia non possint tollere vni,& dare alteri, quia tenentur reddere vnicuique, quod suum est, hoc tamen possunt arbitratores, quia eligũtur ad componendum inter partes,tanquam boni viri, dummodò enormiter non lædant: secundum Panor.in d.c. Quintauallis. vt suprà dictum est.§.8.

27 Arbiter permittens pertrãsire tẽpus,tenetur partibus. Facit quòd no.l.fin.C.de contrahend.emptio.intellige si ex dolo,vel lata culpa hoc fecit,aliàs non: nisi se obtulisset. quia tunc etiam de leui tenetur. Et multò magis tenetur ad restitutionem, si ex dolo,vel lata culpa,iniustã sententiam protulit:& etiam ex leui,si se obtulit: egit enim scienter contra iustitiam prozimum damnificans.

28 Si duo arbitri non concordant, compelluntur per iudicem eligere tertium.c. speciali.de arbitr. non autem sic de arbitratoribus: vt consuluerunt quidam sapientes. quos refert Bald. & Panormi.in d.capit. Quintauallis. recitat.

29 Arbiter ex quo semel pronũtiauit super toto, seruando formam compromissi,non potest mutare sententiam suam:secundũ Pa. vbi suprà, siue bene, siue malè pronuntiauerit. Functus est enim officio suo. l. diem. ff. de arbitr. Idem videntur Doctor. concludere de arbitratore,licet sint opiniones circa hoc.

30 De conditionibus arbitratorum & differentia inter iudicia & arbitria, relinquo causi dicis considerare,tamẽ vide Tab. ibi. §. 13. & 15. multa alia ponunt summistæ,quæ ad negotium animæ non pertinent. De his omnibus qui vult plenius informari,videat Pan.in d.ca. Quintauallis.peccant tamen arbitri, & arbitratores, si dolosè,& contra conscientiam iustum nõ iudicant,& non seruant æquitatem: vt sciunt. Etiam tenentur patri læsæ in conscientia, quia contra æquitatem, vel iustitiam eam læserunt: secus si rationaliter pro bono pacis partium.

ARCHIDIACONVS.

1 Archidiaconvs, quasi princeps ministerij, omnia, quæ ad ministerium pertinent,ipse tradit, sicut cæreum,& vrceum acolyto:secũdum Th.4.sen.d.25.a.1.ad 3.

2 Qvamvis Archidiaconus de iure multa possit,tamen quia constitutiones,& consuetudines in diuersis locis in officijs sunt:secundum Inno. in c.1.de offic.archid.& in c. cum olim. de consuetu.ideo in officio suo faciet: secundum quod consuetudo præscripta suæ ecclesiæ habet. vbi autem non est consuetudo, vel statutum, locum habet.c.tituli.de offi.arch.secundum Innocen. Et si post Episcopum, est vicarius in omnibus,& habet curam in clero,tam in vrbe, quàm in parochijs habitantium & debet de tertio in tertium annum,si Episcopus non potest, visitare vt in d.cap.1. debet auscultare Euangelium, Epistolam,& Responsoria, quæ nullus debet cantare, nisi prius auscultatus,& iussus ab eo, cæroferariósque ordinare. eo.tit.cap.2. Et nisi pro posse prouideat, tenetur, si quid ex sua negligentia, vel alterius fraude, de rebus ecclesiæ perijt. in d. cap.2.Clericos ad ordines sacros promouendos, illius interest examinare. c.ad hoc eod.titu. Abbates, & Abbatissas in sede collocat.ca.ad nostrum. eod.tit.

3 In-

3 INTERROGANTE Episcopo dũ præsentantur ordinandi, scis hos esse dignos? Si respondeat Archidiaconus, scio, quantum humana, &c. & ordinandi sunt præsentati à probis hominibus, & ipse nescit quid mali, vel impedimenti, non peccat: secundum Innocen. in capit. vnico. de seru. in ordi. faci. ar. de præsumptio capit. dudum. Si verò scit aliquod de eo malum, quod est secretum, debet obtinere à prælato: vt eo absente faciat ordinationes, quòd si sine scandalo non potest, non peccat, sic respondendo: quia dicit vt ministet tantum ecclesiæ, quę de occultis nihil scit: aliter tacendo crimen publicaret illius. Si verò tale crimen esset publicum, mortaliter peccaret sic dicendo. 22. q. 2. cap. primum. Si tamen illud crimen mortale esset, secus si veniale. vt. § criminis 25. d.

4 ARCHIDIACONVS licet de iure multa possit, tamen vt dictũ est, stabitur cõsuetudini præscriptę, vt suprà §. 2.

5 ARCHIDIACONVS, qui præsentauit aliquem ordinandũ sine titulo, & non habet vnde viuat, tenetur ei prouidere: vt dicit glos. in dicto cap. ad hoc aliter tenebitur Episcopus, qui eũ ordinauit, quia debuit videre, quis, à quo, & ad quem titulum præsentaretur de æta: & qualit. ordi. cap. accepimus ne contingat eũ mendicare in opprobrium ordinis clericalis. Si autem fecit eum ordinari ad titulũ sui patrimonij, quem non habere sciebat, vel non sufficiens, agetur primò contra Archidiaconum, qui fuit in dolo: secundò contra Episcopum, qui fuit in culpa. Quòd si ordinandus mentitus est, dicens se patrimoniũ habere, ei imputetur. & hoc placet Host. si solus est in dolo. Qui verò ad titulũ suæ paupertatis se ordinari fecit, & promoueri, illam sequatur, vt mendicantes. infrà. Beneficium. §. 11.

6 ARCHIDIACONVS peccat, si est negligẽs in examinando, si ignorantes, & nõ idoneos admittit, vel ex amicitia, vel munere, vel humano respectu. infrà, Simonia. §. 32. ordo. §. 1.

7 ARCHIDIACONVS non tenetur se facere promoueri in sacerdotẽ, sed satis est, quòd sit diaconus: vt in c. 1. de æta. & qual. or.

8 ARCHIDIACONVS Bononien. vt not. Abb. in ca. fin. de offic. ord. in glos. fin, glos. singularis. ex priuilegio absoluit excõmunicatos in studio Bonon. commorantes, & ibi delinquẽtes propter violentam manuum iniectionem in clericum, & hoc sequitur Ioan. Andr.

9 ARCHIDIACONVS Bon. confert gradum doctoratus ex priuilegio Honorij tertij: vt dicit glo. in clem. 2. ver. suspensum. de magistris. Præsente Episcopo diœcesi non potest Archidiaconus literas commendatitias dare promouendis ad ordines vt in ca. significasti. de offic. Arch. Secus si est absens Episcopus, & necessitas vel vtilitas ordinandorum suadeat: quia Episcopo absente, eius vices supplet. c. 1. eod. tit.

ARCHIEPISCOPVS.

1 ARCHIEPISCOPVS est iudex, ordinarius omniũ Episcoporum suæ prouinciæ, de communi iure: se enndũ Pa. in c. pastoralis. de offi. ord. & sufficit quòd habeat decem Episcopos sub se: vt in c. scitote. 6. q. 3. licet non sit necessarium.

2 ARCHIEPISCOPVS potèst cognoscere de crimine Episcoporum, & eos punire: vt in c. sacro. de sentẽt. excom. non tamen potest eos deponere? hoc enim soli Papæ seruatur: vt in c. 2. de transact.

3 AD Archiepiscopum pertinet tollere malam consuetudinem de sua prouincia, & contra illam obseruantem, excommunicationem fulminare: secundum Innoc. quem sequitur Pa. in c. ex frequentibus de instit.

4 ARCHIEPISCOPVS suã prouinciã visitare potest, quãuis eius suffraganei non sint negligẽtes, & iterare visitationẽ, & procurationes recipere, nõ obstãte cõtraria cõsuetudine. & dũ visitat suffraganeorũ suorum confessionem recipere, absoluere, pœniten-

tiasque eis iniungere,& alijs committere,de cen.lib.6.c.perpetuò.

5 ARCHIEPISCOPVS non potest tollere cõsuetudines ecclesiarũ suę prouinciæ in diuinis officijs,quę sunt rationabiles,etiã q̃ deuient à cõsuetudine ecclesiæ Metropolitanæ.ar. in c. de.trina.de con.d.4.& secundum Pa.

6 ARCHIEPISCOPVS negligẽtiã episcopi supplet in his, quæ facere debet.Pa.in d c.ex frequentibus. non autem in delicto,nisi delicta sint notoria,secundum quod limitãr do.& Pa. in d.c.ex frequentibus.

7 ARCHIEPISCOPVS potest celebrare conciliũ irrequisito primate.c si quis episcopus vacãs dist.82.In multis casibus Archiepiscopus in subditos episcopi ordinariam habet iurisditionem, qui casus ponuntur in ca.pastoralis,de offic.ord.& Sil.ponit 12.vide si placetur ibi q.1.

ARCHIPRESBYTER.

1 ARCHIPRESBYTER Ciuitatensis,vt habetur de offic. archipresbyteri.c.officiũ.debet quãdo prǫsul deest,officiũ vice eius inchoare,benedictiones presbyterales in ecclesia dare, missam quando voluerit cantare, vel cõmittere,cui voluerit, præcipere ministris, quãdo Episcopus vult missam cãtare, vt præparent se qualiter ad missam procedant. Debet etiã præcipere custodi,ne eucharistia pro infirmis desit:prouidere ne infirmi sine sacramentis moriantur: confessiones forensiũ cum alijs sacerdotibus recipere.hæc ibi.Et si quis ex eius negligentia sine confessione moriatur,reus erit animę illius.ca.si presbyter.26.q.6.& negligentia in huiusmodi quandoque mortalis, quandoque venialis est,vt in ver.Negligentia.dicetur.

2 ARCHIPRESBYTER ruralis ad quid teneatur,vide c.fi,de offi.archipr.

3 ARCHIPRESBYTER Ciuitatensis licèt omnes de episcopatu possit absoluere, non tamẽ à reseruatis, sine speciali licentia Episcopi, secundũ Io. And.in cap si episcopus.de pœ.& re. lib.6. non autem sic Archipresbyter ruralis potest absoluere omnes de episcopatu.quia solùm præest plebi. Et quantum ad maiora,nihil debet facere sine relatione ad Episcopum, in d. c.fin. Potest tamen omnes pertinentes ad ecclesias, existentes sub suo plebanatu,absoluere.quod patet per d.c. fina.

ARGVMENTATIO.

1 ARGVMENTATIO non solùm apud Logicos, sed etiam apud Canonistas reperitur.Et prima est ab etymologia nominis,vt in c. placuit. cl.1 & 16 q.1. Secunda est à toto ad partẽ affirmatiuè, vt si prohibetur furtum, ergo & rapina.14.q.5.c.pœnale est. Tertia, à minori ad maius affirmatiuè,vt in c si in laicis.38.d. Quarta à maiori ad minus negatiuè.31.q.5.c,si Paulus. Quinta ab authoritate. 32.q. 1 c.dixit dominus.Sexta à simili,vt in c.translato. de consti.Septima à contrario,vt in cap.sciendum. 8.q.1. vt si repugnare fidei est graue peccatũ, ergo obedire est magnum meritum. Octaua à communiter accidentibus, in capitul.cùm cõtingat.de iureiuran. ibi Pan. Nona à paritate,in gratijs faciendis bilibus.capi.ad aures.de rescrip. Pan.Decima à sufficienti partium diuisione,vt not.in c.quanto.de iureiu. Vndecima ab ordine literæ,glos. in c. quorundam.de elec.lib. 6. Duodecima ab absurdo vitando.in cap.in Genesi.de elec.& ibi.Ab. Tertiadecima à significatione recti sermonis,in c.ex literis.de spon. Quartadecima de tempore ad tempus.ff.de re mil.l.nõ omnis.§.barbaris. Quintadecima de personis ad res,& ecõtrà.l. qui furem.ff. de sta.homin.Sextadecima de loco ad tempus.l.vinum.ff.si cert.pet.alia plura reperies.

ARRA.

1 ARRA per duplex R, est signũ, siue securitas emptionis, vel venditionis,vel futuri matrimonij, quibus aduenientibus, non amplius dicitur arra,sed pretium, vel donum.De arra reali emptionis,vel venditionis,habetur ff.de contrahen.empt.l. quod sępe in princ.

2 ARRA data nomine arræ, & pro par-

parte pagamenti,'in cõtractu emptionis,& venditionis,à tali contractu recedere non licet:quia cum pars pretij sit soluta,res non est integra.C.quando li.ab emp.di.l. vnica. Si verò data sit tantùm nomine arrç.ille qui dedit, perdet arram,si per eum stat,quòd cõtractus non sequatur. Quòd si per eũ qui recipit arram stat, receptor arrç in duplum restituet.Instit.de emp.& vẽdi.§.in his.

3 ARRA, quæ ad matrimoniũ pertinet,vt annulus,pecunia,vel aliud datum sponsç,quorum datio subarratio vocatur, præsertim si per annuli immissionẽ fiat,vulgò dicitur desponsatio,& præsumitur matrimonium,nisi probetur in contrariũ. Vel esset cõtraria cõsuetudo, vel ætas repugnaret.vt not.in cap. tuæ.de spon.impub. Si verò hæc à parẽtibus sint facta, sola spõsalia præsumuntur, vt ibi dicit gl. per modum tamen quo sponsalia à parentibus contrahi possunt,vt infrà.sponsalia.§.3.& 6.

4 ARRA sponsalitia,non secuto matrimonio sine alterius culpa,simpliciter debet restitui,vt quia alter religionem intrauit,vel est defunctus, vel repertũ est impedimẽtum, & huiusmodi.Si verò nõ est secutum propter culpam dantis, ipse qui dedit, perdet. Si propter culpã recipientis, recipiẽs soluet eam in duplum.C.de spon.l.arris. In conscientia tamen secundũ aliquos non tenetur,nisi fuerit facta condemnatio: quod potest colligi ex not. per glos.in c.fraternitas. 2.q.2. infrà, pœna.§.1.sponsalia.§.10.

ARREPTITII.

1 ARREPTITII facilè discernuntur ab his,qui propriè rapiunt, vt sunt prophetæ.quia in raptu prophetarum nulla inordinatio contingit,sicut in arreptitijs, & furiosis.Tho.secunda secundæ.q.173.a.3.

ARROGANTIA.

1 ARROGANTIA, qua sibi quis, quod supra se est tribuit, siue illud ad scientiã,potentiã,& authoritatem, vel bonã voluntatem pertineat, peccatum est,quia contra rectã rationem:sed morrale non est,nisi id quod sibi vsurpat,sit contra Dei reuerentiã, aut contra proximum, vt tyranni faciunt,' vel finis vltimus in huiusmodi elatione ponatur,vt de ambitione suprà dictum est,vel cæteri despiciãtur, sicut Pharisæus,qui dicebat: non sum sicut cæteri.&c.

2 EST etiam frequẽter venialis,quando proximo non sit notabile præiudiciũ,neque Deo magna irreuerentia.

3 NEQVE leue peccatũ, se meliorẽ quàm sit existimare,est,quoniã superbiæ species dicitur. Hæc secundũ Caie.ibi,infrà,Superbia.§.2.1.

4 ARROGANTIA non est idem quod iactantia, sed sæpiùs eam efficit. Tho.secũda secundæ.q.172.ar.1.ad 2. Vnde arrogãs, quod docet, humiliter inferre nescit.d.46.ca.1.§.

ARROGATIO, suprà Adoptio,per to.

ARS.

1 ARTEM magicam,quæ sub se cõtinet necromantiã, augurium, & sortem, licet appetere scire, dummodò propter finem bonum appetatur, vt ad destruẽdum,& bono modo acquiratur,& conueniat personæ,& nõ prohibeatur, & non sit periculum alicuius mali,vel maioris boni impedimentum. Cum his cõditionibus non solùm appetere,sed etiã addiscere,quia scire absolutè bonũ est.Sed quia hç artes non sunt scientiæ, sed dæmonum fallaciæ, ideò earum vsus est prohibitus,vt Aug.4.li. confes.confitetur, & Tho.secunda secundç.q.96.a.1.& Io. 22. prohibuit sub pœna excommunicationis.Ideò eis vtentes, & addiscentes ad hoc vt vtantur, mortaliter peccant.

2 IMAGINES, quæ astronomicæ à quibusdam nominantur, ex dæmonũ operatione habent efficaciam, cuius signum est,quòd necesse est eis inscribi quosdam characteres,qui naturaliter ad nihil operantur. Non enim figura est naturalis operationis principium.In quibusdam imaginibus, vt in necromanticis, sunt inuocationes expressæ, ad expressa pacta cũ demo-

nibus inita ita, in alijs sunt tacita pacta per figurarum, seu characterum quædam signa, ideò huiusmodi artes sunt penitus repudiandæ. secundum Thom. ibi. a. 2. ad 2. infrà, Superstitio. §. 3.

3 ARS si qua est, faciens ea quibꝰ homines non nisi ad peccatum vti possunt, non est licita: & talia facientes, vel vendentes, peccant, quia occasionem alijs peccandi prębent. C. si culpa. de iniu. & dam. dato, vt si quis idola fabricaret, candelabra ad idolatriã, vel aliqua alia pertinentia ad ritũ Iudæorum simili ratione, vel ad vsuram & simoniam: secundum Ray. ad furta, ad artem magicam, & similia: secũdum Thom. secunda secundæ, quol. 169. a. 2. ad 4. tales mortaliter peccarent.

4 ARS quæ facit aliqua, quibus homines ad bonũ & ad malum vti possunt, non est prohibita, vt ars faciendi arma, chartas, scaseos, fucos, & similia, & facientes talia non ad malum vsum, & vendentes similiter, non peccant mortaliter. Si autẽ scirent, quòd ille, cui vendunt, vult vti ad mortale peccatum, vt ad bellum iniustum, ad incantationes. peccarent mortaliter vendendo, dantes auxilium, & cooperantes ad peccatum mortale, vt dicit Caie. secunda secundę. q. suprà. meliùs tamen facerent tales, si aliam artem possent inuenire. Si tamen talis ars esset prohibita, vel per Principes, vel per Papam, non liceret ea vti, neque vendere huiusmodi artificiata ob prohibitionem.

5 QVI vendunt huiusmodi prohibita, vt putà idôlum, an teneantur restituere, vel dare pauperibus lucrum? dic secundum Ar. flo. quòd non de prœcepto, quamuis Pan. in c. multa sunt. nec le. vel mon. dicat quòd sic. infrà, Restitutio. §. 19.

6 VTENTES balistis contra Christianos, intellige in bello iniusto, secũdum gl. in c. vnico, de sagittarijs. mortaliter peccant, & debent excommunicari. Sed hodie canon iste pro nihilo est, secundum Caie. in summa, ver. sagittarij: dum quilibet bellum suum vt iustum habet.

7 ARS histrionum, & instrumentorum musicaliũ, si fiat debito modo, & à personis, quibus non prohibetur, & temporibus debitis, non per turpia verba, & dare eis etiam aliquid, nó est illicitum, suprà, Adulatio. §. 4. infrà Histrio. §. 1. & 2.

8 ARS mercatoria nó est licita, quando mercatores inter se conueniunt, vt alios non instruant, aut non vendant nisi certo modo, causa fraudis, secundum Panor. post Inno. de appel. in fi. c. significante. secus si ex priuilegio, vel ex consuetudine hoc facerent, vel propter aliquam causam licitam, non autem propter causam illicitam, etiã si iuramento firmassent, infrà, Mercãtia. per totum. Monopolium per totum.

9 ARTES in quibus periculum vitę propriæ vel alienæ imminet, vt in pluribus vel frequenter, sicut ars trãseuntium super chordas, ars torneamentorum (quæ est prohibita. de tornea. c. 1) non possunt sine mortali peccato exerceri, quia exponere se, vel alium, periculo mortis, nisi pro honore Dei, vel salute animæ. &c. mortale est. neque ars facientium fucos, quibus mulieres faciem pingunt, illicita est, eũ & mulier sine peccato se ornare queat, vt dicit Tho. secunda secundæ q. 119. Ideò malè faciunt hi, qui talibus negant absolutionem.

ASSASINVS.

1 ASSASINI erant quidam homines infideles, qui de facili inducebantur ad occidendum Christianos, & contra, non eos, sed inducentes, est lata excõmunicatio. in 6. de homic. c. pro humani. & bona istorum sunt ea pientium, si sunt bona temporalia, & sit declaratũ per sententiam iudicis illos esse assãsinos, vel deductores, vel mandatores talium, secundum Ioan. And. in d. c. pro humani. infrà. Excõmunicatio. §. 77.

2 VNVM notabile hic accipe, quòd quando iura dicunt pœnam imponi ipso iure, vel ipso facto, debent intelligi, dum-

gi, dummodo sit secura sententia declaratoria, per quam declaratum sit, fuisse commissum id, propter quod veniebat imponenda talis pœna, aliàs illa effectum non sortiretur, & executionem. Et hoc etiam tenet Innoc. in l. si quis maior. Cap. de transact. etiam quòd tale sit ita notorium, quod non possit aliqua tergiuersatione celari, adhuc talis sentétia declaratiua requiritur, quamuis Pan. in c. cum non ab homine. de iudi. tenuerit contrarium. Voluit etiam Pan. in ca. cum canonũ. de consti. quòd quando bona alicuius sunt ipso iure confiscata, quòd talis cum bona conscientia non possit illa retinere, quia statim sunt fisco acquisita, & hoc etiam reprehenditur, infrà, hæreticus. §. 5. Si tamen textus diceret, ipso iure sit priuatus, & quòd non requiratur alia sententia declaratiua, sicut fecit Paulus 2. in extrauag. ambitiosè. secus esset. Et quando dicitur qd' pœna iuris requirit sentétiam declaratoriam, intelligitur de pœna, quæ actũ hominis quantum ad executionem requirit, vt priuatio bonorũ, non de pœna, quæ hoc non requirit, vt excommunicatio. Ad hoc quòd quis inuoluatur prędicta sentétia excommunicationis, oportet quòd actu interficiat per assassinos aliquem Christianum, vel mandet hoc fieri, vel patenter recepter, vel defendat, vel occultet.

ASTROLOGIA.

1 ASTROLOGIA vna est de septẽ artibus liberalibus, & est vere scientia, neque de se mala, aut prohibita, secundum Panorm. in c. ex timore. de sorti. Vnde & iura prœmiant has scientias exercentes. lib. 1. ff. de var. & extraor. cogni. Peccant tamen quandoque homines circa eam. Et primò, si ea quæ sunt fidei Christianę, habeantur tanquam causis cælestibus subiecta. Secundò, si de futuris contingentibus certum fiat iudicium. Tertiò, si actus humani necessariò cælestibus causis subiecti esse credantur. hoc enim esset tollere liberum arbitrium. Et quodlibet horum trium, ex suo genere mortale peccatum est. secundum Caiet. ibi, quia hæc tollunt fidem, liberum arbitrium, & gratiam diuinam, legemque, & totam Christianorum vitam.

2 SI quis dicat corpora cælestia, & cõstellationes inclinare homines quandoque ad vitia, quandoque ad virtutes, non errat, dummodò non credat homines cogi, quia voluntas, quæ est principium humanarum operationũ, non subijcitur cęlo, vt S. Tho. in pluribus locis dicit.

3 IVDICARE etiam de infirmitatibus, sanitatibus, pluuijs, & alijs quæ ex cælesti influentia procedere possunt, bonis Astrologis permittitur, quãuis sæpe errent, quia verã astrologiam non habent. His etiam Caieta. in summa ibi cõsentit, & Th. 1. q. 115 a. 4. ad 3. Angelica, quæ dicit, Astrologiam potius mittere homines in errorẽ, intelligit de diuinatoria, & ea, quæ arte dęmonum habetur, de qua omnia iura per eum allegata debent intelligi, & non de ea, quæ verè est scientia.

ASTVTIA.

ASTVTIA est per simulatas, & dolosas, & fraudulentas vias ad finẽ aliquem progressus. Ex S. Tho. secũda secundæ. q. 55. a. 3. ideo manifestè est peccatum, prudentiæ oppositum, & secundum subiectam materiam inuenitur mortale, & veniale. Si enim nocet notabiliter proximo, inter mortalia computatur. sicut mędaciũ pernicioſum: si autem non nocét multũ, vel nihil, vel officit, venialis erit, secũdum Caie. ibi, in summa. Est & quædam astutia bona, quæ ad bonum finem ordinatur. de qua 1. Cor. 12. cũ essẽm astutus, dolo vos cepi.

AVARITIA.

1 AVARITIA secundũ quod importat voluntatem accipiẽdi vel retinendi alienum, est peccatũ mortale, nisi ex imperfectione actus, & hoc modo opponitur iustitiæ. Secundum autem quòd nominat inordinatum appetitum pecuniæ, contrariatur liberalitati, & communiter est peccatum

veniale. Tamen posset esse tantus affectus ad acquirendum, vel retinendũ, quòd esset mortale, vt si quis propter hoc postponeret ea, quæ pertinent ad salutem animæ, non curans transgredi præcepta Dei, & ecclesiæ, & huiusmodi. Ex suo tamen genere mortale non est ex Caieta. ibi & Tho. secunda secundę. quol. 84. artic. 4. & quol. 118. art. 4.

2 IN auaritia mortaliter peccatur, furando rem alicuius importantię, vel si esset paruę importantiæ, tamẽ magnã iniuriam crederet per hoc facere domino rei: vt infrà, furtum. §. 1. Secundò per rapinam, ex qua sequitur magna proximi iniuria, vel damnum. Tertiò, si alienũ retinet inuito domino, & posset restituere, & totiens peccat, quotiens deliberat non restituere. arg. in c. sæpè, de resti. spoli. infrà. restitutio. §. 1. Quartò, quãdo non facit eleemosynam in casu, quo tenetur, infrà, eleemosyna. §. 2. Quintò, quando iniusto modo, vt per vsuram, simoniam, meretricium, &c. vti per modũ, quod est mortale peccatum, luctatur, etiam si quod acquirit, sit minimæ quantitatis. Sextò, appetendo alienum vt suprà, voluntate deliberata. Nota regula. quod quando quis ita appetit diuitias, vel rem aliam, taliter, quod, p illa esset paratus facere peccatum vnũ mortale, tunc mortaliter peccat: si autem nullo modo vellet Deum mortaliter offendere, talis appetitus est venialis.

3 AVARITIA est vitiũ capitale, secundum quòd multa vitia ordinãtur ad habẽdas diuitias, secundũ S. Tho. 2. sent. d. 22. q. 2. a. 3. cuius species sunt nouem, vt ponit Philosophus. 4. Ethi. & Tho. secunda secundę. quæsti. 118. art. vlt.

4 AVARITIAE filiæ secundũ Grego. 13. l. mor. sunt septẽ, videlicet proditio, fraus, fallacia, periurium, inquietudo, violentia, & obduratio contra misericordiam. Quando hæ sunt peccata mortalia, vide in suis titulis, vel per ea, quæ suprà dicta sunt, iudica. Sub istis secundũ Isid. continetur mẽ dacium, falsum tẽstimonium, furtũ, appetitus turpis lucri, rapacitas, & inhumanitas. Plura tamen alia ex hoc peccata oriuntur.

AVDACIA.

AVDACIA est passio existẽs subiectiuè in irascibili, quę secundum translationem, & vsum hominum significat vitiũ virtuti fortitudinis oppositum per excessum, secũdum Tho. secunda secundæ. quæsti. 128. Si talis excessus esset tantus, quòd quis paratus esset facere contra præcepta (vt suprà de auaritia dictum est) esset peccatum mortale: aliàs, & communiter est veniale. Et si effectũ mortalẽ faciat, vt si qs per audaciã assumeret ea ardua, quæ sibi totaliter sunt improportionata, exponendo se periculo magno, &c. mortaliter ageret. Exponere enim se vel aliũ periculo magno, vt est peccatum mortale, quò nihil magis peccatum mortale est.

AVGVRIVM.

1 AVGVRIVM, aruspiciũ, & auspicium inter superstitiosas diuinationes cõputata, Christianę religioni opponuntur, quibus idolatræ vtebãtur, & fortè adhuc aliqui obseruant.

2 AVGVRES dicuntur, qui diuinãt à vocibus auium, seu aliorum animalium: auspices, qui ex inspectione sine expressa dæmonum inuocatione: aruspices, qui diuinant cum expressa dæmonum inuocatione, per figuras, vel signa, quæ rebus inanimatis apparent, in visceribus animalium immolatorũ in aris dæmonum, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 95. argu. 3. Huiusmodi diuinationes si fiant cum pacto tacito, vel expresso, cum dæmone, vt communiter fit, sunt peccatum mortale, & nõ licet vti tali arte. vt suprà, Ars. §. 1. Si autem hæc fierent sine superstitione, sed secundum quandam animalium naturam: vt quia cantus mergorum notat tempestatem, similiter apparitio delphinorum in mari, non esset peccatum, quia secundum naturales effectus diuinant de futuris sine pacto cum dæmone, & superstitione, sed merè ex naturalibus, vel ex

lon-

longa experientia. Sed quando hæc fiunt cum quibusdam obseruantijs, quæ ad talem effectum nullam habẽt virtutem, potest aduerti, quòd sit peccatum mortale. vel quando homo nimis eis credit, vel nimis timet, putans se cogi ad opera, vel hæc pro lege suorum operum accipit, secundum Cæie. ibi, & Thom. vbi suprà. Tales enim augurijs seruientes, ab ecclesia sunt separandi. in cap. augurijs. 26. q. 5. Nullus autem separatur ab ecclesia, nisi propter mortale igitur mortaliter peccant. infrà, Superstitio. per totum. Sors per totum. Aruspex ab ara dicitur, hoc est, à victimis in ara conspiciendis.

AVSTERITAS.

[1] AVSTERITAS quandoq; accipitur pro virtute temperantiæ, quandoq; pro vitio. Quando quis in austeritate excedit mediũ, vel erga seipsum, vel alios. tunc virtus esse non potest, quia medium excedit.

[2] QVI enim excedit in austeritate sibi, & alijs, taliter vt natura non possit conseruari, vel vt propter hoc notabilem incurrat infirmitatem, scienter mortaliter peccat: agit enim contra charitatem. Secus quãdo arbitraretur posse hoc facere, & facit propter bonum finem, licèt decipiatur. Secundò peccat prælatus, subditis cum austeritate imperans. 46. d. ca. hoc habet. & contra hos clamat propheta, dicens: Et cum austeritate imperabatis illis. Tertiò, quando sunt austeri in dispensando, & recipiendo ad misericordiã: quia si Deus benignus est, vt quid sacerdos vult austerus apparere? 6. q. 7 c. alligant. Austeritas enim immoderata, nec correctionem inducit, nec salutem. c. dissoluendi. 45. d.

BALLISTA.

BALLISTARVM ars an liceat, suprà, Ars. §. 6. & quomodo prohibetur ibi.

BALNEVM

[1] BALNEA intrare pro voluptate non honesta, & pro luxuria, nunquam licet, quia peccatũ est mortale, vel veniale. Pro necessitate autem semper est licitum, etiam diebus festis. in c. peruenit. de consec. d. 3. Clericis etiã est permissum pro necessitate. in c. omnis qui. 24. q. 1.

[2] RELIGIOSIS etiã Augustin. in regula concedit pro necessitate. Non licet viris intrare balnea cum mulieribus in c. nõ oportet. 81. d. & hoc propter periculum concupiscentiæ. cum autem propria muliere, sine aliorum scandalo non credo prohibitionẽ tenere, quia cessat ratio peccati. Et dicit ibi gl. quòd si vir cum muliere extranea ingrediatur, priuatur donatione propter nuptias: & mulier si cum extraneo ingrediatur, priuatur dote. §. inter culpas C. de re. pub. l. fi.

[3] NON licet Christiano balneare se cum Iudæo, quia est pœna excommunicationis in iure. 28. q. 1. c. nullꝰ. neque clerico sub pœna depositionis: ibi in d. c. Et hoc de omni infideli intelligè, secundum gloss. in cap omnis. 24. quæst. 1.

[4] AN præceptũ dicto cap. non oportet. sit obligatiuum. iudica iuxta dicta infrà, Præceptum. §. 6.

BANNVM.

[1] BANNITVM occidens lege concedente, non liuore vindictę, sed tantùm zelo iustitiæ, nõ peccat, quia est in illo casu iustitiæ minister, sicut famuli prætoris: si tamen talis sit ex rationabili causa bannitus, & tale statutũ si fiat, quòd impunè banniti possint occîdi, etiam cũ aliquo præmio, valet, secundum Pa. de consue. c. fi. in 2. glo. in fi. Tales enim sunt hostes ciuitatis. Idem dic quando statutum, vel consuetudo dat facultatem consanguineis vindicandi mortem suorum consanguineorum, secundum Ioann. Andr. in additi. Spec. in tit. de cõstit. Intellige vt hoc faciant sicut ministri legis, & zelo iustitiæ. Secus autem, quando lex non concedit, sed permittit non puniendo, sicut permittit meretrices: tunc non licet, sine morali occidere. Nec etiam licet prædictos bãnitos extra terminos illius potestatis occidere, secundum Archid.

Flo. infrà Homicidium. §. 2.

2. BANNIENS iniustè aliquem, de amissis, & damno secutis, ex iniusto banno satisfacere tenetur, vltra mortale, secundum Inn. in c. fi. de his quæ vi, met. c, fi. Causam enim damni attulit iniustè, Bannum enim fuit occasio amissionis rerum suarũ, nec metus fuit vanus, sed talis, qui poterat in cõstantem virum cadere.

BAPTISMVS.

1 BAPTISMVS Ioan. Baptistæ nõ erat sacramentũ, nec conferebat gratiã, sed tantùm disponebat homines: & erat figura baptismi Christi. Thomas 3. part. q. 70. art. 1. & oẽs qui fuerant baptizati baptismo Ioannis, tenebantur baptizari baptismo Christi. Tho. 3. par. q. 38. & 4. sentẽ. d. 2, q. 2. a. 2. contra magistrum.

2 BPATISMVS, secũdum, Tho. 3. par. q, 66. a. 1. est ablutio corporis exterior facta sub prescripta forma verborum, adde cum intentione baptizãdi, &c. hæc enim tria de substãtia huius sacramenti sunt.

3 AD baptismum cœperũt homines obligari post Christi passionem, & resurrectionem: secundũ Th. 3. part. suprà, quia per baptismũ configuramur passioni & resurrectioni Christi, inquantũ morimur peccato, & resurgimus ad nouitatem vitæ spiritualis.

4 BAPTISMI forma est hæc: Ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritui sancti. Aliqui addũt Amen. in c. 1. de baptis. & Tho. 3. part. q. 66. artic. 5. Ly ego, non est de substantia huius formæ, secundum Tho. vbi suprà, set ponitur ad maiorem expressionẽ. Concor. Inno. in dicto. c. 1. Si enim esset de substantia, Græci. qui non ponunt, non baptizarent, & tamen verè baptizant, cuius signũ est, quia quando ad Romanã ecclesiã reuertuntur, non baptizantur de nouo, peccant tamen Latini, dimittentes Ly ego, secundum Per. de Pal. quia faciunt cõtra ecclesiæ præceptum. Ad hoc est tex. in c. retulerunt, de conse. dist. 4. ideò si dimittatur, tenet baptismus, vt dicit gl. in c. multi. de conse. dist. 4.

5 HOC verbũ Baptizo, est de substantia, & sine illo non esset baptismus. S. Th. vbi suprà, & secundũ decret. Ale. loco cuius Græci dicunt, Baptizetur. Item ly, te, est de substantia, secundum Tho. ibi, & Per. de Pa. & dictã decretalem. Si tamẽ loco, Te, poneretur nomen propriũ, vt dicendo: Ego baptizo Petrum, Tab. dicit se credere quòd valeret, quamuis peccaret, cùm & Græci ponant nomen proprium, dicendo: baptizetur Petrus, &c.

6 EXPRESSIO personarum Trinitatis, est de substantia formę, secundum Tho, vbi suprà quia baptismus à sancta trinitate primò efficaciã habet, & sic habet determinatio ecclesiæ, in c. in Synodo Angelorũ. de conse. dist. 4. Ita vt qui vnam tantùm personã, vel duas nominaret, nihil efficeret, nisi hoc ex instinctu Spiritꝰ sancti faceret, vt dicti S. Th. & vt in primitiua ecclesia factũ esse legimus. Act. 8. Sic enim instituit Christus. Matth. vlt.

7 BAPTIZANTES eos in nomine patris, & filij, & spir. &c. Hoc tenet Per. de Pa. qui dicit Ioan. gl. errasse in ea. à quodam. de conse. dist. 4. Neq; etiam valet, si quis dicat: In nomine Trinitatis, nisi exprimat personas, secundum communiter docto.

8 Ly, amen, non est de substãtia, neque de præcepto, ita vt qui non dicit, peccet, nisi fortè vbi particularis consuetudo hoc haberet, secundum Petr. de Palu. Ly in, & ly &, vt dicunt quidam, sunt de substantia, quamuis loco ly &. posset poni. secundum Inno. in cap. de baptis. aliàs si dimittantur, non erit baptizatus.

9 NON licet mutare formam baptismi, neque aliorum sacramentorum, quia si non licet mutare materiam, multo minùs formam, quæ principalior est in sacramentis, secundum Th. suprà. intellige in his quæ sunt de essentia formæ, & nisi ex instinctu spiritus sancti. Si autem aliquid pertinet ad formam ex determinatione ecclesiæ, & id dimittatur, perficitur quidẽ sacramentum, licèt peccatum incurratur.

10 Qui-

10 QVILIBET siue catholicus, siue hæreticus, vel infidelis baptizãs, si seruat ea, quæ sunt de essentia formæ, & materiç huius sacramenti, & intẽdat facere quod facit ecclesia, siue addat, siue minuat, verè baptizat, etiã si intenderet inducere errorem, secundum Pe. de Pa. vbi suprà, sicut Græci verè consecrant in fermentato, & tamen errorem inducunt, dicentes non posse confici nisi in fermentato. Si tamen intenderet mutare formam ecclesiæ, & sic induceret errorem, nil faceret, quia non intenderet facere, quòd facit ecclesia, secundum Thom. 4. sent. d. 6. in expositione literæ.

11 GRAECI baptizant sub hac forma, videlicèt, Baptizetur. N. in nomine patris, & filij, & spiritus sancti. Et tenetur communiter apud Doctores, quod tales sunt verè baptizati. Et sic ecclesia habet, quia sic baptizati non ampliùs rebaptizantur, vt suprà dictum est. §. 4. & si Latinus baptizaret modo Græcorum, credo quòd baptismus teneret, licet mortaliter peccaret peruertendo ritum ecclesiæ, sicut si in fermentato consecraret. Quidam tamen dicunt quòd talis non esset baptizatus, quod tamen non videtur verum, quia seruantur ea quæ sunt de essentia huius sacramenti, quò ad formam & materiam, aliter neque Græci verè baptizarent.

12 QVI dicit, ego baptizo vos, quando simul plures baptizantur, propter magnã necessitatem, sicut tẽpore Apostolorum, efficit baptismũ, nec peccat: cessante autẽ necessitate, peccaret, licèt verè baptizaret, quia dicendo vos, nõ mutatur forma: quoad significatũ. Vos enim significat te, & te: secus quando mutaret ego, in nos, dicendo nos baptizamus, quia nihil faceret, & peccaret. Non enim ego, significat idem quod nos. Si tamen cùm quis dicit nos, non intendit significare plures baptizantes, sed hoc dicit secundum consuetum modum, quo magni viri vtuntur ob grauitatem. Similiter dicendo baptizamus vos, ob reuerentiam personæ, intendens vnam personam, & non plures, licet peccaret, tamen efficeret sacramentũ, quia non variatur significatio. Hæc secundum Pet. de. Pal 4. d. 3. q. 1. a. 3. Secus autẽ esset, quando per ly nos, intelligeret plures baptizantes exprimere, secundum eundem. Pet.

13 SI plures simul immergerent, ita quòd quilibet diceret, ego te baptizo, &c. esset baptizatus, licèt peccarent non seruantes ritum ecclesiæ, nec essent puniendi tanquàm iterantes baptismũ, nisi hoc intenderent, quia eadẽ actio potest à pluribus exerceri, Si autem dicant, nos baptizamus te, non erit baptizatus, quia non seruatur forma, quando non remanet idem significatum, ex *S.* Thom. 4. sentent. d. 6. q. 2. a. 1. quol. 1. ad. 3. Ex hoc patet, quod Sanct. Thom. non est oppositus. Pet. de Pa. qui dicit, quòd dicẽdo nos, efficitur baptizatus: quia Petrus loquitur, quando vnus baptizat, S. Tho. loquitur, quando plures baptizant. Nõ potest etiam baptizans mutare nomina personarum dicendo, in nomine genitoris, geniti, & spirati, vel dicendo in nominibus patris, &c. secundum Thom. vbi suprà.

14 BAPTIZANS, & corruptè verba proferens ex industria nõ videtur intendere facere quod facit ecclesia, & consequẽter nõ videtur baptizare. Vel hæc profert ex ignorantia, vel ex linguæ defectu, & tunc si est tanta corruptio, quòd auferat locutionis sensum, non baptizat, si autem remanet, erit baptizatus: & hoc est maximè signũ quòd sensus non mutetur, si corruptio non sit in principio dictionis, sed in fine, secundum Thom. Et dicit Petr. de Pal. quòd qui nescit, vel non potest bene proferre verba, abstineat nisi in necessitatis articulo. Melius enim est non facere, quàm malè facere.

15 BAPTISMVS, & alia sacramenta, in omni lingua, & omni voce, dũmodò remaneãt principalia significata, confici possunt. Vnusquisque ergo linguam suam seruet, & vsum verborum, vt nec vetula in Latino, nec Latinus

tinus in Græco, nec contrà, nec Italus in Alemanico, ne errent, baptizét, secundum Pet. de Pa. vbi suprà.

26 BAPTIZANS, & diminuens aliquid, quod est de forma substantiali, secundum Pan. in c. 1. de baptis. nil facit, vt dictum est suprà. Addens autē aliquid contrarium formæ, vel intendens per addita mutare ritum ecclesiæ, nil facit, quia non intendit facere, quod facit ecclesia. Secus addendo aliqua, vel propter deuotionem, vel alio respectu. ex S. Tho. 4. sentē. d. 3. Quippè seruantur substantialia huius sacramenti.

27 SI puer, moritur antequàm compleatur forma verborum, vt postquā dixit sacerdos, ego te baptizo in nomine patris, summus sacerdos supplet, & censetur baptizatus, potestq; in sacro sepeliri. Tho. suprà. Et quando occurrit dubium, an sit baptizatus, verè potest sub conditione baptizari, dicendo, si non es baptizatus, & cætera.

28 SI ordo, vel aliquid circa verba mutetur, quòd non mutet significationem, vel verborum integritatem, erit verè baptismus, vt dicendo. In nomine patris, & filij & spiritus sancti, ego te baptizo, vel aliter.

29 SI autem fiat tanta interruptio, vt intercipiatur baptizantis intentio, tūe non erit vna forma, & ideò vtraque per se erit imperfecta, nec sufficiet ad baptismum, vt si dicat baptizans, ego te baptizo, & post interponatur longa historia, quia finita, postmodū dicat, in nomine patris, & filij, &c. Si autem fiat parua interruptio verbi non corrumpentis formam, vt si dicat, in nomine patris omnipotentis, vel silentium teneat, & sequantur alia verba, vel si tussis interueniat, vel huiusmodi, quod intentionem non discontinuet, tunc erit vnitas formæ ab vnitate intentionis. Hæc ex Thom. 4. sent. suprà. Pet. de Pa. dicit, quòd si fiat tanta interruptio, quòd nō solum actualis, sed etiam habitualis intertumpitur intētio, nihil fiet, secus quando tantum actualis interrumpitur.

30 PROLATIO verborū est necessaria, & sine ea nihil efficitur. in c. detrahe. 1. quæst. 1. ideò mutus baptizare non posset.

31 BAPTISMI materia est aqua naturalis, quæ veram aquæ speciem retinet: ideò si esset ita corrupta, vel mixta quòd veram speciem aquæ non haberet, non esset conueniens materia: secus si non amisit speciem, vt quia est calida, frigida, turbida, vel clara, maris, fontis, fluminis, cisternæ, ex lixiuio, aqua balneorum, ex brodio, nisi adeò esset spissum, vt aqua non appareret. Si tamen ex eo stillat aqua, sicut ex luto, potest fieri baptismus. Et signum quòd aqua amiserit speciem ex permixtione, est quando amisit debitam raritatem, & eam nō habet actu, vel potentia. Nam glacies, & nix, licèt non habent raritatem in actu, habent tamen in potentia, quia possunt liquefieri, & sic verè sunt aqua. Tho. vbi suprà.

32 BAPTISMVS debet fieri eū chrismate nouo, scilicet illius anni, nisi vrgente necessitate, & sacerdos contrarium faciens punitur. vt in ca. si quis de consec. dist. 4. & idem dic de confirmatione. cap quoniam. de sent. excom. li. 6.

33 CVM aqua rosata, vel de alijs rebus per lambicum resoluta, vel alchymica, vrina, saliua, sudor, aqua sanguini supernatante, non potest fieri baptismus: quia veram aquæ speciem non habent, secundum Tho. suprà, & Pe. de Pa.

34 Ex aqua pluuiali, resolura ex nubibus, ex rore, ex aqua resoluta, ex niue, grandine, glacie, & pruina, licet baptizare, non autem ex niue, grandine, glacie, & pruina: secundum Petrum de Pal. suprà. De aqua ex sale resoluta, secundum Angelicam in ver. baptism. 2. non licet: nisi ad dulcedinem reduceretur, tamē hæc ratio nō valet, quia dulce & amarum, non mutat speciem aquæ, cum aqua maris sit amara, & ex aqua fiat sal, & ex sale aqua, sicut glacies fit ex aqua, & iterum aqua ex glacie. Hoc tamen habet

dubita-

dubitationem, ideò si fieret baptismus cum ea, crederem tenere, propter rationem dictam. Consulerem tamen, ne quis faceret, nisi in articulo necessitatis.

35 BAPTISMVS potest fieri & per trinam immersionem in aqua, & per vnam tantùm. Potest etiam fieri & per immensionem, & per effusionem, & aspersionem, peccaret tamen, qui baptizando non seruaret ritum suæ matris ecclesiæ non Metropolitanæ, vel Romanæ, nisi vrgente necessitate, vt quia aqua est pauca, vt non possit fieri immersio, vel propter pueri debilitatem, vel baptizantis, & huiusmodi. Vbi est consuetudo immersionis, non fiat aspersio, &c. vt in ca. de trina. de con. d. 4. Thom. 3. part. q. 66. a. 7. communior tamen & conuenientior est per immersionem ritus.

36 SI baptizás trinam immersionem intendit, & in prima puer moriatur, non est baptizatus: secundum Tho. vbi suprà. & baptizans est irregularis: secundum Pe. de Pa. quia videtur esse causa mortis. Si verò vnam tantũ intendit, prolatis verbis in prima immersione, est baptizatus: secundum Tho. suprà.

37 NON est necesse totum corpus baptizandi immergere, vel abluere, vel aspergere, sed caput sufficit, quod est pars principalis: secundum. Thom. 4. sen. d. 3. & prolatio verborum quæ simul debet fieri cum ablutione, sufficit, quod incipiatur à baptizante, antequam finiatur ablutio, & econtrà: secundum Sco. & Rich. in 4. sent.

38 NVLLVS in vtero matris existẽs debet baptizari. vt in ca. qui in maternis. de con. dist. 4. natus tamen ex vtero, si caput emisit, & periculum mortis immineat, aspergi debet aqua & à quocunq; baptizari, & si seruata fuit debita forma, natus ex vtero, non est amplius baptizandus. Si verò manum vel pedem emisit, illa pars aspergatur aqua, cum verbis baptismi, & sic Deo committatur. Si tamen natus vixerit, est iterum baptizandus, cum cõditione, quia talis communiter à Docto. non reputatur baptizatus. Hæc secundum Thom. tertia parte. quæstio. 68. Apostoli tamen aspergendo baptizabant, in qua aspersione, clarum est, quod non omnes in capite ab aqua tangebantur, sed in aliqua alia parte corporis. Ad hoc dicit Pe. de Pa. quòd Dominus supplebat, vel ex Dei dispensatione erat, sicut quod in nomine Christi baptizarent. Et si appareret cũ pelle secundina, sic etiã debet baptizari.

39 MATER viua nullo modo debet scindi, vt puer extrahatur, & baptizetur, etiam si illum moriturum sine baptismo constaret: secundum Tho. 3. part. suprà. etiam si mater esset damnata ad mortem: tunc in illo casu, executio debet differri vsq; post partum. ff. de pœn. l. prægnãtis. sed mortua matre prægnante corpus eius non debet sepeliri, donec puer extrahatur eam scindendo: secundũ Pet. de Palu. & Archid. Floren.

40 PROICIENS puerum morti propinquum de ponte in flumen, vel in puteum. & dicens verba, intendẽsque baptizare: secundum Petr. de Pal. 4. d. 6. quæstio. 1. a. 2. non erit baptizatus: oportet enim quòd baptizans, aliquo modo attingat baptizatum. Si verò cum fune in canistro eum deponat immergendo, & eleuando puerum de aqua cum verbis, & intentione, erit baptizatus: secundum eundem Pet. de Palu. non enim est necessarium, quòd immediatè baptizans tangat baptizandum: idem tenet Richard. Et in tali casu deberet vestem deponere in aquã, & cum illa extrahere aquam, & cum illa aqua postmodùm de veste expressa, baptizare. vt dicit Petrus de Palud. ibi.

41 SOLENNITATES, quæ solent fieri secundum consuetudinẽ ecclesiarum, non requiruntur de necessitate, tamen dimittens eas nisi articulo necessitatis, mortaliter peccat. Quilibet enim debet ritum suæ ecclesiæ seruare. Et secundum Panormita. in capit. nõ vt supradicto. solennitates dimissę, debent suppleri si superuiuat.

42 ADVL-

42 ADVLTVS non potest constitue re procuratorem, qui pro eo respondeat, sicut pro paruulis fit. c. non pro paruulis. de con. d. 4.

43 SI dubitatur de aliquo an sit baptizatus, & sit dubium iuris propter diuersitatem opinionum, vel dubium facti, quia inuenitur in nemore, vel ad ostium alicuius, tunc est sic baptizandus, Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, &c. Ex alio autem dubio non debet de nouo baptizari: secundum Tho. 4. sentē. d. 6. a. 1. quol. 1. intellige: secundum Petr. de Pa. & Ar. Flor. 3. part. tit. 14. c. 13. si omnia quæ sunt de substantia cōcurrerunt. Si autem esset probabile dubium, quòd nō fuissent ea, quæ sunt de substantia: vt quia vetula nesciuit bene proferre verba, potest sub conditione dicta baptizari.

44 PANNVS, quo ligantur frōtes eō firmatorum, & vestis, quę ponitur in capite baptizati, possunt iterum sumi ad idem officium. c. si quis noluerit. de con. d. 4.

45 PVERI sunt statim baptizandi secundum ritum propriæ ecclesiæ, maximè propter periculum mortis: vt in capitul. venerabilis. de consecr. dist. 4. ideo à peccato non excusantur differentes, neque qui primò pueros baptizare faciunt in domo sine solennitate, extra necessitatis casum, sed propter maiorem pompam, vel expectationē compatrum. Non enim hoc est sufficiens causa & illi verè non efficiuntur compatres, quia iam erat puer baptizatus: vt dicit Angel. ver. bap. 4. Ex quo potest elici, quod non oritur inter eos spiritualis affinitas, matrimonium impediens.

46 ADVLTI si mortis periculū immineat, sunt statim baptizandi, fide prius eis exposita. capit. ne quid absit de consecratio. distinct. 4. Si verò periculum non imminet, per menses octo debent catechizari, id est, instrui, vel tempore arbitratio, & sic intellige capitul. Iudæi. & se. de cons. dist. 4. & proprium tempus baptismi istorum est Pascha, & Pentecoste: vt in capitul. catechismus. de con. distin. 4. Et his consentit Thom. 3. par. supra. Possunt etiam alijs temporibus baptizari, postquam sunt bene instructi, & probati in stabilitate, cessat enim ratio differendi.

47 NON requiritur de necessitate in baptismo, quòd sit aliquis leuans, id est patrinus, sed de bene esse est: secundum Thom. 3. part. quæstio. 67. a. 7. quia paruuli de nouo venientes ad fidem, indigent instructore in spiritualibus, & ad hoc tenentur compatres, quando puer alium instructorem nō haberet.

48 QVAMVIS nō baptizatus possit baptizare, non tamen leuare baptizatum, vt fuit declaratū in cōcilio Moguntino: quia persona leuans non est necessatia, sicut baptizans.

49 PATER & mater carnales, nō possunt leuare filium. Abbas, monachus vel religiosus, non debent tenere ad baptismum: vt in capitul. non licet. el. 1. de con. d. 4. tamen si tenent, sunt cō patres. Et ne sit confusio, debet esse tantùm vnus principalis leuans. c. de catechismo. de con. d. 4. Alij autem possunt esse coadiutores, sed de consuetudine non seruatur. infrà, Matrimonium. §. 10.

50 MINISTER baptismi est sacerdos parochialis: secundum Th. 3. par. q. 67. a. 1. 2. 3. 4. & 5. nec alius sine eius vel Episcopi licentia, cessante articulo necessitatis, debet baptizare, quàm proprius sacerdos, etiam præsente Episcopo. Potest baptizare etiam ipse Episcopus, propter excellētiam. Et sacerdos non proprius baptizans extra articulum necessitatis, est irregularis. ca. 1. de ele, non oni. mi. sed in necessitate quilibet homo sciens, & potens proferre verba, potest baptizare: vt suprà diximus, etiam mulier: quòd sine necessitate si baptizant, efficiunt quidē, sed mortaliter peccant.

51 SOLENNITATES quę fiunt in baptismo, nullus siue in necessitate siue extra, debet facere, nisi sit proprius sacerdos, vel Episcopus, vel de eorum licentia.

52 PRAE-

52 PRÆSENTE proprio sacerdote etiam in necessitate, nullus alius debet baptizare: nec præsente sacerdote, non sacerdos, nec præsente diacono, non diaconus: nec præsente subdiacono, non subdiaconus: nec præsente clerico, non clericus: nec præsente fideli, infidelis: nec præsente viro, fœmina. si tamẽ ille, cui incumbit, vult, & scit baptizare, & potest, alias succedens ordine dicto potest baptizare. hæc ex Sanct. Thom. suprà. & capitu. in necessitate, & multis capitul. alijs. de cõ. d. 4.

53 NVLLVS seipsum baptizare potest c. debitum de bap. dicit tamẽ Th. in 4. senten. d. 5. quod Inno. 3. in quadam decretali, dicit, quòd quidã Iudæus seipsum in aquam immersit dicens. Ego baptizo me in nomine, &c. si decessisset, ad patriam euolasset, quod intelligendum est ex vi contritionis, ex qua hoc procedere videbatur, vel etiã baptismi in voto. An plures possint baptizare eundem, dictum est suprà §. 13.

54 MALVS minister baptizans: secundum Tho. 4. sen. q. 5. q. 2. a. 2. confert sacramentum, & rem sacramenti, quia bonitas ministri, non est de substãtia baptismi: & gratia, & character causantur ex opere operato. Peccat tamen minister existẽs in mortali, si solenniter, vel sine necessitate baptizet: nec est perplexus, quando ex officio sibi incumbit, quia potest conteri, & pòst baptizare.

55 EXTRA casum necessitatis accipiens baptismum à præciso ab ecclesia, peccat. Si verò non sit præcisus, potest recipere, dummodo non inducat cum ad baptizandum. ex Sanct. Tho. suprà

56 SI sacerdos non vult sine pecunia baptizare, ipse qui offert puerum potius baptizet, si alium clericum non habet. quam pecuniam, det sacerdoti simoniacè, quia mortaliter peccaret. Aquam tamen pro baptismo potest emere, si aliter habere non potest. Si verò baptizandus sit adultus, non debet dare pecuniam, sed sufficit, quòd petat baptismum, quia baptizatur baptismo flaminis, ex S. Tho. 4. sent. d. 5. q. 2. a. 2. quol. 5. ad 2. Quidam tamen dicunt, quòd hoc non est simoniam committere, sed vexationem suam redimere: sed primum melius videtur, quia non dicitur quis redimere vexationem eius. cuius nõ est in possessione: infrà simonia. §. 29. Caieta. nihilominus, secunda secũdæ. q. 100. a. 1. tenet quòd quando infans est baptizandus, & renuente sacerdote sine pecunia baptizare, non apparet aliud remedium, quo puer possit baptizari, licitum est dare pecuniam sacerdoti, vt baptizet, non emendo sacramentum, sed pueri vexationem redimendo. & hanc viam ipse Caiet. approbat pro meliori: quam etiã sequitur Pan. in c. cũ in ecclesiæ. de simo. & sic esse teneo rationabiliter: licet alij videantur tenere oppositum, sed non omnes.

57 BAPTIZARE nõ potest dæmõ, quia hæc dispensatio est commissa homini, & non angelo. secundum Th. suprà. Tamen si certum esset bonum angelum aliquem baptizasse: præsumendum esset, quòd ex diuina commissione hoc fecisset, & sic esset baptizatus.

58 INTENTIO faciendi, quod facit ecclesia in baptizãte, de necessitate requiritur. nec est necessarium, quòd sit actualis, sed sufficit quòd prius hoc intenderet. Ideò qui nõ est rationis compos: vt ebrius, furiosus, lunaticus, stultus, & huiusmodi, non possunt baptizare, nisi quando habent lucida interualla S. Tho. suprà.

59 BAPTIZANS ludendo, intẽdẽs tamen facere, quod facit ecclesia, sicut dicitur Athanasium fecisse, verè baptizat, & sic fuit iudicatum ab Alex. Episcopo. ex S. Thom. suprà, in expositione literæ.

60 SI quis baptizaret sine intentione faciendi, quod facit ecclesia, si talis baptizatus est adultus, est securus de salute, quia bonum propositum eũ saluat, nesciens intentionem baptizantis. Si est puer, credendum est, quòd

Deus

Deus suppleat, secundum opinionem quam recitat. Tho. in 4. sent. suprà. & in 3. part. videtur eã improbare. Tab. tamen hoc pro meliori, & si constaret postmodùm de intentione baptizantis, deberet puer iterum sub conditione baptizari, quia intẽtio, vt diximus, necessaria est.

61 RECTA intentio non est necessaria, dummodò intendat baptizans cõferre sacramentum: secundum Tho. suprà. & Pan. in ca. fi. de bap. Similter non requiritur bonitas, neque fides: vt ex prædictis patet. ex Thom. 4. sen. d. 6.

62 CREDENS baptizare Socrat. & baptizat. Io. verè baptizat: secundum Th. 4. sen. d. 30. q. 1. a. 1. ad 3. quia character baptismalis non causatur ex intentione baptizantis directè, sed ex elemẽto materiali exterius adhibito. Intentio autem operatur, vt dirigens, elemẽtum materiale solum ad effectum proprium.

63 QVANDO baptizatur monstrũ, si clarè apparet, quòd sint duæ animę, quia sunt duo capita & duo pectora, &c. baptizentur sigillatim vnus post alium. Si verò non potest decerni, primò baptizetur vnus determinatè, videlicet, hic, vel hic, & non vagè, pòst, alius sub conditione S. Tho. in q1.

64 OMNES tenentur baptizari, quia sine baptismo salus non est, etiã quòd essent in vtero sanctificati, quia per baptismum accipiunt characterem, quo Christo figurantur, quem per sanctificationem non habent. Thom. 3. par. q. 68. a. 1.

65 BAPTIZANDI nõ sunt persistẽtes in mortali voluntariè, quia Christo sic incorporari non possunt. Si tamen baptizentur, recipiũt characterẽ alijs concurrentibus: secundum Tho. suprà. non autem recipiunt gratiam, sed recedente fictione, & volũtate peccandi, baptismus incipit habere effectum suum, ita quòd peccata præcedentia per baptismum delentur, quo ad culpam, & pœnam: sequentia verò tantùm quo ad culpã, mediante contritione. Tho. 3. part. suprà. 69. q.

66 PECCATORIBVS baptiratis nulla pœnitentia satisfactoria est imponẽda, hoc enim esset iniuriam facere passioni, & morti Christi, quasi ipsa nõ esset sufficiẽs ad satisfactionẽ. Th. 3. part. q. 68. a. 5. iniungendum tamen eis est, vt malè oblata restituant si habent, quia tenentur cessare à peccato, & læsum placare, & tenentur conteri de mortalibus, si habent, non autẽ confiteri, quia primum sacramentum est baptismus. Tho. suprà, a. 6.

67 IN habentibus rationis vsum baptizandis, requiritur intentio recipiendi sacramentum, aliter non recipiunt, & quando clarè sciretur, non essent baptizandi, non autem in pueris. Th. ibi, a. 7. Necest necessaria fides ad recipiendum characterem, quamuis sit necessaria ad recipiendum gratiam. In pueris autem sufficit intentio parentum, seu fides communis ecclesiç. Th. suprà, a. 8.

68 PVERI infidelium inuitis parẽtibus baptizari non debẽt, quia est contra ius naturale, si nõ habent vsum rationis. Si tamen baptizentur, secũdum Tho. sunt baptizati. 3. par. q. 68. a. 10. & quòd hæc sit opinio Thom. Caiet. ibi expressè dicit, quòd S. Thom. hoc supponit. Et ad hoc multum facit authoritas Aug. quam adducit Tho. ibi. 3. part suprà, dicentis, quòd voluntas patrum, scilicet Iudæorum, nõ nocet filijs Pe. de Pa. 4. sent. d. 4. q. 4. vlt. dicit, quòd non debent baptizati, propter rationes S. Tho. & quòd si baptizentur, non sunt baptizati. affirmat, quia non adest consensus parentum, Angelica, verbo baptismus. 6. §. 11. & 12. post Sco. dicit, quòd possunt baptizari, & tenet quòd debent baptizari, quia possunt vendi, ergo à fortiori baptizari. Hoc argumentũ & alia, soluit Caiet. in 3. part. q. suprà. Hæc opinio est contra communẽ vsum ecclesiæ, quẽ in sacramẽtis debemus sequi. Opinio ergo S. Thom. verior est & securior, & ideò sequẽda. Si tamẽ vnus parentũ consentiret, possent baptizari, vel alter eorum, si veniret ad fidẽ, dari deberet eidem filius: secundũ Th. 4. sent.

stat.d.39.q.1.a.4. ad 4. Si verò dicti pueri iam incipiunt habere rationis vsum, & consenserint, baptizari possunt inuitis parentibus. iam enim incipiunt esse sui iuris, quantũ ad ea, quæ ad diuinum ius pertinent, & possunt persuasione induci ad fidem, non coactione: secundum Tho. 3. part, suprà.

6ª FVRIOSI, & amentes à natiuitate, qui nunquam habuerunt rationis vsum, neque lucida interualla, sunt baptizandi, sicut pueri in fide ecclesiæ. Amentes verò, qui prius sanæ mentis fuerunt, si quando sanæ mentis erant, constat eos habuisse voluntatem ad baptismum, superueniente amentia, vel furia. sunt baptizandi, etiam inuiti. Secus si dum essent sanę mentis, nullum signum apparuit in eis ad baptismum. Si verò fuerunt amentes etiam à natiuitate, tamen aliqua habent lucida interualla, debent quando habẽt lucida interualla, baptizari, si petunt: & etiam constituti in amentia, si tamen prius voluerũt baptizari. Melius tamen est, vt expectetur lucidum interuallum, nisi mortis periculũ immineat, vt deuotius sacramentum recipiant. Idem dic dormientibus: secundum Tho. suprà.

7ª QVVM omnino coactè quis baptizatur interiori voluntate retinente, non est baptizatus: qui autem coactè conditionaliter baptizari vult, vt scilicet mortem fugiat, non tamen sponte recipit, est baptizatus, si intendit recipere sacramentum, licet nõ recipiat gratiam, & cogendus est seruare fidẽ, vt in c. maiores. de pap. & secundum Arc. floren.

7ª BAPTISMVS secundum Tho. 3. par. q. 69. a. 1. & 4. sen. supra. quãtum est de se, tollit omnem culpam originalem, mortalẽ, & venialem, & omnẽ pœnam debitam solui in purgatorio, vel in inferno. ca. regenerante. de con. d. 4. quamuis quandoque culpa venialis post baptismum remaneat, mortali sublata culpa, propter indispositionem recipientis. Non tamen tollit pœnam, quæ debetur in foro exteriori, secundum Tho. Et dicit Petr. de pa. quòd non tollit suspendium à fure, nec pœnam ecclesiasticam, vt irregularitatem, quæ ex bigamia contrahitur, sed illam, quæ sequitur homicidium, secundum veriorem opinionẽ. c. si quis viduam. d. 50. glo. tamẽ in ca. deinde. d. 26. videtur dicere, quòd tantùm tollit illam, quæ sequitur homicidium cum peccato. infrà. Bigamia. §. 8. Irregularitas. §. 87. Ex his sequitur, quòd quis accusari possit in iudicio de his, quæ ante baptismum fecit: secundum Pa. in c. de his. de accus.

7ª BAPTISMVS delet infamiam in c. fine pœnitentia. de con. d. 4. ibi glos. quæ per baptismum tolluntur peccata, & consequenter, quæ ex peccatis inquantũ peccata, consequuntur, quia infamia sequitur peccatum sub ratione peccati, ideò tollitur. secus de irregularitate, vt suprà est dictum. §. 71. Multos alios effectus efficit baptismus: nã characterem imprimit, gratiam confert, nisi sit obex impediens: & potestatem confert homini, ad alia sacramenta recipienda.

BELLVM.

1 BELLVM iustum dicitur, quando adsunt hæc tria, videlicet, authoritas principis. de qua 23. q. 1. ca. culpatur. iusta causa bellandi. de qua in ca. dominus noster. 23. q. 2. & recta intentio bellantium. d. qua in d. ca. culpatur. Nomine principis, intellige Papam, Imperatorem, Regem. dominũ liberum superiorem non habens. 23. q. 1. ca. 1. & secundum Innocen. in. ca. olim. el 2. de resti. spo. Rex Franciæ, Hispaniæ, & similes, superiorem non recognoscunt. Quantum verò ad bellandum resistendo impugnantibus, non requiritur dicta authoritas, secundum Archie. Flo. 3. part. tit. 4. ca. vlti. quia de iure naturali, licet vim vi repellere à se, & à sociis, cum moderamine inculpatæ tutelæ, & incontinentiæ. in c. significasti. el. 2. de homi.

2 QVO ad causam Tho. secunda secundæ. q. 4. tunc dicitur iusta, quando vlciscuntur iniuriæ, quas populus, vel ciuitas vindicare neglexerit. vt in dicto capitul. dominus noster si sint.

contu-

contumaces, vel rebelles ecclesiæ, vel imperio, si quis defendit se, vel suos, vel paternas leges, capitu. si nulla. 23. quæst. 8. defensio regni, vel acquisitio sui iuris, quando non habet superiorẽ à quo ius habere possit. infrà, Irregularitas. §. 35.

3 QVO ad rectam intentionem dicitur, quia tunc recta est, quando intenditur, vt promoueatur bonum, vel vt malum vitetur, secundum Ar. flo. suprà, & non ex odio, vel liuore vindictæ, sed zelo iustitiæ: & deficientibus his, vel vno ex his tribus, bellum dicitur iniustum: & ex propria ratione est peccatum mortale.

4 SI bellum est iustum, nullum peccatum est militi scienti ferre opem. Si verò certum non est quòd sit iustum, iubente domino non peccant subditi bellare: obedientia enim eos excusat: neque tenentur discutere, an sit iustum, vel non, dummodo non credãt firmiter esse iniustum: tunc enim contra conscientiam agerent, & sic peccarent, sicut si constaret esse iniustũ bellum, quia tunc non tenentur obedire. Non subditi autem, & extranei, qui ante bellum non erant confœderati cum principe, si audito bello veniunt pro stipendio, & nesciunt an sit iustum vel iniustum, nec curãt scire, manifestè sunt in statu damnationis. Secus si subditi essent, iussi, vt dictum est, ex Caie. quam primum tamen certi sunt, quod bellum est iniustum, tenentur recedere, & quæ sic acquirerent, non essent sua. ca. qui culpatur. 23. q. 1.

5 CLERICIS prohibetur bellare. c. clerici 23. q. 8. tum propter inquietudinẽ, tum propter cõtemplationis impedimentum, tum quia eis non competit sanguinis effusio. Possunt tamen assistere iustè bellantibus, vt eis de rebus spiritualibus subueniant. ca. quod hortatu. 23. q. 8. infrà, Irregularitas. §. 20. & 58. Licet prælatis ecclesiasticis ob defensionem rerum ecclesiæ, vel fidei, inuocare auxilium seculare, contra violentos hortari tales, non vt occidant, vel mutilent, seu vulnerent, sed vt fidẽ, patriam, vel ecclesiam libe rent, vel terram ab infidelibus occupatam, ad Christum reducãt. Et quamuis in huiusmodi bellis homines occidantur, eis nõ imputatur, imò, se nõ opponentes male facerent, vt in ca. de occidendis. 23. q. 5. infrà, Irregularitas. §. 55.

6 IN bello iusto licet vt insidijs, non in dicendo falsum, vel non seruando promissum (hęc enim nunquã licent) sed occultãdo inimicis cõsilia, tractatus, simulando fugam, abundantiam, & similia: hæc enim iustitiæ non repugnant, secundum Tho. secunda secundæ. q. 40. a. 3.

7 DIEBVS festis, & prohibitis in iure, in c. treugas. de treug. & pace, bellare non licet sine necessitate: cessante verò necessitate bellandi, si quis bellat in prædictis diebus, peccat, sed non mortaliter, secũdum Caie. ibi, in summa, nisi propter hoc diuina omitteret, vt missam: quia hoc seruile opus non est, sicut nec chorizatio, vt dicit Caiet. secunda secundæ. suprà. ar. vlt. Nec tempore treugæ conuentionalis, pugnare licet, inuadendo. ar. ca. si nulla. 23. q. 8. & cap. 1. de treug. Et credo mortaliter peccare: qui contra hanc fidẽ datam, frangit treugam, alia parte seruante.

8 CAPTA violenter ab hostibus in bello iusto, secundum Th. secunda secundę. q. 66. a. 8. ad 1. sunt capientium nec tenẽtur restituere, licet quandoq; mortaliter peccent, vt si ex cupiditate, odio, vel alia mala intentione faciant principaliter. Idem tenet Host. & Ar. in c. dominus. 23. q. 2. Ex hoc sequitur quòd quãdo dominus belli totum interesse suum, & suorum habuit, non debet vltrà procedere, nec petere, & illa quę fuerunt ablata ab armigeris, vel damna data antequam esset sibi satisfactum, vel reus exponeret se ad satisfaciendum, non ponuntur in sortem, quia propter contumaciã, vel rebellionem, facta sunt sua. Hæc secundum Arch. flo. 3. par. titul. 7. ca. 2. §. 3. & Pis. ver. bellum. §. 5. & gl. in d. c. dominus. Si autem bellũ fuit iniustũ ratione

tione authoritatis, vel causæ, tenetur ad omne damnum, & interesse, cuius fuit sufficiens causa, sicut de rapina. ar. in c. ius gentium. d. 1.

9 REPERTI in terris iniustè bellantium, qui dominis non dederũt consilium, auxiliũ, nec fauorem, non sunt spoliandi, neque in aliquo puniendi. Pœna enim tantùm suos actores tenere debet, vt in c. quæsiuit. de his quæ fiunt à ma. par. ca. Similiter neque clerici, religiosi, conuersi, peregrini, mercatores, transeuntes (non autem incolæ secundum Caieta.) rustici euntes, & redeuntes, vel existentes in culturis agrorum, animalia, quibus arant, & semina portant. vt in cap. innouamus. de tre. & pa. molestandi sunt.

10 CAIETANVS tamẽ in summa, ibi dicit, quòd si ciuitas aliqua ex iusto bello in prædã daretur, liceret cuiusq; ciuis bona diripere: licet aliquis eorũ fortè esset innocẽs, quia sententia iustitiæ bellicę, non tenetur discutere, an aliqua pars reipub. sibi iniustæ hostis sit innocens, quia præsumitur tota hostis, & totam habet pro hoste, & totam damnat, & iustè per se loquendo accipit, quanuis innocens per accidens patiatur. Secus esset si ex intensione contra innocentem ageretur. Et quia personæ exceptuatæ, in d.c. innouamus non sunt pars populi, ideò iniustè diripiuntur. Quando ciuitas aliqua potest dici deliquisse, & iustè dari in prædam, vt possis iudicare de rapris, ibi, infrà. Excommunicatio. 3. notabili. & infrà, Ciuitas. §. 2.

11 EXISTENTES in bello iniusto, tenentur de dãnis illatis, nisi ex ignorantia legitima excusentur, quę tamẽ non excusat à restitutione ablaratum rerum apud eos remanentium, quando compertum est bellum fuisse iniustum: secundum Caie. ibi in summa.

12 EXISTENTES in bello, siue iusto, siue iniusto, nõ debẽt alicui calumniã facere: & debẽt esse cõtenti suis stipendij, vt dixit Io. Ba. & mortaliter peccant rusticos opprimendo, & hospitando ad discretionem (vt dicitur) imo sine discretione, & alia latrocinia committendo. Nec excusantur, si stipendia eis non dantur, quoniam ex hoc, bona ciuium, vel rusticorum, eis non sunt obligata: neque authoritas capitanei eos excusat, nisi in pœnam eis infligtam hoc fieret, vt si essent rebelles, &c. Si tamen consuetudo probata haberet, vt ligna, & paleas militibus hospitatis darent gratis, tolerari posset, nec de mortali essent damnandi ex Caieta. ibi summa.

13 HABENS iustum bellũ, secundũ Guil. non tenetur de illis damnis, quę ipse, vel sui, bona fide intulerunt, aut à quibus commodè abstinere non potuerunt. Si autem animo grassandi malitioſè intulit, potens sibi aliàs consulere, restituere tenebitur, & damnorum illorum cum damnis, propter quæ motum est bellum, compensatio fiet, facta hinc, & inde diligenti computatione. Suis verò bellatoribus subditis, qui se, & sua exponere tenentur pro Domino, de damnis passis ab aduersarijs, restituere non tenetur talis iustè bellans, nisi quando fuisset negligens in defendendo eos. Similiter neque tenetur eis, qui ex debito venerunt, vel causa humanitatis, vel consanguinitatis de damnis passis. in c. nec inferenda. 23. q. 3. ueque illis, quos pro certa mercede conduxit, sed tantum illis, qui vocati simpliciter venerunt. Et intellige de damnis, quæ mandans, seu vocans potuit verisimiliter aduertere.

14 BELLVM iniustum exercens, primò tenetur aduersarijs de dãnis omnibus datis. Secundò, suis hominibus de damnis ab aduersarijs receptis iustè pugnantibus, si tamen ipsi homines iuuerunt eum bona fide, vel fuerunt inducti eius consilio, timore, vel coactione, & de se non erant facturi. Secus si mala fide venerunt: nam in re turpi nulla contrahitur obligatio. insti. mandati. §. illud. Similiter tenentur omnes; qui in tali bello fuerunt principales, ita quòd sine eis non fuisset factum. Alij autem de dãno, quod singuli contulerunt verbo, vel opere, secuudum Guil.

15 IN dubijs, bellum præsumitur iustum, quãdo est ab eo, qui superiorem non recognoscit. secus quando est ab eo, qui superiorem recognoscit. vt in c. in ecclesiarum. de consti. Ideò ad illud accedere non debent, à fortiori, quando sciunt esse iniustum, secundũ Pa. in c. sicut de iureiur. nec eos timor excusat. Magis enim timere debemus facere contra iustitiam, quàm mori.

16 SI quis habet aliquid cõtra dominum suum, debet adire regem: quòd si contra regem habet discordiam, etiam quòd ex parte sua iustam causam habeat, non tamen debet bellare contra regem sine licentia Papæ, qui poterit monere regem, & excommunicare, si sit contumax, & licentiã mouendi bellum contra eum: secundum Guil. date. Credo tamen, quòd possit resistere regi contra iustitiam eum impugnanti, quia licet vim vi repellere, &c. Si rex contra Imperatorem, vel econtrà, non erit aliquis coram quo querimonia adduci possit, nisi Papa tamen passus iniuriam, peccaret, alteri mouendo bellum parato ad satisfactionem.

17 DOMINI bellantes nõ possunt, secundum d. Guil. componere inter se de damnis illatis subditis, qui causam non dederunt iniusti belli, nisi ipsis liberè consentientibus. Quod si Domini componunt ipsis inuitis, in eorum præiudicium, tenentur eis satisfacere de rapinis, incendijs, & huiusmodi damnis notabilibus, nisi hoc facerent ad euitãdum eorum maius damnũ, sicut maiores deuastationes, & similia. Sic enim agerent negotium ipsorum subditorum. Debent ergo procurare, vt eis satisfiat. Possunt tamen desistere à bellando, quando eis placet, quia sicut habẽt authoritatem incipiendi bellum, ita & cessandi ab eo. Concordat Hostien.

18 CONGREGATO exercitu, si hostis iniquus, antequam sit factus conflictus aliquis, offert plenam satisfactionem, non solùm iniuriæ, & rerũ, sed etiam sumptuũ, tenetur princeps bellum reuocare, & satisfactionem admittere: quia ex quo offertur satisfactio, belli necessitas cessat, pro qua bellum est licitum: vt in capi. noli. 23 quæst. 1. Postquàm verò semiprælium est, & mortes hinc inde affuerunt, non tenetur, nisi velit vti misericordia, quia se habet vt iudex procedens secundum iustitiam vindicatiuam aduersus perturbatores reipubli. secundum Caie. ibi, in summa. Si Dominus vult alios bellando inuadere prohibito suæ voluntatis, & non fauore reipublicæ, vasalli proprie dicti, qui tenent feudum ab eo, non tenentur eum etiam iubentem sequi. c. de forma. 22. quæst. 5. nisi aliud habeat consuetudo, vel pactum. Si Dominus inuaditur, & timor est subitaneus, & improuisus, omnes apti ad pugnam, seu custodiam, tenentur fauore reipublic. & hac de causa, clerici tenentur ad custodiam in capitu. peruenit. de immu. eccle. si verò timor non est talis, tunc vasalli proprie dicti, tenentur, per d. cap. de forma. & veri milites, scilicet iurati. l penul. ff ex quibus maio. Alij verò non sunt compellendi, dummodò Dominus sufficiat per se de redditibus, qui si non supperunt, tunc omnes tenentur pro salute dominij, vt in ca. si nulla. &c. omni timore 23. q. 8.

19 INCENDENTES ecclesiæ nõ incastellatas ex proposito, tenentur secundum Guiliel. ad emendam, Si verò sunt incastellatæ, vel incendunt non ex proposito, sed à casu, dantes operã rei licitæ bellando, & si aliàs commodè pugnare non possunt, & bellum est iustum, non tenentur ad emẽdam, de damno.

20 RAPIENTES bona clericorum seu ecclesiarum, quę sunt in terra illa contra quam bellum agitur, vel bona, secularium existentia in ecclesijs, nisi concedente prælato ecclesiastico, debent restituere, secundum eundem Guli. nisi essent victualia reposita ibi ab iniustè pugnantibus, ad eorum sustentationem, vel eorũ arma, vel alia, quibus iuuabantur.

21 SI aliqui fugiant ad ecclesiam, quã incast:lla-

incastellauerunt, vt inde pugnarent contra iustè bellantes, non gaudent immunitate ecclesiæ, quam ipsi violauerunt inde pugnando, ideò possunt capi, & extrahi à iustè pugnantibus. secundum eundem Guli. infrà, immunitas.§.5.

22 CAPTI in bello iusto serui efficiũtur capientium, quanuis hodie inter Christianos non seruetur hæc lex, & bona efficiuntur capientium: debent tamen capitaneo assignari, vt distribuat vnicuique secundum merita, vt dicit Bar.in.l.si quid bello.ff.de capti. nisi consuetudo habeat, q; vnusquisq; sibi retineat quod capit.

23 IMPERATOREM volentẽ contra ecclesiam mouere bellum, subditi non tenentur sequi, nec ei obedire, secundum Ioan.de Lig.quia cùm teneatur eam defendere, non potest eam impugnare, & indicendo bellum, meretur hoc priuilegio spoliari propter abusum.c.priuilegium.11.q.3.

24 PAPA bellum contra imperatorẽ schismaticum, hæreticum, vel vsurpãtem ecclesiarum iura, mouẽte, omnes fideles tenentur Papam adiuuare: & vasalli imperatori à iuramento possunt absolui, & declarati, quòd nõ renentur.15.q.6. capit nos sanctorum. secundum Ioan.de Lig.& Ar.Floren.

25 BARONE vno mouente bellum contra suum regem, & iubẽte suis hominibus iuratis, vt eum adiuuent, nõ tenẽtur ipsi præbere auxilium ad hoc, secundum eundem Ioan.de Lig.

26 PVGNANTE vno barone contra alium baronem, & vocãte suos in auxilium, qui simul vocantur à rege sui baronis pugnante cõtra alium regem homines vocati, primò seruient regi, quia ad maius tribunal vocantur, secundum Ioan. de Lig. & etiam quia pro maiori bono vocãtur, scilicet pro defensione coronæ.

27 VASALLVS iuratus duorum dominorum, vocatus ab vtrisque in auxilium, debet personaliter iuuare primum, & per substitutum iuuare secũdum si hoc patiatur natura feudi: secundum Ioan.de Lig. Archi.Flor.

28 VASALLVS, secũdum gloss.22.q.5.c.de forma.tenetur iuuare dominum contra patrem ipsius domini, & patrem contra filium, ratione iuramẽti. Gloss.tamen in cap.quoniam multos.11.quæsti.3. aliqualiter sentit contrariũ. sed consideranda hic esset qualitas subsidij impendendi, secundum Archi.flor.post Ioan.de Lig.

29 VASALLVS tenetur sequi dominum euntem ad bellandum vltra mare cõtra Barbaros, si prædecessores domini hoc consueuerunt facere, & ipse etiam debet: exẽplo liberti, qui tenetur ad operas cõsuetas.l.operę.ff.de oper. liber. Prouidebitur tamen à Domino de moderato sumptu, ad arbitriũ boni viri. Serui autem indistinctè tenentur sequi dominum vbique, nisi nimis sæuiret in eos, & liberti ad operas impositas, non autem inconsuetas.

30 CONFOEDERATI dominis, sũt omnino liberi, nec eis tenentur, nisi in his, quæ ex pactis promiserunt, quæ semper sunt seruanda.ff.de pact.l.1.

32 NON omnes subditi iurisdictioni tenẽtur ire ad bellum, vt personę, quæ excusantur ab oneribus personalibus, sicut sunt minores senes, infirmi, grauati liberorum numero, professi, & mulieres.

33 LICET clericis prohibitum sit pugnare manu propria, vt in c.clerici, 23. q.8. tamen in casu necessitatis, ne ciuitas, vel exercitus euertatur: in quo casu si legislator adesset, dispensaret: possunt pugnare, vt dirigendo bombardas, alijs ad hoc non existentibus, vel alio modo vt defendant, sed non pro victoria cõsequenda de hostibus, quia non est ita necessaria, sicut defensio patrię, nisi in aliquo casu, quando victoria habita esset causa magnæ pacis ecclesiæ, & protectionis fidei. Ca.secunda secũdæ.q.40.a.2. Et nõ solùm hoc potest, sed in tali articulo necessitatis tenentur. Nec obstat quòd fiat irregularis, vt ibi dicit Caie.

34 DVCE belli capto, & humiliato, ad desistere volẽti, venia est danda, dũmodò ex concessione venię, pacis turbatio non timeatur. in cap.noli.23.q.

1. alioquin plectendus est.

35 QVI tenentur ire ad bellum, non obligantur ire cũ armis, equis, & proprijs expensis, secundum Inno. nisi ex speciali pacto se ad hoc obligauerint. Vide capitul. de forma. 22. q. 5.

36 PRAELATIS licet indicere bellũ pro temporali iurisdictione, vt notat Innoc. in cap. quod in dubijs. de pœn. & Episcopus, pro causa spirituali, vt pro extirpandis peccatis, vel bonis ecclesiasticis defendendis vti potest bello, vt in capit. Maximianus. 13. quæst. 3. concordat Hostien. in sum. Et pro iniuria sui subditi, de qua iustitia non fit, secundum Innocen. in capi. dilectus, de appellatio. non tamen contra Iudæos. quia vbique parati sunt seruire, nec Christianos persequuntur: bene tamen contra Saracenos. 13. q. 8. can. dispar.

37 QVI interfuit bello licito, in quo mortui sunt homines, non tamen ipse interfecit, nec mutilauit, nec causam ad hæc dedit, si aliter idoneus est sine alia dispensatione ad ordines promoueri potest. Secus si fuit in bello iniusto, in quo occisi sunt homines, licet ipse non dederit causam, secundum Raym. &c. vlt. 15. q. 1. Credit tamen cum prædictis, per Episcopum posse dispensari. arg. in c. 1. de cler. pugnam. in duel.

38 CLERICVS rapiens aliquid in bello iusto, tenetur restituere ei à quo rapuit, si scit, aliàs dare pauperibus, quia sicut non licuit ei pugnare, nec etiam rapere, nec Dominus ei potuit hanc licentiam concedere, secundum Veruer. Si tamen ab alijs, qui rapuerunt iustè, aliquid detur, potest retinere, secundum tamen Monaldum, Dominus posset dare licentiam retinendi, postquam rapuit, quandiu bellum durat.

39 ECCLESIA nõ potest incastellari ad offendendum aliquẽ, secundum Archi. in c. sanctorum patrum. 10. q. 1. ad defensionẽ verò bonorum, & eorũ, quę in casu licito ad eã confugiũt, incastellari potest. ar. in c. cùm Ecclesia. de im. eccl. concordat Inn. & Host.

40 Papa potest dare licentiam clerico pugnandi in bello iusto, sine metu irregularitatis, secundum Cal. in c. petitio. de homi. quia irregularitas est de iure positiuo tantùm. c. is qui de sent. exc. lib. 6.

41 In bello iusto Christiani vti possunt auxilio infidelium, exemplo Machabæorum, qui cum Romanis confœderationem fecerunt, vt dicitur lib. 1. Macha. & fideles infideli domino auxiliari possunt, secundum Pan. in ca. quòd super his. de vo. & vo. re. vide Oldra. consi. 67. infrà, Infidelitas. §. 11. NOTA. quòd licet milites vadant ad bellum iustũ, ex causa iusta, & ex authoritate indicentis, & pugnent, occidantque hostes, non zelo iustitiæ, sed liuore vindictæ, & rapiant eorum bona, nihilominùs peccant mortaliter, sicut iudex occidens reum secundum iustitiam, sed non zelo iustitiæ: non tamen restitutioni obnoxij sunt: quia iustè eorum bona in prædam data fuerant.

BENEDICERE.

1 BENEDICERE cõmuniter conuenit sanctis hominibus, solenniter verò cum versu, Adiutorium nostrum, &c. conuenit Episcopis in sua diœcesi, & archiepiscopis in sua prouincia, & legatis in terris suæ legationis, & abbatibus, quibus ex priuilegio concessum est, vt not. in c. ministrare. 26. q. 6. Benedicere simpliciter pertinet ad sacerdotem in missa, absente Episcopo, vel præsente de eius mandato. cap. denique d. 21. Videtur tamen permittere vt benedicat, dũ permittit ipsum celebrare: cum benedictio ad missam pertineat. vt in c. missas. de conse. d. 1. arg. c. præterea. de offic. de leg.

2 BENEDICERE nõ cõuenit minori, præsente maiore. Tho. quol. 4 q. 12.

3 BENEDICI debet iterum vestis, quæ ita reperiatur, vt adeò deformetur, quòd sine ipsa repetitione, cum ea celebrari non posset, vt si amouentur manicæ, quia formam amittit. argu. in c. 1. de cons. eccle. & alta. secus de stola si breuietur, quia breuitas nõ mutat formam. Eodem modo dic de manipulo,

manipulo corporali, vel similibus, quę non habent propriam formam. Vnde secundum Pe. de Pal. de longo manipulo liceret facere stolam, & econtrà & cingulum ruptum possumus connectere, vel ex vna parte nos cingere. De casula dupla possumus facere duas, dummodò ambæ maneant integræ. Idem de stola dupla. Quis possit has vestes benedicere suprà, Abbas. §. 8. infrà, Consecratio §. 12.

4 BENEDICERE nō potest mulier, nisi vt bonus Christianus. cap. noua. de pœn. & remiss. quia quæ sunt ordinis, non cadunt in muliere. in d. capitul. noua.

5 BENEDICERE mensam, pertinet ad sacerdotē, & presente illo diacono non potest, nisi esset Cardinalis, secundum no. 63. d. c. legimus.

6 BENEDICTIO aquę est certi ordinis, secundum Inno. in c. 1. de exc. præla. libr. 6. Ideò esset irregularis, excommunicatus, vel suspensus, illam benedicens. suprà, Aqua. §. tertio. Secus si de benedictione mensæ, quæ nō est ordinis. De benedictione aquæ. suprà, Aqua. §. 1.

7 LIBERI ecclesiastici non sunt benedicendi, secundum glo. in capit. 1. de pigno. Quis potest calicem, corporalia, &c. benedicere, suprà, Abbas. §. 8. infrà, Consecratio §. 1. De benedictione nuptiarum, infrà, Impedimentum §. 61. Nuptiæ per totum. Vestes benedictæ à schismaticis sunt rebenedicendæ, secundum Pet. de Pa. 4. d. 24. licèt illæ, cum quibus celebrarunt, non sint rebenedicendæ, secundum eundem Petrum. ibi, sicut nec altaria, in quibus celebrauere, reconsecrari debent. de sacram. nō iterand. capitulo, nobis.

BENEFACERE.

1 BENEFACERE tenemur, secundum preparationem animi omnibus, si tēpus, necessitas, & facultas adsint: magis tamē, & priùs propinquioribus, nisi tēpore necessitatis magnę, in qua plus extraneo quàm propinquo tenemur, si in eo sit extrema necessitas & non in propinquo, secundū Thomam secūda secundæ, quæstione 31. 1. 2. & 3.

2 BENEFACERE non ex amore, sed timore, reputatur non benefacere. vigesimatertia, quæstione quinta, canone. ad fidem. infrà, Eleēmosina. §. primò. Malis in auxilium naturæ, nō autem culpæ benefacere debemus. Thomas secunda secundæ. quæstione vigesimaquinta, a. 6. Romā. 12. lectio. 2. fin.

BVLLÆ.

1 BVLLAE Papales, possunt deprehendi falsæ, comparando scripturam ad scripturam, modum dictandi, chartam considerando, an sit rasa, & pulchra, an sint ibi in scriptura consueti tractus calami, & puncta solita fieri, si sigillum sit omninò completum & æquale, si Episcopus vocatur frater, & Cardinales fratres, & inferiores filij, si est vera latinitas, vel falsa: & alia, de quibus Panormitanus de crimi. falsi. capitulo, quàm graui. & capitu. licèt. vbi nouem modi notat. & de rescrip. per tot.

2 DE excommunicatione falsatiorū infrà, excommunicatio. 12. Si aliquid conceditur in priuilegio, quod ab omni æquitate deuiet, & à communi cursu priuilegiorum, præsumitur à se de Apostolica non emanasse, secundum Panormitanum in dicto cap. quàm graui.

BENEFICIVM.

1 BENEFICIVM ecclesiasticum secundum Felinum in capitulo, in nostra. de reseriptis. est duplex, scilicèt seculare, & religiosum à rectore. Nam seculare est, quod per clericum secularem, vel per plures fuit gubernatum, religiosum verò eodem modo per religiosum. Nec gubernatio alicuius secularis frangit præscriptionem præcedentis regularis, nisi esset per tempus annorum quadraginta, & fuisset ibi positus, vt mutaretur status, quod Episcopus facere potest, & secundum eundem Feli. in impetratione debet fieri mentio, an sit beneficium seculare, vel regulare, ali-

ter imperatio non valet. vide ibi dictum Felini, qui multa dicit pertinentia ad regulas cancellariæ, vt citat Tab. verbo, beneficium. secundo, in principio.

2 BENEFICIVM regulare diuiditur in simplex, vt canonicatus regularis: & duplex, vt abbatia, prioratus, & habens iurisdictionem.

3 BENEFICIVM seculare diuiditur, quoniam aliud est summũ, vt Papatus: aliud est maius, vt Episcopatus: aliud mediocre, seu duplex, vt dignitas personatus, vel aliud habens curam animarum. Aliud simplex, vt canonia, capellania, aduocatio, & huiusmodi. Aliud non habens administrationem, quod largo modo dicitur beneficium: vt quando quis habet beneficium non in titulum, vt sunt capellani, ad nutum amouibiles, sed quando habet in titulum aliquod beneficium, cui est assignata dos, quantuncunque sit simplex, dicitur habere beneficium cum administratione, secundum Geminianum in capitulo, præsint. de officio ordinarij, libro sexto. Et quia omnia ista aliquam spiritualitatem includunt, ideò dicuntur beneficia ecclesiastica.

4 EST & aliud beneficium, scilicet simplex præbenda, sine spiritualitate. quæ potest conferri laico, secundum Panormitanum in capitulo dilecto. de præbendis. quinto notabili. Ex quo sequitur, quòd habens à Papa præbendam sine spiritualitate, non oportet quòd sit clericus, vel quòd dicat officium, ex quo non est beneficium ecclesiasticum: secundum Felinum in capitulo, ad audiẽtiam. de rescriptis.

5 BENEFICIVM ecclesiasticũ per ordinarium regulariter confertur, nisi ex statuto speciali, vel cõsuetudine, ad alium pertineat, seu per alium inferiorem prælatum, in conferendis beneficijs ius Episcopale habentem: quia talis secũdum Pa. in c. quæsitum. de rer. perm. exercet omnia iura Episcopalia, quæ sunt iurisdictionis.

6 CAPITVLVM sede vacãte, nõ potest illa conferre, quæ ad Episcopi collationem spectant: quæ verò ad Episcopum, & capitulum communiter pertinent, potest. Posset etiam huiusmodi beneficia conferre Episcopo suspenso à collatione beneficiorum, etiam si Episcopus in tali collatione haberet interesse, tanquam prælatus. Et idem potest Episcopus capitulo suspenso, vel maiori parte, vel omnibus maiori excommunicatione excõmunicatis. c. si ad Episcopum. ne sed vac. libr. 6. Si verò ad Episcopum cum consilio, vel assensu capituli spectat, non potest se intromittere, nisi suspensus esset in mora petendæ relaxationis. Si autem capitulum, vel alius, de consuetudine, vel statuto, debet conferre de consensu Episcopi, defuncto Episcopo, vel in remotis existente, ita quòd in breui eius præsentia haberi non potest, nõ propter hoc debet differri collatio, vt in d. c. si ad Episcopum.

7 DE collatione beneficiorum ad Papam spectantium, quia parum ad confessores pertinet scire, pertranseo: tamen vide Tab. vers. beneficium. 2. §. 5. & c. licèt el. 1. c. statutum. c. præsenti. c. si apostolicam. de presb. libr. 6. & Feli. in c. in nostram. de rescript.

8 Præsentati à patronis sede vacante, licèt si Episcopus viueret, ad eum pertineret, à capitulo tamen possunt admitti, & iustitui, vt in c. & si capitulũ. de inst. lib 6.

9 SI Episcopus absenti conferat beneficium, licèt non fiat illius donec consenserit, tamen Episcopus non potest alteri conferre, donec ille recusauerit: & si conferat, non tenet collatio, nisi terminum assignasset, infrà quem cõsentiret: quo elapso, & non consentiente, potest conferre Si autem consentit elapso termino antequàm alteri detur, valet in c. si tibi absenti. de presb libr. 6.

10 EPISCOPVS, vel alius, cui mandatum est prouideri clerico pauperi de beneficio, nõ tenetur amplius prouidere, si ipse clericus aliud beneficiũ consecu-

consecutus est. vt in ca. si pauper. de præben. lib. 6.

[16] EPISCOPVS tenetur prouidere de beneficio ei, quem ordinauit in sacris. c. cùm secundum de præb. Similiter ei, quem per alium ordinari commisit, vt certa persona. de præb. libr. 6. ca si. Episcopus. nisi suam, vel paternâ hæreditatem, vnde sustentari possit, habeat, secundum glo. in. d. c. si Episcopus. vide suprà Archiaconus. §. 5.

[12] ORDINATVS ad titulum patrimonij paterni potest illud vendere, secundum veriorem opinionem, sicut potest beneficio renunciare, nisi bona patrimonialia trâsissent in beneficiũ.

[13] SI Episcopus commisisset ordinari clericos talis villæ, vel suæ diœcesis, solùm in generali, non tenetur ipse committens eis prouidere, sed ordinator. Neque etiam tenetur proordinatis ad ordines minores. in d. c. si Episcopus.

[14] PROMITTENS alicui de beneficio non vacante prouidere, vel qualitercunque promittat cũ potuerit, nõ tenetur, & promissio est nulla. c. detestanda. de concess. præb. lib. 6.

[15] RECIPIENS beneficiũ ecclesiasticum de manu laici, secũdum Inno. in ca. quisquis. de elect. ipso iure est intelligibilis, potest tamẽ Episcopus dispensare cum eo, secundum eundem arg. in ca. nuper. de sent. exc. infrà. Ecclesia. §. 13.

[16] POTEST quis renuntiare beneficio, vt alij prouideatur, dummodò in actu renuntiationis nõ deducat in pactum, sed ipsam renuntiationem purè & liberè faciat, secundum Pa. in c. dilecto. de prẽb. aliâs esset simonia, vt dicit glo. in c. dilecto. Si autem gerit in animo deducere in pactum, dummodò non faciat pactum; licèt sit simonia mentalis, & consequenter mortale peccatum, non tamen punitur per ecclesiam, secundum Fel. in c. quia veri simile. de prẽsumpt. circa princi. infrà, Renuntiatio. § 3.

[17] EST regula cancellariæ. 18. quod infirmus renuntians, vel permutans, nisi post renuntiationẽ, vel permutationem viuat per. 20. dies post mortẽ, beneficium dicitur vacare.

[18] BENEFICIVM ecclesiasticũ solùm dari potest clericis non coniugatis, & habentibus ætatem debitam, vt infrà dicemus. §. 8 3.

[19] CONIVGATVS clericus, nedum ecclesiastica beneficia, sed nec etiam ecclesiasticam administrationem habere potest & credit Pa. quòd per hoc nõ possit esse vicarius Episcopi in c. sanè. el. 1. de cler. coniu. quod tenent docto. c. 1. eod. titul. lib. 6. infra vicarius. Nec potest cum eo dispensari per Episcopum, vt habeat beneficium ecclesiasticum, licèt per Papam, secundum Pa. in c. 1o. de cle coniug.

[20] SI beneficiatus contrahat in sacris per verba de præsenti, secundũ doct. in ca. 1. de cle. coniu. non est priuatus ipso facto, sed priuándus, quia matrimonium non tenet, ideò vxorẽ dimittere compelletur, & est excommunicatus. infrà, excommunicatio. 45. impedimentum. §. 42. Si verò est in minoribus tantùm, & contraxit sponsalia, ipsis solutis ad beneficium suum redire poterit. Secus si contraxit per verba de præsenti matrimonium, nõ recuperabit beneficium: quia vinculum incompatibile cum ipso beneficio contraxit. Eodem modo perdit beneficium clericus in minoribus cõtrahens cum consanguinea, etiam quod probata consanguinitate matrimonium rumpatur. Quomodò Episcopus dispensat, suprà, apostata. §. 13.

[21] FILIVS legitimus sacerdotis, potest obtinere beneficium ecclesiasticũ in ecclesia patris, vt in c. ad hæc. de fil. presby. dũmodò ad illas dignitates, vel prẽbendas, quas immediatè pater eius habuit, non promoueatur. c. cõstitutus. de fi. presb. Idẽ de nepotibus dic de iure in hæreditatem succedẽtes, vt sunt nepotes per rectam lineam descendentes, qui filiorum nomine intelliguntur. instit. de hære. qual. & dif. §. sui. secundum Hosti. & c. ad extirpandas. de fil. presby.

[22] NEPOS, secundum Host. potest

ni in ecclesia,quam auus eius habuit, patre eius viuente, non autem mortuo, quia in primo casu cessat ratio successionis,& non in secundo.

23 Si pater habuit personatum, immediatè filius,non poterit habere vicariam in eadem ecclesia .c . Michael, de fi.pres.& econtrà,in d.c. constitutus.de fi.pres.

24 In beneficio simplici, cui nõ immineat animarũ cura,cũ illegitimo potest Episcopus dispensare.c. is qui . de fil. presb.libr.6. & non oportet secundũ gl.ibi distinguere,an sit spurius adulterinus,vel naturalis. In alijs autẽ solus Papa infrà,Dispensatio.§.22.

25 In canonicatu in Ecclesia cathedrali,potest Episcopus dispensare cum prędictis,secundum Arc.in d.c.is qui, ex quo non inuenitur prohibitum. Concor. Ge.& Io. Mo . quamuis alij dicant non,tamen primum melius . In personatu autem,vel dignitate sine cura,non potest,sed tantùm Papa,secũdum glo. in d.c.is qui.& eã doct.cõmuniter sequuntur.

26 In rectoria, & omni beneficio , cũ prædictis poterit dispensare Episcopus,dummodo non cadit nomen dignitatis,vel personatus,vel curam animarum habeat . Quidam verò tenet cõtrariũ, vt dicit Ge in d.c.is qui . Et quia hæc habent varias opiniones, & maximè de dispensatione in beneficio simplici cũ cura animarum, quia qui dã volũt quòd Episcopus possit , ideò vide Ge. Archid. Lapum. Ioan . Imo. in d.c.is qui.

27 Si statuto iurato,& per Papam approbato,in Ecclesia cauetur,quòd nullus illegitimus ibi promoueatur,Episcopus non poterit dispensare : secundum Io.Mo.& Ge.in d.c.is qui.Secus si non esset iuratum, vel confirmatũ: secundum not.c.licet canon.de elect. libr.6.

28 Si cum illegitimo dispensat Papa: vt ad ordines sacros promoueatur,nõ tamen per hoc dispensatur,quòd possit habere beneficium cum cura: secũ dum Ge.in d.c.is qui. Vide aliqua in verbo,Clericus,infrà.

29 Si cum illegitimo dispensetur, vt possit habere beneficium Ecclesiasticum,& dispensatio sit super certo beneficio, non potest post primum habere aliud , vice dispensationis , si ex culpa sua fuit :vt illud non haberet: secundum Ge . in d. c . is qui.secus si non fuit in culpa,& dispẽsatio fuit super incerto beneficio,tunc poterit obtinere post primum aliud,secundum eundem.

30 Si talis dispẽsetur super beneficio curato , non propter hoc poterit habere dignitatem : secundum Ge. in.c. fi.de fil.pre.quia ista ponuntur vt diuersa.in d.c. fi. ideò vno concesso,nõ venit aliud.

31 Illegitimvs,vel irregularis, dispensatus in ordine,& beneficio, & promotus non potest impętrare super pluralitate,nisi facta mentione de illegitimitate,& irregularitate : secundũ Ge.in.d.c.fi.

32 Episcopvs cum prædictis illegitimis dispensare non potest: vt plura beneficia simul possint retinere: secundum Ge. vbi suprà: quia quando cõceditur alicui: vt possit beneficium conferre,intelligitur tantùm de vno. in c.is cui.in.1.respo.de præben.lib.6.

33 Episcopvs non potest dispensare, quod illegitimus in ecclesia patris sui viuẽtis,habeat beneficium simplex, vel prębendã. in.c.cum decorẽ. de fil.presbi. neq; canonicatum. c.cũ audientiam.de fil.presby.neque mortuo patre dispensari potest super beneficio,vel præbenda,quam pater immediatè tenebat,secus si non tenebat, vel mediatè tenebat:similiter de canonicatu: secundũ veriorem opinionẽ. licèt Gofft.dicat, quòd canonicatum in eadem ecclesia nunquam habebit.

34 Dispensante Papa cum illegitimo,vt possit habere beneficiũ curatum,nõ propter hoc poterit habere beneficium,cui per electionem esset præficiendus,nisi in impetratione fieret mentio de beneficio electiuo: secundum Felin.suprà, quia Papa non intendit præiudicare electoribus,quia oporteret tunc facere specialem mentionem:

tionem: secundum Feli. in c. veniens. de accuſ. & hoc magis mihi placet, licèt Ge. in d.c. is qui. videatur tenere oppoſitum, dicens per talem diſpenſationem vitium ex toto ablatum.

35 INFRA quod dies debeât fieri electiones beneficiorũ vacantiũ: vide c. ne pro defectu de electio. Archi. Flor. 3. part. titu. 15. Tab. beneficium. 2. §. 21. Hoc confeſſori parum confert.

36 APPETERE beneficiũ ſiue curatũ, ſiue non, ex ſuo genere peccatum non eſt, quia eius obiectum, infrà ordinem appetibiliũ recta ratione eſt, ſed peccatũ cõtingit ex defectu alicuius circunſtantiæ requiſitę. Caiet. ibi, in ſumma.

37 APPETENS beneficiũ plenè curatũ, vt Epiſcopatum: vel nõ plenè curatũ, vt parochiam, & ſciens ſe habere conditiones requiſitas ad tale beneficiũ, non peccat ex parte perſonæ, concurrentibus alijs circunſtantijs, vt bono fine, & modo debito deſideret. Debet enim vires proprias menſurare, ad regimen animarum, ne præſumptuosè aſſumat, & ad oues ſuas, à quarũ vita ita diſtare debet, ſicut vita paſtoris à grege. Debet habere reſpectũ ad alios, ne ſe dignioribus, vel æqualibus præferat: hoc enim eſſet acceptio perſonarum. Quo autem ad finem, ne appetat propter vitam delicatam, vel ſplendidam, vel opulentam, vel alio malo fine. Ex Caiet. ibi ſuprà.

38 QVI paruifacit prædicto modo ſe commẽſurare, ob appetitum beneficij curati, appetẽs peccat mortaliter, quia cõtra charitatem ouium Chriſti agit, & contra iuſtitiam diſtributiuam. Secus quãdo ſimpliciter, & bona intentione appetit, non cogitans de dignioribus, nec intendit eos impedire, etiã quòd cogitet de illis, ſed pro ſe procurare, vt licitè habeat, tũc nõ peccat. ex Caiet. ſuprà. infrà, Cathedra. per totũ.

39 Ex dictis haberi poteſt, quando eſt mortale peccatum procurare beneficium, quia quando nõ licet appetere, non liceat etiam procurare. Sed quia actus exterior poteſt ſcandalizare proximum, maiori rectitudine indiget, ideò in procurando, maiori cautela vtendum eſt. S. Tho. 4. ſent. d. 25. q. 3. a. 3. ad 4. & ſecunda ſecundæ. q. 100. a 5 ad. 3. videtur dicere, quòd quis ſi ſit dignus, poteſt petere pro ſe beneficium eccleſiaſticum ſine cura animarum, ſi indiget, nõ autem ſi habeat curam, quia præſumptuoſum eſt, & redditur indignus ex ipſa præſumptione: & ſic offert preces pro indigno. Poteſt tamen dici: ſecũdum Tho quol 9. q. vlti. ar. penulti. quòd hoc eſt verum, ſi petat vt ſit ditior, vel lautius viuat, vel facilius aſcendat, & ſimilia: ſic enim peccatum eſt, non autem ſi petat propter neceſſitatem, ne mendicet in vituperium eleticatus, vel vt poſſit prodeſſe, vel ſimilia, ex quo eſt ordinatus, & non habet defectum, poteſt petere, & ſic debet intelligi Sanct. Tho. & cõcordat etiam Caieta. ſuprà, qui dicit, quòd ideò à doctoribus dãnatur petere regimen animarum, quia vix poſſibile eſt, vt homo integri ſenſus, & rectę mẽtis reputet ſe habere prędictos reſpectus, ſine quibus appetere eſt præſumptuoſum abſolutè. Appetere tamẽ ſecundum quid, id eſt, ſi ſuperiori placuerit, vel videbitur expedire, cognoſcendo ſe indignum, cum tremore cõmittendo negotium Deo, pro honore Dei, & ſalute eccleſiæ, non eſt perniciosum, ſed veniale, niſi charitate vrgente, quia hoc non eſt petere, ſed offerre ſe, ſi opus eſt. Nõ eſt ergo in magno periculo indigens, & dignus, hoc modo offerens ſe pro beneficio ſimplici curato, vacante. ſecũdum Caie. ſuprà.

40 NON reſidere in beneficio, de iure requirente reſidentiam, ſine rationabili cauſa, de genere ſuo mortale peccatum eſt: vt quando eſt beneficium curatum, quia eſt contra iuſtitiam, & contra debitam charitatem. Paucitas autem temporis, vel damni, à mortali poteſt excuſare, de cle. non re. c. quia nonnulli.

41 DISPENSARE malè prouentus eccleſiaſticos, mortale peccatum eſt: vt ſi ea, quę ſuperfluunt neceſſitati naturæ, & perſonæ, diſpenſantur in ditando propinquos, in pompis, & luxibus,

ribus, vel in alijs exorbitantibus. Non enim est dominus, sed dispensator ecclesiasticorũ prouentuũ, quos in pauperes Christi dispẽsare tenetur, si vltra necessitatem suam supersunt.

42 HABENS beneficiũ quantũcunque simplex, quod per se sufficit ad vitam beneficiati: secundum Pan. in ca. conquerente. de cler. non re nõ potest aliud tenere sine peccato mortali: vt dicit glo. in. c. dudũ. el. 2. de elect. Limita. secundum Pano. si propter se tantũ habet. Secus si collatum esset non ratione sui, sed propter vtilitatem beneficiorum, vt quia est homo bonæ conscientiæ, vel industrius: vt in c. cùm iã dudũ. de præbend. & non est tutus talis in conscientia, etiam si à Papa dispensetur, si pro sua vtilitate, beneficiũ est ei collatum: secũdum Panor. in d. ca dudum. quia in tali casu patrimonium Christi iniustè dispergitur. Hoc tenet Hostien. in d. c. dudum. & Ioan. And. Caiet. etiam in summa idem videtur affirmare, quãdo beneficia sunt incompatibilia, quia residentiam requirunt, & non est possibile in omnibus residere. Posset ramen talis excusari propter necessitatem, quando plures ecclesiæ alicuius obsequio iudigerent, vel plus, aut tantum, seruire ecclesiæ posset absens quàm præsens, vel quando plures idonei non inueniren tur, vel prærogatiua meritorum hoc requireret, vel alia rationabili causa: tunc enim cum dispensatione esset tutus in conscientia. Vide Thom. q. 9. q. vlt. a. pe.

43 HABENS plura beneficia incõparabilia, cum dispẽsatione, sine tamẽ causa rationabili, si eis bene prouidet per vicarios, ita vt nõ accidat ecclesijs aliquod damnum, neque circa tempo ralia, quantùm ad ecclesiarũ reparationem opportunam, quantum ad paramenta, ad numerum ministrorũ diuini cultus, & ipsum Dei cultum, & sacramentorum ministrationem, nec circa curã animarũ, quòd & si sit hoc possibile, est tamen difficile, & ratũ, potest absolui, etiam quòd vno beneficio retento, alia nolit renuntiare. Si autem damnum aliquod notabile de prędictis interuenit, neganda est absolutio: quia continuatio pluralitatis beneficiorum hoc modo nõ est absque mortali peccato, & hoc est ex parte damni ecclesiarum. Ex parte autem distributiõis, licèt in distributione acciderit peccatum iniquæ distributionis, non propter hoc tenetur ad renunciandum, sed ad bene regendum. Igitur pensanda sunt duo vltra damnũ ecclesiarum, videlicet damnum clericorum bene meritorũ in illis partib⁹, qui de his beneficijs honorari deberẽt, & sustentari. Secundum scandalum bonorum virorum, qui ex talibus iniquis distributionibus scandalizantur: & alij similia audent, & sic ruit ecclesia. Et qui hæc paruipendit, quia sic cõmuniter fit, & Papa dispensat, imò dispensat, non est absoluẽdus. Ex Caiet. in sum. ibi.

44 HABENS beneficium curatũ, si secũdum cum cura recipiat, ipso iure est priuatus primo, statim addepta pacifica possessione. capitul. de multa. de præbendis. vel quando per eum stetit, quo minus haberet. capitul. licet el. 2. de præbendis. libro sexto. Et nisi primum resignet in manus eius, cui competit, ipso iure est priuatus etiam secundo. Et ad quodcunque beneficium, & ad sacros ordines inhabilis est: cuius dispensatio ad Papam pertinet, per extrauag. Ioan. 22. quæ incipit, execrabilis. Et hoc tenet in omni beneficio, quod requirit residentiam, non absolutè, sed residentiam sub pœna priuationis beneficij: vt si statuto, vel consuetudine, hoc caueatur in gl. capitul. gratia. de rescript. libr. 6. quia tunc est eadem ratio, aliàs secus, quia in iure non reperitur expressum. Concordat Panormita. in capit. quia non nulli. de cleric. non re. Fallit in multis casibus. Primò, quando primo est annexum secundum capitu. super eo de præbend. lib. 6 Secundò, quando expendit de proprijs bonis in vtilitatem primi beneficij, & ipsum retinet, donec sibi fuerit satisfactum: secundum Ant. de But. per capit. quicunque. 12. q. 4. &

q.4. & sufficit quòd expensa sit incœpta. secundum Ioan. in capitu. ex parte de cõstitu. licèt pòst à casu sit totũ perditum. Tertiò, quando acceptauit calore iracundiæ: secundum Io. de Lig. facit glosſ. in capit. ex literis. de diuor. quæ vult, quod confessio ex iracundia facta, non præiudicet. Quartò, quando acceptum est ad tempus, donec aliter beneficio fuerit prouisum: secundum Petr. de Anch. capitul j. de consuetudin. lib. sexto. Quintò, quando commutauit vnum beneficium in aliud, habens alia beneficia curata, dummodò possessionem ipsius beneficij in quod commutauit, non fuerit nactus. clementi si plures. de præbend. Sextò, quãdo per dispensationem: vt in capitul. dudum el. 2. de elect. Septimò in episcopatu, quinõ vacat per secũdum: vt dicit Innoc. in clementi. gratiæ. de rescrip.. Octauò, quando primum, vel secundum esset locus derelictus ab habitatoribus. de electio. lib. 6. capitul. licèt canon. oppositum tamen tenent Abb. & Innoc. Nonò, quando ignorabat. cap. gratia. de rescript libr. 6. Decimò, si secundũ recipit in alio Episcopatu, maximè si requirat residentiam. & cum licentia Episcopi primi beneficij. capit. si quis. 21 q. 1. Et accipitur beneficium largè. quomodocunque iurisditionẽ exerceat.

45 EPISCOPVS causa rationabili intercueniente, potest dispẽsare, vt quis habeat vnum beneficium curatum, et aliud simplex, in diuersis tamen ecclesijs, & in vna ecclesia habeat plura simplicia: secundum glosſ. in capit. literas nostras de cõcess. præben. dummodò sint deformia: secundum Ioan. Andr. vt dignitatem, & canonicatũ. & hoc sequitur Pa. in d. c. literas. non autem in duob⁹ cõformibus: vt duos canonicatus.

46 DVO altaria nõ possunt haberi in titulum, in eadem ecclesia, ab eodem, ex dispensatione Episcopi: secundum Gui. de Mou. quia altaria data in titulum perpetuum, dicuntur beneficia: secundum glosſ. clemen. 1. de deci. secus quando non dantur in titulũ, ex dispẽsatione Episcopi. In personatib⁹ vel officijs perpetuis, quocunque nomine censeãtur, solus Papa dispensat. c. de consuet in eadem ecclesia, vel in diuersis: secundũ Doctor. per cap. quia nonnulla. de cle. non re. quamuis Innocent. in d. c. multa videatur dicere, quod Episcopus potest in diuersis ecclesijs dispensare, dummodò curã animarum non habeant.

47 CASVS in quibus quis plures ecclesias, vel præbendas habere potest sine dispensatione, sunt hi. Primus, quãdo sunt ita tenues, quòd neutra sufficeret ad sustentationem. de reli. do. c. quia monasteriũ. Secundus, quando vna ex altera dependet. c. eã te. de æta. & qua. or. Tertius, propter raritatẽ clericorũ. 21. q. 1. c. clericus. in fin. Quartus, si ecclesia est annexa dignitati, vel prębendę, in quo casu, cùm ipse tenea tur in maiori personaliter residere, in ipsa parochiali tenetur habere vicariũ perpetuum, & idoneum, qui cõgruen tem habeat de prouentibus ipsius ecclesiæ portionem: vt in cap. extirpande. de præbend.

48 QVINTVS, quando habet vnã intitulatam, & aliam commendatam. c. si plures. 1. q. 1. Talis commenda nõ potest fieri, nisi sacerdoti habenti 25. annos, & de vna tãtùm ecclesia parochiali, & pro euidenti vtilitate, vel necessitate, & non durat nisi per sex mẽses. c. nemo. de elect. lib. 6. declarãtur in extrauagante Ioan. 22. quæ incipit, Execrabilis. & tenetur seruare ecclesiã commendatam in statu suo: secundũ Panor. in c. de monachis de prębend. Vnde si in monasterio stabant viginti monachi, debent stare, & de similib⁹. de superfluo autem potest sibi prouidere.

49 Si mandatur prouideri de beneficio alicui habenti aliud, non propter hoc conceditur, quòd habeat simul duo. capitul. non potest. de præbend. lib. 6.

50 SI Papa alicui habenti aliquod beneficiũ, motu proprio cõferat aliud, non facta mentione de prieri, non pro-

propter hoc inualidatur gratia. Secus si ad petitiones alterius concedit .c .si motu proprio.de præbend.lib.6.

51 BENEFICIORVM fructus ,vacationis tempore, in vtilitatem ecclesiæ expendi debent , vel successoribus reseruari : alioquin in cathedralibus ecclesijs,vel regularibus,& collegiatis si fiat contrà,per capitula, conuentus, collegia,vel singulares personas, ipsi contra facientes sunt suspensi ab officio,& beneficio quousque satisfecerint,non obstantibus priuilegijs,consuetudinibus,vel statutis, etiam iuramẽto ,vel sedis Apostolicæ authoritate firmatis.c.quia sæpe,de elect.li.6.

Similis prohibitio fit generaliter de omnibus ecclesijs.Vide c. præsenti.de offi.ordi.lib.6. & quomodo Episcopi, vel superiores sunt suspensi ab ingressu Ecclesiæ.

52 FRVCTVS iã percepti de beneficio,secundũ ea,quæ dicta sunt suprà, ver.Alienatio.§.3.clarum est,quòd alienari possunt ,sed recipiendi locati possunt,etiã si sunt decimæ. c. vestra. de loca. quæ locatio non debet extra tempus locantis extendi,quia clericus in beneficio, comparatur vsufructuario,vel tutori.16.q.6.c.illud. Si tamẽ locatio fuit facta nomine ecclesiæ,successor ratam habere debet. secundum Inn.in cap.querelã.ne præ.con.vi.su.

53 PRAELATVS,vel rector ecclesię potest locare fructus sine solennitate, & authoritate superiorum, vsque ad annos.7.vt in dict.capit.querelã imò secundum Panormit.ibi, pro tota vita sua. Dicit tamen idem Panormita. quòd si locatio fuit facta vltra nouem annos,non tenet,nisi sit factasecundũ solẽnitatem iuris,& in casu licito,qui casus not.in c.in summa.12.q.2. Et si ista interuenerint, successor tenet ratum habere.Si tamẽ ecclesia esset læsa, posset restitutionem in integrum petere c.ad nostram.de re.eccle.non ali. Si verò est facta ad modicum tẽpus, id est infrà annos decem,& locans nõ habebat administrationem, successor non tenetur stare cõtractui,quia non potuit obligare beneficium suum vltra tempus vitę suæ,cùm comparetur vsufructuario,qui alienare nõ potest. l.si quis domum.ff.loca.vel habet administrationẽ,vt plebanus,vel rector, & tunc si locat nomine proprio, non tenetur stare,aliàs tenetur.

54 SI habens administrationem,multa debita contraxit vrgente infirmitate,honesta causa,vel vtilitate ecclesiæ, successor tenetur soluere , secundum Pan.c.ex præsentium.de pigno.etiam si habebat bona aliunde,quia debet de bonis ecclesiæ sustentari , secundum eundem Pa.ibi suprà,nisi de bonis paternis ad viuendum se obligasset.Potest etiam prælatus, & rector obligare bona ecclesię generaliter,pro obsecuatione cõtractus rationabilis.Vide Pa. c.2.de preca.& c.dilecti.de arbi.& potest prouidere sibi . & parentibus per modũ eleemosynæ magis , quàm extraneis,secundum Pan.in c. coniugatus.de conuer.coniuga . Vide infrà, Clericus,quomodo bona clericorum debent dispẽsari.a.§.22 .vsque ad 26.

55 CANONICI,vel alij beneficiati, qui diuinis officijs nõ intersunt,quotidianas distributiones percipere non debent,etiam contraria consuetudine existente , restituereque perceptas tenẽtur,nisi ob infirmitatem,vel rationabilem causam , vel corporalem necessitatem , vel ecclesiæ vtilitatem excusentur,vt in capitu.1.libr.6. de cle. non re.Idem de anniuersarijs defunctorum,ibi.

56 Beneficia ecclesiastica iniustè possidens,tenetur resignare in manu illius, cui competit recipere ,vel in articulo mortis alteri recipienti nomine illius, cui erat fienda,secundũ Inn.fructusq; perceptos restituere.cap.post translationem,de renu.§.rursus.

57 Si quis beneficium minus canonicè obtinet,scilicet per simoniam , vel fraudem, aut surreptionem aliquam, non præscribet in perpetuum,secundum Arc. & in c.postulasti.de cle .ex mi.Tales secundum Host.vitæ necessaria strictè poterunt retinere,de consilio cõfessoris, ita vt solùm ne egeãt, & nisi obtineant dispensationem , & dona-

donationem,non possunt absolui,nisi restituant:nec subditi hoc scientes,tenentur obedire eis.

58 PROPTER crimē lęsę maiestatis humanæ,vel diuinæ,vt hęresis, & schismatis,commissum à patre, filij beneficijs habitis ecclesiasticis non debent priuari,vt dicit gloss.in c.satis peruersum.56.d. licet prohibeātur admitti. de hære.li.6.ca.quicunq;.de schisma. li.6.c.vnico.

59 SI Papa,vel maiores, qui possunt dispensare.sciunt,& tolerant expressè, vel alius de mandato eorum,obtinentem beneficium nō canonicè habitū, remouetur omne impedimentum, quòd si non fuit expressa tolerantia, nec approbatio, vel fuit ab inferiori, non valet, secūdum Ar.flo.post alios.

60 HABENS beneficiū,quod aliquo modo requirit residentiam, si monitus,sine caussa non redeat, potest spoliari, secus si non requirit residentia, quia sine noua causa rationabili, non potest reuocari.8.q.1.c.quia frater.

61 OMNE beneficiū secundū Ioan. And.post Inn.requirit residentiā, nisi probetur contrariū. ca.vlti. de clericis nō re.nec debet ita strictè intelligi residentia,quin quandoq; possint discedere,secundum Io.And. suprà.cessante tamen negligentia,& fraude.

62 DICVNTVR residere pro negotijs ecclesiæ se absentantes,c. ex parte. eod.tit.Secūdò,si rationabiliter se absentāt, vt quia capitalem inimicitiam habent ca.inter quatuor.eod.tit. Tertiò, si ex mandato Papæ in curia residēt, secundum Hostien. vel Episcopo seruiant,iuxta capi.ad audientiā. eod. titu. Quartò, si in Theologia studeāt, vt in cap. super specula. de magi. non autē in alijs scientijs,sine licentia prælati.cap.tuæ.eod.titu.de cle.non re.& hec tantùm per quinquentium, nec distributiones quotidianas recipiunt, nisi sint infirmi,qui solebant residere. in d.c.ad audientiam.

63 EX probabili causa non licet abesse sine licentia prælati,nisi hoc consuetudo permittat, secundum Innoc. & Host. non tamen vagentur, quia hoc consuetudo non potest permittere.

64 DVM nescitur vbi vagans clericus sit, ad ecclesiā tribus edictis citabitur, nec sufficit,secundùm Ioan. And.vnū edictum peremptoriū: & expectatus per sex menses,si non veniat, priuabitur ecclesia.quam habet.c.ex tuę.eod. tit. nec hoc de Episcopis absentibus intelligitur.

65 PAPA mandante alicui,ad quem spectat, quòd beneficium cōferat Petro,& ipse conferat Antonio, collatio tenet,ipse tamē pro transgressione debet puniri.c. dilectus filius.de præbē. fallit in multis casibus. Vide Tab. beneficium.3.§ 7.

66 SI duo canonici sunt electi ad vnū canonicatum, & vnam præbendam in ecclesia,etiam interueniente authoritate legati sedis apostolicæ, non tenet receptio, secundùm Innoc.in c.dilecto.de præben.non enim licuit prælato infringere priuilegiū canonicorum. Si tamen ipsi canonici, ad quos spectat receptio, authoritate propria fecissent,teneret receptio,non præbendæ diuisio.c per illorum.eod. tit.primum enim est de iure priuato,cui potest renuntiari, nō autem secundum, quod est de iure communi.

67 DE vna præbenda possunt fieri duæ,si eius facultates supperunt, aliàs diuidēs tenetur integra.Intellige quā do vacat c.vacante.de præbend.requisitis tamen quatuor, quæ ponit Host. & Ioan.And.

68 CLERICI non residentes in beneficijs suis, nec in eis officia sua implentes,sed voluptatibus vacantes,nil iuris habēt in rebus ecclesiasticis: & si recipiunt,restitutioni tenentur,secundum Archid.flo.3.par tit.15.c.1. nam redditus ecclesiarum, sunt stipēdia seruientium,quicquid sit de foro contentioso,infrà Residentia.§.3.

69 CLERICVS nō dicens officium sine rationabili causa,tenetur restituere fructus,quos interim recipit, secūdùm Io.Cal,c.1.de cele.miss.quia clericus non residens,priuatur beneficio, & fructus, vt in c. pe. de cle.non re. sed non dicens officium, effectualiter

non

nõ reſidet,igitur debet priuari fructibus.Item beneficiũ datur propter officium:vt in c.ſi 92. d.quamuis Pa.dicat ibi, quòd hęc opinio eſt nimis rigida,& q̃ clericis nõ ſolũ datur beneficium propter officiũ, ſed etiã vt de patrimonio Chriſti viuant,& nõ mẽdicent.c.2.de præben.Videturq; concludere,& bene,quòd non tenetur ad reſtitutionẽ:ſimiliter & Ca.infrà, Reſtitutio. Vide aliquid ad propoſitum. infrà,Clericus.§.17.

70 CLERICVS poteſt trãſire de vna eccleſia ad aliam, ſecundum Arc. flo.3.par.ti.15.c.pe. Primò, cauſa neceſſitatis:puta propter inimicitias, & huiuſmodi,quo caſu etiam ſi propria authoritate tranſeat, nõ punitur.7.q.1.c.paſtoralis.Secundò propter vtilitatem, vt ſi vni eccleſiæ magis ſit vtilis, quam alteri, & hoc authoritate ſuperioris.7.q.1.cap. mutationes. Tertiò, propter ſanctitatem, vt cùm trãſit ad religionem, in qua profeſſus non poteſt ampliùs repetere primam eccleſiã. 7.q.1.c.hoc nequaquã. Si verò propter cupiditatem, vel ambitionẽ ad aliam tranſeat.debet vtraque carere.c. ſi quis Epiſcopus.7.q.1.&c. quãto.de tranſla.

71 IN prædicto tranſitu requiritur licentia,vel conſenſus ſuperioris. Vide c.mutationes.7.q.1.c. qui vxorẽ. 33. q.5.71.d. per totum. tamen de tranſitu clerici ad religionem, niſi ſit Epiſcopus,non oportet petere licentiam, ſed de trãſitu vnius religionis ad aliam, infrà, Religio.§.14. vide Tab. beneficium.3.§.13.

72 In permutatione beneficiorũ dat Pan.in c.ad quæſtiones de re. permu. regulam vnam generalem,quòd omnia beneficia, & quæcunque iura habentur in ea qualiacunque ſint, cum authoritate ſuperioris permutari poſſunt quam per dictum commune doctorum probat. Quòd autem authoritate ſuperioris hoc poſſit fieri, patet per c.quæſitũ.de exceſ præla.& multa alia capi.& ſecundũ Ioan. And. Qui enim habet authoritatẽ conferendi beneficia,etiã in trãſmutatione: ex quo ſequitur quòd ſede vacante,capitulũ, non habet hanc authoritatem, quãdo collatio eſt ſolius epiſcopi: aliàs habet ſecundum eundem Io. And.in cle. vnica de re.permu.

73 VOLENTES permutare beneficia,poſſunt inter ſe tractare,dummodò nihil cõcludant de permutatione, ſed ſe diſpoſitioni ſuperiorum ſupponant,& hęc opinio ſecundum Pan.in d.c.quæſitum eſt verior,quãuis Ioan. And.poſt Hoſt.videatur ſentire,quòd non poſſunt in d.c.quæſitum,dicit tamen Pa.ibi,quòd hęc opinio eſt multùm periculoſa.

74 PRAEBENDAE eiuſdẽ eccleſiæ, & eiuſdem qualitatis,permutari non poſſunt ſine authoritate ſuperioris,ſecundum verioré opi. ſecundũ Pan. in tex.d.c.quęſitum. & Hoſt.& Ioan.de Lig.in c.ſi.eod. tit. licèt Innoc.in d.c. quæſitum oppoſitum teneat.

75 QVANDO quis renũciat beneficio tenui,vt habeat pingue,ſecundum Felin.in capit. veriſimile. de præſumpt eſt præſumptio ſimoniæ, niſi ex alia cauſa ſit præſumptio ad oppoſitum, vt quia cura eſt magna, & ipſe eſt ſenex.

76 IN tali commutatione poteſt dari pecunia in recompenſationem temporalium prouentuum, non autem ſpiritualium,quia eſſet ſimonia:nec etiam ſimpliciter, & ſine determinatione debet dari ab altera parte, ſed debet ſeruari cautela.tex.d.c. ad quęſt.ſecundũ Pan.ibi.

77 SI quis fiat monachus cum ſpe vt fiat Abbas,& qui ordinatur,vt conſequatur beneficium ſimoniam,mentalem committit,ſecundũ glo.in c.conſuluit.74.d.c.per laicos. nõ tamen tales dignitates adepti tenentur reſignare, niſi pactum præceſſiſſet, tunc deberent renuntiare,quia interuenit ſimonia expreſſa.c.fi.de ſimonia.Et hæc omnia ſecundum Pa.c.cùm ad noſtrã. de elect.Tenetur tamen talis per pœnitentiam Deo ſatisfacere, vt probatur in c.fi.de ſimo.

78 BENEFICIVM in commenda, ſecundum Panorm.in cap.cùm olim. de

de re.permu.potest permutari,quamuis Fed.dicat simpliciter contrarium. Expectatiuè verò non, secundum eundem Panor.ibi,quia non excedũt personam,cui concedũtur. vt in c.cui.de præb.lib.6.

79 ECCLESIA concessa in cõmenda.secundũ Felin.in c.si constiterit.de accu. ad libitũ concedentis potest reuocari, secus si detur in titulum.

80 DE ætate requisita primò ad Abbatem,& Abbatissam,suprà,Abbas.§. 1.Abbatissa.§.1.& in c.indemnitatib. de elect.li.6.& c.cùm in cunctis.§.inferiora de elect.

81 IN prioratu conuentuali habente sub se collegiũ, requiritur ætas annorum 25.ar.in cle.ne in agro.§.cæterũ. de sta.re. Si verò sit prioratus non cõuentualis, exercés curam animarum, de consuetudine etiam debet habere annos 25. quia debet esse presbyter, ad quem ætas 25. annorum requiritur.cle,generalem.de æta.& qual. or. Si verò curam nõ exercet per se,videtur sufficere ætas 20. annorum.vt in d.§.cæterum. Si autẽ est prioratus sine collegio,& sine cura,sufficit ętas 7. annorum. vt videtur velle Fed.consi. 47. Alij dicunt, & melius, quòd saltẽ requiritur ętas 14.annorum.arg.in c. decorum.de æta.& qual.& in d.§.cæterum.

82 IN Episcopatu ætas 30. annorum requiritur. vt in d.ca.cùm in cunctis. de elec.Si sit dignitas secularis beneficij inferior,requirit annum 25. vt in d.§.inferiora.quæ quidem ætas requiritur etiam in beneficio curato. vt in d.§.inferiora. Potest tamen Episcopus dispensare in personatu non curato.in anno 20.non autem in alijs dispensat.tex.in c.1.de æta. & qual.lib. 6.& Pa. in d.§. inferiora. vltimo not. In beneficio verò simplici, & sine cura.secundum Cal.sufficit ætas 14. annorum.& est casus in dicto c.indecorum.licet glo. ibi aliter intelligat. nec sufficit ætas 7.annorum,quia talis nõ est idoneus regere ecclesiam, quum seipsum regere nesciat,& quando beneficium sonat in nomen rectoriæ. Si verò hoc beneficium non sonat in vocem rectoriæ,sed est beneficium in ecclesia, requirens maturitatem consilij, vt canonicatus ecclesiæ cathedralis,secundum Host.& Ar. in d.e.sieo tempore. requiritur ætas 14. annorũ. quia ante illam ætatem non potest sapienter iura tractare, & hanc opinionem seruat Curia.Si non requirit maturitatem consilij, sufficit ætas 7. annorum.hæc Pa.in d.c. super inordinata.de præben.

83 CONFERRE beneficia ecclesiastica pueris existẽtibus,alijs idoneis adultis,non solùm inexcusabile, sed intolerabile videtur,tum quia pueri tantùm in spe sunt idonei, adulti autẽ in re, tum quia diuinum officiũ deuotè, & studiosè persoluere nesciunt, tum quia hoc reprehenditur.c. super inordinata.de præben. Et si aliquæ prouisiones in ecclesia ordinatę sint ꝓ pueris, nõ tamẽ beneficia ecclesiastica, secundum Caie.ibi,in summa.

84 PROMOVENDVS ad quodcũque beneficium ecclesiasticũ, sufficit secũdum veriorem opinionem quòd sit in minoribus,& quòd habeat tempus,vt possit promoueri infra annum in his beneficijs, quę requirunt aliquẽ ordinem. Excipitur de Episcopatu, in quo requiritur quòd sit in sacris.c. à multis,de elect. secundum Pan.post Ioan. Cal.c. dudum. el. 1. de elect.& doct.ibi, quamuis alij aliter dicant. Si tamen beneficiũ esset fundatum cum hac conditione,vel statuto ab Episcopo,vel ab instituente beneficium, nõ valet promotio,nisi sit sacerdos,si cõditio sic dicit, quòd non possit promoueri,nisi sit sacerdos.Et quãdo est ab instituente beneficium, non intelligitur derogari per clausulas generales a Papa dicendo, non obstantibus quibuscunque, &c. Secus si esset ab Episcopo. Et Panorm.in fine d.§. inferiora.c. suprascripti facit regulam generalem, quòd quælibet dignitas, vel personatus, vel officium, quæ habent curam animarum,requirunt sacerdotium: & consequenter tenentur accipere sacerdotium, quàm citiùs possunt,

sunt. ideò debēt habere tempus. Secus vbi non est cura. nec in iure specificatur de aliquo ordine non tenentur ad sacros ordines ascendere, nisi aliter loci consuetudo haberet.

85 QVI infra annum in ecclesijs parochialibus non facit se promoueri ad sacerdotium, in continenti est priuatus. vt d. Pan. in d. § inferiora. & per c. licèt canon. de elect. lib. 6. quod tamen non intelligitur in ecclesijs parochialibus collegiatis. vt in ca. statutum. de elec. li. 6. quia secundum Pan. non est tantum periculū, quia ibi plures sunt sacerdotes. Propter tamen studium, Episcopus potest dispensare, vt vsque ad septennium habens beneficium cū cura animarum, non teneatur promoueri ad sacerdotium, tenetur tamen in primo anno acceptationis subdiaconatum accipere. cap. ex eo. de elec. l. 6. Et talis dum stat in studio, de bonis ecclesiæ potest accipere, quia in vtilitatē ecclesiæ dicitur exponere, secundum Dominicum.

86 ACCIPIENS beneficiū, & nō intendens clericari, tenetur de perceptis ad restitutionem, secundum tex. & glo. in c. commissa. §. cęterùm. de elec. l. 6. & conferens scienter ecclesiam indemnem seruare tenetur. Secus si à principio bonam intentionē habuit, postmodùm mutatus est, non tenetur, secundum glos.

87 SEMPER in rescripto apostolico ad beneficia, intelligitur, si preces veritati innitantur. cap. ex parte. de rescriptis. & de cura mentio debet fieri. Feli. in c. nostra. de rescript. co. 20. Expressō valoris de iure communi non est necessaria, in impetratione, secundum gloss. in clemen. 1. de præbend. tamen si exprimitur, & sit maioris valoris, impetratio non valet, quia in gratijs apostolicis, causa habet vim conditionis, etiam si ex simplicitate fuisset dictum, nec ignorantia adiuuat, quia debet se informare. Debet etiam mentio fieri omnium beneficiorum, quæ quis obtinet tempore impetrationis, aliàs gratiæ sunt nullius valoris.

88 QVANDO gratia fit motu proprio, non est necessaria mentio valoris, nec curæ vel alterius. Vide Felin. in capitul. ad aures. de rescripti. col. secunda. versic. de expressione valoris. Ibi enim multæ limitationes ponuntur.

89 QVANDO aliquis vitiosè, & de facto nanciscitur possessionem alicuius beneficij, etiā quòd tenuta sit nulla: quia à non habente potestatem cōferendi est data: alia beneficia, quæ simul cum illo teneri non possunt, dicuntur vacare. cap. cum qui de præ. lib. 6.

90 BENEFICIA habentes in multis, peccāt, vt si non resideant sine causa rationabili. si fructus in malos vsus conuertunt, si sunt circa curam animarum negligētes, & in multis alijs, de quibus iuxta prædicta sunt interrogandi.

BESTIALITAS.

BESTIALITAS est cùm quis more bestiarum operatur, in comedēdo, occidēdo, & coēundo, & communiter peccatum mortalissimū est, nisi propter imperfectionē actus, vel loci causa fiat. Vide Tho. secūda secundæ. quęst. 158. a. 11. infrà, Luxuria. §. 5. vt cùm quis ad rem non eiusdem speciei per coitum accedit.

BIGAMIA.

1 BIGAMIA secundum Petr. de Pa. 4. sentēt. d. 17. quæst. 4. a. 1. est defectus ex secundis nuptijs proueniēs. Et Tho. 4. senten. d. 27. quæst. 3. a. 1. dicit quòd bigamus sit irregularis, quia significatio sacramenti non remanet integra.

2 BIGAMIA cōtrahitur, cùm quis habet plures vxores de iure successiuē c. acutius. d. 26. & ambas cognouit. Secūdò, cùm simul plures habet. vnā de iure, alteram de facto, siue ambas de facto, ambasque cognouit. ca. nuper. de bigamis. Tertiò, quando viduam duxit vxorem. Et his omnibus irregularitas est annexa, vt dictum est. Intellige tertiū modū, si vidua à primo viro fuit cognita, & ipse etiam cognouit, est bigamus. Similiter si contrahit

trahit cum aliqua, quæ fuit ab alio cognita extra matrimonium, efft bigamus cognoscens eam. Item contrahēs cum virgine, & cognoscit eam, quæ pòst permittit se ab alio cognosci, & postmodùm rerum cognoscit eam, sive scienter, sive ignoranter, sive quomodocunq; efficitur bigamus. Item si contrahat cum aliqua quæ prius contraxerat per verba de præsenti cū alio, non tamen cōsummauit cum primo, secundus vt sic nō est bigamus. Quòd si contraxit cum virgine, & consummauit, illa postmodù permittit se ab alio cognosci, talis non fit bigamus, si eam non amplius cognoscat. hæc secundum Thom. & Petr. de Pal. quarto vbi suprà. Nota quòd nūquam fit bigamus, nisi contrahendo, & cognoscendo, nec requiritur commixtio seminum, sed sufficit, quòd corrumpat intrando pudoris claustra.

3 MVLIER quia nō est capax ordinis, non potest fieri capax huius defectus scilicet priuationis, executionis, ordinis, ideo nō dicitur bigama, & vir magis fit bigamus ex defectu mulieris, quàm sui, quia ipse est quasi terminus ad quem, à quo fit denominatio respectu mulieris. Thom. suprà.

4 OMNES bigami sunt priuati executione ordinis & promotione, ita q; ad aliquem ordinem nō possunt promoueri, nec actum alicuius ordinis sine dispensatione exequi. c. quotquot. 27. quæst. 1. & cap. 2. qui cle. vel vo. & ibi Panor. in tertio notab.

5 OMNIS bigamus priuatur omni priuilegio clericali, & est foro seculari astrictus, consuetudoq; opposita non valet, & ne tōsuram deferat, prohibetur sub anathemate. capitul. vnico in textu de bigamis. libr. sexto. & glo. in versiculo bigamos. restringit ad illos, qui in minoribus contraxerūt aliquo illorum quatuor modorum, adeò vt qui sunt in sacris, vel professi in aliqua religione opprobata, illas pœnas incurrere non possunt, cui concordat Petrus de Palud. vbi suprà, argu. 3. conclu. 1.

6 CONTRAHENS cum aliqua quam prius fornicariè cognouerat, postmodùm cognoscit vt vxor, secundum veriorem opinionem non fit bigamus, quia carnem suam non diuisit in plures. Concordant Panormitanus & glossa in capitulo sanè. de cleric. coniu.

7 EXISTENS in sacris, vel professus votū solenniter continentię, & cō trahēs siue cum virgine, siue cum corrupta. non est verè bigamus, quia matrimonium ibi esse non potest, sed est similis bigamo, si cum corrupta contrahat: tamen est irregularis siue cum virgine, siue cum corrupta contrahat. glossa in canone quotquot, vigesima-septima, quęstione prima. differt tamē quò ad dispensationem contrahere cum virgine, & cum corrupta, vt dicemus infrà. §. 9.

8 BIGAMIA non tollitur per baptismū, secundū Thomā, suprà, quia non soluit cōiugium, ex quo bigamia sequitur. canon. acutiùs. decimasexta distinctione, nec in hoc tenetur Hieronymus, qui oppositum videtur tenere super epistola ad Titum. suprà, Baptismus. §. septuagesimo primo, septuagesimosecundo.

9 PAPA potest dispēsare in omni bigamia. quia irregularitas non est adiuncta bigamiæ de iure naturali, sed tantùm positiuo, secundum Thomā suprà, & etiā quo ad omnes ordines. canon. lector. trigesimaquarta distinction. Episcopus autem quò ad ordines minores potest dispensare. capitulo primo. qui clerici vel voluentes. Cum religiosis autem ad euitandum discursum, potest etiam dispensare in ordinibus maioribus, vt quidam dicunt. capitulo secundo. qui clerici vel vouentes. etiam cum eo, qui existens in sacris, contraxit cum virgine in dicto capitul. primo. Dispensat etiam cum bigamo occulto, aliter non dispensat, secundum Petrum de Palud. suprà. Concordat Panormitanus & glossa in capitulo primo. qui clerici vel vouentes. infrà Dispensatio. aliquid vide circa fin.

10 QVI cum pluribus fornicatur nō

sit bigamus, quia coniunctio fornicaria non significat coniunctionẽ Christi cum ecclesia, Thomas quarto sententiarum d.27.Hæbr.11.

BLASPHEMIA.

1 BLASPHEMIA consistit in attribuendo Deo aliquid, quod non cõuenit vel negãdo aliquid quod ei conuenit, vel attribuendo creaturæ, quod soli Deo conuenit, vel Deo aut sanctis iniuriam irrogando, vel dicendo maledictus sit, &c. vel nominando membra pudenda Dei & sanctorum cum indignatione. Sic etiam irrogatur iniuria, vel remouendo à sanctis, quod Deus dicit in eis esse, vel attribuendo eis, quòd dicit non esse: hæc enim redundant in Deum, qui in sanctis est gloriosus, vel dicendo sic veniat Deo, imprecando Deo malum, quasi ipse his sit subijcibilis. ex Thom. secunda secundæ.q.13.a.1. & Caiet. ibi. ver. blasphemia. Et est peccatum mortale, quia talibus blasphemis pœna mortis infligitur. Leuit.24. quod non fieret, nisi propter mortale. Et est grauius contra Deum, quàm contra sanctos. Nec quis si sit mentis compos, blasphemando à mortali excusatur, nisi quãdo inaduertẽtur ex lapsu linguæ, verba blasphamiæ profert, non aduertendo sensum verborum, quòd si aduertisset nõ protulisset. Est enim tunc tantùm blasphemia materialiter, ideò neq; passio extranea, neque consuetudo. tales à mortali excusat, secundum Caietan. ibi suprà. vbi dicit, quòd dicere ad corpus, vel ad sanguinem Dei, siue iurando, siue resonando in rixa, non est blasphemia, quia ex quo Deus homo factus est, habet carnem & sanguinem: nec est mortale peccatum, nisi dicatur per modum iniuriantis, vel mendaciter, assumererur.

2 BLASPHEMIA est maximũ peccatum, quia opponitur confessioni fidei, & maius est quàm periurium. secundum gloss. Eph 4. super illud, Blasphemia tollatur à vobis. Est etiã grauius homicidio. Grauiùs enim est Deum velle offendere, quàm hominem, quod blasphemans intendit.

3 DE blasphemorum pœnitẽtia qualis debeat esse, quamuis hodie non seruetur, vide capit. statuimus. de male. has pœnitentias ibi positas non refero: quia secundum Pa. ibi non seruantur. Sed maior pœna ponitur in nona sessione Concilij Late. sub Leo. x. infrà. §. 5.

4 BLASPHEMANTES Deum & sanctos, etiam secundum leges, vltimo supplicio debent puniri. Sali. in l. 2. C. ad legem Iuli. maiest. & Cyn. in lib. 3. C. de rebus cred. & intelligitur quando ex consuetudine fit, & in contemptum. & glo. in c. si quis per capillũ. 22. q. 1. Et per vltimum supplicium, mortis pœna intelligitur.

5 BLASPHEMIA non est amplius casus reseruatus, cum solennis præsentia, quæ blasphemis imponebatur, non sit ampliùs in vsu, vt infrà. ver. casus. §. 8. & dispensatio §. 26. Alia pœna imponitur in concilio Lateran. in nona sessione, quam nõ refero: quia non est vsu probata, in qua imponitur cõfessoribus, vt blasphemos sine grauissima pœnitentia non absoluant.

CALIX.

1 CALICES in quibus sanguis Christi conseruatur, secundum Tho. 3. q. 83. a. 3. debent fieri ex auro, vel argento, vel stanno. de consec. distinct. 1. ca. vasa, non ex ære, aurichalco, ligno, vitro, vel lapide. Cõcord. Pa. in c. fin. de celebra. missar. & Petrus de Palu. 4. d. 15. q. 2. a. 5. qui dicit ex alia materia fieri non posse.

2 CALIX debet consecrari, & perungi Chrismate, secundum Petrum de Palu. suprà, in quo non licet Episcopo dispensare, ex ordinatione Syluestri Papæ in cap. 1. de sacr. vn. nec perdit consecrationem, nisi perdat formam principalem, vt si modica refectione ciphi, vel pedis indigeat, non propter hoc exacratur. Si autem separetur ciphus à pede, vt fit in calice tornatili, vel aliter, secundum Petr. de Palu. indiget consecrari iterum, quia nec pes sine cipho, neq; ciphus sine pede, consecrari potest, secundum eundem

Petrum

Petrum. Quidam verò dicunt, quòd quando per artem sic fit, vt possit separari, & coniungi, & ita cõsecretur, quòd etiam si separetur, non amittit consecrationem, & ita videtur esse in vsu apud quosdam dominos, habentes huiusmodi calices, quos separant, vt minorem locum occupent, & facilius portentur. Neque hæc opinio videtur reprobanda.

3 CALIX argentens consecratus, si deauretur, est iterùm consecrandus: quia consecratio fit in superficie, secundum Petrum de Palud. Secus videtur si deauratio propter vsum cadat, quia consecratio non ita videtur esse in auro, quia etiam sit in argento. nec est simile de decrustatione parietum ecclesiæ, quæ indiget consecrari propter decrustationem, secundum gloss. in cap. ecclesijs. de consecra. distinction. 1. ita seruat consuetudo legis interpres.

4 CALIX per aliquos ictus datos à fabro non probatur in iure, quòd exacretur. A quo consecretur vide infrà, Consecratio ecclesiæ. §. 1. Calicis consecratio videtur posse fieri ab abbatibus, qui vtuntur insignibus Episcopalibus, quando habent hoc ex consuetudine, vt dicit Cardina. in clem. attendentes, de sta. re. suprà, Abbas. §. octauo.

CALVMNIA.

1 CALVMNIA est falsa, & malitiosa impositio criminis, secundum Tho. secunda secundæ, quæst. 68. a. 3. quomodò est peccatum, suprà, Accusatio. §. 11. Hoc peccatũ non solùm pœnitentia deletur, sed oportet proximo læso satisfacere. Si autẽ quis alteri ex errore imponit crimen falsũ, non incurrit formaliter calumniæ vitium, sed tantùm materialiter, teneturq; vltra pœnitentiam satisfacere læso. Fuit enim in culpa: non enim debebat asserendo proferre, quod pro certo nescie bat, in alterius præiudiciũ, & cũ notabiliter proximũ læserit, mortaliter peccauit, Debebat enim aduertere, quia de bono nõ paruo proximi agebatur, negligentia in hoc fuit mortalis.

CAMPSOR.

1 CAMPSORIA ars, secundum Caieta. in quolibet de cambijs, est negotiatio in cõmutationẽ numismatum. Et quamuis à philosopho vituperetur, & ratione materiæ, quia tantùm numismata tractat, à proprio numi vsu diuertens, & ratione finis. quia lucri gratia, quod sine caret, fit. Si tamen ex parte Campsoris bono fine honestetur, puta si propter familiæ sustentationem, vel alio bono fine exerceatur, erit licita. Et dicit Thom. opusc. 73. c. 13. quòd ars campsoria vtitur de se numismate ad debitum, & idoneum vsum: & quòd illud lucrum, vel illud plus, quod accipitur à campsoribus in tali permutatione monetæ, non accipitur ratione pecuniæ, que de se non parit pecuniam, seu de se est inuendibilis, sed ad vitãdum damnum sine ratione periculi, vel interesse, vt subueniatur salarijs personarum, domorum, & ministrorum, laboribusque, & expensis in arte necessaria, & licita, ne frustra ponant operam, & sudorem suum ad aliorum vtilitatem, neque Dominus hos campsores de templo expulit, quia sit illicita, sed quia in tali loco fieri non debebat, secundum Thomam opusc. suprà.

2 PECVNIA formaliter sumpta secundum valorem, quem ex statuto legis habet, est inuendibilis, vt dicit Sanctus Thomas suprà, est enim mensura in permutationibus, vt dicit idem Thomas. Primò de re. prin. c. 14. cuius primus vsus est, permutatio pro rebus venalibus necessarijs ad humanam vitam. Secundus vsus est commutatio pro alia pecunia, & ad hoc vtitur ars campsoria. ex Caietan in quol. suprà. Materialiter autem sumpta, vt est aurum, vel æs conflatile, potest vendi sicut cæteræ res, & loca i.

3 IN cambijs datur talis regula: videlicet, Quotiescunque in cambijs arbitrio bonorum. & peritorum in tali arte, pars capiens cambium non magis grauatur, quàm dans, nec è conuerso, & distantia temporis nil lucri affert,

nunquàm est ibi peccatũ mortale, nisi obliqua esset intẽtio. Sil. vsura. 4. q. 9. §. 2. ibi enim iniustitia non est.

4 CAMBIORVM tria sunt genera, videlicet minutum, per literas, & siccum. Primum cambium reale ad minutum, vt si campsor det aureum, & accipiat pro scontro monetã, vel ẽcõuerso, & accipit aliquid moderatũ secundum consuetudinẽ patriæ pro suo labore, & quia seruit communitati, vltra pretium, hoc licitum est. secundum Caiet. in summa ibi, & quol. nõ tamen hoc licet omnibus, sed tantùm his, qui tenent mensam paratam communitati seruientes, secundum Caietan. ql. suprà, quanuis Rosel. ver. vsur. §. 6. in fil. dicat quòd etiam alijs liceat: prima tamen opinio verior est, quia qui non tenet mẽsam, parum temporis expendit in numerando, pro quo talem mercedem habeat. Debet tamen hoc cambium fine omni fraude fieri & auaritia. vide Arc. Flo. secunda parte titul. 1. c. 7.

5 SECVNDVM dicitur cambiũ reale per literas, & fit duobus modis, & primò sic: Petrus habet Mediolani cẽtum aureos, quos vellet habere Romæ, dat campsori vt respondeat. 95. & reliquos lucretur. Hic cõtractus est licitus, propter rationes prædictas, & propter periculum portãdi pecunias. Secundo modo sic fit: Petrus Mediolani habet centũ ducatos Venetos, quos vult Venetias portare, & ibi expendere, quia plus ibi valent, inuenit Campsorem indigentem pecunia Mediolani, & habentem banchum pro Venetijs, cui tradit dictam pecuniam ad forum cambij pro Venetijs, vbi recipit centum & quinque, quandoque plus quandoque minùs. Si hic plus recipit non ratione expectationis, sed quia volebat sibi prouidere pro suis necessitatibus Venerijs, contractus est licitus. Cursus etiam monetæ hoc operatur, & monetarum diuersitas, & industria accedit rei licitæ. ff. ad legem Falc. lib. final. si autem intẽderet principaliter lucrum propter expectationem, esset mutuum cum intentione lucri, quòd vsura esset.

6 CAIETA. in summa dicit, quòd cambia vera & realia, quibus moneta in vno loco, & tempore accipitur, & alio loco, & tempore redditur, prout in loco redditionis, tẽpore restitutionis marcha auri valet, cessante omni fraude, sunt licita. Si tamẽ hęc ad prolixius tempus fiunt, aut protrahũtur, vt ex longiori tempore plus lucretur, ad vsuram declinant: quia dum temporis, quo pecunia occupata tenetur, ratio habetur, ad eum vsuræ modum labitur, quo tempus vendi dicitur.

7 TERTIVM cambium dicitur siccum, quorum aliud est verum, aliud fictum. Cambia sicca vera, multis modis variantur secundum variationem locorum, & temporum. vt do tibi ducatos centum Ianuæ, & hinc ad mensem restitues mihi tot libras, quot valet ducatus Venetijs, vbi verisimiliter plus valebit, licet aliquãdo minus valeat, tamen vt in pluribus semper plus valet, vel secundum quòd aliter tales contractus variantur, quia quasi infinitis modis variari possunt. Et cũ expectatur lucrum propter dilationem temporis, videtur vsura, sicut mutuãs granum, quod alio tempore, quo verisimiliter plus valebit est recepturus, & tamen non erat illud vsq; ad illud tempus seruaturus. c. nauiganti. & c. in ciuitate. de vsur. Sicq; non est licitus. Similiter quoniam in tali mutuo inẽditur principaliter lucrum. Secus videtur quando lucrũ ratione interesse, vel expensarũ accipitur, vel quia dubium est, quòd minus valeat ex eo quòd se periculo exponit, vel quando principaliter facit, vt amico seruiat, & non cum proprio damno, tunc videtur licere. Sed quoniam hi casus horum cambiorum sunt dubij, quibusdam doctori, tenentibus licere, quibusdam non licere, ideò oportet semper regulam suprapositam inspicere. Et quia breuiter hęc sunt summata ex Caiet. & Tab. & Sil. ideò vide latiùs ibi, & verbo vsura. §. 15. & Sil. vsura. §. 4. & infrà. Vsura §. vndecimo, vide aliquid & circa fi. de Pagis.

8 ALIVD

8 ALIVD cambium est siccum non reale, sed fictum. Vtcùm campsor lucrari intendens Petro egenti, dat Romæ certam summam pecuniæ sub nomine Cambij de Venetijs, vel Lõdres, & tamen ibi Romæ fienda est restitutio, vtrinq; scienter, siue fiant literę & non præsententur, siue non fiant, hoc secundum veritatem non est cambiũ, sed verè mutuum, sed nomine cambij palliatum & sic est vsura.

9 FIT etiam hoc modo. Petrus egẽs pecunia recipit à campsore Mediolani centum ducatos, hinc ad mensem restituendos ibidem, secundũ quòd tũc valebunt Venetijs secundum cursum cambiorum decem libræ grossorum, quæ regulariter C. duc. æquivalẽt, sed in cursu cambiorum Venetijs quãdoque excedunt quandoq; excedunrur. Hic secundum veritatem est cõtractus mutui nomine cambij palliatus, & cũ fit spe lucri, est vsura, contra illud Lucæ, Mutuum date, &c. & quia cõmuniter plus valent, ideò hic vsura est. Posset tamen excusari campsor, si in promptu haberet cum illis. C. duc. cãbiũ pro Venetijs, sed vt seruiat Petro, dat cum hoc pacto, si tamẽ tale cãbiũ sit secundũ se licitum quod supponitur. Ex Caiet. in quol. suprà. Hæc materia cambiorũ est difficilis, & experti mercatores plus de ea sciunt circa practicam, quàm pleriq; doctores.

CANONICATVS.

1 CANONICATVS non est dignitas, tamen in magno honore ponitur, in choro, & processione præcedunt Abbatem, quia sunt collaterales Episcopi, quanuis Abbas sit dignior, secundum Feli. in c. pastoralis. de offic. deleg.

2 CANONICVS nõ potest committere extraneo ea quæ ad tractatum capituli pertinent, ne extraneis secreta capituli reuelentur, sed bene vni canonico. Feli. in c. non potest. de præscrip. 3. col.

3 CANONICVS debet facere quæ ad canoniæ officium spectant, quòd si puer est, per alium faciat. capitul. 2. de æta. & qualita.

4 CANONICVS habet vocem in capitulo, nisi sit puer, vel nõ in sacris, & non potest esse laicus. c. cum M. Ferr. de consti. in gloss. & non potest agere pro alio canonico, quanuis in canonicatu sint coniuncti, nisi habeat mandatum. Felin. suprà.

5 CANONICVS habens capellam, dum in ea celebrat, nõ percipit distributiones illa hora canonicis currẽtes, quia non vt canonicus, sed vt capellanus celebrat. Feli. c. cum olim. de sent. & re iudic.

6 CANONICVS vadẽs ad horas canonicas, principaliter propter distributiones, mentalem simoniam committit. Feli. c. ex parte. el. 1. de offic. delega Quando nõ debent distributiones recipere. suprà, Beneficium. §. 55.

7 CANONICI possunt remouere propria authoritate statuta sua iurata, non autem si sunt per Papam confirmata: & si contraueniant, tenet, licet sint periuri. Feli. c. cum accessisset. de constitu. An Episcopus cum illegitimo possit dispensare, suprà, Beneficium. §. 33.

8 CANONICVS regularis ad religionem monachorum trãsire potest, & non econtra, nisi sint laici: secundũ Tho. secunda secũdæ. q. 189. a. 8. ad. 2. Intellige tamen superioris petita licẽtia: vt in c. statuimus. 19. q. 3. infrà, religio. §. 14.

9 CANONICI sunt recipiẽdi literati, seu nobiles viri: secundũ glo. in l. societates ver. non suppleat. ff. pro socio.

10 ACQVISITA per Canonicũ in titu ecclesiæ, seu præbendæ, nõ cedũt successori in præbenda, sed capitulo. Vide Abb. in c. relatum. el. 2. de test.

CANONICA PORTIO.

1 CANONICA portio, de iure decretorum debita, & à canonibus approbata est, ideo canonica dicitur. c. de his. 10. q. 1. Quando quis eligit sepulturam alibi quàm in sua parochia, de omnibus, quę illi loco vbi eligit sepulturam dimittit, sua parochialis ecclesia debet habere Canonicam portionem de iure communi, nisi ex priuilegio, vel alijs exceptionibus aliter

sit ordinatum : secundum Archi. Flo. 3. part. capit. 5. tit. 10. capit. dudum. clem. de sepultu.

2 CANONICA portio est duplex, vna quæ debetur Episcopo ab omnibus ecclesijs diœcesis: vt in d.c. de his alia quæ debetur Ecclesiæ parochiali. in d.c.dudum. quę est varia :secundū varias locorum consuetudines , quæ debent seruari. desepul.c.certificari.

3 CANONICA portio, quę Episcopo debetur : secundum Panor. in cap. officij. de testa. not. primò diuersificatur, etiam secundum diuersas locorū consuetudines, quo ad quotam : vt in c. certificati. de sepul.

4 CANONICA portio in parte, & in totum potest præscribi. & sufficit tēpus sine titulo. de cuius principio nō extat memoria, quia illud habet vim tituli: vt in ca. primo. de pręscri. lib. 6. Hæc secundum Pa. in d. c. certificari. vbi etiam dicit se hoc cōsuluisse. Concor. Pet. de An. in tract. de canonica portione, & hoc verius. quāuis Hosti. in sum. de sepul. cū. Goff. teneat oppositum. & Pe. de Peru. in simili tracta. dicat, q̄ requiritur titulus, vel tēpus, cuius contrarij memoria non existat.

5 PER pactum dictę quartę renūciari non potest, quando ecclesia damnificatur secundum Ar. in c. pactum. de pact. lib. 6. secus si non dānificaretur.

6 CANONICA Episcopalis debetur. secundum Pa. in d. c. officij solum ab ecclesijs Episcopo subiectis, nō autem ab exemptis, vel Papæ immediatè subditis, & sic communiter tenetur à Doctor. & hæc est verior opinio: quia hęc quarta datur Episcopo ratione solicitudinis, quā de ecclesijs sibi subditis debet habere tantùm: vt in c. conquerente. de offic. ordi.

7 EXEMPTI tenētur soluere quartam canonicam Papæ :secundum Pa. in c. requisisti. de testa. legatus tamē de latere non potest petere, quia non est diœcesanus exemptorum. c. authoritate. de priui. libr. 6. in glo.

8 EPISCOPO debetur quarta de omnib⁹ legatis factis quibuscunq, ecclesijs, vel pijs locis, & etiā quarta decimarum, & eorum quæ veniunt occasione funeris: vt in d.c. requisisti. & Pa. ibi. Fallit tamen :secundū dictum Pe. de An. vbi suprà, in 7. casibus. Primò, in relictis pro ornamētis Ecclesię. vt no. Doct in c. fi. de testa. inter quæ cōputantur calices, cruces, paramenta, & similia: secundū Inno in c. ad sedem. de testi. spo. Secundò, in relictis pro redimendis, ornādis, vel reparandis dictis ornamētis. secundum Inno. in c. fi. de testa. Idem si pro libris diuino officio necessarijs, vel monumento fiendo. Tertiò in relictis pro fabrica Ecclesiæ, quæ reparatione indiget, & portio pro fabrica nō habetur sufficiens. Secus quando non indiget :secundum Hosti. Quartò, in legatis pro luminaribus. Quintò, in legatis pro anniuersario annuatim celebrando in c. cum creatura. de cele. missar. similiter pro septimo, vel trigesimo, vel huiusmodi secundum Hosti. in d. cap. fi. Sextò in relictis ad cultum Dei perpetuum: vt quod omni anno fiat tale festum, vel in tali capella dicatur omni die vna missa, &c. in c. fin. de rescrip. libro sexto. Septimò, secundum Pan. in dict. capitul. requisisti. in oblationibus, & in donatione in vita. capit. de his. de sepul. & quādo relinquitur intuitu personæ: vt quia est filius, vel frater: secundum Host. dūmodò nō fiat in fraudē. in d. c. requisisti. vel si extāt priuilegia aliqua. de quibus infr. §. 17.

9 DE relictis hospitali religioso, id est authoritate Episcopi constituto, debetur quarta: secundū Pa. in d. c. officij. etiam si relictum sit factum pauperibus talis hospitalis. secundum Ioan. An. quia præsumitur, quòd qui reliquit habuerit respectū ad locum, non ad personam. Si verò relictū fiat pauperibus absolutè, sic nō debetur quarta. l. nulli. C. de episco. & cle. Si hospitale nō est religiosum, & ille cuius authoritate constructum fuit, mortuus est, Episcopus quartam habebit: secūdum Pa. vbi sup. licet diuersæ sint opiniones, quia Episcop⁹ habebit curā. Si aūt viuit, nō debet quarta, quia vellet tunc relictū esse pauperibus simpliciter,

ter.imò ex hoc sequitur, quod de relictis confraternitatibus,,siue societatibus, nõ debetur quarta Episco : vt tenet Pa.suprà.

10 S i quis relinquat.C. scuta distribuẽda pauperibus,vel pro puellis nubendis,non debetur quarta.capit. ex parte.el.3.de verb.signi. Secus si relinquertur vt per aliquod hospitale distribuerentur,cuius curam habet Episcopus.

11 D E legatis factis alicui vt singulari personæ,vt quando relinquitur clerico administrationem non habẽti, vel prælationem,seu alicui canonico: secundum Per.de Peru.suprà.& in d.c. requisisti.§.fi. vel cum relinquitur leprosis morantibus in tali loco,vel domo,vel eremitis, vel fratribus in aliquo loco morantibus, vel quibusdam mulieribus,pro dote,vel viduis, peregrinis,vel huiusmodi,in quibus cessare.c.ex part el 3.de verb.significe.nõ debetur quarta.Idem tenet Innocent. in capitul.relatum.de sepul. Idem dic de legatis pro malè ablatis, quia non sunt legata, sed debita,siue restitutio sit certa,siue nõ:secundũ eundẽ Petr. suprà. Idem de legatis Ecclesiæ extra diœcesim à suo subdito, non debetur quarta.Con.Abb.in d.c.requisisti.Intellige tamen omnia,nisi consuetudo aliter habeat,quæ esset seruanda.

12 D E quarta parochiali standum videtur glossa capitul.cum quis. de sepul.quæ dicit, quòd vel seruetur consuetudo,vel saltem detur quarta.Ideò si patet de consuetudine,illa seruetur, in capitul. certificari de sepul. si non, tãtum quarta detur in clem.dudum. quamuis aliqua iura dicant,medietatem,aliqua tertiam partem. Quo autẽ ad fratres prædicatores, & minores. determinatum est,quòd soluãt quartam,reprobata omni alia consuetudine.in d.cle.dudum.Idem dicit Io.An. quod quartam soluant.& non vltrà. Vide infrà.§.17.

13. P O T E S T etiam ex consuetudine introduci vt nihil soluatur, sicut suprà, de canonica portione Episcopi, dictum est.

14 Q V A R T A prochialis debet solui de omnibus,quæ veniũt ratione funeris,& de legatis factis ecclesiæ,apud quam electa est sepultura.in d. clemẽ. dudum.& de sepul.per totum. Fallit tamen quãdo cõsuetudo est in oppositum:secundum Petr.de Peru. suprà. & in illis.7. casib⁹ dictis suprà, de quibus,quarta Episcopalis nõ soluitur.in cap.fin.de testamen.& quando ecclesiæ donatur inter viuos.cap. de his de sepul.li.6.§.si verò. Et quando sepultura electa in aliquo monasterio, sanus existens, illud intrat animo mutandi vitam,& magis si profitetur, quia tũc desinit esse parochianus alterius ecclesiæ:secundum Arc. in capi.beneficiũ. de regula.libr.6. Idem dic de leproso, qui intrauit domum leprosorum:secundum Ge.non debetur quarta. Secus de eo,qui recipitur in confraterni tatibus,quia retinet proprium. capit. cum & prælature.de priuilegijs, quia debetur quarta. Secus cum reseruato sibi tantũ vsu fructu,donat bona sua, quia tunc gaudet priuilegio religionis.capitul. cum priuilegia.de priuileg.Ne nouitio,infrà,Nouitius.§.1.8. Item quãdo quis legat ecclesiæ,in qua non sepelitur, non debetur quarta: secundum Pa.in c.pe.de sepul. & est verior opinio.

15 S i quis ex eo,quòd ecclesia erat interdicta,vel ciuitas,sepelitur apud fratres,ipsis fratribus inuitis,cum multis oblationibus,non debetur quarta: secundum Fede.consil.119.& Ge.in d. cap.1. de sepul.lib.6.quia talis tempore interdicti, non potuit eligere sepulturam apud fratres: vt not. Innocen. in dict.capitu.cum & prælaturæ.Imò dicit i e.n Federic.quod si fratres mẽdicantes spontè sepelirent,quamuis de violatione interdicti tenerentur, non tamen de quarta. Vnde dicit Innocen. in capitul.nostra.de sepul,quòd quãdo non de iure, sed de facto quis sepelitur,debetur corpus. & omnia quæ ratione sepulturæ facta sunt, sed non legata facta,

16 S i parochialis ecclesia ex culpa sua & non parochianorum,est interdicta,

& aliquis eligat sepulturã apud aliã Ecclesiam, vel sepeliatur ratione suorum maiorum, non debetur quarta: vt not. Ge. in capit. 1. de sepult. libr. 6. Idem si quis reuocat electionẽ sepultu ræ, & nõ legatum, & alibi sepeliatur, quia paria sunt non eligere, & electam mutare. Ita consuluit Fed. consil. 10. non deberi quartam. Item quãdo elegit, sed nõ sepelitur ex facto hæredũ, vel ex facto contingenti, non debetur quarta, quia verba sunt intelligenda cum effectu. ff. quòd quisq; iur. l. 1. & ita tenet Felin. suprà. dummodò hæc non fiant in fraudem. Ber. in dicto capitul. de his. dicit se circa hoc dubitare. Gemi. verò videtur aduersari.

27 ITEM ratione priuilegij nõ debet solui quarta de legatis. dicta Clemẽt. dudum. Et tales sunt fratres prædicatores, & minores, per priuilegium Benedicti xj. quod incipit, inter cunctas. Non enim tenentur de rebus, & legatis ad Canonicam portionem, nec ad quartam Episcopalem. Et per priuilegium Gre. xj. quod incipit virtute conspicuos, non tenetur de his quæ legãtur pro ornamentis, libris, fabrica, luminaribus, anniuersarijs, septimo, trigesimo, pitantijs, victu, impedimẽtis, annuis censibus redimendis, domibus, prædijs, ortis, alijsque locis, &c. Et Sixtus quartus, in priuilegio, quod incipit, Regimini. determinat, quòd de candelis, quæ dantur in manibus fratrum, non soluatur quarta. In priuilegijs minimorum Iulij secũdi neque quarta funeralis datur: quibus priuilegijs fratres prædicatores gaudent, per breue concessum magistro Thom. Caieta. à Leone x. quod incipit, Cùm inter, &c.

28 SI defunctus suæ ecclesiæ parochiali reliquit 50. hoc modo, vt sit illis contenta, ecclesiæ autem in qua eligit sepulturam, mille, & huiusmodi, si sacerdos sciuit legatum, & recipit, videtur renunciare iuri suo, nec potest vltra petere: secundum Ray. Si verò absolutè relinquit, & sacerdos absolutè recipit, poterit de reliquis portionẽ canonicam petere. capitul. officij. de testamen. nisi appareat de intentione testatoris, quòd noluerit hoc in sortem poni, & tunc poterit supplementum petere. Idem intelligas de quarta Episcopali.

29 SOCRATES eligit sepulturã in Ecclesia parochiali. & nihil ei in testamento relinquit, & alteri autem Ecclesiæ multa legat, si est consuetudo, quòd eligens sepulturam in propria ecclesia aliquid relinquat ei: secundũ Ray. potest ab hæredibus illud petere, non iure actionis, nec differendo propter hoc sepulturam, sed superiorum auxilium implorando. capit. ad Apostolicam. de simo. Si autem non est consuetudo, exceptis funebribus, nihil potest petere, nisi deprehendere tur dolus.

30 SI quis dimissa Ecclesia in qua sui maiores sepeliebantur, aliam pro sepultura eligit, Ecclesiæ dimissæ non debetur portio canonica, sed Ecclesiæ, in qua consuenit recipere sacramenta. cap. cum quis. de sepul. libro sexto, quia illi Ecclesiæ debetur. Si verò quis trãstulit domicilium, & moritur antequàm nouum domicilium acquirat, debetur Ecclesiæ parochiali in qua moritur: secundum Ar. in cap. 1. de sepul. libr. 6. quia ibi debet sepeliri, nisi alibi elegerit. Innocen. verò in capit. nos. de sepul. dicit, quòd ecclesiæ cathedrali debetur. Si autem in diuersis locis habet domicilium, diuidetur, & hoc est æquum: secundum Inno. & Host.

31 SI quis in vna Ecclesia audiat diuina, & in alia recipiat Sacramenta, dabitur Ecclesiæ, in qua recipit sacramenta: Ar. in dict. capit. cum quis. de sepul. quia ista datur parochialibus ecclesiis, nisi de cõsuetudine aliter appareat. Et hæc opinio verior est, quã sequitur Pis. ver. sepultura. §. 3. & Ar. Flo. licet quidam dicant, quòd debet diuidi, si vtraque habet cœmeterium & curam.

32 SI quis in plebe tantùm accipiat baptismum, reliqua verò sacramenta in capella, tũc superior arbitr abitur, quis horum plus laboret: secundum

Pano

Panor. in d.c. de his. vbi hoc dubiũ mouet.

23 QVANDO quis in ſua parochia propter longam vacationẽ nõ poteſt audire, nec recipere ſacramenta, & alibi ſepulturam eligit, nõ debetur quarta: ſecundũ Bald. in ſuo tractatu, quia eum quarta pro labore detur: vt in clementin. dudum. de ſepul. ceſſante labore, debet ceſſare merces. Et hæc opinio melior, quamuis Hoſt. & Ioann. And. in c. relatum. de ſepul. teneant, quòd debetur.

24 QVARTAE huiuſmodi ſic extrahendæ ſunt ſecundũ Hoſt. in ſum. de ſepul. Primò, quarta epiſcopalis, quia antiquior: demũ parochialis, ſi venit extrahenda, quæ ſi priùs extracta fuiſſet, Epiſcopus habebit quartam quartæ, & quartam de reliquis.

25 SI teſtator in vita ſoluit, nihilominus ſoluetur quarta: ſecundũ Archie. Flor. & Io. Pau. quia videtur ſoluere vt legatum.

26 SI infirmus facit ſe transferri de vna parochia ad aliã, non propter hoc prima eccleſia priuatur canonica portione: ſecundũ Ray. arg. in d.c. de his. Et ſecundũ. Arch. Flo. procurantes relinqui his, qui non ſoluunt quartam, tenentur ad reſtitutionem eorum, in quibus fraudatæ ſunt eccleſiæ parochiales coram Deo.

27 SI Epiſcopus ſepeliatur apud fratres mendicantes, quarta debetur eccleſiæ cathedrali, quæ eſt eius parochia, vbi debet ſepeliri, quando eligit alibi ſepulchrum: ſecundum Franciſc. in d.cle. dudum.

CANONIZATIO.

1 COLERE aliquem pro ſancto, non licet ſine licentia Papæ: ſecũdum capitul. 1. de reliq. & veneration. ſanctor. etiam ſi in vita miracula feciſſet, intellige pro ſancto, & publicè, ſeeus, ſi ſecretè quis orat aliquem, quem beatum credit: ſecundum Inn. in c. 2. eod. tit.

2 NON licet venerari reliquias nouas publicè, & tanquam ſanctorũ in dict. cap. 1. neq; relinquias illorum, de quibus dubium eſt an ſint ſancti, per d.c. 2. & hæc not. Panormita. in dicto capit. 2.

3. IN canonizatione ſanctorũ piè credendum eſt iudiciũ eccleſiæ non errare, ſecundum Tho. quol. 9. a. fi. & glo. in cap. vnico. de re. & ve. ſan. lib. 6. De veneratione imaginum ſanctorũ dictum eſt ſuprà, Adoratio. §. 6. & infrà, Imago. §. 2.

CANTVS.

CANTVS ad hoc inuentus eſt ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ. q. 91. a. 1. vt affectus hominis prouocetur in Deũ. Et quia ex diuerſis melodijs, animi hominum diuerſimodè diſponuntur (vt d. Boë. in prolog. muſices) ideò ſalubriter: cantus in eccleſia fuit inſtitutus, vt infirmorum animi ad deuotionẽ prouocentur. Si verò cantus ſolùm ad delectationẽ fiũt, vel trahunt, ſunt vituperandi, & non liciti, vt in c. cantantes. 20. d. & ſecundum Augu. ca. 10. li. confeſ. ſed magis vitandi ſunt qui ad laſciuiam prouocant, quia contra intentionem inſtitutionis ſunt.

2. QVANDO ſenatores, & cãtatores huiuſmodi, melioribus poſſunt vacare, vt prædicatoribus, cõfeſſionibus, ſtudio, & huiuſmodi, debent his vacare, & ſic intelligitur ca. S. Romana eccleſia. 13. diſtinctione.

3 AN autem organa, vel inſtrumenta muſicalia ſonãda ſint, videtur dubiũ, quia S. Tho. ſecunda ſecundę, ſuprà. a. 2. ad quartum, dicit huiuſmodi magis mouere animum ad delectationem, quàm formare interiorem bonam diſpoſitionem, & quòd patres in teſtamento veteri vtebantur illis, quia populus erat rudis, & durus, & in figuram.

4 CANTANS ſeu pulſans in inſtrumẽtis muſicis in diuinis officijs, vana ex intẽtione ingerẽdi ille vana, & prouocatoria ad impudicitiam, & huiuſmodi, manifeſtè eſt mortale peccatũ, non ſolùm in diuinis, ſed etiam extra ex genere ſuo. Si verò ſunt tantùm vana, talis ſonus. vel cãtus dupliciter cõtrariatur diuino cultui. Primò, quia

non excitat mentem ad deuotionem, sed ad vana, quod est contrariũ actui diuini cultus. Secundò, quia cultus Dei reddendus per canentem, vel pulsantem falsificatur, & isti actus ad primã superstitionis speciẽ spectant, qua Deo cultus indebito modo exhibetur. Et quia superstitio ex suo genere peccatũ mortale est, ideò pulsare, vel cantare in diuinis officijs ex intentione, siue mala, siue vana, huiusmodi vana, ex suo genere mortale est. Si quis tamen nesciens propter hoc iniuriam facere diuino cultui & si crederet, nullo modo faceret, sed tantùm credit esse vanum, & gratia vanæ delectationis hoc facit, excusaretur à mortali superstitioso. Infrà, Organum per totum.

5 QVI ex intentione inter diuina talia miscet, quæ si exprimeret verbis, à mortali non excusaretur, à grauissimo, & fortè mortali peccato non excusatur, iniuriam enim rebus sacris facit, quod est species sacrilegij, ex alia parte, loco sacro iniuriam infert.

6 SI verò hæc præter intentionẽ cũ iuscunque materiæ, sed solùm intentione soni, vel cantus fiant, tunc non erit secundum se peccatum, sed ratione vsus, vel euentus potest esse peccatum, vt si vsus talis soni est communiter accommodatus ad materiã decentem sacra, vel si ex hoc communiter animi ad vana excitantur: & posset esse mortale, vt si esset multùm ad Venerea excitatiuus, vel multùm distractiuus. Si tamen in suprà dictis interueniret scandalum pusillorum, esset dimittendum. hæc ex Caiet. in secunda secundæ. quol 91. a. vlti. Vide infrà, Organum. per totum. Ambrosius authore Augu li. 9. confes. in ecclesia Mediolan. quantùm instituit, quem nõ instituisset, si esset illicitus. Consuetudinem ergo ecclesiæ bonam sequamur.

CAPITVLVM.

1 IN capitulo prælato religioso præest, sicut iudex ecclesiasticus in foro iudiciali super illos, qui sunt suę iurisditionis, vnde ad ea potest ex præcepto subditos obligare, vt ei pandantur illa propter quæ potest iudex ecclesiastico in foro iudiciali iuramentum erigere. Tho. q. 1. q. 8. a. 2.

2 CAPITVLVM sede vacante absoluere ab excommunicatione à iure, vel ab homine, à qua episcopus potest, nisi à sede apostolica sit ei specialiter interdictum. in c. vnico. de mico. & obe. l. 6 dare etiam confessorem, & absoluere à casibus Episcopo reseruatis, vt not. Pa. post Fede. in c. cũ olim. de mario. & obe. non tamen succedit in alienatione, suprà, Alienatio. §. 22. in visitatione tã generali quàm speciali, secundum Pa. succedit, licet Ioan. And. teneat, q. non in generali. in cle. 1. de hæret. nec in visitatione monesteriorum exemptorum monialiũ, secundũ veriorem opinionem. nec in priuilegijs indultis dignitati, quia priuilegiũ non excedit personam. cap. sane. de priuileg.

3 CAPITVLVM consistit in maiori, & saniori parte, ideò totum capitulũ dicitur facere, quòd hæc pars facit. c. cùm in cũctis. de his quæ fi. à ma. par. ca. nisi quãdo aliquid cõmune est pluribus, vt singulis, & nõ vt collegiatis, tunc oportet q. singuli consentiant c. omnes de consti. in gl. Secundò, quando maior pars capituli deliquit, propter quod potestate est priuata. c. cũ nobis. de elect. tunc tota authoritas capituli manet in minori parte, quæ non deliquit, vt not. Pa. in ca 1. de his quæ fi. à ma. Tertiò, in Romani Pont. electione, vbi necesse est duas partes consentire. c. licet. de elect. vide. c. cum inter de elect.

4 MAIOR & saniot pars capituli dicitur illa, quæ meliori rationi innititur, & pietati. c. sana. quippe. d. 9. Standum tamen semper est maiori parti, nisi probetur in contrarium. c. nullus. d. 90.

5 SINE capitulo instituere aliquid, vel destituere, vel negotia ecclesiæ tractare, prælatus non debet. & est casus literalis in cap. nouit. de his quæ fi. à præla, quia prælatus, & capitulum sunt vnum corpus, vt not. Pa. & in fa

uora-

notabilibus. Vnum comprehenditur in alio, non autem in pœnalibus, & odiosis.

6 In negotio Ecclesiç, Episcopus tenetur petere consiliũ capituli, sed non consensum, & gesta per Episcopũ sine consilio, ipso facto, sunt nulla, vt not. Pa. suprà, nisi cõsuetudine existente in contrarium. c. 3. de consue. l. 6. & nisi in paruis, quæ per prælatum solũ possunt fieri. vt not. Innoc. in c. fi. de maio. & obedien. & nisi causa rationabili, quam arbitratur bonus homo, in qua prælatus etiam in arduis non tenetur petere consilium, secundũ Pa. ibidẽ. Vide Pa. in c. quanto. de his quç fiunt à ma. par. c.

7 Capitvli cõsensus requiritur secundum Pa. in d. c. nouit. de his quç fiunt à præl. Primò, in alienatione rei ecclesiæ cathedralis. Inferioris autem ecclesiæ si Episcopus non alienat, consensus Episcopi, & collegij illius ecclesiæ si habet, requiritur. Secũdò, in omnibus casibus concernentibus ecclesiç præiudicium, requiritur consensus capituli, & in his quæ communiter ad Episcopum & capitulum spectant, & in concernentibus præiudicium capituli. c. ad hoc. de offic. ord. regulariter autem consiliũ sufficit, non tamẽ requiritur in notorijs. Vide aliquid suprà, Alienatio. §. 6.

8 Cvm iura dicant capitulum succedere in iurisditione, & non distinguãt inter voluntariam, & contentiosam, teneri potest secundum Pa. capitulum posse dare indulgentias. de quibus in c. cùm ex eo. de pœ. & re. Si tenetur, quòd sint iurisditionis, prout communiter tenetur, & de mente S Thom. in 4. sen. d. 20.

9 S i Episcopus habet authoritatẽ doctorandi ex priuilegio speciali, hęc potestas non transit ad capitulum, secundum Pano. si autem à iure communi secundum opinionem, quam sentit Host. vt not gloss. in cle. 2. de magist. tunc succedit.

10 In capituli tractatib⁹ nõ est necessaria canonicorum subscriptio regulariter, vt d. Pan. in d. c. quanto. nisi in his quæ in iure exprimuntur: vtile tamen est secundum Bald.

CARCER.

1 Carcer aliquem tradere, vel quomodocunque detinere, non est licitum, nisi fiat secundum ordinẽ iustitiæ, aut in pœnam, aut in cautelam alicuius mali vitandi, secundum Tho. secunda secundæ. q. 65. a. 3. Detinere autem aliquem ad horam ab aliquo malo statim per eum perpetrando, vt cùm quis aliquem includit ne se occidat, vel similia, cuilibet est licitum, & qui secus faciunt, secundũ leges puniuntur. C. de priua. carce. l. vnica. Et tales tenentur de damno, & iniuria. c. pœna. 14. q. 5. & mortaliter peccant, quia notabilem iniuriã proximo inferunt, vtpotè priuando eum libertate.

2 Clericvm inuẽtum de nocte familia prætoris potest capere, & detinere, secundum Panor. in c. vt fame. de sen. exc. quia verisimiliter potest timere delictum committendum: Nec incurrit excõmunicationem, si postmodùm præsentat suo prælato, quia hic nõ potest notari diabolica suasio. Idem videtur de capiente clericũ debitorem suum fugientem. Imò, vt d. Inno. habens clericum seruientem suspectum de furto, potest illum detinere, scilicet ad tempus, vt præsentet Prælato. Infrà, Excommunicatio prima.

3 In carcerato iustè pro debito, vel alterius offensa citra mortẽ, non potest fugere, sed tenetur facere pœnitentiam, & satis facere. Si verò ad pœnam sanguinis detinetur, potest fugere sine offensa, vel resistentia alteri⁹, aliter non potest sine peccato fugere, nec frangere carceres, secundum Th. ij. ij. q. 69. a. 3. licèt Hen. de Gan. quol. 9. a. 25. dicat, quòd non licet frangere vincula, &c. quia hoc esset resistere iudici. Sed hoc impugnat. Caie. ibi, secunda secundæ. dicens, quòd potest frangere vincula, &c. & alij ad quos non pertinet eum custodire. possunt adiuuare ministrando instrumenta, vt limam, malleum, &c. Aliud enim

est

est resistere iudici, aliud frãgere, & ruptio vinculorum ad fugam pertinet, & custodibus imputandũ est, qui non bene custodierunt.

4 INCARCERATVS iustè vt fame moriatur, si sibi occultè ministretur cibus, potest comedere: potest etiam, si vult, nõ comedere sine peccato, secundum vnam opinionem, & patiẽter mori. Nec etiam peccant sic dãnato secretè cibum ministrantes, dũ tamen non siut carceris custódes, neque ob hoc exponant se magno periculo. Nullus tamen tenetur sic damnato cibum ministrare, & sine periculo, quãuis sit in extrema necessitate. suprà, Accusatio. §. 11. Caie. tamen secunda secundæ. q. 69. a. vltimo, dicit quòd tenetur comedere, & benedicit, vide suprà, Accusatio. §. 21. An iurans redire ad carcerem teneatur, suprà, Accusatio. §. 20.

5 CEDENS bonis pro debito, nõ potest incarcerari, quia secundum Pa. in c. lator. de pig. non potest quis etiam per pactum, carceri se obligare pro debito, renuntiando beneficio cessionis bonorum, quia est contra bonos mores, vide tamẽ, si placet, Tab. & Sil. ver. carcer. §. 3.

6 AN contractus per incarceratũ facti teneant, & quando, & quomodo, vide Pa. in c. accedes. de proc. per multas conclusiones.

CHARITAS.

1 CHARITATEM omnes tenentur habere sub præcepto, secundũ Tho. virtu. quæst. 23. a. 7. amãdo Deũ super omnia, & proximum. siue amicum, siue inimicum sicut seipsos, idest ad eundem finem vitæ æternę, etiam peccatores & infideles, nõ quò ad peccatum, sed quò ad naturam, & secundùm quòd nobis vitæ æternæ socij esse possunt, & eis tenemur opera pietatis exhibere in articulo necessitatis, & semper animum paratum habere ad eis subueniendum in tali articulo. Item eis exhibere signa amoris in cõmuni, vt quando pro alijs oramus, vel aliquod beneficium communiter exhibetur, eos non excludamus. Hoc enim pertinet ad iuorem vindictæ: quæ prohibetur Luc. 19. vbi dicitur: Non eris memor iniurię ciuium tuorum. Hoc enim esset mortale. Particulare aũt signum non tenemur exhibere, nisi in articulo necessitatis extremę (prout dictum est) vt loqui cum inimico, vel respondere, seu familiariter conuersari, nisi quando propter hoc graue scandalum oriretur. Imò quandoque bonum est eis non loqui, vt humilientur, & se recognoscãt, dummodò tollatur rancor de corde, & sit dicta animi præparatio. Petenti autem veniam verè, & non simulatè, parcendum est. Non tamen tenetur remittere actionem iuris contra iniuriantem, nisi pro iniuria satisfiat, vt si diffamauit, vel accusauit falsò, &c. vide Caiet. secunda secundæ. q. 25. a. 8.

2 AMARE Deum principaliter, & finaliter, & seruire ei propter mercedem temporalem, vel æternam, est mortale: secundariò autem potest propter hæc amari, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 27. a. 3. & 3. sen. distin. 19. quæstio. 1. a. 4. Charitas per quodlibet peccatum mortale perditur, & per pœnitẽtiam restauratur, secundum Thomam in pluribus locis.

CASVS.

1 CASVVM nomine propriè intelliguntur peccata tantùm, ideò si Episcopus concedat absolutionem à casibus, & nil aliud dicat, propter hoc non concedit absolutionem ab excõmunicationibus, vel votorũ commutationem, vel dispensationem super irregularitate, nisi aliter de eius mente constet, vel in concessione casuum reseruet sibi aliquam excõmunicationem, vel votum, vel aliquid huiusmodi, tunc aliæ intelliguntur concedi, quia exceptio regulam firmat in contrariũ. 32. q. 7. c. dominus. de quo Pa. in c. quoniã de coniu. lepro. quod intellige in his, quæ sunt eiusdem generis. Vnde reseruata vna excommunicatione, non cõceditur dispensatio voti, seu

seu irregularitatis, quia sunt diuersorum generum.

2 QVANDO Papa in gratijs concedit omnes casus Papales, tũc casus extenditur ad censuras, quia nullũ peccatum est adeò graue, quòd Papæ reseruetur nisi ratione censuræ.

3 QVANDO in bullis dicitur, vel gratijs, quòd possit eligere confessorẽ, qui possit absoluere ab omnibus casibus, non intelliguntur censuræ, nisi dicatur, & censuris, quæ nomine casuũ non veniunt, vt diximus.

4 SI quis excommunicatus ob simoniam obtinuit absolutionem, simplex sacerdos potest ipsum à peccato absoluere, & sic de alijs, quia ratio reseruationis cessat, & qui semel est absolutus à reseruatis, quamuis fuerit fictus, vt quia sine aliqua contritione fuit cõfessus, postmodùm poterit absolui à simplici sacerdote, de dictis reseruatis, quia semel fuit iudicatum ante tribunal, cui erat reseruatum crimen, secundum Caiet. in ver. casus.

5 CASVS Episcopo reseruati secundum diuersos doctores, sunt varij, sed isti sunt certi, videlicet, percussio clerici violẽta, etiam leuis, vt in capitul. peruenit. de senten. excommu. Si verò sit grauis, non potest etiam Episcopus, sed Papæ reseruatur. infrà, Excommunicatio. 1. Secundus, est peccatum, per quod inducenda esset solennius pœnitentia. 26. quæst. 6. cap. vltim. sed hic non est amplius in vsu, ideò vacat, & per solennem pœnitentiam non intelligitur tantùm publica, sed illa, de qua dicitur, in capitul. in capite, d. 50. Nam publicam potest etiam sacerdos imponere pro peccato publico, secundũ Thom. 4. sentẽ. dist. 14. & Hostiens. Tertius, est de incendiarijs, qui malo animo incenderint, vel hoc fieri fecerint, vel suaserint, in capitul. pessimam. 23. quæstio. 8. qui etiam sunt excommunicandi. Quartus, est dispensatio super quauis irregularitate, quæ ad Episcopum, vel Papam tantùm pertinet, secundum Thom. 4. sentent. distin. 19. Quintus, est peccatum, à quo Episcopus rationabiliter noluit absoluere. d. 21. ca. inferior.

Aliqui ponunt excommunicationem maiorem, sed dico, quòd sacerdos parochialis potest absoluere ab excommunicatione maiori iuris, quã conditor legis sibi non reseruat, nec alteri. Hoc tiam Sil. ver. absolutio primò, §. 3. & excommunicatio. 8. in principio. tenet Bona. in 4. distinct. 18. & cum S. Thom. sequitur Innocen. & Hostiens. in capitul. nuper. de sententia excommunicatio. Absolutio. §. 35. suprà.

6 CASVS aliqui Episcopis dicuntur reseruari de consuetudine, qui sunt varij, secũdum quòd quidam plures, quidem pauciores reseruare consueuerunt. Benedictus tamen xj. declarauit quinq; videlicet homicidium consummatum. Secundum est peccatum falsariorum, seu falsorum, & sumendo strictè hoc nomẽ, quia sumus in materia pœnali, quo crimine tenentur. secnndum notata per docto. in c. 1. de crimine fal. non solùm falsantes literas, vel scripturas, sed etiam testis falsus, & non solum dicens mẽdacium, sed etiam occultans veritatem, quod intellige secundum Panor ibi, quando interrogatur super aliquo articulo, & dicit se nescire, vel quando iurauit dicere meram & purã veritatem, & multa subticuit. Eadem pœna tenetur, & crimine, testis recipiens pecuniam ne testetur, vel vt verum dicat testimonium. vt in. l. 1. ff. eod. titu. & ibi Bar. dicit glo. tenere, quòd testis accipiens pecuniam, vt testificetur, tenetur crimine falsi, sicut dicimus in iudice accipiente pecuniam, vt veram sententiam ferat. ff. de condictio. ob turpem cau. li. 2. Idem dic de notario, & aduocato, vel procuratore, qui instrumenta vnius partis alteri ostendit, in dicta lege. 1. §. qui depositam. Tertium, est peccatum violatorum ecclesiasticæ libertatis, qui hodie per processum curiæ sunt excommunicati. Quartum, est violatorum immunitatis ecclesiasticæ, qui scilicet proximum offendunt in persona, vel in re-

bus, in

bus in loco facto, & sunt excõmunicandi. capitul. si quis. 17. quæstion. 4. & ita omne sacrilegium videtur casus episcopalis. Quintum, est sortilegium, diuinatio, incantatio, & huiusmodi. 16. quæstion. 1. ca. 1. Alij verò ponunt alios casus, qui sunt dubij, videlicet blasphemiam publicam, votum, matrimonium clandestinum, aut cõtra interdictum ecclesiæ cõtractum, vsutam manifestam, & incertorum restitutionem.

7 An fratres prædicatores, & minores expositi, secundũ. c. dudum. possint absoluere ab excommunicatione maiori, sicut parochiani, quia in c. religiosi. de priui. qui excõmunicatos absoluerint. excommunicationis sentẽtiam incurrant? Respõdeo, quòd est vna opposition, quam credo veram. Nam in dict. capitul. dudum. de sepul. cle. Papa concedit dictis fratribus æqualem authoritatem in absolutione cum parochialibus. Cùm ergo ipsi parochiales possint (vt dictum est) & fratres possunt. capit. autem. religiosi, allegatum est contra religiosos non electos, vel præsentatos, secundum formam cap. dudum. Vnde Ioan. de ligna. super capit. omnis. dicit, quòd dictum c. religiosi. intelligetur de reseruatis Episcopo in iure, & non aliter. Non tamen possunt dicti fratres, nisi habeant priuilegium, absoluere à sententijs synodalibus, nisi tales sententiæ fierent in fraudem, vt scilicet fratres haberent minorem authoritatem, quam detur eis à Papa. Quomodo habent priuilegium, suprà, absolutio. §. 21. vsque. 26.

8 Blasphemia quantuncũque publica non reseruatur vllo iure Episcopo, secundum Tho. 4. sent. d. 19. q. 1. nisi ratione solennis pœnitẽtiæ, quę non est ampliùs in vsu (vt dictum est) neque in sessione. 9. consilij Lateranen. sub Leone x. ponitur inter reseruatos casus, neque sortilegium, licèt Benedictus xi. ponat inter illos, qui sunt de consuetudine: neque commutatio votorum. Possunt enim parochiani dispensare, & commutare vota minora, vt peregrinationem, ieiuniorum, & huiusmodi, dũmodò non sint reseruata: quia hæc relinquuntur arbitrio præsidentis, vt in cap. primo, eod. titu. de quorum numero sunt parochiani, secundum Thom. & Host. oppositum tamen tenet Pan. c. 1. eod. tit. & consuetudo in contrarium est, sed de iure loquor. Nam neque Benedictus xi. hunc inter alios casus numerat. Religiosi tamen, licèt à transgressione voti possint absoluere, non tamen dispensare, vel commutare vota, quia non sunt præsidentes respectu secularium, licèt habeant æqualem authoritatem cum parochianis respectu absolutionis, sub qua non continetur dispensatio, vel commutatio votorũ. Si tamen conceditur eis ab Episcopo, vel ex priuilegio, vt suprà dictum est, possunt. Vide suprà. Absolutio. §. 26.

9 Restitvtio certorum, vel incertorum, cùm sit de lege naturæ, nõ pertinet ad Episcopũ, sed quilibet potest per se restituere, si eget consilio, potest Episcopum, vel sacerdotem consulere. In hoc conueniunt communiter Summistę. Panor. in. c. cùm sit. de iud. Ioan. And. ar. Flor. secunda partę. tit. secundo, capit. 4. infrà, restitutio. §. 20. & 39.

10 Matrimonia clãdestina absoluere potest sacerdos in foro pœnitentiæ, sed quò ad forum contentiosum, ad Episcopum pertinet: eodem modo potest de homicidio absoluere, vt in cap. Deus de pœnitent. & remissio. Et Sanctus Thomas in 4. sententiar. distin. 19. vbi suprà, non computat inter reseruatos, non tamen expedit quòd absoluat, ob grauitatem facinoris, sed ad superiorem remittat: nihilominùs, si absoluit, tenet absolutio.

11 Potest etiam sacerdos absoluere à peccato, propter quod incurritur irregularitas, licèt ipsa irregularitas ad superiorem pertineat, vt clarè d. Tho. 4. senten. vbi suprà. q. 1. a. 3. q. 2. ad secundum. nec obstat declaratio Benedicti, quia est reuocata. ca. dudum. de sepul. in clem.

12 Vsv-

[2] VSVRARII nõ Iudæi, sed Christiani, facta restitutione, vel data cautione, si possunt, à parochiano possunt absolui, nec est casus Episcopalis, nec obstat cap. quanquã. de vsur. quia tantùm de Iudæo loquitur: aliæ opiniones sequuntur viam communem. tene quod placet.

[3] EPISCOPVS quo ad fratres priuilegiacos. per c. dudum nõ potest plures casus reseruare, quia hoc esset eorum authoritatem, quam à Papa habent restringere, quod non potest, sed sufficit quòd dicti fratres seruent casus de iure episcopo reseruatos, vt dictum est suprà, Absolutio. §. 26. Quò autem ad curatos, & alios non priuilegiatos, potest, licèt peccet, si sine rationabili causa faciat. Sacerdotes ergo conentur habere casus ab Episcopo, & secundum taxationem i usfaciant. & in dubijs securiorem partem teneant. Vide infrà, dispensatio. §. vigesimosexto. Caueant confessores ne ab his, quæ non possunt, absoluant, & sciant quid, & quantùm possunt.

CASVS FORTVITVS.

[1] CASVS fortuitus, est inopinatæ rei euentus, cui prouideri nõ potest: vt ruina domus, propter terræmotum, vel fulgur, & nulli imputandus est secundum Pa. c. vnic. de commo. in glo.

[2] FVRTVM computatur quandoq; inter casus fortuitus, vt quando fit ab ea persona, à qua nec diligentissimus: præcauisset, vt si ab vxore fiat, vel filio, secus si à famulo: arg l. quæ fortuitis. C. de pign. act.

[3] IN contractu, qui fit etiam gratia alterius tantùm, casus fortuitus nõ imputatur, sed res perit domino, nisi primò, quando præcessit culpa: vt si commodaui equum, vt ires Mediolanum, & iuisti Viquætiam, & incidisti in latrones, tibi imputatur, & non domino c. vnico. de commo. Secundò, si pacto conueniisti, vt tenereris pro casu fortuito, quia pactũ contra accidentia tu contractus vincit legẽ. ff. depositi. l. 1. §. si conueniat. Secus quando esset contra substantialia. Tertiò, quando præcessit mora, vt quia tempore debito non restituisti rem commodatam, & perijt, tibi imputabitur: secundum Pa. vbi suprà.

4 Ex generali pacto, vt commodatarius teneatur de omni casu fortuito, nullo expresso, secundum Ioan. And. in d. c. vnic. non tenetur, ne quis sub inuolutione verborum renũciaret ei iuri, cui non esset in specie renuntiaturus. Et hoc in conscientia maximè tenet. Secus si aliqui casus fortuiti fuerunt nominati, & secuta est clausula generalis, videlicet, & sic de omnibus alijs. secundum Bartol. in §. quæsitũ. l. sed & si quis. ff. si quis caut. quia tũc veniunt casus consimiles expressis. nõ maiores, quia generalis clausula in odiosis non comprehendit maiora expressis, & est textus notab. in clem. nõ potest. de procuratorib. secus in non odiosis. vt not. Inno. in c. sedes. de rescrip. & intellige supradicta, etiam si firmetur iuramento, quia iuramentũ non obligat vltra consensum iurãtis. c. Quintauallis. de iureiu. Intellige etiam si res commodata æstimetur, quia æstimatio non facit, quòd cõmodatarius ad plus teneatur, quæ si non æstimetur: secundum Pan. in d. c. vnico. sed ad hoc facit, vt si ex culpa recipiẽtis pereat, dominus liberetur à probatione valoris rei commodatæ. Si autem res æstimata datur cum pacto. quòd vel res, vel æstimatio reddatur, periculum peremptionis transit, non deteriorationis. l. plerunque. ff. de iure dotium.

CATHEDRA.

[1] APPETERE cathedrã magistralem, id est, authoritatem cõmunicandi sapiẽtiam. quã quis habet, ex se nullam turpitudinem habere videtur, quia communicare alijs sapientiam ad charitatem pertinet. Esset tamen præsumptuosum hoc petere, quando petens non esset idoneus ad docendum, vel si ob superbiam, vel ambitionem hoc peteret, vel alio malo fi-

lo fine. Appetere autem cathedram pontificalem, secundum Tho. quolib. 3.q.4.a.1.nō licet, quia cathedra pontificalis requirit charitatem excellentem, quam nullus scit se habere. sicut scientiam, ideò non est simile de appetitu cathedræ pontificalis. Cōcord. Aug. qui dicit locꝰ superior, sine quo populus Dei regi nō potest, & si administretur vt decet, indecenter tamē appetitur. Hoc idem Panormitanꝰ in c. eùm in cunctis. de electione. & glos. in clementin. 2. de magistra. An liceat recusare iniunctam. infrà, Episcopus. §. primo.

2 PRAELATIONEM appetere nō licet secundum Thom. quol. 1.q.6.a. 1. vbi dicitur, quòd qui hanc appetit, aut est superbus, aut iniustus. Et quol. 5.q.9.arg.2. in fin. sic cōcludit, quia difficile est purgatum se quemlibet posse agnoscere. Et secunda secundæ. q.185.argu. 1. & 2. cōcludit, quòd est illicitum, & præsumptuosum, et quòd videtur peccatum mortale hoc appetere vel aliquid facere ad hoc. Concord. Pan. in c. per vestras. de iure patron. & dicit ibi Pa. quòd non est idē de beneficio simplici. Vide suprà, Beneficium. §. 16. vsque ad 39. infrà, Dignitas §. 3. ibi enim diffusè de hoc dicemus.

CÆCITAS.

CÆCITAS mentis, secundū Th. secunda secundæ. q. 15. est mortale peccatum, quando homo non vult intelligere necessaria ad salutem, vt liberiùs possit malè agere, sine scrupulo & remorsu cōscientiæ. Secundò, quando ita occupatur in delectationibus Venereis, vel alijs, quòd omittit necessariam occupationem, quam Deo teneretur exhibere, vt audire missàm in festo, & huiusmodi. arg. d. 38. c. qui ea. Cæcitas mentis, luxuriæ filia à Gregorio dicitur, sicut hebetudo sensus, gulæ, de quibus in locis suis infrà dicetur.

CEDERE.

CEDERE bonis, debet nō valens creditoribus suis satisfacere, & talis cessio ei ad tria valebit. Primò, ne incarceretur. Pa. in c. Odoardus. de solutio. suprà, Carcer. §. 4. Secundò, ne excommunicetur: & si erat excōmunicatꝰ, absoluatur, recepta debita cautione de soluendo, si ad pinguiorem fortunam venerit. d. ca. Odoardus. Tertiò, quòd non condemnetur, nisi inquantùm facere potest, habita ratione ne egeat. Non enim fraudandus est quotidianis alimentis. ff. de re iud. l. sunt qui in id. Limita hoc, quando non conuenitur ratione delicti, quia non haberetur respectus ne egeret, etiam in clerico, secundum Panorm. in c. olim nobis. de rest. spol. Et vt valeat, debitum confiteri oportet. Pa. in d. c. Odoar.

CELATIO.

CELARE peccatū alicuius, quod quis indicare tenetur ad correctionem, & pœnitentiam propter pecuniam, aut gratiā non perdendam, seu ob consanguinitatē, vel huiusmodi, est simonia. vt in c. nemo. de simonia. saltem quò ad punitionē, & mortaliter peccat, quia contra charitatem agit, proximi salutem minùs quàm pecuniam, vel temporalem gratiam existimans. Non est tamen propriè simonia, secūdum Inno. sed vt simoniacus talis venit puniendus.

CENSVRA.

CENSVRA ecclesiastica nominat interdictum, excommunicationem, & suspensionem, vt in c. quærenti. de verb. sig. Irregularitas verò quandam indecentiam, siue inhabilitatē dicit, infrà, irregularitas. §. 1. Censura etiam ecclesiasticæ disciplinæ neruus appellatur, secundum Pa. c. cum inter de cons. no. 2.

CENSVS.

1 CENSVS est quædam pensio, quæ de prouētibus soluitur. 1. q. 3. c. quæsitū. siue quod annuarū soluitur in quantitate, vel summa. ff. de censi. l. ætatem. & est duplex, videlicet, publicus, & priuatus.

2 QVI habet ius in quacunque re, in illa censum imponere potest. Institu. de vsu fruct. §. sine testamento. Ecclesijs autem nouos census imponere, vel

vel veteres augere, Episcopis, & prælatis citra Papam, prohibetur: vt in cap. prohibemus. de censi. etiam si eriperent eas de manu laici, vt in ca. ecclesijs. eod. titu. Et hoc verum est secundum Pan. in d. c. prohibemus, quando ad vtilitatem propriam hoc facerent, vt in clemen. 2. de reb. eccle. non alie. Secus si ad vtilitatem alterius ecclesiæ, ex rationabili causa faciant, & fiat à prælato Episcopalẽ iurisdictionem habente, & in ecclesia sibi pleno iure subiecta. Tũc enim potest, vt no. Inno. in d. c. prohibemus, cum consensu capituli. argu. in c. tua. de his quæ fiunt à præl. Episcopus nouum cẽsum imponere monasterio non potest. ca. cientes. de cens. nec antiquum augere, eadem ratione.

3 AVCTIS facultatibus, non potest augeri census, nec pars reddituum retineri, vt in c. nostrum in fin. vt eccle. bene dicitur de Episcopis, & de Abbatibus, & alijs inferioribus prælatis. Et est text. in cle. quia regulares. §. 1. de supplen. negli. ptælat. nisi locus sit de mensa eorum, nõ possunt partem reddituum sibi retinere, quam gl. id ver. nec veteres. in d. ca. prohibemus. velit posse augeri censum, auctis facultatibus, quòd glo. sequens limitat, respectu præsentationis, aut procurationis, non autem census. Secus aũt est in pẽsione, quia illam quis soluit ratione fructuum, quos de alieno percipit, secundum Bartolũ, in l. si merces. §. vis maior. ff. loca.

4 PRAELATVS, seu rector ecclesiæ, non potest præsertim post mortẽ, ecclesiam suam cõstituere censualem. cap. præterea. eod. tit. quia secundum Pan. non potest quis alienare res ecclesiæ sine iuris solennitate. 12. q. 2. ca sine exceptione. & à fortiori non potest imponere censum, cum sit quædam alienatio, & quædam seruitus imposita. Potest tamen authoritate superioris. &c. ex causa rationabili, vt dictũ est. Imo simplex sacerdos, etiã in vita sua, ecclesiam suam censualem constituere non potest, secundum Pan. licèt alij dicant quòd potest se personaliter, & non ecclesiam, obligare ad soluendũ censum.

5 CENSVS soluendi sunt, secũdum Pan. post Io. And. in c. olim. de censi. ad antiquam monetam, in qua fuerũt instituti, similiter & pensiones, vel ad eius æstimationem, quod Pa extendit ad omne debitum cõtractum. ex quacunque causa, quòd debeat solui secundum monetam currentem, tempore debiti contracti. Vide infrà, Pecunia. §. 2.

CHOREA.

1 CHOREAS ducere ex suo genere peccatum non est, aliter nunquã liceret, & tamen aliquando licèt, vt in nuptijs, & publicis lætitijs, secundum Caie. ibi, qui dicit, quòd imprudenter arcentur rustici assueti diebus festis choreas ducere, quia nisi hæc agerent, ocio vacarent, & peius agerent. Vnde ex frequentia chorizandi, vel ex die festo, non est mortale, nec ex genere actus periculum est, quia hic non est actus libidinis, sed lætitiæ: ideò si ex qualitate personæ immineat periculum libidinis, vnusquisq; sibi prouideat, & caueat periculum, sicut caueret, quando immineret periculum ex aspectu mulieris: licèt hoc ex se peccatum non sit.

2 ACTVS qui ibi ex leuitate fiunt, vt stringere manũ, & huiusmodi, sunt venialia peccata, nisi fiant intentione mala, vt prouocandi se, vel alios ad libidinem extra matrimonium, secundum Vetuer. vel si fiant contra prohibitionem, vel in ecclesia, seu loco sacro, magis videtur mortale, quã veniale, propter contemptum præcepti, vel itreuerentiam Dei. Similiter si fierent à clericis, vel religiosis cum monialibus propter scandalum: secus si fiant ab huiusmodi sine scandalo inter se, & secretè.

3 CHOREAE ad hoc quòd sint licitæ, secundum Alber 4. sentẽ. d. 16. debent fieri tempore debito. Secundò cum honestis personis. Tertiò, honesto modo. Quartò, non simul clerici, vel religiosi cum secularibus mulieribus. Quintò quòd sonus, & cantus

sint de honestis.

4 QVI se, vel alios exponunt probabiliter peccato mortali in choreis, non excusantur à mortali, quia videntur magis de huiusmodi delectatione curare, quàm de animę suę salute, quam pro huiusmodi delectatione periculo damnationis exponunt. Et quoniam vt plurimum in his choreis accidunt peccata multa, ideò etsi choreæ non sint penitùs damnandæ, sunt tamen homines bonis persuasionibus ab huiusmodi retrahendi. Nec laudo dicentem, quòd imprudenter rustici arcentur taliter, ac si omninò chorizantes peccarent mortaliter. Hoc enim malum esset. Sed si moneantur vt caueàt à tali consuetudine, tanquàm àre periculosa, non video imprudenter aliquid factum, imò bonum esset si hæc choreæ modernorum temporũ possent anihilari.

COEMITERIVM.

1 COEMITERIVM habet eandẽ immunitatem, quam habet ecclesia, quò ad omnia capitula, exceptis duobus, videlicet quia nullus mortuus debet in ecclesia sepeliri. cap. nullus. 13. q. 2. licet nõ seruetur. Secundò quia in chòro laici esse non debent, secundum Ray. & Hostiẽ. licèt de consuetudine non seruetur. Violatur, & reconciliatur ab eodem, & eodem modo, sicut ecclesia, secundum Host. & Ber.

2 COEMITERIVM censetur pollutum, quando ecclesia sibi coniuncta, id est, contigua est polluta effusione seminis, vel sanguinis iniuriosè facta, & non parua: vt infrà, Consecratio. §. 4. & antequam sit reconciliatum, nemo debet ibi sepeliri: secus quãdo cœmiterium esset remotum ca. vnic. de consecr. eccles. & alra l. 6.

3 POLLVTO cœmiterio, non est polluta ecclesia, ne minus dignum videatur ad se trahere magis dignum, de consec. eccle. l. 9. c. si ecclesia.

4 QVANDO murus mediat inter duo cœmiteria contigua, & porta est in muro, per quam est accessus ad vtrunque, non est vnum, sed duo cœmiteria, & vno polluto alterum non polluitur: vt in eodem cap. vnico. Quòd si pollutio fiat in medio hostij, secundum Ioan. And. illud erit pollutum, cuius causa paries, & hostium facta sunt. Quòd si nescitur, sed videtur, quod sint facta, vt faciant duo cœmiteria, vtrunque erit pollutum, prout ibi textus innuit.

5 SI pollutio fiat in porta ecclesię extrà lineam, ad quam percutiunt valuæ in liminibus, ecclesia non est polluta, secus si intra: secundùm Ge. Io. And. & Imo. Quomodo autem reconcilietur. infrà consecratio. §. 4. & de consec. d. 1. c. ecclesiam. de sepul. c. sacris. Cœmiterium locus est in quo defunctorum corpora requiescũt, quòd ante ecclesiam esse solet.

CIRCVNSTANTIA.

1 CIRCVNSTANTIA peccati, est actꝰ humani mali accidens quoddam, quæ in hoc versu communiter continetur. Quis, quid, vbi, per quos, quotiens, cur, quomodo, quando. ex S. Tho. prima secundæ. q. 7. a. 1. & 3. Ray. addit quotiens, quæ propriè non pertinet ad circunstãriam, sed ad substantiam actus.

2 CIRCVNSTANTIAE aliq sunt alleuiantes, vt furari pro eleemosyna facienda, aliæ aggrauantes, quæ vel aggrauant in infinitum, vel non. Alleuiantes nullo modo quis tenetur confiteri. Aggrauantes non infinitè, de necessitate non sunt confitendæ, sed de bene esse. secundum Thom. 4. sent. d. 16. q. 3. quia peccata venialia de necessitate non sunt confitenda, nisi vel propter instructionem, vel propter periculum, vel scandalum, vel huiusmodi. Quæ autem in infinitum aggrauant, necessariò sunt confitendæ, tanquam mortalia peccata: secũdum Th. vbi suprà.

3 CIRCVNSTANTIA repugnãs rationi, primò, & per se. & non ratione alterius, mutat speciem, non autem si ratione alterius adueniat, vt si ad hunc actum, qui est accipere rem aduenìat alienam, mutat speciem, nõ autem accipere alienum in parua, vel

magna

magna quantitate. Ex Tho.4.sentent. suprà.

4 CIRCVNSTANTIA non dans speciē, nunquam infinitè aggrauat, & tamen quæ dat speciem, non aggrauat semper infinitè, vt quando ipsa de sui ratione est peccatum veniale, aliquando tamen in infinitum aggrauat. Ex Tho.4.sen. suprà.

5 CIRCVNSTANTIA quandoque grauat peccatum, & speciem nō mutat, & tunc nunquam aggrauat in infinitum. Si verò mutat speciem & circunstantia aduenies sit mortalis circunstantia, pura contra charitatem, vt si verbo ocioso aduenias intentio luxuriandi, tunc propriè dicitur grauare in infinitum, quia recedit simpliciter ab infinito bono. ex San. Thom. suprà.

6 CIRCVNSTANTIA aggrauās infinitè est, quæ habet oppositionē directè ad charitatem Dei, vel proximi, quod est, quando fit contra aliquod præceptum, quia finis præcepti est charitas: & intelligitur præceptum in speciali: vt est illud, Non mœchaberis: nō vt illud, declina à malo, &c. secūdùm Sco. & Tho.4. sentent. distinctio.22. & debet intelligi literaliter, & non spiritualiter, nec metaphoricè. Vnde propter hoc, circunstantia temporis non aggrauat infinitè. secundū Tho. ibi, neque circunstantia personæ, nisi in tribus casibus: videlicet ratione voti, vel præcepti, vel scādali. Vide Tho. in quæstionibus de malo. quæstio.7. a.7.ca. & de veri. quæst. 23.a.7.3.sen. distinct.37. quæstion.1.a.1.ql.2. ad secundum.

7 CIRCVNSTANTIA mutans speciem, non propriè aggrauat infinitè, nisi vt dictum est. sed speciem constituit: secundùm Tho. in 4.sent. suprà.

8 CIRCVNSTANTIAE aggrauā tes infinitè, ponuntur communiter in dicto versu, Quis, quid, vbi, &c. Quis, quærit de persona, & eius conditione. Quid, quærit de conditione peccati. Vbi, quærit de loco, an in sacro, an in publico, &c. Per quos, quærit de auxilio. Quotiens, quærit de numero, & non de consuetudine. Cur. quærit de causa finali, quia moralia trahunt speciem à fine. Quo modo, scilicet naturali, vel non. Quando, quærit de tempore, sacro, vel non sacro.

9 CIRCVNSTANTIA de tēpore, nō aggrauat in infinitum: secundùm Tho.3.sent.37.a.6.& d.47. a.5.ql.2. ad secūdum. quia peccare in festo, nō est opus seruile, de quo immediatè intenditur in præcepto de sanctificatione sabbati, secundùm literalē sensum, quia prohibetur immediatè opus manuale, ad quod serui deputantur, ideò hæc circunstantia non est de necessitate confitenda, quamuis Ar. Flor.3. part. titul.13.§.5. in fi. videatur oppositum dicere de mente S. Thom. cum Nic. Ly.

10 CIRCVNSTANTIA etiam de numero, est necessaria ad confitendū: secundùm Tho. vbi suprà eodem modo, quo quis potest, sicut de quolibet peccato: de quo recordatur, tenetur conteri, ita & confiteri: nec sufficit dicere, multotiēs tale peccatum feci, sed numerus ad memoriā reducatur meliori modo, quàm sit possibile: vel saltem dicatur tempus in quo stetit in tali peccato, & sic confessor coniecturabitur aliquem numerum, & sic confitēs dicit numerum implicitè. infrà, confessor.§.3.

11 CIRCVNSTANTIA necessaria ad confitendum, an debeat dici quando vergit in alterius infamiam? Respondeo secundùm Tho.4. senten. distinctio.16.quæst.3. a.2.ql. vl.ad vltimum, quòd homo debet omnia facere, quę potest iustè, & omnē cautelam adhibere, ne alterius peccatum reuelet vt etiam domin. Pet. de Pal. & Archidia. Florent. sed sialiter facere non potest, tunc vel talis circūstantia est vtilis confitēti, vel ei cum quo peccauit, & debet confiteri, aliās secus. Et quando nominatio personæ esset cum periculo alterius: secundum Petr. de Pal. vbi suprà, debet dimitti. Idem dicendum, quando sacerdos non posset confiteri peccatum suum, nisi dice-

ret aliquod, per quod alterius peccatum auditum in confessione manifestaretur: non tenetur de eo confiteri, etiam si sit mortale, sed sufficit contritio, donec possit habere copiam alterius confessoris, cum quo possit confiteri sine tali reuelatione. hæc Pet. de Palud. 4 distinction. 21. Caiet tamen in ver. confessio, in tertia conditione, dicit, quòd nullo modo debet confiteri illam circunstantiam, per quam venitur in cognitionem personæ, quia confessio non debet fieri cum iactura aliena. & in tali casu potest vel differre confessionem, vel de alijs confiteri. & hæc opinio satis æquitati consonare videtur, debet tamen prius omnia facere quæ potest, secundùm regulas, quas ibi dat Caietan. vt mutare habitum, vel exta terram suam ire, vel huiusmodi quantum potest facere.

12 CIRCVNSTANTIA peccati, quando quis peccat cum ea persona, quam audiuit in confessione, est de necessitate confitenda. secundum Tho. secunda secundæ. q. 154. a. 10. ad secundum infra. Sacrilegium. §. 1.

13 PECCATVM habens plures deformitates, vel circunstantias diuersarum specierum, vt si quis furetur in ecclesia, vt fornicetur, vel occidat hominem, vt ipsum spoliet. secundum Th. in quæstionibus de ver. q. 23. a. 7. ad secundũ Ma. q. 2. a. 6. ad duodecimũ. a. 7. in cor est vnum tantũ, sed hæ plures circunstantiæ sunt de necessitate confitendę. Quidã tamen dicunt esse plura peccata, quòd verum est, quo ad differentiam formalem, non autem quo ad materialem, & numerum.

CITATIO.

1 CITATIO, quæ est ante iudicem iuridica vocatio, quatuor modis potest fieri. Primò: per nuntiũ, vel literas citatorias. Secundò, per pręconem. Tertiò, per edictum: vt in cle. 1. de iud. Quartò, ex dispositiõe iuris tribus edictis, vel vno peremptorio, quod tantum tẽporis continere debet, quantum tria edicta, nisi vrgeat necessitas. c. 1. de dilatio. in gl. vbi dicit Pa. quòd terminus diceretur breuis ad iudicis arbitrium, considerata causæ qualitate, & locorum distantia, & quando iudex abbreuiaret, poterit appellari. suprà, Appellatio. §. 13.

2 NON sufficit vna citatio peremptoria, quando secundùm iura, trina requiritur, vbi agitur ad pœnam incurrendam: secundum Ioan. Andr. in c. ex tuæ. de cle. non resi. quia in pœnalibus verba debẽt strictè, & propriè intelligi. de iureiurand. capit. in nostra, Idem Panorm. in cap. fin. de vit. & honest. cleric.

3 SPATIVM temporis in citatione, debet attendi secundum consuetudinem, vel ad iudicis arbitrium, licèt aliter lex habeat, quæ nõ seruatur: secundum Pa. in d. c. fin. suprà.

4 QVANDO in citatione non ponitur peremptorium, citatus potest secundam, & tertiam exepctare: secundùm Pan. vbi suprà, tamen non comparens, potest condemnari in expensis factis.

5 CITATVS à iudice habet vim peremptorij: secundùm Feli. in c. cõsuluit de offic. delega. col. 6. circa fin.

6 IVDICES moderni secundùm Feli. in c. cùm nõ ab homine. de iud. post Salic. inuenerunt bonam practicam: vt habita bona informatione per testes, incipiunt à citatione reali, & hoc maximè, quando timetur de fuga. vide Feli. in d. c. consuluit. col. 5.

7 CITATVS, & corporaliter impeditus, non tenetur per alium comparere: secundùm Pa. in c. in nomine domini. de test. & actus gestus eo absente, est ac si non fuisset citatus.

8 SENTENTIA lata contra non citatum vllo modo, ipso iure est nulla. c. inter quatuor de maio. & obe. ideo non valet. secũdum Car. in cle. pastoralis. §. deniquè. de re iudi. In facto tamen notorio, cùm certum sit absenti nullam cõpetere defensionem: secundùm Pa. in c causam. de reser. & in ca. cùm sit de appel. potest fieri cõtra absentem non citatum, excepta sententia excommunicationis. ca. sacro. de sent. excom. & quando non citatur legitimè

mè ſecundùm Car.vbi ſuprà, videtur quòd debeat haberi pro non facta.ca. bone.el.2.de elect.

9 SI exceſſus ſit notorius, etiam non citatus poteſt denuntiari excommunicatus:ſecũdùm Pa.in c.peruenit. de appel.aliâs non.

10 SI iudex citet aliquem ad ſententiam,dicendo ſic ,ad audiendam voluntatem iudicis,vel intentionem,ſequens ſententia eſt nulla, tanquam ſi contra non citatum eſſet lata: ſecundùm Feli.in c.conſuluit de offic. del. col. 5.ſecus quando diceret,aliâs procedemus quantum de iure poterimus,vel, niſi veneris, ad ſententiam procederetur, &c.tunc habet vim peremptorij.

11 PRAELATI religionum poſſunt ſuos ſubditos etiam non citatos ab officijs deponere,ſuſpẽdere,& huiuſmodi,ſi ita habet eorũ conſuetudo,& cõſtitutiones.no.in ca .cũ ſpeciali de appel.vbi dicit Pa.quòd diſpoſitio. c.ſacro.de ſent.excom. non neceſſariò ſeruanda eſt in religioſis,contra ſuas obſeruantias ſpeciales.

12 CITATIO redditur nulla ſecundùm gloſ.in c.ſi Epiſcopus.3.q.2.propter anguſta tẽpora.& quando nõ exprimitur cauſa citationis,quando nimis maturat peremptorium, & ratione temporis,ratione loci,ratione iudicis, & quia reſcriptum apoſtolicum, non in ea inſeritur. Vide infrà, legatus.§.1.&c. Tutius tamen eſt citatum ſemper comparere,& iura vel priuilegia allegare, niſi ipſum non eſſe ſuum iudicem conſtet.in c veniens de accuſat.in gloſ.

13 CITATIO in die feriata, pro die non feriata,de iure non valet: ſecundùm Pa.in ca.fin.de feri.& per l. dies feſtos C.de ferijs.Vnde ſecũdùm eundem Pa.ibi ſuprà,non valet ,nec præceptum de citando,nec actus citationis,nec proceſſus factus vigore talis citationis. Si tamen conſuetudo ſit in contrarium ſecundùm eundẽ Pan.ibi eſt ſeruanda.

14 CITATIO facta die non feriata ad comparendum die feriata,non valet,ſed noua citatio debet fieri:ſecundum Pa.ibi ſuprà: niſi iudex eſſet priuilegiatus:vt de plano poſſet procedere,prout inquiſitor hæreticæ prauitatis, & vbi proceditur ad punitionem criminis.Feli.in c.meminimus.de accu.col.2. circa fi.& ſententia facta in nocte non valet: ſecundum eundem Feli.in d.c.conſuluit.col.6.niſi neceſſitate,vel conuenientibus partibus,vel ſtante conſuetudine contraria, & accenſis luminaribus fieri debet,quianõ exercentur iudicia in tenebris: ſecundùm Feli.in d.c.conſuluit.

15 IVDEX eccleſiaſticus non citatũ, vel non vocatum,vel non prius denũciatum, quòd ceciderit in excommunicationem, non poteſt denuntiare excommunicatum:ſecundùm Pa. in ca.peruenit.de appella.niſi exceſſus ſit notorius.

16 LICET quis non poſſit appellare,à ſententia iuris.vt in capitul.quia. de appellation.poteſt tamen appellare à ſententia iudicis declarantis,quia illa declaratio eſt ſententia hominis,nõ iuris.

17 AD audiendam ſententiam, non ſufficit vna citatio tantùm.ſed peremptorium, vel trina requiritur.ſecundum Felin.in dict.ca.conſuluit.colũ. 4.circa medium.Fallit tamen vbi ſummatiè proceditur,& de plano, quando citatus perſonaliter dixit ſe nolle comparere, vel præparauit ſe, iturus ad partes longinquas. Item in notorijs, & quando iudex proprio ore citauit,quando citandus ſe occultat,vel ſi citatur tyrannus, vel perſona terribilis, quando citatur quis in Romana curia,& in omnibus caſibus,vbi parte non citata poteſt procedi:ſecũdum eundem Feli.vbi ſuprà. In citationibus religioſorum,attendendæ ſunt eorum conſtitutiones, & conſuetudines.

CIVITAS.

1 CIVITATIS nomine aliquando veniunt ſuburbia.ff. de verb. ſigni.l.2.aliquando mille. Pan.autem in c.Rodolphus.de reſcrip.dicit quòd nomine ciuitatis,in materia ſtricta,&

odiosa,non venit nisi quod intra mœnia est.Vide Ioan. And.in c.si ciuitas. de sen.excom.lib.6. Secus in materia larga,vel indifferenti : vt est text.in l. vnica.§.& vrbem.ff. de offic.præfect. vrb.

2 CIVITAS non dicitur aliquid facere, nisi illud sit collegialiter deliberatum,etiam si maior pars illud faciat vt d.gl.in l.sicut.ff.quod cuiusq;.vni. no.Et communis opinio tenet secundùm Pa.in c.2.de post.præl.& Io.An. in c.Felicis.de pœ.l. 6.quòd vniuersitas tunc dicitur delinquere , quando prius aliquid fuit deliberatum in ipsa vniuersitate, pulsata campana,& alijs requisitis ad congregationem. Vnde si omnes alicuius vniuersitatis facerent aliquod delictum, non diceretur factum ab vniuersitate,sed per singulos vniuersitatis,etiam si facerent pulsare campanam,& leuarent vexillum, quia istud est factum singulorum.Facit,quod no. Pan.inc.dilectus.el.2.de simon . infrà , Excommunicatio.3. not.3.

3 DESTRVCTA ciuitate authoritate superioris propter eius delictũ,neq; amplius remanent eius priuilegia,neque ciues amplius appellandi sunt illius homines:secundum Inno . cap.2. de noui oper.nunciato. & de consec. distinct.1.capitul.placuit.Idem dic de alijs locis , siue sacris, siue prophanis. Secus quando ab hostibus,vel à tyrãno , vel vt reædificentur destructa, quia tunc retinent omnia priuilegia. 7.q. 1. cap.pastoralis . Idem videtur quando authoritate superioris , ad alium locum transferuntur , vel alteri vniuntur.vt not.inc.1. ne sed.vacant. de ter.do c.quia monasterium. Quæ sint delicta ob quæ etiam innocentes possint puniri cum ciuitate.vide Tab. ibi.§.2.

CLAVIS.

1 CLAVIS ecclesiæ secundum Hiero.super Matth.16. vt refert magister senten.in 4.distinctio.18. est potestas ligandi,atque soluendi ,qua ecclesiasticus iudex dignos recipere , & indignos excludere debet à regno cœlorum . Et dicitur ad similitudinem clauis materialis,qua clauditur,& aperitur,& qua data videtur dari possessio omnium quæ sub illa sunt.c.ex literis.de consuet.

2 CLAVIS quędam est ordinis,quędam iurisdictionis:secundum Pet. de Pa.4.senten.distinction .19. quæ clauis ordinis diuiditur in clauem scientiæ,& potentiæ, de quibus nunc agitur.Clauem ordinis quilibet sacerdos habet,non autem iurisdictionis.

3 CLAVIS hæc,qua immediatè aperitur,& clauditur, quæ propriè dicitur clauis,non potest esse nisi in sacerdote:secundum Thom.& pet.de Pal. vbi suprà, vsus tamen huius aliquando propter defectum materiæ remanet impeditus:vt in suspensis, excommunicatis,&c.

4 CLAVES huiusmodi fuerunt datæ b.Petro,quando , sibi cõmissa fuit ecclesia.c.quicunq;.24.q.1. & personę absolutæ,& nõ qualificatæ,vt hæretici dicunt,secundùm Caie.in opusc.de potestate Papæ.

5 SACERDOS non habens iurisdictionem super subditos, quantum ad hoc,non habet vsum clauium,secundùm Th.suprà,quia iurisdictio materiam ministrat.

6 SACERDOTI non licet vti his clauibus pro libito suæ voluntatis ,secundùm Tho.suprà,quia cum operetur vt instrumentum Dei, diuinã motionem sequi debet ,aliter peccat . Et subdit Tho.ibi.d.18.q.1.a.vlt.ql . vltima,hæc verba. Et quia pœnæ satisfactoriæ infligendæ, vt medicinę sunt, sicut medicinæ in arte determinatæ non competunt omnibus,sed variandæ sunt medicantis arbitrio , sequentis scientiam medicinæ , non propriã voluntatem , ita pœnæ satisfactoriæ determinatæ in canone non competunt omnibus ,sed variantur arbitrio sacerdotis,diuino instinctu regulato. Vnde non semper totam pœnam ,vni peccato debitam iniungat , ne desperet infirmus, & à pœnitentia recedat, sicut nec semper prudẽs medicus dat ita efficacem medicinam,quę ad mor

bi cu-

bi curationem sufficiat.

CLERICVS

1 CLERICVS nullus dicitur, nisi habeat aliquem ordinem, saltem primam tonsuram.c. cùm contingat. de æta.& qual. or.§. licet quandiu est in minoribus, possit clericatum dimittere.

2 CLERICORVM nomine,in materia fauorabili, intelliguntur omnes in aliqua clericali dignitate positi, sed in materia odiosa,nomine clerici nõ veniunt Episcopi,canonici,nec alij in dignitate constituti,nec monachi,nec religiosi exempti. Facit ca.quam periculosum.de sent.excom.l.6.& Pan.in c. bonæ memoriæ.el.1.de postulatione præla. Neq; clerici cõiugati veniũt appellatione laicorũ,in materia odiosa,vt infert Ioan. And.in ca.Ioannes. de clericis coniu. Ideo si Episcopus excommunicat. laicos.clerici coniugati non iucluduntur.

3 APPELLATIONE populi in materia stricta,non veniunt clerici. Pan. in c.1. de vit.& ho.cler secus in materia fauorabili,vt si populo conceditur priuilegium, includuntur etiam clerici.facit c.dilecti de for. compet. Et not.Bar.in.l.j.ff.ad municip.

4 APPELLATIONE clericorũ nõ veniunt monachi,nec appellatione ecclesiarum,veniunt monasteria in stricta significatione,secus in larga. argu. in glos.l.c.3.de sup.neg.prę. Si dispensat Papa cum illegitimo,vt possit effici clericꝰ,nõ propter hoc poterit promoueri ad sacros ordines, quia est in materia odiosa,ideo solùm ad minores promoueri poterit.Pan.in c.si quis quâ.de cohab. cler.secundum Tho. suprà.& mulie.

5 AD ordines accedens cum scientia peccati mortalis, licet recipiat ordinem,mortaliter tamen peccat.secundum Tho.4.sen.d.24.q.1.a.vlti.quol. 1.sufficit tamen contritio.Et promouens talem indignum,ratione mortalis peccati scienter, mortaliter peccat, quoi.4.

6 NON baptizatus, non potest recipere characterem ordinis,licet bene is qui est sine confirmatione,sed confirmatio de congruitate requiritur. Th. vbi suprà.

7 IN clerico ordinando tanta scientia requiritur, qua possit dirigi in actu illius ordinis, quem vult suscipere, & quilibet debet scire ea, ad quæ officiũ suum se extendit.Tho.suprà.a.3.ql.2. maior tamen scientia requiritur in his,quibus cura animarum committitur,secundum eundem ibidem. & Pa.post Inno.in cap. cum in cunctis. de elect.Vnde Papa maiorem cæteris scientiam debet habere. Episcopi debent habere notitiam Noui,& Veteris Testamenti, de quo est bonus tex. in cap.quia Episcopus.d.23. & 62.d. c.1.& 2.debent habere scientiam iuris Canonici,quia secundum illud habẽt iudicare præcipuè in causis matrimonialibus.de consang.& aff.ca.1.& sic dic in alijs successiuè, secundum eorum officia, vnde patet quòd ignorantes non debent ordinari.in capit. fin.de temp.ordi. Et quia secundum Tho.4.sent.d.24.q.1.a. vlti. qui promouet indignum mortalitet peccat, & talis ignorans est indignus, per ca. non est putãda.1.q.1.ergo talem promouens videtur peccare mortaliter, & religiosus ignorans, non tenetur obedire prælato præcipienti,quod vadat ad ordines sacros, imò mortaliter peccaret eundo,& ille præcipiẽdo,maximè quando de ignorantia constat. Si verò est dubium,obedientia subditum excusabit, non autem exponentem se,vel promouentem.infrà,Confessor.§.2.

8 CLERICVS quomodo debeat bona temporalia dispẽsare,suprà, ver. Beneficium.§.68.41.& 23.dist.per totum.

9 CLERICVS prælatis,debita propria,de bonis,quæ habet in sua potestate potest soluere,non autem de fructibus, quos non habet in sua bailia, quia alteri successori præiudicium fieret contra iustitiam.

10 CLERICI ad multa tenẽtur ex iuribus,quæ vix possunt explicari,tenentur non nutrire comam, vel bar-

bam.ca.si quis.de vi. & ho.cle.& portare tonsuram.ind.ca.si quis. Eis duo colores interdicuntur, videlicet rubeus,& viridis.in ca.clerici.eod titu. Debent deferre habitum clericalem clausum desuper, non nimis breuem, vel longum, absque pallio diffibulato: Caligæ scacatæ,vestis vergata, vel partita, manicæ,fotulariaque consuetia,epitogium,infula linea,fibulæ,corrigiæ aureæ,vel argenteæ,annuli, nisi quibus ex dignitate conuenit, frena, sellæ,pectoralia,calcariaque aurea, eis prohibentur.in cle.2. de vit. & hon. Quò ad officia,multa sunt eis prohibita,vt ars macellarij,tabernarij, hystrionis, goliardi,buffoni, chirurgici. Prohibetur etiam ne sint præpositi balistarij,ne sint ministri sub domino temporali,notarij,aduocati,procuratores in placitis secularibus, nisi in quibusdam casibus, quòd non portēt arma,nō vadant ad tabernam, nisi iti nerando: ad venationem, accipitres, & canes pro venatione non habeant: non conducant agros à secularibus. Ad aleas,vel taxillos non ludant, nec his ludis adsistant. Mercantias nō exerceant. Non habitent cum mulieribus,nisi cum matre,sorore, & amita. Mandatur vt mensam benedicant, & gratias referant in fine, lectione semper intermedia. & quòd sibi vinum temperent.infrà,Ludus.§.4.

11 An horum transgressio quando non adest temeritas,contumacia, vel contemptus, sit peccatum mortale, quantum ex præcepto iuris positiui pendet,secundum Caiet.in ver.clericus.non inducit peccatum mortale, quamuis aliqua præcipiantur sub pœna excommunicationis. Non enim videtur clericus magis obligari ad habitum suum, quàm religiosus ad habitum suæ religionis,sed religiosus nō arcetur,nisi ex temeritate dimittat habitum,ergo nec clericus. Et infert Caiet.quod præcepta legis naturalis, diuinæ,vel humanæ, non obligant ad peccatum mortale, nisi ea, quorum transgressio est contra charitatem, etiam si apponantur pœnæ graues, graiores,& grauissimæ,nisi sit pœna excommunicationis latæ sententiæ: si tales sunt,vt sine peccato mortali incurri possunt, exigunt enim monitionē vt non nisi in contumacem ferantur. Possunt tamen in huiusmodi multa interuenire peccata mortalia, vt si in horum trāsgressione admisceatur cōsumptio bonorum ecclesiasticorum, superbia,auaritia,scandalum,& similia. Alij autem dicunt dict.cap.clerici. loqui tantùm de consilio,ita quòd horum transgressio non est mortalis,vt dicit Innocen. Alij autem, vt Petrus de pal.& Pa.dicunt, quòd in aliquibus loquitur præceptiuè,in aliquibus verò non, vt accidit in regula religiosorum.& dicit Pa.ibi, quòd constitutio concilij generalis, non semper ligat transgressorem ad mortale, sicut nec lex ciuilis semper ad mortem inducit transgressores. Videtur clericus mortaliter peccare circa habitum, si non portat tonsuram, secundum Panormita.in dicto ca.si quis.de vir. & hon. intellige si excessus sit notabilis vltra consuetum,& sit in sacris,vel beneficiatus. Ad hoc facit cap.Ioannes de cleric.coniu. Secundò,si portat tabarum,secundum Stephanum allegātem capitu.si quis omnem.1. quæst.7. & 18.d.§.1. Intellige si publicè portat,& sine rationabili causa. Tertiò vtendo viridibus, vel rubeis vestibus, secundum Panormita. in dicto capit. clerici officia contra Innocē. Et idem videtur esse de veste lingulata, & quacunque alia notabiliter irreligiosa,vel scandalosa,vel pretiosa nimis,nisi habeat ad conformandum se illis cum quibus viuit ar.in c.episcopi.d.80.ne scilicet vilescat. Quartò, in nutriendo barbam, nisi ex rationabili causa, secundum glos. Si sit in sacris vel beneficiatus,quia potest excommunicari. quia igitur sunt opiniones diuersæ, iudicare de mortali est periculosum.

12 Clerici omnes tenentur ad castitatem quando sunt in sacris, ita quòd non possunt contrahere matrimonium,de voto.in.6.ca.vnico. Si tamen

mę sunt Græci, possunt vti matrimonio prius cum virgine contracto, ex quo elicitur, quòd castitas in clericis, est de iure positiuo. Peccant ergo mortaliter contrahendo, nisi sint in minoribus, & prælati supportantes clericos incontinentes, grauiter peccant, & eadem pœna debent puniri, si propter lucrum, vel commodum temporale hoc faciant. Secus quando faciunt ad peiora euitanda, secundum Panor. in ca. vt clericorum. de vit. & ho. cle. Et dicit Pan. ibi, quòd antiquitùs pro fornicatione, clericus deponebatur. in ca. à multis. de ætat. & quali. hodie verò suspenditur. vt in d. ca. vt clericorum & si sic suspensus celebrat, priuatur beneficijs, & perpetuò deponitur, secundum Pa. sed propter adulterium debet deponi. cap. cum non ab homine. de iudic. Idem dic de peccato contra naturam. capitul. clerici. de excess. prę la. Et concubinarius potest priuari beneficio. capit. ex parte. de testib. Similiter de incestu, & stupro. Intellige hanc suspensionem. quando facta est ab homine.

13 CLERICVS publicus cõcubinarius, & notorius, vel per sententiam. vel per propriam confessionem factã in iudicio, sine dubio est suspensus, etiam quo ad alios, & efficitur irregularis si celebrat, & non est licitum audire diuina à tali: & contra facientes veniunt contra præceptum ecclesiæ. Si verò sit notorius notorietate facti, quia tenet concubinam in domo, habet filios & non potest aliquo modo se excusare, vt dicendo quòd est ancilla, & huiusmodi non tamen est condemnatus, nec cõfessus in iudicio. an talis sit euitãdus? quidam dicũt quòd sic, etiam non præmissa monitione. vt in capit. sicut. de coha. & mu. cle. & in cap. si celebrat de cle excom. mi. Hãc sequitur Hostien. & Ioan. Ande. in c. vestra. de coha. cleric. & mu. Alij autem dicunt monitionem debere necessariò præcedere, vt Vgo. Arc. in ca. nullus, & cap. si quis. dist. 80. Ioan. de Lig. & d. Card. in dict. capitul. vestra. Itaque potest dici secundũ istos, quòd audientes diuina ab his ante monitionem non peccant. Pan. verò in dicto cap. vestra. dicit quòd quando fornicatio est ita notoria, quòd nullam dubitationem habet, non requiritur alia monitio: & hoc probat text. cap. vestra. & glos. ibi, ver. ex euidentia. Et hoc videtur tenere Th. 4. senten. dist. 13. vt suprà, q. 1. ar. vlt. ql. fi. Et dicit Pan. hanc esse iuris intentionem. Secus autem est quando potest aliqua tergiuersatione celari. Credo tamẽ rusticos, qui ius positiuum ignorant, in hoc excusari audientes ab huiusmodi. Secus quãdo scirent ius. In alijs autem peccatis, etiam notorijs, non est sic, licet tales quo ad se sint suspensi, quia grauiter peccant celebrando diuina in mortali, non autem alij audiendo, secundum Panor. in d. c. vestra. infrà, concubinatus. §. vlt. Irregularitas. §. 74.

14 CLERICI simoniaci, scismatici, & excommunicati, ex statuto ecclesiæ à dispensatione huius sacramenti sunt suspensi, quia sunt extra vnitatem ecclesiæ, & ab istis suscipiens sacramenta peccat, nec debet cum his quis communicare in diuinis, quantumcunq; sint occulti, ab alijs peccatoribus, prę ter fornicarios prædictos, possunt sacramenta necessitatis recipi, non tamẽ inducendi sunt ad celebrandum, vel sacramenta ministranda, nisi in necessitatis articulo. Multa tamen sunt ordinata circa huiusmodi in consilio Constantiensi. Vide infrà, Interdictũ. §. 16. Excommunicatio. §. 50. Absolutio. §. 30.

15 NON credo clericum mortaliter peccare habitando cum mulieribus, contra ca. 1. & secun. de cohabi. cleri. & mulie. quia illi canones non sunt præceptiui, peccare tamen mortaliter ratione scandali, & si ex hoc exponeret se scienter peccato mortali, vel contumaciter, aut contemptibiliter hæc faceret. Quomodo clericus teneatur ad officium, infrà, Horæ. per totum. Quomodo debeat residere, suprà, Beneficium. §. 40. infrà. Residentia. §. 2.

16 CLERICVS negotiatot propriè, & religioſus, ſecundũ Pet.de Pe.& ca. 2.ne cle.vel mo. mortaliter peccant, quia debent excommunicari, non autem ſecundum Caiet. vt ſuprà dictũ eſt.Si autem ſit in minoribus,nõ peccat mortaliter negotiando,ſecundum Pan.in capitu.fi.de vita & ho.cle.Et ſi faciant contra alia prohibita,ſecundũ Caie.non videntur mortaliter agere, vt diximus.

17 CLERICVS in mortali exercens officium exhibendo ſe miniſtrum ecclеſiæ, mortaliter peccat, ſecundum Tho.4.ſen.d.5. q.2.a.2. & d.24.q.1. 3.parte.quæſt.64.a.6.ſecundum verò alios,etiam tangendo res ſacras,quaſi fungens officio ſuo mortaliter, agit, ſecus ſi facit vt laicus,vt cantando epiſtolam ſine manipulo. infrà,Suſpenſio §.2.

18 CLERICVS poteſt habere de proprio,ſecundũ Tho. ſecunda ſecundæ. q.185.a.6. quia nõ habet votum paupertatis vt religioſi. Probatur etiam in capitu.epiſcopi.12. quæſt.1. poteſt etiam teſtari, & donare bona laicalia,quæ ſunt acquiſita intuitu perſonæ, vel per donationem, vel ſucceſſionem,vel induſtriam.de teſta.ca.ad hoc.& capitu,quia nos. de rebus autem eccleſiaſticis mobilibus, vel immobilibus non poteſt teſtari. poteſt tamen de fructibus perceptis, & mobilibus, in ægritudine conſtitutus, dummodo ſit mentis compos, cõferre pauperibus, & locis religioſis, & ſibi honeſtè ſeruientibus.vt in cap.ad hoc.de teſt.capit.relatum.el.2. quod etiam dum eſt ſanus facere poteſt, vt in cap.cæterum.de dona. & conſanguineis indigentibus, vel ſibi honeſtè ſeruientibus.in.d.cap.relatum.In aliquibus locis clerici teſtantur de mobilibus, & de fructibus eccleſiæ acquiſitis,ſed de iure eſt contrarium, vt in d.c.& iuribus. non tamen de vaſis ſacris, vel alijs deputatis ad Dei cultum. Et dicuntur bona eccleſiæ omnia,quæ intuitu eccleſiæ,vel de facultatibus eccleſiæ,acquiſita ſunt.vt in c. 1. de teſta.Et glo,in c.preſenti. de offic.ord.l.6.poſt Hoſt.tenet,quòd clerici non habentes adminiſtrationem poſſunt diſponere, & teſtari de fructibus perceptis vſque ad diem mortis,de conſuetudine, & etiam de percipiendis anno ſequenti, ſi conſuetudo eſſet,vt refert Panor.in.c. cum in officijs.de teſta. Ipſe tamen in d.c. relatum. tenet contrarium de canonicis,de his ſcilicet quæ veniunt ratione beneficij, & nõ ratione perſonæ. Vin. tamen in d.c.ad hæc.dicit,quod conſuetudo non excuſat clericos, quòd omnia bona mobilia acquiſita intuitu eccleſiæ dimittũt in morte ſuis conſanguineis. Quę autẽ acquirit clericus ex confeſſionibus,vel miſsis, vt parochianus eſt, ad eccleſiam pertinent, nec de his poteſt diſponere, ſecũdum Pan.in d.c.cũ in officijs. & Innoc.c. inter.de verb.ſigni.

19 PRAELATVS inducens ſimplici verbo, & blando ſermone teſtatorem ad relinquendum ſibi quæ eccleſię reliquiſſet, ceſſante dolo non tenetur reſtituere,ſecũdum Cyn.ar.in.l. fina. ff.ſi quis ali.te.& Pan.in capitu.1. de pecu.cle.& hoc tene, ſecus ſi doloſè feciſſet.

20 CLERICVS qui rem eccleſię induſtria ſua meliorauit, de tali melioratione non poteſt diſponere. Facit.c. inquitẽdũ.de pec.cle.& ratio eſt,quia ad hoc tenebatur,ſecꝰ quãdo de proprio patrimo.vel de ſuo, melioraſſet.

21 QVANDO aliquid relinquitur clerico habẽti adminiſtrationẽ,preſumitur quod relinquatur intuitue eccleſię, aliter non.Tamen recurrendũ eſt ad coniecturas,vt in c.requiſiſti. de teſt. Et quando clericus non habet hæredes,qui de iure debeant ſuccedere,eccleſia ſuccedit ab inteſtato.12. quæſt. 5.ca.fina. Et ſi habet plures eccleſias, fiet diuiſio per illas. Vide Pan. in d.c. relatum qui dicit, quòd adquiſitum per canonicum intuitu eccleſiæ ſeu præbendæ,non cedit ſucceſſori in prębenda,ſed capitulo ipſius eccleſiæ.

22 QVIA bona ſuperflua clericorum ſunt pauperum, ideò clericus de bonis eccleſiæ poteſt alere parentes, dotare

tare sorores vel filias, secundum Pan. in cap. peruenit. de arbitr. intellige tamen quando egent.

23 CLERICVS habens patrimoniũ, potest illud seruare parentibus, & ipse viuere de bonis ecclesiæ, cui seruit, dũmodo honestè viuat, & hæc communior via est, secundum Inno. in capi. Episcopus de præben. & Panor in d. cap. & Hosti. ibi. Nec obstat dictum ca. vlt. 16. q. 1. quia secũdum Veruet. hoc intelligitur in extrema necessitate pauperum.

24 CLERICVS omnia superflua tenetur erogare pauperibus subpeccato mortali nisi fabrica egeat, vel nisi velit cultũ Dei in ecclesia ampliare, nulla etiam extrema necessitate currente. argu. eorum quæ not. in cap. dudum. el. 2. de elect. & in cap. cum secũdum. de præbend. vide Thom. secunda secundæ. q. 185.

25 CLERICVS cõuertens bona ecclesiç in vsus inhonestos, vt in histriones, meretrices, & in ditãdo parentes nó pauperes, secundũ Veruet. est raptor, & consequenter mortaliter agit, & restituere tenetur ecclesiæ, secundum Panormita. in d. capitu. cum secundum. si habet de patrimonio, vel aliundè. De altari enim viuere debet & non luxuriari. Vide Archidi. flor. in. 2. par. tit. 2. c. §. fi.

26 ACCIPIENTES ab huiusmodi clericis turpiter vt meretrices, histriones. & alij, non causa eleemosynæ in summa necessitate, secundum Ray. & Hosti. tenẽtur restituere. 86. d. c. pasce. Similiter qui acceperũt per fraudes, & minas, &c. Secus quando propter aliam honestam causam acceperunt, Et tenentur restituere ei qui turpiter non dedit, sed timore, vel huiusmodi. Sed si turpiter dedit, restituent ecclesiæ, cui ablatum est, secundum Host. vel dabitur pauperibus illius loci, si vi debitur expedire, secundum glo Ray.

27 CLERICVS dimittens officium sine causa rationabili, secũdum Ioan. Cald. in cap. 1. de celebra. missar. tenetur restituere fructus interim perceptos, quia iste effectualiter non resi. det, & non residens priuatur beneficio, & fructibus. capit. penul. de cleri. non resid. sed Panor. in d. cap. 1. hanc opinionem nimis rigidam esse dicit, ideò opinio Panor. quòd non tenetur restituere, est verior, & magis dictis Sanct. Thom. conformis, qui in quæst. 6. dicit, quod subditi tenentur decimas soluere etiam clerico diuiti, vt in ca. tua nobis. de deci. Ita tenent Innoc. Ioan. Andr. But. in capit. 1. de celebr. miss. Pet. de Pal. Arch. Zaba. Ioan. de Lig. & multi alij. & hoc tene. suprà, Beneficium. §. 69.

28 CLERICVS excommunicatus, quandiu dormit in excõmunicatione & est in mora petendæ absolutionis, non debet habere fructus beneficij. sed sunt alteri assignandi, qui pro eo celebret, vt dicit Bern. & in c. peruenit. de appell. neque recuperabit sibi sublatos, si fuit iustè excommunicatus, secus si iniustè, vt in c. super causas. 2. q. 5. non enim debet habere beneficium, qui non facit seruitium. de appell. c. pastoralis. Si tamen talis non haberet vnde viueret, prouidendum esset ei de bonis ecclesiæ, quia etiam depositis prouidetur. d. 50. c. studeat. ne in opprobrium clericatus mendicare cogatur.

29 PRIVILEGIA clericorũ sunt hæc, vt recitat Card. in cle. 1. de vita & honesta. cleri. Primum non cõuenium tur coram iudice seculari. de fo. compet. cap. si diligenti. Secundum quòd verberans eos, est excommunicatus. c. si quis. 17. q. 4. Tertium, quòd non tenentur præstare onera personalia, vel realia. de immu-eccle. ca. non minus. Quartum, quòd possunt vendicare rem concessam ecclesiæ ante traditionem. c. ex literis. de consu. Quintum, gaudent eodem priuilegio sicut eorum familiæ. 2. q. 1. c. clericum. el. 1. intellige quoad forum, vt dicit glos. in c. eos. 23. d. Sextum, quòd facientes statuta contra eos, sunt excommunicati. c. eos qui. de Immu. eccles. lib. 6. Septimum, quòd soli clerici possunt obtinere beneficium ecclesiasticum. c. ex literis. de transl. suprà beneficium

ſcium.§.18.Octauum, quòd per literas contra laicum impetratas cum generali clauſula,non poteſt conueniri, vt glo.in c. ſedes.de reſcrip. Nonum, quòd non tenentur dare ſportulas. c. cum ab omni.de vi.& hone.cleri. Decimum,quod acquiſita etiam ſub poteſtate patris, ad libitum diſponunt. auth.presbyteros.C.de epiſco. & cle. Vndecimum,quod pro rebus ſuis recuperandis agere poſſunt, ſine patris conſenſu,ſecundum Arc.in c.fi. de iudic.in 6. Duodecimum, quòd pro neceſſitate non poſſunt diſtrahi à patre. C.de patrib.qui fil.di.lib.12.Decimũtertium,quod ſeruus ordinatus à domino ſciente,& non contradicente ,liberatur à dominica ſeruitute.c. ſi ſeruus.54.d. Decimumquartum, quod poſſunt facere collegium.ar.in c.fi.de re.do. Decimumquintum,quòd gaudent priuilegijs militum,quę nõ ſunt contra ſtatutum clericale.Pa. in c.epiſcopus.de pa.

3° CLERICVS qui cum virgine cõtraxit deferens tõſuram, & veſtes clericales. gaudet tantùm duobus primis priuilegijs.c.vno de cle.coni.in6. poteſt etiam vti ſtatutis,& conſuetudinibus laicorum ad ſuum commodum,ſecundum Pa. in ca.fi.de vit.& hon.cle. quæ tamen eos non ligãt in eorum præiudicium.

3¹ SI clericus propter bona eccleſiaſtica eſt obnoxius reſtitutioni, reſtituet de bonis laicalibus ſi habet, vel habere poteſt, vel parciùs conſumendo ea eccleſiaſtica bona,quæ licitè conſumere poterat.

COACTIO.

1 COACTIO,violentia,vis, metus & timor, ſecundum quòd ſunt in humanis,minuunt de voluntario. adeò vt coactio, & violẽtia abſoluta, & ſimpliciter non poſſunt eſſe peccatum,quia in volũtarium omninò cauſant, & peccatum ſemper voluntariũ eſt:ſecundum Tho.prima ſecundę.q. 6 a.5.vnde mulier violenter corrupta non peccat. Violentia autem non ſimpliciter, ſed ſecundum quid quæ dicitur metus,quia non eſt ſine volũtario, non excuſat totaliter à peccato, in his, quæ ſecundum ſe ſunt peccata. c.in ſacris.de ſponſi Quid autẽ ſit motus cadens in conſtantem virum, & quomodo impediat matrimonium, infrà impedimẽtum.§.41. quomodo baptizati coactè,non ſunt baptizati,ſuprà,Baptiſmus.§.70.& eodem modo dic de ordinatis.

2 METVS cadens in conſtantem virum nõ cauſatur ex ſupplicatione regis,vel domini,ſecundum Pan.in ca.fi.qui cleri.vel vouent.Niſi ſit ſolitus tyrannizare,& malè tractare,non obtemperantes ſuis precibus,vt dicit Io. And.in d.c.fi.Nec ſola mariti reuerẽtia,niſi minæ præceſſerint, cauſat talem metum, ſecundum Bart.in l.ad iudicem.C.quod met.cauſ. & Innoc. in cap.cauſam matrimonij. de offic. de legat.

3 METVS perdendi bona temporalia,vel grauem iacturam in eis, vt maiorem partem, quando ſine illis quis non poteſt ſuſtentari, eſt iuſtus metus,ſecundum Panor.in cap. Abbas. eod.titu.

4 CONTRACTVS factus ex iuſto metu, quando in eo requiritur libera voluntas,non tenet, ſecundum Pa. in ca.cum locum.de ſponſ.& cap. olim inter.eod.titu.In alijs autem vbi non requiritur liber conſenſus,non eſt ipſo iure nullus, ſed venit reſcindẽdus, actione quod metus cauſa, vel officio iudicis.

5 AGENS certũ quid metu,& ſequẽti tempore tacẽs,ex taciturnitate non præſumitur conſentire,ſecundũ glo.iuncto text.in c.accedens. de conuer. coniug. niſi interueniat aliquis actus poſitiuus approbatiuus primi actus: Facit c.ad id.de ſpon.

6 METVS leuis,vel tantùm probabilis non excuſat,nec reſcindit, vel annullat,vt not.Pan.in cap. veniens.de ſponſal.el.2. tamen quò ad conſcientiam conſiderandæ eſſent circunſtantiæ rerum,& contractus. Seruiens Deo metu pœnarum tantùm, non meretur beatitudinem, quia nõ adeſt charitas.

COGITATIO.

1 COGITATIO aliquãdo est de veniali peccato, & tunc venialis est, si adsit consensus aliquãdo de mortali perpetrato, vel perpetrando, siue absolute siue conditionaliter; cũ consensu, & tunc est mortalis: etiam si factum, vel fiendum esset impossibile: aliquãdo de re licita absolutè, sed non pro tali statu, vel tempore, vt cũ quis cogitat, & dicit, si non intrassem religionem, non intrarem, &c. tunc non est mortale, nisi esset malè contentus de diuino beneficio: tunc enim credo ipsum mortaliter peccare. Item quãdo cogitat de re mortali cum conditione, vt quando dicit, si non esset peccatum, interficerem talem, accipere concubinam, & huiusmodi, non est mortale peccatum, quia non consentit peccato. Hæc ex Caiet. in sententia in summa. ver. cogitatio.

2 COGITATIO morosa est, quãdo scilicèt quis cogitat de aliquo actu, nõ vt illum faciat, sed vt delectetur de ipso actu cogitato, secundum Tho. pri. ma secundæ. q. 72. a. 8. Et si talis actus sit venialis, talis cogitatio, vel delectatio, erit venialis: si mortalis, erit & delectatio mortale peccatũ. Quia q̃ aliquis consentiat in talem delectationẽ, nihil aliud est quàm consentire in hoc, quòd eius affectio inclinetur in fornicationẽ: quia nullus delectatur nisi in eo, quod est conforme suo appetitui. Consentire ergo in delectationem rei cogitatæ peccati mortalis, vt vers. gra. fornicationis, est mortale peccatum, & dicitur cogitatio, vel delectatio morosa, non propter moram temporalem, sed quia durat vsquequo ratio deliberet, in qua deliberatiõe est aliqua mora.

3 AD hoc autẽ quòd sit morale peccatum, exigitur primò, quòd actus de quo est cogitatio sit mortalis. Secundò, quòd quis aduertat de quo cogitat. Tertiò quòd consentiat in talẽ delectationem approbando, cum deliberata ratione. & plena: nã si incœperit aduertere, & prꝙualeat impetus passionis, non plenè aduertit. Quartò, q̃ positiuè consentiat in illam, quia si dissentit, non est mortale. si verò nõ consentit positiuè, neq; dissentit, tamẽ voluntariè in illa delectatiõe perseverat, conuincitur consentire: quia potest, & debet expellere. Si autem aduertit, & non expellit, credens se esse firmũ, nec dubitans se casurum, non peccat mortaliter. Item si moueatur ad talẽ cogitationem, non ex nouitate, vel mirabilitate rei, sed velex opere malo, vel ex delectatione, mortaliter agit secundum Caiet. ver. delectatio. Consensus verò in delectatione cogitationis vt obiecti, vt cùm quis delectatur non de re cogitata, sed de ipsa cogitatione, non est mortale peccatum, secundum Tho. vbi suprà. Vide in quæstionibus de verita. q. 15. articulo. 4.

4 COGITATIO morosa nõ solùm est in peccato carnis, sed etiam intelligitur de omnibus alijs peccatis, ita quòd consentiens in delectationẽ cogitationis furti, vel homicidij mortaliter peccat eadem ratione. secundum Tho. prima secundæ, suprà ad 5 & de veri. suprà. Differentia tamen est inter delectationem sequentem, ad apprehensionem peccati carnis, & ad alia peccata, quia in apprehensione peccati carnis communiter sequitur subitò delectatio, ita quòd est difficile cogitare de peccato hoc, & non sequatur motus delectationis, & non prætũpat in aliquem actum inordinatum, q̃ in alijs non est sic. Vide diffusiùs infrà, Delectatio. §. 2 & per totum.

COLLVSIO.

COLLVSIO importat inter reũ, & actorem, latentem, & fraudulentam conuentionem, vt cùm quis cum suo aduersario mediante pecunia, vel gratia, paciscitur, vt pro se in causa, vel iudicio permittat sententiari, de col. ca. 1. & 2. est enim hoc manifestè peccatum in vtroque, secundum Caiet. ibi, & mortale, quia vterque fraudi consentit, & contra debitam iustitiam tendit. Sic enim interdum delicta impunita remanent, aut de nouo patrantur, secundum Hosti. in summa.

COLVM.

COLVMBARIVM.

Columbaria, vt vulgò, dicitur, & columbi, ſecundum Archi. Flori. 2. parte, titulo ſecundo, cap. 1. poſt Petrum de Palud. cùm bona conſcientia non poſſunt teneri, niſi ſufficienter paſcantur, ne inferant damna ſeminibus, vel fructibus, quando tenens non habet tantum territorium circumcirca. quòd in eo veriſimiliter paſcantur. Caietan. ibi dicit, quòd habere huiuſmodi columbaria contra ſtatuta municipalia diſponentia, quòd qui vult tenere columbarium habeat tantam terræ quantitatem, vel vbi ſtatutum nullum eſt, contra querelas eorum, qui damnificantur, peccatum eſt, niſi ex conſuetudine, vel præſcriptione legitima ius hoc habeat. Et ſi notabile damnum inferant alteri, non excuſantur à mortali. Credo tamen licitum eſſe columbaria habere, vbi eſt conſuetudo, & ſtatuta non prohibent, & vbi patronus habet magnum terræ circuitum, vbi paſci poſſunt, quia ſi non eſſent columbaria, eſſent columbi etiam vagantes, ſicut ſunt nûc, & ſunt aliæ aues, vt anſeres, grues & huiuſmodi, quæ agros eodem modo vaſtant, ſic & colûbi facerent, ſicut in aliquibus locis vbi non ſunt columbaria, & tamen in magnis turmis volant columbi, itaque non credo tales tenentes columbaria, etiam quòd non habeant tantam terræ quantitatem, de mortali eſſe damnandos, cum etiam ab eccleſia, & principibus tolerentur. Nihilominùs patroni, tempore quo poſſunt damnificare agros, benefacerent ſi paſcerent eos, & clauderent. Non tamen credo eos ad hoc teneri, quia non ſunt animalia domeſtica, ſicut gallinæ, cum poſſint capi, & interfici vbicunque reperiantur. Hæc ſunt quæ iudicio meo & rationabiliter videntur tenenda. Non eſt ergo præcipitanda ſententia de mortali.

COMMENDA.

1 COMMENDA eſt duplex, ſcilicet eccleſiæ curatę, & nõ curarę, & duplici ex cauſa eccleſia conſueuit commendari rationabiliter. Primò ad vtilitatem eccleſiæ commendatæ. Secundò ad honeſtam ſubuentionem commendatarij, quia licèt c. nemo. de electi. libr. 6. dicat quòd non fiat niſi ex euidenti neceſſitate ipſius eccleſiæ, tamen loquitur de curata. Quomodò autem fienda ſit commenda eccleſiæ curatæ, vel parochialis, vide in d. ca. nemo. Vbi dicitur quòd non cõmendetur niſi conſtituto in ætate legitima, &c.

2 COMMENDATARIVS talis eccleſiæ curatę, non eſt prælatus, ſed curator, ſecundum Ioan. Andr. habet tamẽ legitimam adminiſtrationem 22. q. 1. cap. relatio. quando debitè fit, nec de iure facit fructus ſuos. ſecundum eundum Io. Andr. & Bart. quia cuſtos eſt: & ius in eccleſia non habet in fructibus, niſi ad colligendem. gubernandam, & prouidendum, ſibi, & miniſtris, reſiduum conuertendum in eccleſiæ vtilitatem. ſicut de viſitatore, vt in cap. obitum. d. 16. & hoc tenet Hoſtien. licèt de facto contrarium fiat, quia eccleſiæ commendatæ funditus ruunt.

3 DE beneficio non curato licèt ſubuenire clerico ſi indiget, ad neceſſitatem, aut decentiam. Vnde ſi abbatia habet ſuperflua, & aliqnis cardinalis, vel epiſcopus, vel alius clericus indigeat, poteſt fieri hæc commenda: & maximè quando non poſſunt inueniri regulares monachi, numero pari redditibus. Et eo caſu ſecundum Panor. in ca. de monachis. de præhend. tenentur commendatarij eccleſias in ſolito ſtatu conſeruare, & de ſuperfluo poſſunt ſibi prouidere ad neceſſitatem, & decentiam ſui ſtatus. Contingit tamen circa hoc mortaliter peccare. Primò ſi in veritate non indigent, ſed ſolùm ad pompam, vel ad ſuam concupiſcentiam, vel auaritiam, hoc faciunt, quia ſanguinem paupertum ſibi vſurpant. Secundò, ſi notabiliter cultum diuinum minuunt, vt ſi ibi, 20. conſueuerant officiare, & propter hoc vix 10. officiant ex auaritia eorum, ſic enim honorem Dei lædunt, & dam-

& damnũ defunctis iniustè inferũt. Tertiò, si ducti auaritia opponunt se reformationi dictarum abbatiarum eadem ratione. Quartò, fortè propter scandalum secularium, ob hoc blasphemantium, & tepescentium in fide prout in diebus nostris fieri videmus, ita vt quod ad necessitatem concessum erat, ad luxuriam, & in scandalum fiat. Talis namque commenda est, ac si oues lupo quis commendet. Videant igitur hi, quomodo absolui queant.

COMMISSIO.

1 COMMISSIO facta alicui per Papã, expresso dignitatis nomine, & facta mentione quòd residet in alio loco, operatur quod talis possit cognoscere in loco residentiæ, secundum Io. Andr. in ca. exhibita. de rer. permu. Si autem de residentia non fiat mentio, tunc commissio intelligitur facta in loco dignitatis expressæ, nec vltra illã diœcesin poterit cognoscere de illa. c. statutum. §. in nullo. de rescript. in 6. & quod ibi no.

2 QVANDO eligitur industria personæ, quod fit, quãdo nominatur persona, tunc non potest committere: secus quando eligitur industria, & nominatur dignitas: puta dicendo. priores, vel prælati. c. fi. de offi. ord. & c. is cui. de offic. de leg. in 6.

3 COMMISSIO Papæ siue rescriptum, debet interpretari secundũ ius commune, & conformari æquitati secundum iustitiam, & saluo iure alterius, etiam si materia verborum nõ patiatur, nisi expressè hoc exprimat, vt dicendo non obstante, &c. vel ex certa scientia, vel similia, secundum Feder. in c. causam. de reseri. §. interpretatio. Et licèt priuilegij verba debeant aliquid operari, intelligitur tamen si ius hoc patiatur, nec præsumitur derogare, nisi exprimat.

COMMODATVM.

1 COMMODATI contractus, est alicuius rei ad aliquem specialem vsum gratuita facta concessio, secundum gl. in c. vni. de com. & Host. Nã si gratis non fieret, sed merces pecuniæ intercueniret, vel rei alterius gratia fieret, non posset dici commodatũ, sed locatio, vel aliquid aliud.

2 RES mobiles, & immobiles, quæ vsu non consumuntur, locari possunt & finito tempore. Et si ante tempus reuocantur, tenetur reuocãs de damno. in d. c. vnic. ff. commo. l. in rebus. nisi commodans damnum simile erat passurus, & commodatarius non poterat sibi aliunde prouidere, in conscientia non tenetur si reuocat, secus si poterat à principio sibi aliter prouidere quia tenetur.

3 QVICVNQVE potest cõtrahere potest commodare. ar. in l. Iulianus. ff. de ac empt. & vend. & est de iure naturali, vt res cõmodata restituatur. c. ius autẽ naturale. d. 1. & dominũ rei non transit in recipientẽ, secundũ gl. in d. c. vni. nec cõmodatarius tenetur domino de re cõmodata, si perit sine eius culpa, vt in d. c. vni. quia res si perit, perit illi cuius est. Nec etiã si deterioretur vtendo ad illũ vsum, ad quẽ accepit, & sine culpa. ff. cõm. l. eũ qui rẽ. nec potest retineri ratione recõpensationis, prætextu alicuius debiti etiã liquidi. l. vlt. ff. co. quãuis. Pa. contrariũ teneat. c. bona fides. de depo. & gl. in d. l. fi, vbi scilicet debitum est liquidum. Et si commodatarius facit aliquam expensam notabilem necessariam, vt in medicinis, potest repetere à domino, nisi hoc sit ex eius culpa: secus si expensa est modica. ff. co. l. in rebus §. possunt.

4 SI commodatarius non potuit vti re commodata infra præfixum tempus, etiam sine culpa sua, non poterit vltra illud tẽpus vti sine licentia commodantis, secũdum Panorm. in di. c. vnico.

5 COMMODANS alicui rem vitiosam scienter, & nõ dicẽs ei vitium, tenetur de damno secuto propter hoc cõmodatario, secundum glos. in d. ca. vnico. non autem si dixit vitium, vel ignoranter fecit in d. l. in rebus.

6 SI commodator rem æstimari fecit nil aliud dicens, non propter hoc tollitur, quin si pereat, domino pereat, sed

sed certificatur de precio, si ex culpa accipientis periret', secundum Panor. & Ioan. Andr. in d.c. vnico: quia pactum generale non obligat ad casus fortuitos. suprà, Casus fortuitus. §. 4.

7 COMMODATARIVS nó tenetur de casu fortuito, nisi in trib⁹ casib⁹ Primò, si culpa sua accidit. Secũdo, si interuenit pactum, quia commodans non vult stare sub aliquo casu fortuito. Tertiò, si fuit in mora restituendi, vt in d. capit. vnico. Aduerte tamen, quòd in conscientia, si eodem modo apud dominum erat peritura res, non tenetur, nisi de interesse, quòd dominus passus est propter rei suæ absentiam. suprà casus fortuitus. §. 3.

8 RECIPIENS rem commodatã, si recipit gratia sui tantũ, vt communiter accepit, si res deterioretur, vel pereat, tenetur de dolo & culpa lata, leui, & leuissima, in dict. capit. vnico. quia in talibus debuit adhibere talem curam, qualẽ & in rebus suis, nec hoc sufficit si res potuit diligentius custodiri. ff. de actio. & obligat. l. 1. de casu autem fortuito, quam etiam diligens, & fidelis homo præuidere nõ potuit, non tenetur, vt est dictum suprà, §. 7. Si verò recipit gratia dantis tantùm, vt si cõmodaui tibi vestes pulchras, vt ornatior ad me venires, ad me honorandum, recipiens tenetur de dolo tantùm. l. si vt certo. ff. eod. Hosti verò addit, quòd etiam tenetur de lata culpa, & hoc tene, quia lata culpa æquiparatur dolo. l. quòd Nerua ff. depositi, vbi dicitur, quòd lata culpa est, si minor cura alienis rebus adhibeatur, quàm proprijs. Si verò recepit gratia vtriusq;, tenetur de dolo, & de culpa lata, & leui, sed non leuissima, secundũ glos. in dict. l. si vt certo. §. interdum. & Hosti. notat autem Panor. in dict. cap. vnico, hoc non esse speciale in commodato. sed generale in omnibus contractibus. ff. de regul. iur. l. cõtractus. Fallit tamen in præcario, vbi quis nõ tenetur nisi de dolo, quia præcarium potest semper reuocari, nõ autem commodatum.

9 SI commodatarius rem cõmodatam per nuntium remisit idoneum, & casu fortuito res perit, non tenetur commodatarius: in l. argentum. ff. cõmoda. & ibi glo. Bart. in l. eum qui. ff. eod. & idem de deposito, vt in ca. significare. de pignor. secus quando nuntius non est idoneus, secundum Bart. suprà & ex culpa nuntij perijt. Si etiam fuit infidelis, & tamen reputabatur fidelis communiter, non tenebitur, quia non fuit in culpa. in d. l. argentum.

10 SI commodatarius vtitur re commodata ad alium vsum, quàm acceperit, contra voluntatem domini, furtum committit, contractando rem alienam inuito domino, & si esset de re importanti, mortaliter peccaret, vt si ex hoc multũ dominus rei dãnificaretur. & tenetur de damno. Et si res pereat, vel dãnificetur, tenetur: vt in d. l. si vt certo. & ff. de fur. l. qui iumenta. Secus quando existimabat dominum fore contentum, & habebat verã causam hoc æstimandi, quia non tenebitur. l. qui re. ff. de furt. suprà, Casus fortuitus. §. 2.

11 COMMODATARIVS qui nõ potest saluare res proprias, & accommodatas, potest præferre suas, etiam viliores, accommodatis pretiosioribus. quando accommodatum fuit factum gratia accommodantis. in d. l. si vt certo. ff. eo. Si res erant eiusdẽ pretiositatis, & commodatum fuit factum gratia recipientis, non potest præferre suas l. in rebus. ff. cod. Si est factum gratia vtriusque, potest cæteris paribus suas præponere, quia plus sua, quam aliena diligere debet. Quando verò sit tantùm gratia commodatarij, potest præponere res suas digniores: alijs minus dignis accommodatis, quia quilibet diligens, & diligentissimus, hoc faceret, & ipse recipiens ad plus non tenetur: vt suprà dictum est.

12 AN commodatarius allegans res perditas teneatur probare, vide Pan. in c. bona fides. de depo. & Bart. in l. si quis ex argentarijs. ff. de eden. quomodo antẽ probabit: dic quòd si sunt casus

casus aperti: vt incendiū, bellum, tempestas, &c. apertè probabitur. Si verò casus sunt occulti, probabitur per coniecturas, habito respectu ad qualitatē personæ, & similium. Si verò ex aduerso, dolus, vel culpa allegetur, probabitur ex casu non facili sine culpa. Vide Sil. ibi. in fi.

COMPENSATIO.

1 COMPENSATIO importat debiti & crediti inter se contributionē. l. 1. ff. de compēsa. quę admittitur in omnibus, quæ in suo genere recipiunt functionem, id est, quādo vna res potest fungi vice alterius, sicut sunt ea, quæ consistunt in numero, pondere, & mensura. secūdum Pa. in c. bona fides. de depos. In alijs autem cessat compensatio. Et requiritur debitū esse liquidum: vt in l. fin. C. de compen.

2 AN quis æquualens retinere possit si ad manus eius venit, vel accipere, quando suū habere non potest. infrà, Furtum. §. 5. Vide Inno. in c. cū olim causam de resti. spo. & in c. dominus. 23. q. 2. In deposito tamen non potest fieri compensatio: vt suprà, Commodatum. §. 3.

COMPOSITIO.

COMPOSITIO amicabilis potest interuenire etiam in spiritualibus contractibus: vt dicit glos. in c. statuimus. de trāsac. & c. nuper. de decim. ita tn, quod nullum temporale pro spirituali detur, quia simoniacū esset. Si fiat compositio inter cleticos super decimis in futurum soluēdis, nō excedet vitam transigētium. c. veniens. de trāsact. & potest fieri etiam sine authoritate superioris.

COMPROMISSIO.

COMPROMITTERE potest res quilibet quas potest alienare, seu liberè disponere: quas autē sine solēnitate nō potest disponere, etiā sine tali solēnitate de illis non potest compromittere. Facit c. cum tempore. de arbit. & Pa. ibidem. Vide in ver. Arbiter. § 13. 14. Vnde prælati possunt de fructibus beneficiorum compromittere, sicut liberè disponere. vt not. Host. in sum.

COMMVNIO.

1 COMMVNIO quia sacramentū Eucharistiæ sumitur, ex parte sumentis quatuor requirit. Primò, vt præmissa diligenti examinatione, & contritione, credat se mundum à peccato mortali. Et sine peccati mortalis cogniti contritione communicans, mortaliter peccat, quia indignè sumit & sic reus corporis, & sanguinis Christi, secundum Apostolum, efficitur. Sine confessione autem, si rationabilis causa est non confitendi, excusatur communicans, quia præceptum de confessione præmittenda communioni non est de iure diuino, nec positiuo, cùm nullibi inueniatur, nisi semel in anno. Si autem commoditas confitendi adest, & habens conscientiam peccati mortalis, differre vult confessionem & communicare cum alijs, vel celebrare, peccare videtur valde grauiter, quia minus dignè voluntarius accedit, circa tamen mortale, propter rationem tactam: secundum Caiet. ibi. Alij autem videntur tenere oppositum quasi omnes, & præcipuè Thom. 4. sent. distinct. 17. q. 3. a. 1. q. l. 4. & hæc opinio est secunrior.

2 SECVNDO, requiritur quòd cōmunicans sit ieiunus, ieiunio non ecclesiæ tantū, sed naturæ, videlicet, quòd à media nocte nihil sumpserit per modum cibi, vel potus. & ab omnibus, quæ per os sumuntur, etiam medicinalibus, ita quòd scienter, & aduertenter, non ieiunus, hoc modo communicans (excepto mortis articulo) mortaliter peccat, vt communiter tenetur: secundum Caiet. ibi. & in c. liquidò. de consec. dist. 2.

3. TERTIO, requiritur tempus. In Pascha omnes tenentur communionem sumere: vt in c. omnis. de pœn. & re. per octo dies ante, & per octo post secundum determinationem Euge. 4. aliter mortaliter peccant, nisi rationabiliter differatur de consilio sacerdotis. Requiritur & debita ætas in communicāte: vt in d. c. omnis. videlicet anni discretionis, quæ tamen di-

cretio maior videtur debere esse in communione, quàm in confessione. Et quia cõsuetudo est optima legum interpres, ideo cum sit consuetum, quòd pueri, vel puellæ non cõmunicant, nisi quando parentes eorum ad hoc illos inducũt, vel cõfessores, ideo etiam quando ad annos discretionis peruenerint, & nõ cõmunicant, quia eorum parentes tardant ob maiorem reuerentiam communionis, non peccant, & parentes etiam excusantur à violatione præcepti: secundum Caieta.

4 IN mortis etiam articulo tenetur homo communicare, quia sic habet vsus ecclesiæ: & dimittens peccat quidem, non tamen dimittens ob negligentiam videtur mortaliter peccare, quia viaticũ vt sic, non est sacramentum necessitatis, dummodò communicauerit quis in Paschate: secundum Caie. ibi, contemptúsque absit.

5 QVARTO, requiritur reuerentia, & deuotio, ita quòd pollutus in nocte, & qui rem habuit etiam matrimonialem, illo die cõmunionem sumere non deberet, nisi ex rationabili causa: tamen si est contritus, & communicet, dummodò absit contemptus, non peccat mortaliter, sed venialiter tantùm, quia debitam reuerentiam omnimodam non adhibet tanto sacramento. Tamen quando ex reuerentia dimittit cessante scandalo, bene facit, quia hoc sacramentum requirit actualem deuotionem. Posset etiam tantam habere contritionem, & deuotionem, quòd communicando mereretur, etiam sine necessitate celebrando, quia nulla est ecclesiæ prohibitio. Caiet. infrà, Pollutio. §. 2.

6 QVI non cõmunicauit in Paschate ex negligentia, vel quia noluit, licèt mortaliter peccauerit, non tamen tenetur de præcepto communicare ante aliud Pascha, quãuis sit hortandus, quòd communicet. Qui verò distulit de consilio proprij sacerdotis, vel ex alia causa legitima, tenetur, quia talis adhuc potest implere præceptum: secundum Ar. Flo. 2. par. tit. 9 c. 9. §. 4.

7 SACERDOS celebrans debet sub præcepto sub vtraque specie se cõmunicare. de con. d. 2. c. perlatum. nisi in die Parasceues, quia tunc non consecrat, tamen quando ipse celebrat, & consecrat. debet in vtraque specie sumere. Tho. 4. sent. d. 12. aliter esset sacri legij reus. dè conse. distinct. 2. capi. cõperimus.

8 NON licet sacerdoti extra missam seipsum communicare regulariter tamen Caieta. dicit se credere, quòd in necessitatis articulo: vt cum peste laborat, si quis deferret sibi corpus Christi, posset seipsum communicare.

9 COMMVNICANS aliquẽ vbi nõ est consuetudo sub vtraq; specie, mortaliter peccat: secundum Caietan. ibi, propter præsumptionem. Similiter si cõmunicat indignos, vt pueros, ante annos discretionis, natos amentes, excommunicatos, interdictos, publicos peccatores, & publicas meretrices, lenones, & huiusmodi, si scienter hoc facit, si dat communionem in loco interdicto contra prohibitionem ecclesiæ. Caiet. ibi.

10 QVANDOCVNQVE. vbicũq; & quibuscunq; potest dari sacramentum pœnitẽtiæ, potest etiã dari, si est in mortis articulo, viaticum, quia pro eodem computat ius. de pœn. & re. c. quod in te. tamen prius debet prouideri scãdalo: vt scilicet publicetur peccatum remissum, & ab excommunicatione absolutum, & huiusmodi: secundùm Caiet. ibi.

11 COMMVNICARE etiã eos, qui irreuerentiam exhiberẽt sacramento huic, vt sunt phrenetici, expuentes, & huiusmodi, scienter mortaliter peccatur: secundùm Caie. ibi. Similiter peccato negligentiæ inuoluuntur, qui infirmis viaticum ministrare negligũt; secundum eundem.

12 SI hostia appareat caro, vel sanguis, non debet sumi ab eo, cui sic apparet: secundum Tho. 3. parte. q. 82. a. 4. nec propter hoc sacerdos efficitur legis transgressor. Consulendum tamen esset sacerdoti: vt iteratò corpus, & sanguinem consecraret, & sumeret:

meret: secundùm Tho. ibi. ex quo apparet, quod non tenetur ex præcepto. Idem dic de sanguine, & si perseuerat in tali specie, ponendum est cum reliquis: secundùm Thom. 4. sen. dist. 10. ar. 4.

13 MONACHI tenentur omni mense sumere cõmunionem, sicut seculares omni anno. tex. in clementi. 1. de stat. mon. §. sane. Ibi etiã glos. Videtur etiam hoc ad cæteros religiosos pertinere. quia gloss. dicit hoc satis honestum esse: vt dilatetur ad alios religiosos. Idem Pa. in d c. omnis. Credo tamen, quòd sit religionis seruãda consuetudo cuiuscunque.

14 SACERDOS non legitimè impeditus, tenetur celebrare saltem in præcipuis festis, in quibus fideles deuoti celebrare cõsueuerunt, Tho. in 3. par. q. 82. a. vl. & 4. sen. d. 13. q. 3. ar. 2. ql. 1. nisi ex instinctu Spiritus sancti quis abstineret. Et Pet. de Palu. in 4. sen. d. eadem. hoc idem dicit, & in c dolentes. de cele. miss. reprehenduntur, qui vix quater in anno celebrant, an autem mortaliter peccent, nolo sententiam præcipitare, tamen rationes S. Tho. vbi suprà, videntur fortes.

15 NON debet quis pluries in die se cõmunicare: secundum Tho. 4. sen. di. 12. q. 3. a. 1. ql. vltì. sacerdos tamẽ, qui non solùm pro se, sed etiam pro alijs celebrat, necessitate cogente, potest in vno die pluries celebrare. cõcordat Pet. de Pa. 4. sent. de ea. q. 1. infrà, Missa. §. 25.

16 COMMVNICANS in peccato mortali sine contritione, mortaliter peccat: secũdum Tho. 3. par. q. 80. a. 4. & incurrit sacrilegium, tanquam violator sacramẽti. intellige si scienter cũ conscientia mortalis peccati hoc facit. Similiter si habet mortale, & negligentia discutiendi conscientiam non recordatur de illo, peccat mortaliter, quia huiusmodi omissio videtur voluntaria, ex quo non fecit, quod debuit facere probãdo se ipsum: vt dicit Apostolus. Veniale autem peccatum non impedit, quia non aufert charitatem.

17 IMMVNDITIA corporalis, siue sit perpetua, siue ad tempus, de necessitate non impedit communionem, in lege noua, nisi propter aliquod periculum irreuerentiæ circa sacramentum, vel ob scandalum. in capitul. tua nos. de cleri. ægro. Prohibetur ne publicè celebret, propter horrorem tamen in secreto potest celebrare propter deuotionem, nisi adeò esset corruptus, quòd ministerium sine periculo explere non posset. Leprosos tamen ad sacerdotium promouere non decet. ex Sanct. Tho. 4. sent. dist. 9. q. 4. ql. vlt.

18 INFIRMVS semel pro viatico cõmunicatus, si superuiuat, potest iterũ communicari pro viatico, etiam non ieiunus, imminente casu: vt credit Tab. & rationabiliter, quia potest contingere, quòd hoc tempore intermedio mortaliter peccauerit, & velit iterum Christo incorporari per desiderium ad Eucharistiam, & sumptionem, si potest. Ex deuotione etiã ieiunus pluries potest communicare in eadem infirmitate.

19 CAPITVLVM sacra. de cõse. di. 1. in quo dicitur, quòd communio possit sumi in die cœnæ post alios cibos, est abrogatum per contrariam cõsuetudinem: secundùm Tho. 4. sent. d. 8. q. 2. a. 4. ql. 1. ad. 1.

20 POST cõmunionem potest quis statim comedere, nec obstat. c. si mane. de conse. di. 2. quia est abrogatum. & secundùm Tho. loquitur de tẽpore, quãdo raro celebrabatur antiquitus.

21 Ad sacerdotem pertinet dispensatio huius sacramenti. Tho. 3. part. q. 82. a. 3. ideo diaconus non potest cõmunionem dare, nisi in necessitatis articulo, & de licentia Episcopi, vel presbyteri: vt in d. 93. capit. præsente. illis autem absentibus, potest sine licentia: vt in capit. diacon. eadem d. aliter oportet esse sacerdotem. capit. peruenit de conse. dist. 2. & curatum. vel de eius licentia: vt in clement. religiosi. de priuileg. & communicans alienum parochianum, peccat violando ius, nisi hoc faciat sub rati habi-

tione, secundùm Caiet. ibi & si esset religiosus, esset excommunicatus: infra, Excommunicatio. 49.

22 COMMVNIO ab hæreticis, excõmunicatis, publicis concubinarijs, & huiusmodi, sumi nõ debet. supra. Clericus. §. 13. & 14.

23 SI peccator occultus petat cõmunionem à sacerdote illius peccati conscio: & est proprius sacerdos: & in publico petat, non potest ei negare, secundum Tho. 3. par. q. 80. a. 6. potest tamen ipsum secretè monere ne communicet, vel dicendo publicè in generali, Caueatis fratres, ne in mortali communicetis, vel simile. Secus quando peccatum est publicum, quia tunc debet degenerare, secundum Tho. supra.

24 IDEM dicas de suspectis suspitione violenta, & fama publica, sicut de publicis peccatoribus, quando petũt communionem, secundum Thom. in 4. sen. suprà. & illud c. sæpè contingit. 2. q. 5. in quo dicitur, quòd detur ad experimentum, est abrogatum. Secus de suspectis leuiter, & vehemẽter.

25 Amentibus qui nunquam deuotionem ad hoc sacramentum habuerunt, non debet dari, qui verò habuerunt aliquando vsum rationis, & fidem ad hoc sacramentum, & superueuit amentia, si petunt, dari debet, nisi timeatur periculum de vomitu, vel aliqua alia irreuerentia, vt in eis qui. in 26. q. 6. & Tho. in 4. suprà. & dæmoniacis eodem modo debet dari, nisi constet eos ob mortale torqueri, secundum Dio. & Thom. vbi suprà. Non baptizatis minimè dandum est.

26 NVNQVAM debet dari hostia non consecrata pro consecrata, etiam indigno, quia in sacramento veritatis, nulla debet esse fictio, secundùm Tho. suprà. & c. de homine. de cele. missarum. & secundum Angel. quia daretur occasio idolatrandi.

27 OMNIBVS peccatoribus verè pœnitentibus, & cõfitentibus peccata sua in mortis articulo, etiam suspendendis, est danda communio impetunt, nec eis negatur sepultura, nisi in iure specificè negetur, & missa pro eis est dicenda. c. 1. 26. q. 7. sicut hæretico relapso datur. c. super. de hære. li. 6. & etiam excommunicato pœnitenti, infrà, Eucharistia, vide de materia huius sacramenti, per totum.

28 VOLENS cõmunicare dum iam est missa, & recordatur de aliquo mortali nõ confesso, & pro tunc non habet copiam cõfessoris, & nõ potest cõmodè. vel sine admiratione differre communionem, si est contritus, potest communicare, & postmodùm confiteri. Idem de sacerdote, qui non habet copiam confessoris, & oportet celebrare, vel quia tenetur, vel quia sic consueuit, vel quia non celebrando esset admiratio, sufficit contritio. Imò secundùm Ar. flo. post Pet. de pa. imminente communione Paschali, & aliquis vult communicare, & habet casum reseruatum superiori, ad quem non potest pro tunc accedere, potest communicare contritus, vel ratione scandali, vel infamiæ. Et addit Richar. vnum in 4. senten. distin. 9. quòd si quis de propin. quo aliquem sacerdotem expectaret, cum quo deuotius confiteretur, contritus posset communionem accipere. de hoc. §. j. supradictum est, sequendo viam Caie. Tales tamen si haberent aliquam sententiam excõmunicationis, vel huiusmodi, etiam iniustam, debent abstinere. In huiusmodi enim contritio non sufficeret. Neque pugnantibus in duello debet dari. in c. monomachiã. 2 q. 5. in glos. Reliqua vide in ver. Eucharistia. Sit igisur diligens sacerdos in ministrando communionem.

CONCEDERE.

1 CONCEDERE simpliciter, idẽ est quod donare, secundum Pan. de excep. c. cùm venerabilis. nisi ex circunstantijs contrarium appareat, vt cùm quis dicit, cõmoda mihi equum tuum, & alius dicit, concedo, vel alia subsit coniectura, non transfertur dominium, sed vsus. 16. q. 1. c. possessiones. Verba ergo præcedentia, & subsequentia,

sequentia, insinuant an transferatur dominium, vel ne. Si dicas, concedo causa mortis, restringitur vt non sit de præsenti, secundùm Pa. suprà.

2 IN generali concessione veniunt accidentalia, vel solénia consueta exprimi, secundùm Felin. in c. M. ferra. de consti. & vno commissò, censentur omnia commissa, sine quibus illud expediri non potest vllo modo, secundùm eundem Feli.

3 Concessò consequenti non conceditur antecedens, quando antecedens per se stare potest. Et concessio facta ecclesiæ censetur realis, Feli suprà.

4 CONCESSVM de iure communi, intelligitur quod nō est prohibitum, c. qui spiritualem. 30. q. 4. quomodo intelligatur, vide gloss. c. inter corporalia. ver. non inuenitur.

5 CONCESSVM propter necessitatem, vltra necessitatem non extenditur. Pan. in c. deus qui. de vi. & hon. cler. causa enim limitata effectum limitatum producit ar. in d. c. deus. in versi. quantum ad hoc spectat.

6 CONCESSVM ex gratia speciali, ab alijs nō debet trahi in exemplum. de priuil. c. sane. An per Papam cōcessa ipso mortuo expirent, infrà, Gratia. §. 4.

7 IN concessione generali non veniunt ea, quæ quis non esset in specie verisimiliter concessurus, de reg. iur. l. 6. c. in generali. vt si concedatur alicui omnis authoritas faciendi quicquid ipse posset, non tamen conceditur vt possit pro eo matrimoniū contrahere, nisi exprimatur.

CONCILIVM.

1 CONCILIVM generale authoritate solius Papæ cōgregari potest, aliter est synagoga Satanæ, vt d. 17. per totū. & secūdum Thom. 3. ij. q. 1. a. 10. & eius statuta omnes astringūt. Et sec. Pa. in c. significasti. de elec. concilium non potest, statuendo prefigere legem Papæ, quia nemo potest primam sedem iudicare. in c. nemo. 9. quæstio. 3. & c. aliorum. & per hoc c. dicit Io. An. quòd sententiæ Papæ standum est, quando contradicit sententiæ totius concilij, & quòd solus Papa potest interpretari statuta concilij, tollere, & limitare, vt in c. statutum. de reseri. l. 6 intellige tamen secundùm Pa. in his, quæ dependent à plena dispositione Papæ, vt in his, quæ sunt iuris positiui, cum sit caput ecclesiæ, sed in his, quæ non dependent à plena potestate Papæ, non est simpliciter. suprà, Concilium. Vnde in concernentibus fidem, consilium est super Papam, & in his non potest contra concilium disponere. Vide c. Anastasius. cum gloss. d. 19. vnde concilium Papam de hæresi potest condemnare. c. si Papa. d. 40. Et in hoc est eius iudex, secundum doct. in c. in fidei fauorem. de hæreti. l. 6. In concernentibus etiam vniuersalem statū ecclesiæ, non potest Papa disponere contra statutum generalis concilij, si statuendo decoloraretur status ipsius ecclesiæ. c. & si illa. 1. q. 7. & Inno. in c. quanto. de consue. Pe. autem de And. dicit. Papam posse tollere hoc, vel illud statutum iuris positiui, sed non omnia simul, quia hoc esset vniuersalem ecclesiæ statum destruere.

2 IN concilio, circa ea quæ sunt fidei, sententia Papæ vel alterius melius sentientis, cæteris est præferenda, secundùm eundem Pa. quia concilium aliquando potest errare, sicut de facto errauit circa matrimonium interruptum, & rapram, & sententia Hiero. prævaluit. 36. q. 2. c. tua. & c. placuit. Cai. in secūda secundæ. q. 1. ar. 10. dicit quòd Papa vt singularis persona potest errare in fide, vt Papa tamen iudicando, & diffiniendo quid tenendum sit ab ecclesia de fide, errare non potest, quia dicitur Matthæi vl. Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Et Papa iudicialiter determinante, & diffinitiuè aliquid esse hæreticum, & pro hæretico tenendum, omnes tenentur acceptare, & qui oppositum pertinaciter teneret, esset hæreticus.

3 CONCILIVM in spectantibus ad fidem, & mores, errare nō potest per seueranter, sicut nec ecclesia, secund.

Thom.quol.9. a.16. quia dicit idem Tho.secunda secundæ quæst. 5. a 4. quod doctrinæ ecclesiæ inhærere oportet, sicut infallibili regulæ, quæ doctrina non est alia, quam concilij. Vide Caie.secunda secundæ. q. 2.a.1. ad 3.dubium.

4 SI concilium,& Papa discreparent de fide,& Papa videretur habere meliores rationes, non propter meliores rationes standū est sententiæ Papæ, sed quia est caput ecclesiæ,habens authoritatem determinādi ea, quæ sunt fidei,aliter oporteret esse aliquem iudicem determinantem, quæ essent meliores rationes,secundum Thom. de po.quæst.10.a. 4.& Ioan. de Tur. Crema.

5 NON potest esse controuersia inter Papam vt Papa,& concilium de fide, aut moribus perseueranter, secundum Tho.secunda secundæ. q.1.arg. 10.quia neutra pars potest errare,si tamen erret in fide vt singularis persona,desinit esse Papa,& caput ecclesiæ, quo ad Deum,licèt non quo ad ecclesiam,quousque deponatur per iudicium:similiter si errent in moribus perseueranter.

6 SICVT pro hæresi,nō ita pro quolibet peccato notorio, etiam si esset incorrigibilis, & scandalizaret ecclesiam à concilio Papa iudicari potest, licèt Pa. inducat glossi in ca. si Papa. d.40.dicentem,quod sic, & multum eam approbat.Sed Pe. de pa.dicit dictam glossi,non esse veram, nec illam pertinaciam dicit esse hæresim, sed de crimine schismatis, quod secundùm Ar. flo.oritur post electionem, non veri, & indubitati pastoris, sed cùm probabiliter dubitatur, an electio fuerit canonica,an violenta, vel huiusmodi, sicut fuit electio Vrbani 6.prout fuit statutum in concilio Cōstan.1417.

7 CONCILIVM generale debet fieri de mādato Papæ ipso interueniēte, vel alio,de eius mandato.d.17. c.1.& 2.& Thom.de po.q.4.a.4.ad.13. nisi Papa esset hæreticus. Si autem esset diffamatus veheméter de hęresi apud graues,& nollet se corrigere,vel purgare,aut congregare concilium, iam hoc ad cardinales spectaret,ad inquirendum contra Papam authoritate diuini iuris,secundùm Io. de tur.cre. vel ad alios prælatos cardinalibus negligentibus.idem dic, quando aliter graui scandalo ecclesię prouideri non posset,& Papa nollet congregare concilium,quia eo casu esset de hæresi suspectus ex ca.error.dist.83. Alij casus sunt,de quibus vide Sil.ibi. §. 4. circa finem.

8 A Papa ad concilium appellari non potest, quia Papa confirmat, & sententiat concilium,& est eo maior,vt dictum est, & appellatio non fit nisi ad maiorem. Imò hoc asserere hæreticum esset,quia hoc esset auferre privilegium traditum à Christo ecclesiæ Romanæ,quod est hæreticum, vt in c.omnes.d.22. vide Caie.secunda secundę.q,1.a.10. Si vis videre concilia facta,vide d.15.& Tab.ver.concilium.§.4.vsque ad 12. de cōcilijs prouincialibus, vide Sil.circa finem ibi. Hæc non multum faciunt confessoribus. Concilia quatuor generalia principalia sunt,Nicenum, Constantinopolitanum,Ephesinum, & Chalcedonense.15. d.sicut.quæ ecclesia veneratur.cap. post translationem. de renun.§.1.

CONCVBINA.

CONCVBINA quandoque dicitur,quæ coniugali, & mutuo affectu ascisitur à viro,legalibus cessantibus instrumētis,siue quæ sine solennitate legis à viro deducta est, mutuo interueniente consensu coniugij,concubina nuncupatur præsumptione legis,etiam vxor vera sit.d.34. c. omnibus c.is qui.c.Christiano. iuncta glo. ibidem.

CONCVBINATVS.

CONCVBINATVS est prohibitus lege canonica, secundum Pa.de vit. & hone.cleri.& Felin.in c.cùm sit.de foro compet.& iure diuino, cum dicitur: Non mœchaberis. Ideò nemo super hoc potest dispensare. Intellige tamen secundùm q. cōcubinatus accipi-

cipitur pro concubitu fornicario, vel illicito, & non licito, quia secundùm mentem iuris, concubina non dicitur, nisi quæ tenetur per modum vxoris, vt in c. si quis. d. 23. vbi dicitur, qui habuit concubinam post vxorem, ordinari non potest.

2 CONCVBINARIVS, vel cõcubina nolens abijcere alterũ vel alteram, si est periculum recidiui, non debet absolui, quia non est verè cõtritus, quia verâ pœnitentia nõ est sine remotione causarum peccandi. c. satisfactio. de pæ. d. 3. Si verò tale periculum ad arbitrium sacerdotis non est, tamé factum est notorium. vel violenta suspitio, propter scandalum non potest absolui, nisi abijciat, licèt, sit contritus de peccato. de pœna clerici concubinarij suprà Clericus §. 13.

3 CONCVBINÆ afficiũtur de foro ecclesiastico, secundùm Felin. in ca. si cõcubinæ. de sententia excommun. Ita quòd ecclesia potest eas excommunicare.

4 ADEVNTES meretrices, ignorantes esse peccatũ, an mortaliter peccét? Peccant quidem mortaliter, nec excusantur, quia ignorantia iuris naturalis, & diuini in tali casu manifesto, neminem excusat. 1. q. 1. per totum. Sine enim maxima negligentia, nullus potest hoc ignorare.

5 QVILIBET clericus etiam cõstitutus in minoribus concubinarius publicus, pro vt supà clericus. §. 13. declaratum est, secundum Arc. §. hæc de malis. 32. d. exercendo actum cuiuscunque ordinis fit irregularis, & solus Papa dispensat. de re iud. c. 1. li. 6. Et idem de fornicario quocunque, scilicet notorio, secundum Inn. quod not. Arc in. § ad hæc. d. 32. quomodo intelligatur notorietas, suprà, Clericus. §. 13. infrà, notorium. Concubinatus secundùm leges ciuiles crimen non est. ff. de concubi. l. in concubinatu.

CONCVSSIO

CONCVSSIONIS crimen committitur, cum quis in officio constitutus extorquet aliquid à subditis metum, aut cum nõ vult facere quod tenetur, nisi data pecunia, aut quando extorquet vltra constituta sibi stipendia, aut cum quis accusat, vel ab accusando desistit propter pecuniam vel aliquid æquiualés. vt colligitur. 1. q. 1. c. cõfessionis. &c. iubemus, & est peccatum mortale in re notabili, quia contra iustitiam, secun. Tho. secunda secundæ. q. 59. a. 4. & accipiens restituere tenetur danti, nisi turpiter dederit. 14. q. 5. nec sanè. sed si turpiter dedit, restituatur illi, in cuius iniuriã est datum vel pauperi, iuxta ecclesiæ arbitrium, vt in d. c. nec sanè. hoc tamen in foro conscientiæ secundum gloss. Ray. magis est de consilio. Videinfrà Restitut. §. 17. Et etiam mortale peccatum in re notabili, quia contra iustitiam. Facit c. militare. 23. q. 1. & Thom. secunda secundæ. quæst. 59. a. 4.

CONFESSIO.

1 CONFESSIO iudicialis, secundùm Pa. in c. ex parte. de confes. præiudicat confitenti, si sit maior. 25. annis, & fiat sponte, & ex certa sciẽtia, & expressa causa, & corã suo iudice & præsente parte: & nõ sit contra naturam nec contra ius, & fiat de re litigiosa, & non sit contra libertatem, aliàs non præiudicat, secundum Pan. in d. c. ex parte.

2 CONFESSIO deliberata reuocari non potest, secundùm Felin. in c. venerabilis. de excep. col. 2. circa pri. Cõfessio verò geminata nõ potest reuocari prætextu errorum: & geminata dicitur deliberata. ca. si quis reatus. 2. quæst. 3.

3 CONFESSIO facta in tormentis non valet. l. 1. §. diuus. ff. de quæstion. & ibi Bar. dicit quòd leuis territio nõ quãlibet facit confessionem videri factam formidine pœnæ, vel tormẽtorum, sed debet esse positus in tormentis, vel directus ad ea. Item si erat incarcere in quo multum fame, & frigore cruciabatur. Item si fiat calore iracundiæ non præiudicat, nisi perseueret. c. ex literis. de diuor. multa alia dicit Pan. in d. c. ex parte.

4 Post confessionem factã in tormentis, reducitur reus in locum publicum iudicij, & ibi coram personis publicis, & notario confitetur, per tex. in l. 2. C. de custo. reo non autem sic est de confessione facta extra tormenta.

5 Officiales, qui non præcedentibus indicijs sufficientibus personas ponunt ad torturam, secundũ Lud. Ro. sunt homicidæ, & tenentur ad restitutionem omnium dãnorum, cũ propter cõfessionem factam vi tormentorum suspenduntur, & huiusmodi, & talis confessio sine indicijs nõ valet, in d. l. etiam si indicia post quæstionem habitã superueniant, confessionem non confirmant, vt vult glo. in l. Marcus. ff. eo. ti. Ita tenet Bald. in cap. ad nostram in fi. de proba.

6 Confessio facta metu torquẽdi filium non nocet, secundum Fel. in c. afferre. de præsumt. & Bald. vbi suprà in d. c. ad nostrã quod licet reus perseueret negãdo, dummodò cõtra eum sit plenè probatum per testes, debet condemnari.

7 Confessvs non appellat. cap. Romanus §. cũm autẽ. de appellat. in 6. & lata sententia statim punitur. de alijs conditionibus, vide Tab. ibi. §. 6.

8 Si iudex procedit per inquisitionẽ ex mero officio suo, tenetur reus respondere veritatem sub peccato mortali, si factũ est notorium, vel infamia flagrat, vel semiplenè probatum est, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 69. a. 1. & Panor. in c. cum super. de confes. Vide Caie. secunda secundæ. suprà & in verbo, accusatio. §. 28. Et hoc verũm est quando agitur ad pœnam spiritualem, de qua infrà, Pœna. §. 2. non ad aliam. Si verò factum nõ est notorium, nec flagrat infamia, non tenetur respondere. de accusati. cap. qualiter & quando. el. 1. etiam si dicere veritatem iurasset, secundum Henr. de Gan. quol. 1. q. 34. nec in hoc prælato debet obediri, quia contra charitatem est, & occulta non sunt publicanda, sed Deo relinquenda. ca. si omnia. 6. quæst. 1. non tamen mendacium debet dici, sed veritas occultari, &c.

9 Consocivs criminis nõ est testis idoneus regulariter contra sociũ, vt nota. glos. in l. si filium. C. de liber. causa. potest tamen interrogari, vt per dictum eius veritas inueniri possit ab alijs. Vide Pa. de confes. c. 1.

10 Si petatur aliquid quod est falsum ratione qualitatis, vt si petatur an occideris Titium in ecclesia, potest negari, quia licet occideris, non tamen in ecclesia: sed si est falsum ratione quãtitatis, vt si petitur centũ, & non debes nisi. 50. debes confiteri. 50 secũdum Panor. cap. 1. de plus peti. quia qui petit totum, petit & partem.

11 Si petitur aliquid quod est verum sub conditione, & absolutè petitur, debet negari simpliciter, secundùm Panor. in ca. 1. de postula. prælato, vt si quis interfecit hominem defendendo se, non debet confiteri se interfecisse hominem, quia non posset probare hoc fecisse pro defensione.

12 Dvo testes singulares, vel tres confitentes contra tertium. non possunt coniungi ad faciendum sufficiens iudicium, nisi vnus eorum sit omni exceptione maior, qui solus faceret, & multo minus ad faciendam plenam probationem. patet per Anthon. in cap. licet. de testi. Vide infrà, Testis. §. 8.

CONFESSIO SACRAMENTALIS.

1 Confessio sacramentalis secundũ Rayner, est legitima coram sacerdote peccatorum declaratio, & est pars sacramenti pœnitentiæ, cuius materia sunt actus pœnitentis, & peccata de quibus dolet mortalia. secundum Thom. 3. q. 84. a. 2. & secũdum ipsum Thom. & alios Theologos, vt tute clauium ex attrito fit contritus, ideo in confessione attritio saltem est necessaria, & secundum Tho. 4. sent. d. 17. q. 3. a. 4. q. 1. vltima. Debet confessio. 16. confessiones habere, ad hoc quòd sit perfecta, quæ in his versibus continentur. Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens

quens,nuda,discreta,libens,verecunda,Integra,secreta, lacrymabilis, accelerata,Fortis,& accusans, & sit parere parata. Has conditiones declarat S.Thom.in.4.sent.suprà,& Caiet. in summa ibi,ideò hos sequar.

2 PRIMA conditio est quod sit simplex,id est,sine mixtione historiarũ,& aliorum impertinentium. Quando tamen isti idiotæ, & præcipuè mulieres dicunt aliqua impertinentia,cum intentione melius declarandi peccatum,non vitiant confessionem,secundum Arch.Flor.3.parte. tit.14. ca.18. in 10.conditione, ideò prudẽs confessor, huiusmodi studiat resecare nugas.

3 SECVNDA humilis, quò scilicèt ad actum interiorem recognoscẽdo se peccatorem, & quò ad actum exteriorem,cum verbis humilibus, non iactando se, & cætera. Flexis genibus, licèt hoc non sit necessarium, tamen est congruũ, si potest fieri,nisi ob infirmitatem,& huiusmodi.

4 TERTIA pura,id est,cũ bona intentione ad Deum facta, vt ecclesiæ obediat,& Deum placare possit,quoniam si quis confiteretur propter infamiam populi fugiendam. vel vt devotus tantùm appareret, & hoc esset principaliter intẽtum,mortaliter peccaret,quia ibi videtur finem ponere, quando aliter,hoc cessante, non confiteretur.Secus quando ad confessionem mouetur, propter hoc tamen principalis finis est propter Deum, & remissionem peccatorum suorum, & vt Dei gratiam assequatur.

5 QVARTA fidelis,id est vera:nam si quis cõfitendo peccata sua, ex industria vtatur tali eloquẽtia, vel talibus verbis,vt peccata sua non ponderentur à confessore, vel ei non displiceãt, peccat. Mentiri etiam in confessione de pertinentibus ad ipsam confessionem,est mortale, quia est mendacium in iudicio,non qualicunque,sed sacramentali.Et hoc dico mẽtiri non solum de mortalibus,sed etiam de venialibus,quando confitens assumit illa venialia, vt materiam confessionis,ideò tenetur facere illum confessionis actum veracem. Si autem non intendit de venialibus confiteri, vel de hoc veniali, non peccat mortaliter, ideò negans in confessione aliquod veniale propter verecundiam, non intendens tunc de eo confiteri, licèt à principio hoc intenderet, non peccat mortaliter. Similiter de impertinentibus ad confessionem mentiens,non agit mortaliter. Qui verò negat,vel tacet quod credit,vel dubitat mortale, mortaliter peccat. Ideò dubia pro dubijs, & certa pro certis dicenda sunt in confessione,ita vt neque quis propter humilitatem debet se accusare de eo quod non fecit, vt dicit Augu.22.q.2.ca. cum humilitatis causa.

6 QVINTA,frequens, de frequẽtia cõfessionis nõ inuenitur præceptum, nisi semel in anno,in c.omnis.de pœnit.& remis. neque de peccato semel ritè confesso, quis tenetur amplius confiteri, etiam ex præcepto Papæ, secundum Petrum de Palu. quia est, quoddã sacramentale, diuino & non humano subiacens imperio. Sunt tamen aliqui casus,in quibus reconfiteri oportet, de quibus infrà dicemus: & aliqui in quibus oportet statim confiteri Primus, quando quis vult communionem accipere, vel celebrare, secundũ communiorem opinionem,suprà communio.§.1.Secundus, quando quis est in mortis periculo notabili, in quo frequenter moriuntur homines,vt est grauis infirmitas, ingressus ad conflictum belli, procella maris, & huiusmodi, secundum Pet.de Pal.4. sent. Tertius, quando conscientia hoc dictaret, quia omne quod est contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 18. q.1. §. ex his. Quartus, quando credit quòd pro illo anno non potetit habere copiam confessoris, quia vbi periculum imminet,tollenda est mora.c. baptizari.distin.5.de hoc vide aliquid suprà, Absolutio.§.duodecimo, & decimotertio.

7 RECONFITERI totiens peccatà per

generales confessiones quandoq; bonum est, vt faciliùs pœna peccatorũ remittatur: quandoque malum est, quando propter hoc conscientiæ efficiuntur scrupulosæ, & inquietæ: ideò istis consulerem, vt quando semel, vel bis, benè confessi sunt cum idoneo sacerdote, & non fuerunt ficti, quod nõ amplius reiterent, quoniam sic conscientiæ nimis timidæ fiunt. Sunt tamen aliqui casus, in quibus necessariò est confessio iteranda, de quibus secundum Thomam & Petr. de Palud. in. 4. & Caietanum in summa, dicendum est.

3 PRIMVS casus reconfitẽdi ex parte confitentis est, quando non habuit contritionem, nec attritionem de peccatis, vt quia nõ displicuit peccatum præteritum, vel non proposuit de futuro abstinere, quia hæc non est confessio, sed magis confessionis simulatio, & est per se contra formam sacramenti. Si autem dolet de præterito, cum proposito cauendi à futuro, licèt dolor esset imperfectus, ita vt neque esset attritus, propter hoc non esset iteranda, quia si hoc esset, nunquã posset sciri an homo sit verè cõfessus, ita quò non indigeat reiterare confessionem, quia nemo scit si fuit contritus, vel saltem attritus, secundum Caieta. ibi.

4 SECVNDVS, est ex parte confessionis, quando non fuit integra, quia confitens omisit scienter, vel ex verecundia, vel aliter, aliquid mortale, vel quòd credebat mortale, vel circunstantiam necessariam, ex negligentia recordandi nimis crassa, quod nec etiam mulierculæ faciunt, vel quia noluit dicere. tunc enim dicitur fictus, & confessio est reiteranda, secundum Thom. suprà, & Caietan. ibi. Si tamen eundem aditet, qui adhuc peccatorum suorum memoriam haberet, vel saltem pœnitentiæ impositæ, secundum Pet. de Pal. & Bona. sufficeret dicere in generali: Pater dico meam culpam de his, quæ vobis dixi, &c. postque explicare peccatum occultum, dicendo quomodo fuit fictus illud celando, &c. & no. sec. Sco. quod homo tenetur exhibere tantam diligentiam in recordatione peccatorum suorum, quantũ poneret in re ardua, quæ multum sibi esset cordi.

5 TERTIVS casus est, quando non impleuit pœnitentiam taxatam à confessore pro mortalibus ex contemptu vel notabili negligentia, & illius est oblitus, tunc tenetur reiterare confessionem, secundum communem opinionem doctorum. Caietan. autem in summa, ibi dicit ex satisfactionis defectu: nullum scio casum, quo ritè cõfessus, & absolutus, teneatur reiterare confessionem. Nam si in mortali satisfactionem impositam fecit, nõ propterea tenetur reiterare, quoniam sine pœnitentia sunt dona Dei. Roma. 11. nam si non satisfacit Deo, satisfecit ecclesiæ. Si sit oblitus pœnitentiæ, non etiam propter hoc tenetur reiterare, quia sine pœnitentia sunt dona Dei: tum quia potest commutari pœnitentia, existimando quòd satisfactio oblita non excedat tria psalteria, vel mille aureos: tum quia omittens peccat quidem peccato omissionis, & in reatum temporalis pœnæ perseuerat. Ex nullo autem horum sequitur, quòd teneatur iterare confessionem, sed quòd debeat pœnitentiam delicti agere, & satisfacere, soluendo illam pœnam, vel æquiualentem: & hæc opinio verior videtur, alia autem securior.

6 EX inhabilitate verò confitentis ad susceptionem sacramenti propter censuras ecclesiasticas, quia scilicèt tenetur maiori, vel minori excommunicatione, quarum vtraque à participatione passiua sacramentorum separat, non taliter quod sacramentum nullum scit, quoniam sicut cætera sacramenta ab excommunicatis susceptа sunt vera sacramenta, ita & pœnitentiæ sacramentum: sed intelligitur, quòd excluditur à sacramentis, ad hũc sensum: quia si sumit, ad iudicium suum sumit, & sacrilegus efficitur. & quia excommunicatio non annullat sacramentum pœnitentiæ, secundum

eundem Caietanum, ibi. in summa, etiam quòd quis fuerit priùs absolutus à peccatis, quàm ab excommunicatione, confessio non propter hoc est iteranda, sicut matrimonium, & extrema vnctio, ab excommunicatis susceptа. Alij autem communiter dicunt, quòd pœnitentia est nulla, ideò iteranda. suprà, Absolutio.§. quinto.

12 QVARTVS casus est ex parte cõfessoris, vel quia non est sacerdos, vel quia non habet iurisdictionem ordinariam, nec delegatam, vel quia non habet vsum propter excommunicationem maiorem, vel suspensionem. Tunc quia non potest absoluere, confessio facta tali esset iteranda, intellige tamen de excomunicato denuntiato, vt suprà Absolutio.§.30. Nota quòd si confessor non potuit absoluere ab omnibus, licèt absoluerit, quando constiterit confesso, poterit alteri iterando confessionem tantùm de illis, de quibus ille non potuit absoluere, reconfiteri, & absolui, sicut quando ad Episcopum mittitur. Ex defectu scientiæ, quando sacerdos est ita ignorans, quod de omnibus peccatis nescit discernere inter mortale, & veniale, vel nescit dicere formam absolutionis, vel non intellexit quid dixerit, & confitens nesciuit ipsum instruere, & scienter vadit ad illum potens alium idoneum adire, tenetur iterare confessionem. Quanta autem debeat esse eius scientia, dicemus infrà. Ex parte etiam voluntatis, si fingit se absoluere, & non absoluit, aut quia tunc non erat mentis compos, aut noluit absoluere, vel erat semidormiens, in his omnibus est iteranda confessio. Memento de his, quæ suprà diximus, quando reconfitetur eidem quòd sufficit confessio in generali.

13 SI quis habet multos casus reseruatos, & vadit ad superiorem, & absoluitur ab omnibus, & postmodum recordatur de quibusdã alijs reseruatis, si vadit ad sacerdotem, poterit absolui, etiam de illis reseruatis, secundum Petr. de Palu. quando intentio Episcopi fuit absoluere ab omnibus sibi reseruatis, & non tantùm explicatis coram eo tunc.

14 RECIDIVANTES nõ tenẽtur reiterare confessionem, secũdum Th. 4. senten. d. 17. q. 1. nisi fortè per accidens, vt scilicèt confessor aliquod remedium, vel pœnitentiam confitenti adhibeat. Ingratitudo enim, vt est generalis circunstantia, non est de necessitate confitenda.

15 SEXTA conditio, debet esse nuda, vt non inuoluatur verborum obscuritate, sed sic loquatur confitens, vt sacerdos intelligat, quia in confessione latẽs morbus debet apparere, secundum Augu. & etiam dicat peccatorum circunstantias necessarias, de quibus suprà, Circunstantia per totum, vt eius conscientia bene mundetur.

16 SEPTIMA conditio, debet esse discreta, id est prudenter facta, vt verbis honestis explicentur peccata, & circunstantiæ, & maximè in peccato carnis: & quantum ad modũ narrandi, ne confessorem tædio afficiat: Ideò priùs in seipso meditetur peccata, & bene computet. Sit etiam discretus in eligendo bonum confessorem, & cõfessor in examinando, & præcipuè puellas, &c.

17 OCTAVA conditio, libens, id est, voluntaria, non timore pœnæ, vel infamiæ, &c. Et accedens ad confessionẽ debet habere voluntatem bene dicendi omnia peccata sua, etiam quod nõ interrogaretur, aliter mortaliter peccaret, & si confessor omnia interrogaret, & confiteretur de omnibus, tamen non fuisset confessus nisi interrogasset, tenetur in fine confessionis confiteri suam fictionem, quia fictè accessit, & debet dicere: Pater veni eum tali animo deliberato, non dicendi peccatum hoc, nisi interrogarer, &c. Nihilominùs debet confessor interrogare. vt in c. 1. de pœni. distin. 6. de his, quæ ex seipso confitens non dicit, & de his, quæ perpendit illum velle occultare, discretè de eius

ore eruere. Et quando scit, vel probabiliter credit illum non recolere peccata quædam, debet ad memoriam reducere, vel conscientiam de eis illi facere. alioquin indignum scienter absolueret, secundum Pet. de Palud. Et ille qui ad interrogata tantùm respondet, paratus tamen dicere peccata sua, si non interrogaretur, sed rogat interrogari, vt melius confiteatur, satisfacit, quia non tenetur nisi vel ore proprio, vel signo affirmare, vel negare. Et dicit Tho. 4 sen. d. 17. quòd quis tenetur confiteri peccatum etiam si est manifestum confessori, quia non est notum in forma iudicij.

18 Si confessor sciat aliquem habere peccatum mortale, de quo confitens non facit sibi conscientiam, & consequenter non confitetur, secundum Goffred. debet ei facere cõscientiam, nec eum absoluere, sed reputare indignum: quòd si res dubia est, & opiniones doctorum sunt variæ, an sit mortale tale peccatum, si confessor est ordinarius, ipsum admonitum priùs, tamen in sua opinione persistentem, debet absoluere. Si verò non est ordinarius, & tenet firmiter esse mortale, non debet absoluere, quia ex mera voluntate dependet eius absolutio, sed ad alium remittat.

19 Si confessor scit, vel probabili cõiectura videt confitentem deficere in sua confessione, adeò quòd confessio non sit perfecta, sed diminuta, vel ficta, tenetur interrogare, vel instruere confitentem, secundum Pe. de Palud. suprà, & Tho. 4. sent. d. 17. q. 2. a. 2. ql. 1. vbi ponit rationem, quia ordo singulorum adinuicẽ est, vt vnusquisque alteri auxilium præbeat ad bonum suum consequendum, &c. Vnicuique enim Deus de proximo mandauit, sicque mortaliter videtur peccare, negligendo procurare salutem proximi scienter in necessarijs ad confessionem. infrà, Interrogatio. §. 1.

20 Si cõfessor audiat aliquem dicentem peccasse cum altero, confessor non poterit alterum interrogare de hoc peccato in speciali, sed in generali tantùm, secundum Arc. Flo. 3. par. tit. 14. c. 18. in conditione. §. 13.

21 Nona conditio, quòd sit verecũda apud ipsum pœnitentem, quia vt dicit Philosophus, peccatũ omne est erubescibile. Pudor enim magna pars est pœnitentiæ. c. 1. de pœn. dist. 6.

22 Decima conditio, quòd sit integra, quantum ad mortalia certa, & dubia, aliàs rite non confessa, & eorum circunstantias necessarias, vt suprà, Circunstantia. per totum. aliàs est confessionis simulatio. Et est per se non integra, quando voluntariè diuiditur, & non valet, sed sacrilegij vitium committitur. Si verò diuidaretur tantùm materialiter, vt propter obliuionem, vel propter casus reseruatos, non restat quin sit integra formaliter. Si autem quis dicat peccata sua vni, tamen tacet aliquod non ex verecundia, sed quia timet aliquod graue malum vel sibi, vel alteri, vt quia cõfessor sollicitabit illam personam ad malum, vel huiusmodi, & non habet alium idoneum, non peccat mortaliter, nec dicitur diuidere confessionem ex intentione, sed rationabiliter ad hoc cogitur. Si autem diuidatur indirectè non dicendo omnia, quia noluit cogitare, & paruifecit discutere conscientiam notabiliter, & propter hoc aliquod peccatum relinquit, quod non dicit, dicitur mortaliter peccare, & diuidere confessionem indirectè, quia non fecit id, ad quod tenebatur. Qui autem habet aliqua reseruata, dicat omnia sacerdoti, qui absoluet à quibus poterit, postmodùm adeat superiorem, cui dicet tantùm reseruata, & ipse absoluet: quæ quidem absolutio est sacramẽtalis: & sic habet vsus ecclesiæ

23 Vndecima conditio est, qđ sit secreta, propter hoc excludũtur interpres, nuntius, scriptura, quibus nemo tenetur confiteri de necessitate, secundũ Caieta. ibi. Quando tamen alius modus confitendi non est, potest homo si vult hoc modo confiteri,

quia

quia plus ab homine non exigitur quàm possit. Neq; publicè debet confessio fieri, sed secretè, ne ab alijs audiatur, & pœnitentia secretè iniungenda est. Et grauiter peccaret stans ad audiẽdum confessionem alterius & si casu audiuit, tenetur tenere secretũ. Quomodò autem debet celari. infrà Confessor. §. 5.

24 VNVS sacerdos non debet plures simul audire, nec plures sacerdotes vnum simul, quia videtur esse contra cap. omnis. de pœ. & remiss. licet Ric. dicat in casu necessitatis hoc licere. Sco. tamen. 4. senten. distinct. 16. contrarium tenet, dicens confessionem pluribus factam, non esse sacramentalem. Tho. etiam in. 4. senten. dist. 16. in expositione literæ dicit, quòd quando peccatum est publicum, quis potest publicè confiteri, aliàs non licet, quia talis confessio præiudicat proximo, qui scandalizari posset, nec debet dicere pœnitentiam iniunctam, quia ex hoc posset sequi infamia, maleuolentia, vel aliud malum sibi, vel cõfessori: secundùm Ric. his autem cessantibus, potest confessus dicere pœnitentiam: secundùm Pet. & Pal.

25 DVODECIMA cõditio est, quòd sit lachrimabilis, hoc est, cum displicentia omnium peccatorum mortalium cõmissorum. supra omne odibile, & cum proposito vitandi omne mortale supra omne euitabile, saltem cum attritione, quia virtute clauium ex attrito fit contritus: vt dicũt Doct. & sic dicitur lachrimabilis. An autem propter incontritionem sit iteranda, dictum est supra, in quinta conditione.

26 TERTIADECIMA cõditio est, quòd accelerata sit. Non inuenitur autem præceptum de acceleratione, nisi tantùm semel in anno, præter casus necessitatis, de quibus supra diximus. in conditione. 5.

27 DECIMAQVARTA cõditio est quòd sit sortis, id est, superans timorem mundanum, & verecundiam, ne propter huiusmodi dimittat aliquod peccatum, vel circunstantiam de necessitate confitenda: aliter non esset sufficiens.

28 DECIMAQVINTA conditio, accusans, id est, sibi imputans non cœlo, vel alteri, quia voluntas hominis non potest cogi, licet possit persuaderi. Et non debet alterius crimen in confessione manifestare. An peccatum, vel circunstantia, per quam venitur in cognitionem peccati alterius, sint confitenda. supra, Circunstantia. §. 11.

29 DECIMASEXTA conditio, & sit parere parata. Confitens debet esse paratus satisfacere pro peccatis suis, si non satisfecit ante cõfessionem. Si autem sit ita malè dispositus, quòd nullam velit acceptare pœnitentiam in hoc mundo, neque saltem vnum Pater noster, sed vult in alia vita satisfacere, talis est etiam absoluẽdus, ne desperatus in infernum ruat, à quo parum distare videtur. Est tamen paratus satisfacere per satisfactionem purgatorij: secundum Sco. & Caieta. ibi, in summa. Iste enim defectus non annullat hoc sacramẽtum, quod non erit omnino perfectum, secundùm suę materiæ partes integrales, quia sacramenta omnia, ad præsentem vitam spectant, in qua satisfactio valde manca esset: sed quia essentialia huius sacramenti saluantur, ideo nõ annullatur. Caietan. supra. Si autem acceptauit pœnitentiam, tenetur adimplere si est rationabilis, & discreta, quòd si ex contemptu non perfecit, mortaliter peccat infrà. Satisfactio. §. 5. & secundùm Caieta: supra. nisi per alium confessorem fuisset mutata. Tenetur etiam adimplere ea, ad quę teneri confessor declarat, vt concubinam dimittere, & huiusmodi. Similiter si imponit ei aliquid ne relabatur in peccatum, vt quòd non vadat ad talem locum vel huiusmodi, tenetur obedire: quia hoc est occasio peccãdi illi, quam vitare debet. ex Caietan. ibi. Non est etiam melius. dare vnum Pater noster pro pœnitentia, & post vnum Psalterium ad suum placitum, dicat, vt quidam dicunt, sed melius est dare pœnitentiam rationabilem, & honestam

pro

uestam pro peccatis, quam ex obediétia confessoris expleat, quia ex vi sacramenti est magis meritoria. infrà. Satisfactio.§.4.

30 SECVNDVS confessor secũdùm Monal. mutare potest pœnitentiã iniunctam à primò confessore, dummodò casus pro quo fuit data non sit reseruatus superiori, & superior non sibi reseruauerit pœnitentiæ mutationem. Secus quando reseruauit, vel crimẽ erat reseruatum, quia tunc nõ potest nisi necessitate vrgente, vel vtilitas suadeat, in quibus casibus pium est interpretari, quòd superior licentiam dederit, & requiritur confessio peccatorum, pro quibus talis pœnitentia fuit taxata: secundùm Rainerium: quia non debet fieri hoc nisi æstimata causa: secus secus secundùm Caietan. vbi suprà.

31 CONFESSIO sacramentalis, & vocalis, cum sit de iure diuino: secundùm Theologos, & præcipuè Thom. 4. sentent. distinctione 4. & distinctio. 17. est ita necessaria, quòd existens in mortali, non potest etiam à Papa dispensari, quin confiteatur, quia hoc pertinet ad Christum, qui est sacramẽtorum institutor. Posset tamẽ dispẽsare: vt vltra annum differret, quia hoc de iure positiuo est in dict. capitul omnis.

32 NVLLVS tenetur etiam in articulo mortis confiteri laico, sed tãtùm sacerdoti, qui solus potest absoluere, nõ autem is, qui non est sacerdos, licèt possit audire, & cum proprio sacerdote fienda est confessio regulariter. in dict. capit. omnis. vel cum alio de eius licentia, sed quia hodie sunt multi religiosi, qui habent authoritatem audiendi, & absoluendi, ideò non me extendo vltrà ad declarandum, quis sit proprius sacerdos. vide suprà, absolutio §.10. vsque 22.

33 IN multis casibus potest quis confiteri, & absolui alteri, quàm proprio sacerdoti, vt quando transfert quis domicilium vsquequò inueniat, quando est vagabundus, quando deliquit in aliena parochia, pro quo delicto est excommunicatus, absolutio spectat ad alium parochianum, etiam propter studium: vt scholares, & in casu necessitatis, quando non adest proprius sacerdos. suprà, Absolutio.§. 18. vide diffusius.

34 PROPRIVS sacerdos subditum suum vbique, siue in territorio suo, siue extrà audire potest: secũdùm Host. quia pœnitentia est de iurisdictione voluntaria, & de loco nihil exprimitur. in dict. capitul. omnis. sed Cardi. in clementin. dudum. de sepul. dicit esse veram de prælato ordinario, siue perpetuo, siue temporali, quia in his, quæ fiunt sine strepitu iudicij, nullius territorium lædituꝛ. argument. de offic. leg. cap. vltimo. Secus de confessore extraordinario: vt sunt mendicantes.

35 PROPRIVS sacerdos requisitus de licentia confitendi cum altero, non debet esse difficilis in dando licẽtiam: secundùm Tho. in 4. sent. suprà, dummodò non sit in dãnum petentis, vel aliorum. Potest etiam negare si vult, quia hoc est ex honestate, & quandoque bonum est negare, ne detur peccandi occasio.

36 SACERDOS parochialis, secundũ Tho. in quol. tenetur credere petenti communionem, si dicat se alteri cõfessum quantum ad forum animæ, nõ aũt quantũ ad forum iudiciale: vt si erat excommunicatus, nõ debet communicare, nisi probet se absolutum, & hoc verum, quando iam delictum est deductum ad iudicium: si aũt sit secretum, credendum est ei, quia tunc non est in præiudicium tertij, & sic intellige de excommunicatione, quæ peruenit ad forum iudiciale. Si intelligunt Ioan. And. Pa. & alij. in ca. sicut. super glo. 1. de sent. excom.

37 DICENS se habere licentiam confitendi alteri à suo prælato, ei esse credendum: secundum Ric. nisi per signa probabilia cõstaret de oppositꝛ. suprà, Absolutio.§.20.

38 QVANDO subditus tenetur confiteri, proprius sacerdos tenetur audire: secũdùm Ric. in 4. sen. Si autem audire

dire noluerit tunc, vel quando noluerit pluries confiteri, & non direxerit subditum ad determinatum sacerdotem, potest confiteri cui vult. Videtur enim tacitè licentiam dare pro illa vice, & ille sacerdos poterit eum absoluere à quibus poterat proprius sacerdos, qui vicarios non habet, sed si habet vicarios, tamen à non reseruatis poterit absoluere. suprà, Absolutio. §. 27.

Fratres prædicatores quid possunt circa confessionem. supra, Absolutio. §. 21. vsque 27. Casus. §. 7.

39 CONFESSIONES factæ cũ excommunicato occulto, & tolerato, valét, nec superueniente scientia sunt iterandæ, quia licèt non haberet iurisdictionẽ veram, habebat tamẽ toleratam. Qui verò ignoranter cum intrusis confitetur, vel huiusmodi, qui nunquá habuerunt institutionem à superiore, superueniente scientia, tenentur recõfiteri. Ex Pan. in ca. nihil de elect. suprà, Absolutio §. 30.

An liceat confiteri eũ suspenso. suprà, Absolutio. §. 31. & multa alia habes ibi ad confessionem spectãtia, ideo diligenter. vide ibi.

CONFESSOR.

1 CONFESSOR debet habere quinque conditiones: scilicet, potestatem, scientiam, prudentiam, bonitatẽ, & sigillum. Debet habere potestatem ordinis, quia non sacerdos non potest absoluere à peccatis, etiam in mortis articulo. Secundò potestatem iurisdictionis ordinariam, vel delegatam. Tertiò potestatem quo ad vsum, quia excommunicatus, suspensus, & huiusmodi, & si habent potestatem, nõ tamen habent vsum talis potestatis. Ex defectu enim huius potestatis (sicut dictum est suprà) confessio redditur inualida, & mortaliter peccat sacerdos audiens cõfessionem sine huiusmodi potestate, & tenetur si commodè, & sine scandalo potest confessum auisare, vel pro eo absoluendo licentiã impetrare, & cautè absoluere.

2 SECVNDO, scientia confessoris tanta esse debet: secundùm Thom. 4. distinction. 17. in litera: vt sciat distinguere inter peccatum & non peccatum, inter mortale & veniale, & si in aliquo esset dubitatio, sciat dubitare, & ad peritos recursum habere. Debet etiam scire circunstantias peccatoris, vt si excommunicatus, si tenetur restitutioni, si vult perseuerare in peccato, si habet casus reseruatos, si est ei subditus. & si hæc nescit, nescire eum à mortali excusare, nisi pœnitens eius ignorantiam suppleret: secundũ Alb. in 4. tenetur saltem scire in communi, quæ sunt peccata capitalia. & mortalia cõmunia, & quæ venialia ex genere: & nesciens ista, mortaliter peccat audiendo confessiones: & similiter ille, qui eum instituit scienter, plus peccat. Secundùm Bona. debet scire ad quæ se extendit sua authoritas: & ratio omnium est, quia quilibet debet scire ea, quæ ad suum officium spectant, aliter se offerẽs peccat peccato præsumptionis, & plus peccant qui se offerunt, quàm qui coguntur: secundùm Caie. ibi, debet scire circunstantias peccatoris, & peccati, siue latinè, siue vulgariter, vt si est excommunicatus, &c. vt suprà. facit can. qui vult. de pœn. distinct. 6. debet etiam scire an ea, quæ pœnitẽs exprimit, sint licita, vel nè: vt de bello, de vsuris, & contractibus, de matrimonio, & in quibus casibus cõfessio est iteranda, & de excommunicationibus. Credo quòd qui vidit libellum, qui dicitur, Defecerunt. Archid. Floren. & illum habet in practicam, sit sufficiens ad audiendum confessiones.

3 TERTIO, debet esse prudens, pœnitentem instruendo, interrogando, horrando, animando ad spem, &cæ. sobriè inuestigando, ne seipsum in tentationem præcipitet, & pœnitentem doceat peccata, quæ ignorat, præcipuè circa materiam venereorum. Vnde habita vltima specie peccati, non vltrà procedat, verbis etiam honestis interroget. Sufficit enim vt intelligat quando de tot vicibus interrogat, videat ne fastidium generet nimis subtiliter calculãdo, sed sufficit vt grosso modo,

modo: secundùm suam æstimationē, instruat de remedijs contra peccata, det etiam pœnitentiam discretā, magis breuem, quàm longam, quam verisimiliter faciat, instruendo eum, quòd quam non fecerit in hoc mundo, soluet in purgatorio, &c. & sit valde pronus ad misericordiam iuxta canō. alligant. can. ponderet. 26. quæst. vltim.

4 QVARTO, debet esse bonus in cō scientia, quia si in mortali audit confessiones, mortaliter peccat administrando sacramētum hoc. Et quilibet debet quærere bonum medicum spirituālem, quia qui propriæ animæ curā non habet, multò minus alienæ.

5 QVINTO, debet esse secretus, ita quòd quocunque præcepto ei facto, etiam à Papa, non debet manifestare, quæ audiuit in confessione. secundùm Tho. 4. sentent. distinct. 21. q. 2. a. 1. ql. 1. ad 2. quia quantum ad hoc nulli nisi Deo subijcitur, & hoc est contra præceptum naturale, & diuinum, quia contra charitatem. Et si requiratur sub quacunque pœna, an tale quid sciat, potest dicere se nescire absolutè, quia nescit, vt homini subiectus, & hoc potest iurare: secundùm Tho ibi, ad 3. Idem dic etiam quando fit confessio, & non sequitur absolutio, vel propter incontritionem vel propter aliam causam: secundùm Th. vbi suprà, etiam si aliquod grauissimum malum non reuelando immineret, vt occisio regis, vel ciuitatis ruina: secundum Thom. suprà, debet tamen si potest sine reuelatione, remedium apponere: vt monendo confitentem, monendo alios, vt caueant ab hæreticis, auisando prælatum, vt inuigilet super gregem, & huiusmodi, ita tamen vt nil dicat, quo verbo, vel motu, vel nutu confitentem prodat.

6 ACCEPTA sub sigillo confessionis, non tamē in confessione sacramētali, non debent ita secreta teneri, sed possunt reuelari in casu, in quo superior posset præcipere, quia hoc secretum non potuit præiudicare superiori. secundum Pan. in ca. omnis, de pœnit. & remiss. consulitur tamen omnibus, vt secreta non accipiant sub sigillo confessionis: quia secundum Petr. videtur fieri iniuria sacramēto, & propter periculum, quia reuelando in casu non licito, mortaliter peccaret, hoc enim secretum non plus obligat, quàm iuramentum de tenendo secretum, quod si vergit in malum cōmunitatis, potest manifestari. c. inter cætera. 22. q. 4.

7 SI quis scit aliquem tātùm in confessione excommunicatum, vel inimicum, non debet propter hoc ipsum vitare, nec peiorem faciem quàm antea ei ostendere, & breuiter nihil agere, propter quod possit confitens retrahi, & taliter se debet habere confessor, ac si nil de eo vnquā audisset, nisi aliūdè hoc sciat. Potest tamē ipsum secretè monere, vel ex alia causa currente eum ab aliquo officio remouere, & huiusmodi non propter ea. quæ in cōfessione audiuit. Ex S. Tho. vbi suprà. & Richard. in 4.

8 SI laicus audit aliquem in articulo necessitatis, licet illa confessio non sit sacramentalis, quia non potest absoluere, tamen eadem ratione tenetur celare quæ audiuit, sicut sacerdos.

9 ILLA quæ cadunt sub sacramētali confessione directè, pertinent ad sigillum confessionis: alia autem per quæ posset peccator, vel peccatū deprehendi, cadunt indirectè, & hæc etiā summo studio sunt celanda: secundū Th. 4. vbi suprà ql. 2. Cōclude ergo, quòd illa per quæ peccator potest manifestari per se, vel per accidens, directè, vel indirectè, & per quencunque alium modum, in aliquam cognitionem, suspicionem, vel opinionem, potest veniri de confesso, vel in quātum potest sibi prouenire nocumentum, circa animam, corpus, bona temporalia, vel famam, aut huiusmodi, vel ex eo, quod confessio reddatur odiosa, vel minus preciosa, sunt à confessore celanda. Ideò caueat ne dicat se audisse sic, vel sic in confessione, quia per hoc cōfessio apud aliquos fit onerosa

& mi-

& minus preciosa, & multoties contingit ex aliqua circũstantia ibi narrata, veniri in cognitionem peccati. An autem hoc vltimum sit mortale, non iudico, licet sit valde periculosum.

10 Si quis dicat, talis cõfessus est mihi peccata sua, non propter hoc est reuelator confessionis, nisi addat aliud, vt puta magna peccata vel carnalia, & huiusmodi. Scitur enim, quòd omnis homo peccator est, sed ignoratur qualis sit. Alia autem quæ scit, etiam extra confessionem, si necessitas immineat, debet dicere, quando tenetur, nunquã tamen dicat se audisse in confessione, quia videtur reuelare, secũdùm quòd scit vt Deus. Tho. & Petr. vbi suprà. de licentia tamen confitentis potest reuelare, secundùm Tho. & Pet. suprà. debet tamen cauere, ne propter hoc alij scandalizentur.

11 Dans pœnitẽtiam publicam pro peccato solùm in confessione audito cum assensu confitentis, non dicitur reuelare confessionem, licet præsumptionem faciat de magno peccato infrà, Pœnitentia §. 2. Tho. 4. sent. dist. 14. q. 1. a. 5. ad. 1.

12 Si aliqui socij tractauerunt occidere sacerdotem in taberna, & vnus eorum pœnitentia ductus. confitetur illi sacerdoti, reuelans talem tractatũ, sacerdos ex hoc potest sumere occasionem recedendi de taberna, occasione aliunde sumpta, fingendo aliquam causam, nec dicitur reuelare confessionem, nisi faciat aliquid quod ex natura sua prodeat peccatum confessum, quod quidem talis recessus nõ est, ex S. Thom. 4. sen. vbi supra a. 1. ql. 1. ad. 3.

13 Revelans confessionẽ peccat mortaliter, agens cõtra legem diuinã, & humanam: & si est sacerdos, debet deponi. c. sacerdos, de pœniten. distinctio 6. & alijs pœnis plectendus est. in dicto capit. omnis secularis autẽ si cõuincitur pœna arbitraria punitur.

14 Confessor interrogatus de absolutione alicuius, si dicat nõ absolui eum, non propter hoc dicitur reuelator confessionis, secundum Caie. ibi, quia ista negatio nullum manifestat peccatũ: potest enim ex pluribus hoc procedere, tamen nõ debet sic dicere, sed se fecisse quæ debuit.

15 Si curatus audiuit aliquem publicum peccatorem vt vsurarium, quem non absoluit propter eius obstinationem, & vadat hic ad communicandum, cum alijs, potest ipsum repellere, dicendo quòd publicè constat de peccato, sed non constat de pœnitentia, & quòd non communicabit quousque constet de pœnitentia, nec propter hoc dicitur reuelare confessionẽ. Et si aliquando dicat, ego non absolui, nec possum absoluere, quia non video pœnitentiam publicam, de tali peccato publico, non reuelat etiã confessionem, quia nõ dicit quòd scit per cõfessionem, sed quod tam ipse, quàm alij vident, secun. Caie. ibi, non tamen debet dicere, iste est obstinatus, non vult pœnitere, &c. De cõfessore nihil vltrà dicemus, quia per ea quæ hic dicta sunt, patere potest, qualis esse debeat, quo ad scientiam, authoritatem, & conscientiam.

CONFIRMATIO
Sacramentalis.

1 Confirmationis sacramentum, quia nõ est necessitatis, ideo dimittens non ex contemptu, sed tantùm ex negligẽtia, peccat quidem, sed non mortaliter, secun. Caieta. ibi. Qui ordinandi sunt, prius debent cõfirmari, quia ordo præsupponit chara cterem confirmationis, non de necessitate, sed de congruentia, secundum Thom. 4. senten. distin. 24. q. 1. a. 2. ql. 4. in qua confirmatione caueat maritus ne teneat vxorem neque vxor virum, quia contraheretur sic spiritualis affinitas, de qua infrà matrimonium §. 9.

2 Materia huiusmodi sacramẽti est ex oleo, & balsamo: Forma verò est hæc, Consigno te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis vel sanctificationis. (quod idẽ est) In nomine patris, &c. Thom. 3. q. 71. ar. 2. 5. & 4. Pet. de Palu. & Alb. intellige sicut de forma baptismi, secundùm Albert.

3 PAPA potest cõmittere confirmationem soli sacerdoti, secun. Th. Episcopus non consecratus, secun. Pet. de pal. non potest confirmare, quia est actus ordinis, & secundum eundem, Episcopus non debet confirmare subditos aliorũ episcoporũ. Si tamen facit tenet, nec incurrit suspensionem, sicut ordinando alienos. Non enim est lege cautum. Hoc sacramentum cum imprimat characterem, iterari non potest sine mortali, gratiam confert, & per hoc contrahitur spiritualis affinitas, matrimonium impediens, & omni tempore conferri potest, Thom. 3. par. q. 72.

CONFIRMATIO *electi.*

1 CONFIRMATIO electorum est petenda de necessitate, ita quòd electus ad regimen cuiuscunque ecclesiæ, aut religionis, si administrationi dignitatis se ingerit ante confirmationem, ipso facto priuatur omni iure, quod per electionem in ipsa dignitate habebat, vt in ca. auaritiæ. de electio. in 6. Idem dicas de postulatione, imò magis secundũ docto. ibi, quia de iure minus acquiritur. Fallit in abbatissa. Vide capitulum indẽnitatibus. de electi. in 6. Fallit etiam quando confirmatio est à Papa petẽda, & electus est valde remotus. c. nihil. de elect. Si tamen non sit in mora petendæ confirmationis. Vide Hosti. & Ioan. Andr. in dict. capitul. nihil. Secus quando extaret aliquod priuilegium in oppositum.

2 PRAEFATA habent locum in episcopo, secun. Gemin. in d. c. auaritiæ, quia secundum iura antiqua, nomine dignitatis comprehendebatur episcopalis, vt in c. nosti. & cap. qualiter, de elect. Non autem habet locum in Imperatore, secũdum Vgo & Ioan. in c. legimus. 93. d. Quòd Imperator potest omnem iurisdictionem exercere imperij, quamuis contrarium sentiat Pa. Glo. tamen in cle. vnica de iureiur. magis approbatur.

3 QVANDO debeat peti electio, vel infrà quantum tempus, vide c. quàm sit, &c. cupientes. de elect. in 6. à quo debeat peti. c. abbatem. ibi.

4 CONFIRMATOR debet diligenter examinare electionem, eligẽtes, & personam electi: maximè in scientia, honestate vitæ, & ætate, quia si indignum confirmat, vel illegitimè, mortaliter peccat. & est priuatus ipso iure à potestate confirmandi. Vide c. nihil. de elect. &c. fi. eo. in 6. Et quia hęc materia parum pertinet ad confessiones, ideò remitto legentem ad Summistas alios. Attamen examinandi sunt à cõfessore electores quo modo elegerunt si dignum, vel indignum, & confirmatores, quo modo confirmauerunt, &c.

CONFRATERNITAS.

CONfraternitates si fiãt ex causa licita, fieri possunt, secundum glos. in c. si qui clericorum. 11. qu. 1. secus quando ad malum finẽ fierent, vt pro lucro, &c. Statutum quo cauetur ne aliquis recipiatur in confraternitatem nisi tantùm soluat, si fiat propter honestam causam, vt pro alendis pauperibus, &c. valet: arg. in c. non exemplo 26. q. 2. Consuluit tamen Arc. in c. si quis despicit d. 2. quòd si fiat per verba affirmatiua, valeat: si autem per negatiua, non valeat: vt dicendo, nullus recipiatur nisi soluat, &c. all. c. ad Apostolicam. de symo. & addit Ludouic. de Roma. quòd potestas inueniens societatem. in qua sit statutum inhonestum, potest eam cassare, secundum Bartol. lib. sub prætextu. ff. de extra ordi. cri.

CONIVRATIO.

1 CONIVRATIO, & Conspiratio qua plures ad inuicem fide præstita conueniunt ad malum aliquod parandum, vel ad se tuendum cõtra potestatem publicam, vel ad non obediendum in aliquo licito, communiter mortale peccatum est & scandalosum, quia contra bonum publicum, vel alicuius priuati, secundum Caiet. ibi. & in c. cõstitutionem. de verb. si.

Et

Et tales grauiter per leges puniuntur, secundum glos. in c. si. de testi. cog. & C. de his qui ad eccle. confusio. li. denunciamus. De conspirantibus in Papam. infrà, Excommunicatio. 70. Contra conspirantes multæ apponuntur per leges pœnæ. C. de secun. libr. 1. & 2.

CONSCIENTIA.

1 CONSCIENTIA etiã erronea, secun. Tho. 2. sen. d. 29. a. vlti. & 12. q. 19. a. 5. taliter ligat, quòd illa durante contra eã faciens semper peccat, & si dictat esse mortale, mortaliter peccat, si veniale, venialiter, quia secũdum glo. Roma. 14. Omne quod est contra conscientiã ædificat ad gehennam. Igitur quando conscientia alicui dictaret aliquod faciendum, q̃ mortale est, tunc tenetur deponere conscientiam illam erroneam, vel per se si potest, vel ad consilium sapientis, aliter si sequitur illam peccat, secundum Tho. & Pet. de pal. suprà. Agit enim contra ligamen interius, quod maius est quàm exterius.

2 SI Papa præcipiat alicui etiam sub pœna excommunicationis, vt faciat aliquid contra illius conscientiam, dictante conscientia non debet obedire, quia fortius est ligamen interius conscientiæ, quàm exterius, secundum Thom. suprà tenetur tamen deponere conscientiam quando est erronea. Si autem sit recta, & sit certus, potius tolleret excommunicationem, quàm facere contra conscientiam. quia melius est obedire præcepto Dei quàm hominum. Sic enim excommunicatio in foro Dei non ligaret, licet fortè in exteriori.

CONSECRATIO
prælatorum.

1 CONSECRATIO episcoporũ, & aliorum quomodo habet fieri, in cap. qui Episcopus. 23. d.

2 CONSECRATVR Episcopus à tribus episcopis, quòd si pauciores essent, nihil ageretur, secundum glos. in c. Episcopi, de tempori ordi. Tamen Pet. de pal. in libr. de potestate Papæ, dicit, Ternarium numerum non esse de substantia consecrationis. Vnde & Greg. in Anglia nouiter conuersa, legitur in hoc dispensasse. Quomodo autem, vbi, & quando fiat, vide Summistas. Parum enim prodest confessoribus.

3 CONSECRAT Papam ex consuetudine Episcopus Hosti. Primates, & Metropolytanes consecrant tres episcopi eorum suffraganei. d. 66. c. archiepiscopus. c. porro. Sed nunc iura antiquo non seruantur, sed à Papa, quando omnes consecrantur, vel ab alijs de eius cõmissione, & die dominica fit & infrà tres menses. Vide Sil. ver. consecratio.

CONSECRATIO.
ecclesiæ.

1 CONSECRATIO ecclesiæ, altaris, vestium, & vasorũ, secun. Thom. 3. par. q. 82. a 1. ad tertium. reseruatur Episcopo tanquam principali ecclesiastici totius ordinis, & potest fieri tam diebus festiuis, quàm ferialibus. c. tua. eod. tit. Modus consecrandi ponitur in pastorali, à quo non est recedendum. c, omnes basilicæ. de consec. d. 1. neque sine missa debet consecrari. in d. c. omnes. licet nõ sit de substantia, secundum Bar. & Hostien. in c. quod sicut. de elect.

2 ECCLESIA non consecrata, potest reconciliari per simplicem sacerdotem aqua exorcizata tantùm, in c. fin. eodem titul. quæ aqua, potest exorcizari per simplicem sacerdotem: ex quo patet, quòd non requiritur licentia episcopi, secundum glos. in d. c. fi. Non autem hæc procedunt, quando Ecclesia est codsecrata. Ecclesia reputatur consecrata, secundum Innocen. quando vnus testis affirmat de visu, vel auditu: vel si extant aliqua scripta in libris Ecclesiæ, vel aliqua signa in columnis, vel parietibus, quia hoc non est in præiudicium tertij, in quo casu, vnus testis sufficiens est. de consecrata. d. 4. cap. paruulus, &c. cum ita que.

3 ECCLESIA consecrata debet reconsecrari, secun. Pa in c. proposuisti. eo. ti. quando nescitur an fuerit consecrata, quia non apparent signa supra dicta. Secundò, quando parietes sunt cõbusti, & decrustati in toto, vel pro maiori parte, quia linitio fit in ipsis parietibus. Secus si tantùm tectum conburatur, vel ruat. Tertiò quando ita corruit ecclesia, quòd parietes in totũ, vel in maiori parte simul oportet reficere etiam ex ijsdem lapidibus, de cons. d. 1. c. si fabricam. Secus, secundùm glo. ibi, si successiuè fuerint reparati, licet Pa. in d. c. præposuisti. non sequatur illam gloss. sed in hoc casu dicat esse reconsecrandam, tamẽ prima opinio melior, qua fundatur super dicto Tho. 3 parte. q. 82. ad 3. alia etiam opinio potest teneri.

4 ECCLESIA polluitur ita quòd in diget reconciliatione, secun. Pan. in d. c. præposuisti. ex offensione sanguinis magna, & iniuriosè facta in ecclesia, quòd si vnum ex his tribus desit, non polluitur, quia si quis percussus extra ecclesiã, fugeret in ecclesiã, & ibi effunderetur sanguis, non pollueretur, & si percussus in ecclesia, reciperet sanguinem in vase, nõ minus esset polluta, q̃ si in terram caderet. Adde quartum, videlicet quòd factum sit publicum.

5 SECVNDVS casus secund. Pa. ibi suprà quando quis in ecclesia occiditur, etiã sine sanguinis effusione, violenter, & iniuriosè in c. vnico. eod. ti. lib. 6. secus si casualiter, vel pro defensione, cum moderamine fiat, vel quando quis ibi martyrizaretur pro fide, &c. Sed gloss. in dicto capit. vnico. oppositum tenet, & bene, quia sceleratius est sanctum occidere, quàm prauũ. 23. quæst. 5. c. si non liceat. Si quis percussus in ecclesia extrà moriatur, est polluta, non autem ecõrra secundũ glos. in dicto capit. vnico. Si quis supra Ecclesiam, vt in tecto, vel sub interficiatur, quia est extra, non erit polluta Ecclesia, secun. Vgo. Si quis etiam enormiter percutitur in Ecclesia, sine tamẽ sanguinis effusione, non erit Ecclesia polluta, secun. Pan. suprà licet aliquorum consuetudo non improbãda, Ecclesias in casu hoc reconciliet ad aliorum terrorẽ, vt innuit gl. in d. c. vnico.

6 TERTIVS casus est per effusionẽ voluntariam seminis humani, siue sit criminosa, siue nõ, siue fiat in debitum vas, siue extra, siue cum propria vxore, siue non, & factum sit publicum in c. significasti. de adult. &c. Ecclesijs. de cons. dist. 1. & in glo. in d. c. vnico.

Quartus, quando ibi sepelitur excommunicatus, vel infidelis in capitu. ecclesiam. &c. consuluisti. de consec. eccle. & alle. Vide Ioan. Andr. in d. c. præposuisti.

7 QVINTVS casus est, si ecclesia vel altare seu cœmiterium, ab Episcopo publicè excommunicato, consecrentur vel etiam benedicantur ante recõciliationem, neque enim celebrare, neque sepeliri ibi quis potest in capi. præposuisti. suprà & ibi Pan. post Hostiẽ. reddit rationem.

8 ANTE recõciliationem ecclesiæ secundum Panormita. in cap. fin de cõsecratione ecclesiæ vel altar. nõ solum missæ celebratio, sed & aliorum diuinorum officiorum suspenditur.

9 RECONCILIATIO ecclesiæ pollutæ potest per Papã commiti simplici sacerdoti, sicut & alia quæ sunt iuris episcopalis, ex dispositione humana, quia in his Papa habet plenitudinẽ potestatis, in c. proposuit. de cons. præbend. quæ autem ex diuina dispositione certo ordini sunt cõmissa, non possunt committi non habenti illum ordinem. suprà, Abbas. § 8.

10 CELEBRANS in ecclesia polluta secundùm Lapum, est suspensus ab ingressu ecclesiæ. c. episcoporũ. de priui. lib. 6. & si cũ tali suspensione in ecclesia celebret, suum agens officium, erit irregularis c. is cui de sen. excõ. lib. 6. & sic celebrãs in ecclesia polluta graiter peccat, non tamen efficitur irregularis, secundùm Gemi. in d. c. vnico, licet Hostiẽ. dicat, quòd est irregularis, qui tamen non tenetur in hoc, nisi celebret postquàm suspensus est.

11 ECCLESIAE, oratoria, monasteria, hospitalia, ad secularem vsum, vel

prophanum non debét reuerti.c.quæ semel.19.q.3. & in c.ligna.de consecr.1.dicitur, quòd cum ligna Ecclesiæ fuerint vetustate consumpta, non ponantur in loco indecenti, possunt tamen in loco honesto, vt in claustro, vel refectorio, &c. poni, ad secularem vsum minimè dari secundùm gloss.in d.c.quæ semel.

11 CONSECRARE, seu benedicere vestes, paramenta, & huiusmodi, non potest simplex sacerdos, nisi ex cõmissione Papæ. Sixtus tamen quartus, secundum Rosel.in verticul.cõsecratio. §.1. indulsit sacerdotibus simplicibus ordinis minorum, vt possint benedicere quacunque ornamenta ecclesiæ, vel altaris, & vestes sacerdotales, & alia, corporal. exceptis. Item in priuilegijs heremitarũ sic dicitur, Tibi generali, tuoq; vicario pro tempore potestatem sacrandi, benedicendiq, corporalia, vestes, & ea, quæ sacris vsibus necessaria sunt, concedimus. Et quia fratres prædicatores, per eundem Sixtum 4. habent priuilegia, & gratias aliorum mendicantium, ideo & ipsi supradicta facere possunt.

12 DE pollutione cœmiterij, vide suprà, cœmiterium: & quo modo reconciliatur. In priuilegio minimorũ quo gaudent, fratres prædicatores, per breue Leonis 10, quod incipit, cum inter cæteros sic dicitur. Quodq; generalis illius, nec non prouinciales, ac eorum vicarij eiusdem ordinis minimorum, corporalia, & alia ornamenta ecclesiastica suorum locorum, ac domorum præter calices, & patenas, benedicere valerent, concessimus, statuimus, & ordinauimus. Item quod prędicti possint quando Episcopi nolunt, vel negligunt ecclesias, cœmiteria, capitula oratoria sua, vbique solenni benedictione, benedicere, & eas pollutas, vel ea polluta quomodocunque aqua prius per aliquem catholicum Episcopum (vt moris est) benedicta reconciliare.

CONSENSVS.

1 CONSENTIRE, est actũ voluntatis, ad aliquid applicare, ex san. Thom. prima secundæ. quæst. 15. & secundum quòd theologi accipiunt consensum.

2 CONSENTIRE non semper dicitur tacens. probat regula. Is qui tacet non fatetur, sed nec vtique negare videtur. de regu. iur. lib. 6. ita qđ tenet medium, nam aliquando pro consentire accipitur, quandoque pro dissentire. Sed quomodo poterit sciri, quando sit idem quod consentire, vel non? Respõdet Pan. in c. nonne. de præsum. quòd iudex ex cõiecturis arbitrabitur. ad quam partem magis trahatur. Et in capi. olim inter de restic spoli. post In noc. facit regulam aliam quod in actu negatiuo abstinens, & tacens, non habetur pro consentiente. Item in d. cap. nonne. facit aliã regulam, quod quando propõnuntur duo, vel plura, & negatur vnum, videtur alterum affirmare. Et Feli. in capitu. cũ in iure. de offic. deleg. col. 5. in fi. dicit. Paria esse in actibus iudicialibus, partem expressè cõsentire, & præsens esse, & non contradicere.

3 TACENS in capitulo, vel cõsilio. quando aliquod malum tractatur, secundũ Pan in c.1. de his quæ fi. à ma. post In. si non expressè cõtradicit, peccat eo modo ac si cõsentiret, & in malè gestis, tacens in vniuersitate habet pro consentiẽte, cum ex officio suo teneatur consulere. Ex his collige religiosos in capitulo existẽtes, & propter humanum respectum voci suę renuntiantes, quòd est tacere, quando vident, quod authoritas prouidẽdi propter hoc remanet apud eos, qui carẽt zelo, grauiter peccare, secundum grauitatem negotij.

4 QVANDO aliquis actus debet expediri per consensum in cõmuni præstitum, si singuli non collegialiter cõsentiant, non valet, secundum Pan. in c. cum ecclesia. de causa pos. & propri. nec est speciale in electione, quamuis glo. in c.1 de re. eccl. non alie. lib. 6. cõtrarium habeat, cuius dictum non tenetur. Ioan. etiam an. ibidẽ in nouella non valere tenuit. quem sequitur Cal. in c. cum omnes. de constit.

CONSERVATOR.

1 CONSERVATORES propriè secundum Arch. in c. 1. de of. dele. dicuntur hi, qui dantur infringentes priuilegia, & latius, qui dantur vt defendant ab inturijs, & offensis. Et de his intelliguntur iura loquentia de conseruatoribus. Aliquando dantur generalius secundum priuilegia, quæ sunt inspicienda. Vnde in priuilegio Sexti quarti, quod incipit, Regimini. datur authoritas fratribus prædicatoribus, & minoribus eligendi quemlibet canonicum, vel habentem dignitatem, & quòd possit defendere ab omnibus iniurijs, id est, secundum Archidiaconum ab omnibus, quæ sunt contra ius, & quòd ministret iustitiæ complementum, sine strepitu. &c. Multa alia possunt, quæ non possunt cõseruatores, secundum iura allegata.

2 VICARIVS Episcopi, quia est in dignitate quasi Episcopali, & abbates, priores mendicantium, & guardiani, qui superiorem in domo non habent, possunt esse conseruatores Gemi. in c. nullus de elect. lib. 6.

3 SI conseruator secundum iura allegata. vbi aliter non exprimitur in rescripto, se intromittit de alijs à manifestis iniurijs, & violentijs, vel de his, quæ requirunt iudicialem indaginẽ, est per vnum annum suspensus ab officio, & consequenter à beneficio, secundum Archidiaconem, & pars quę hoc fieri procurauit, excõmunicationis scientiam incurrit ipso facto, de qua infrà, Excommunicatio. 85. & tenetur de expensis legitimè factis, & propter hanc causam, canone in primis. secunda, quæstione prima. quòd si alius, cuius non est conseruator, hoc fieri procurauerit, secundum Ge. non est excommunicatus.

4 Conseruator durat vsq; ad obitum concedentis tantùm, quoad negotia non incœpta. capitulo final. officio delega. libro sexto. nec potest alteri vices suas committere, nisi citationes, & sententiarum denuntiationes, in dicto capitulo finali. nisi ex literis aliter constet. Conseruator secundum Archidiaconum in dicto capitula primo, est delegatus, quia materia eius ponitur in titulo delegati. licèt in multis differat. Tabu. ibi. §. quinto.

CONSILIVM.

1 CONSILIVM quod est idem quòd persuasio non habens vim coactiuam, tenetur homo non contemnere, non autem adimplere, & ordinantur cõsilia Christi ad hoc, vt firmius, & tutius eius prȩcepta seruẽtur. ex Thom. de ver. quæstione decimase. prima. a. 3. ad. 2. De consulente, & cõsilio vide infrà, Restitutio. quãdo quis tenetur. §. 58.

2 QVI tenetur facere aliquid de cõsilio aliquorum, si talis qui petit non est sani, vel integri sensus, vt cum pupillus tenetur cum consilio duorum agnatorum facere aliquid. ibi, consilium accipitur pro assensu. Si verò sit integri iudicij, tamen tenetur petere consilium ab his, qui sunt participes illius officij, & tunc consilium pro assensu etiam capitur. in capitulo venerabili. iuncta gloss. de officio delegati. Aliâs qui tenetur facere cum consilio, licèt teneatur petere consilium, nõ tamen tenetur sequi. Pan. in cap. cùm in veteri. de elect. in glos. 1. secus quãdo teneretur facere de consilio, & assensu. Nec differt dicere de consilio, vel cum consilio, licèt Cin. cõtrarium tenuerit. in l. id quod pauperibus. de episcop. & cler. Primum tamen tene, quia melius.

3 QVANDO verò tenetur facere cũ consensu alicuius, distingunt docto. aut iste de cuius consensu agitur, potest esse particeps huius officij, aut non, si secundum, non est necesse sequi eius assensum, ne per aliam viã eidem permittatur, quod alia via negatur, per regulam cum quid vna via. de regu. iuris. libr. 6. Si verò potest esse particeps, tunc aut necessitas petendi consilium iniũgitur ab homine ei, qui habet potestatem à lege, & tunc consensus non necessitat: quia homo non potuit auferre potestatem datam à le-

ge,

ge.c.tua de test.aut iniungitur à lege, vel ab homine habente potestatē ab homine, & tunc debet assequi assensum illorum, per gloss.in cap. vnic.in 6. ne sed. vacan. credo tamen quòd committentis intentio esset attendenda, quando committens habens authoritatem, in dubio procedit, vt supra dictum est.

4 QVANDO ille de cuius consilio aliquid est agendum, est mortus, vel ita absens, quòd non potest adiri, vel non vult consulere, secundum Pan. in.c.ex parte.de. constit.& in.d.c. cū in veteri. Si periculum ex dilatione imminet, semper sine consilio potest procedi. Hoc sentit etiam Bartol.in.l. 1.§.si plures.ff. de exerci. action. qui de mente iuris est, vt si consilium nō potest haberi, procedatur ad consummationem actus.vt in dicto capi.vni. Si verò non imminet periculum, aut ille est mortuus, & tunc si nomine proprio expresso potestas consulendi fuit sibi attributa, expirat mandatum, & secunda iussio debet expectari.argu.in c. cùm dilecta. de rescript. Si verò fuit expressum nomen dignitatis debet expectari successor.argu.cap. quoniam Abbas. de officio delegati. Idem si est ita absens quòd eius consilium nō possit requiri. Si verò est præsens, & non vult cōsulere, vel absens, & non vult venire, nec consilium præstare, tunc potest mādattius sine consilio procedere, text.in dict.capit. cùm in veteri. vel secundum Pan.in eo.ca. poterit appellare.

5 SI quis ex forma mandati debeat requirere consiliū, & non perito consilio procedit ad actū, secundum Pa. in d.c.ex parte, non valet, quando lex à principio potestatem ei tradit cum tali modificatione. Si verò prius habebat potestatem, & superior mundauit fieri cum cōsilio Titij, tenet actus sine tali consilio, licet transgredieus veniat puniendus. argumen. in c. dilectus. elect. 2. de prēben. aliter quando requiritur assensus. hæc procedunt, de consilio, &c.

6 QVI tenetur petere consilium, & malè ei consulitur, si sequitur tale cōsilium aduertenter, non excusatur, quia licèt teneatur petere, non tamen sequi. secundum Panor in dict. capit. cùm in veteri. ideò iudex qui tenetur pronuntiare cum consilio sapientis, non excusatur, si malum consilium sequitur, secundum Bart in dict.§. si plures. Nec frustrà dicitur esse petitio consilij, etiam quòd non teneatur petens sequi, quia petendo posset consulentes in suam trahere sententiam, & quia salus ibi, vbi multa consilia. canone pro verbis. vigesimaquarta distinction.

CONSTITVTIO.

1 CONSTITVTIO propriè dicitur, quam princeps statuit. can. constitutio. distinctio. secunda, & largè prò omni iure accipitur, vt in cap. cùm omnes de constitutionibus. Et fit constitutio propriè à principe cum suis consiliarijs, secundum Panormitanum, in rubric.eod. titu. quandoq; à collegio, & de eius natura est, vt sit perpetua, nisi reuocetur. Non autem sic ordinationes, quæ à collegijs fiūt, quia non sunt perpetuæ. Vnde Arch. Flor. dicit 3. part. titul. 24. capitul. 2. §.4. quòd ordinationes quæ fiunt in capitulis generalibus, vel prouincialibus, obligant vsque ad sequens capitulum, postquàm promulgatæ fuerint, sed post quàm non practicantur in obseruando, vel non publicantur, vel à fortiori, quādo non sunt in memoria, non obligant.

2 QVANDO prælatus aliquid ordinat sine collegio, durat tantùm eius prælatione durante, nisi authoritate Papæ fietet, secundum Archi. Floren. ibi. Tunc enim durat, donec reuocetur.

3 CONSTITVTIO nulla ligat, vel afficit ignorantes verè secūdum Pan. in.2.c. de constit. post glos. & si est synodalis, vel prouincialis, & nō est positus terminus, sed fit simpliciter, immediatè ligat omnes scientes, ignorantes verò ad arbitrium boni hominis. Papales post duos menses ligant, scientes tamen immediatè ligantur,

nisi sit terminus appositus, secundum Panor. suprà.

4 CONSTITVTIO iudicis secularis quæ specificè disponit super rebus Ecclesiç, secundum Panorm. in c. ecclesia sanctæ Mariæ, de constituit. nõ debet seruari, quia fit à non superiore, etiam si generaliter loquatur, cùm non possit sine peccato seruari, non valet. Sed quando est generalis, & non cõtraria canoni, rationabilis, & ecclesiæ fauorabilis, est seruanda.

5 CONSTITVTIO principis cõtra ea quæ sunt iure gentium, vel naturali facta ex rationabili causa, secundũ doctores & præcipuè Panormitanus in capitul. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus tenet, vt de præscriptione, & confiscatione bonorum. Si autẽ non subest causa, & certum est, principem non posse statuere, vt in clemẽt. pastoralis de re iudicata. vbi dicitur quòd Imperator nõ potest tollere rẽ alterius sine causa, nisi in re parua, nõ tenet. Non enim Imperator, nec Papa, sine causa auferre bona iustè possidentium possunt, quia contra ius naturæ est.

6 CONSTITVTIO Papæ, quæ à principio nõ recipitur ipso sciente, & tolerante, secundum Panormitanum in cap. quia circa. de affinita. & cõsanguinit. non obligat ad peccatum. Si verò à principio à maiori parte recipitur, obligat, quamuis minor pars non seruit, multa enim tolerantur per patientiam, quæ si fuerit in iudicio deducta exigente iustitia tolerari non debent. Non omnes constitutiones emanatæ post compilationem decretalium habent vim, sed illæ de quibus fit mentio in. 6. Et nisi sint factæ post dictũ libro. 6. vt patet in prolo. sexti. Et quæ factæ sunt inter sextum, & clement. tenent.

7 CONSTITVTIO, vel lex, seu statutum, in quo mandatur sic, videlicet prohibemus ne fiat tale quid. & qui fecerit illud, talem pœnam luat, ita quod ibi sunt duo præcepta, obligat ad culpam, & ad Pœnam, vt dicit Angelus versiculo, obedientia. §. primo. secus secundum Hencicum de Gan. quando est vnum tãtùm præceptum, vt cùm dicitur, qui fecerit, sic soluat talem pœnam, quia tũc ex forma statuti obligat tantùm ad pœnam. Intellige post cõdemnationem iudicis notam, secundũ glo. in c. fraternitatis. in fi. 11. q. 2. Similiter semper obligat ad mortale, quando imponitur pœna mutilationis, mortis, vel alterius grauis pœnæ, quia exponere se periculo grauis mali, vel infamiæ verisimiliter, nescio a mortali excusare, cum sit contra charitatem sui ipsius. Posset etiam esse mortale, quando transgrederetur lex tantùm pœnalis tatione materiæ, quia videlicèt continet aliquod necessarium ad salutem, vel propter contemptum. Vide infra, Lex, §. 4. & 11.

8 QVANDO princeps mandat fieri festum aliquod propter victoriam habitam, vel aliquid huiusmodi sub certa pœna, licet pœna possit exigi, transgressores tamen non peccant mortaliter. An autem constitutio obliget ad mortale, & quando, & quomodò. infrà verbo. Lex. §. 4.

CONSVETVDO.

1 CONSVETVDO est quoddã ius non scriptũ: assiduis actibus constitutum, quòd pro lege suscipitur, cũ deficit lex, in c. consuetudo. d. 1.

2 CONSVETVDO habet vim legis & legem abolet, & interpretatrix legis est: quia quod multoties fit, videtur ex deliberato iudicio rationis prouenire secundum Tho. prima secundæ. q. 97. a. 3. Et secũdum Pa. in. c. fi. de consue. Etiam cõsuetudo assumit vires, ex authoritate Papæ, permittentis induci consuetudinem contra canones. Sic enim tolerando videtur approbare secundum Thom. suprà.

3 CONSVETVDO non potest mutare legem diuinam, nec naturalẽ, secundum Tho. vbi suprà. & per doct. in dict. cap. fina. Potest tamen limitare, distinguere, declarare, augere, & huiusmodi, sicut potest ius positiuũ. Lex diuina dicit, in ore duorum, vel trium, stet omne verbum, &c. Sed lex

lex limitauit,quòd aliquando plures requiruntur . Et illud,non occides, limitauit lex,quòd in aliquibus casibus licet occidere. Non manente ratione, propter quam lex erat,cõsuetudo vincit legem . Si verò eadẽ ratio maneat, & non sit inutile seruare legem propter impossibilitatem, ex consuetudine patriæ, quæ est vna de conditionibus legis,tunc lex vincit consuetudinem, secundum Tho.prima secundę.vbi suprà ad 2.

4 CONSVETVDO semel reprobata a lege,non potest amplius introduci,nisi sublit ratio noua, vt concluditur ex lib.fin. Cap.si contra ius,vel vtilitat.& glosl.in clemen.statutum.de election.

5 AD hoc quòd consuetudo habeat vim legis,requiritur. Primò,quòd sit rationabilis, & ad cognoscendũ quomodo est rationabilis, vide Panormita in d.c fin.& Tho.suprà. Secundò, quòd sit obtenta per cursum temporis requisiti ad præscriptionem . per glosl.in d.c.fin.& si de iure ciuili, secundum Pano.ibi,requiritur tempus decem annorum , vt communiter tenent doctor. etiam si consuetudo sit contra ius. De iure canonico si consuetudo est præter ius,requiritur tempus decem annorum.glo.not. in c.fi. de consuetud.lib.6. vel est contra ius canonicum , & tunc requiritur tempus quadraginta annorum, & in hoc casu requiritur , quòd consuetudo sit præscripta,vt in d.c.fin.si tamen consuetudo venit contra reseruata principi,in signũ specialis priuilegij,tunc vtroque iure requiritur tempus,de cuius principio non est memoria. in ca. super quibusdam.de verborum significatione.Si tamen Papa scit consuetudinem , & tolerat,secundum Antonium in dicto capitulo finali, sufficit tempus decem annorum . Tertiò quòd sit inducta per certam scientiam, & non per errorem potentis legem condere,secundum Thomam suprà.qui quidem error tãtus sit,quòd auferat consensum populi,vel potentis legem condere,secundum Thomã suprà. Quartò, quòd tale quid possit præscribi,ideò Panormitanus in dicto capitulo fina.nota,quòd sicut ex præscriptione laicus non potest acquirere ius speciale,ita nec ex consuetudine,etiam si talis sit, de cuius principio nõ sit memoria , contra Ioannem Andræam capitulo.2. de prçscription. libro 6 in his tamen in quibus Papa potest dispensare,& scit,& tolerat & nõ contradicit , videtur consuetudinem posse introduci,secundum Panormitanum suprà. Quintò,quòd homines sint vsi consuetudine varijs vicibus, animo introducendi consuetudinẽ, & secundum communem opinionẽ doctorum,tot requiruntur actus , & ita notorij,vt verisimiliter transierint in notitiam populi , vel illius , à quo habet virtutem. Non enim actus, sed tacitus populi consensus , vel principis,consuetudinem inducit. nec vnus actus potest consuetudinem facere,vt placet Panormitanus in glosl.dict.capit.fina.nisi actus ille haberet causam successiuam , & continuationem per tempus, in quo introducitur consuetudo . cap. cũ de beneficio . de præbend.lib.6.Sextò,requiritur vt maior pars populi vtatur illa consuetudine, & intelligit Panormi. de parte populi habente consensum habilem ad introducendam consuetudinem , quia mulieres,infantes,furiosi,& similes, non computantur in numero , quia non possunt legem condere.l.1.ff. de leg. Idem intelligit Panorm in dicta glosl. de consuetudine totum populum tãgente.

6 QVANDO maior pars populi, vel ille , cuius authoritate consuetudo introducitur, intendit se obligare ad mortale peccatum, cuius signum potest accipi,quando credunt contrafaciendo se peccare mortaliter,tunc obligat consuetudo ad mortale,aliàs nõ sicut nec omnis lex ad mortale astringit. Hæc suprà dicta faciliter possunt deduci ex S.Tho.vbi suprà.Ad cõsuetudinem alicuius collegij duas partes sufficit seruare.ff. quod cuiusque vniuer.l.nulli.

7 CONSVETVDO nondum cõpleta interrumpitur per vnũ actum contratium, ita vt sit necesse de nouo reincipere, secundum Pan. in d.c.fin. secus quando erat completa, quia tunc tollitur eo tẽpore, & modo, quibus fuit introducta, quia iã lex est, ideò instar legis tolli debet, secundum Panor. in d.c.fi.

8 ARBITER qui secundum compromissum tenetur pronũtiare secũdum iura, potest pronũtiare secundũ consuetudinem, etiam iuri contrariã, & statuta loci, secundũ Panor. in rub. de consuet. quia consuetudo est quoddam ius non scriptum, & quia iura mandãt iudicari secundum statuta, & consuetudines locorum: vt in c.3. de eo qui mit. in poss.

9 CONSVETVDO praua excusat à pœna huius mundi, quando eius prauas, per ius non est declarata: secundum glos. d.4.c. deinde. non autem quo ad Deum, quando ignorantia esset crassa, vt quando esset contra ius naturale. 32 q.7.c. flagitia. secus vbi probabile esset dubium super prauitate.

10 CONSVETVDO interpretatur priuilegia, indulgentias, & statuta, sicut & legem. c. cum dilectus. de cõsue. & habet locum vbi viguit. vt not. Pa. de cõsuet. c. cùm olim.

11 CONSVETVDO vt aliquid exigatur pro spirituali, potest introduci, & introducta debet seruari, imò possunt laici ad seruandum dictam consuetudinem compelli. vt in ca. ad Apostolicam de simo. Et Pa. in. c. suam nobis. de simon. dicit se semper tenuisse. vt talis consuetudo possit introduci, quando non præcessit exactio, sed ex mera liberalitate, & deuotione populi est introducta, tunc enim non habet fundamentũ vitiosum, sed laudabile, quia non est magnum, neque mirum, si abcometuntur temporalia, qui seminat spiritualia. vt in capit. si Episcopus. de offic. ord. lib. 6. Secus quando præcedens actio consuetudini principium dedit, tempus quoque decennij sufficit ad introducendum hanc consuetudinem, quia est præter ius: secundum Fede in consil. 155. & Feli. post Ioan. de Ana. in. d.c. ad Apostolicam. dicit quòd laici ad hoc possunt constringi, quando consuetudo principium coactum non habuit.

12 QVANDO non apparet an introducentes consuetudinem voluerint se obligare, recurendum est ad præsumptionem: secundum Doctor. quòd si non præsumitur, vel non apparet nisi mera liberalitas, non insurgit aliqua obligatio: secundum Ioan. And. in ca. Ioannes. de cler. coniu. & quia quando offertur aliquid ratione sacramenti, vel propter rem spiritualem exhibitã, videtur populus hoc longo tempore obseruando, se ad hoc velle obligare, in recompensationem spiritualium, recognoscendo Deum in suis muneribus, ideò ad hoc videtur obligari, non autem sic: vt clerici dent clericis, ex consuetudine: vt dicit Pan. in d.c. Iacobus. de simo. non enim est eadem præsumptio, sacramenta tamen semper, & liberè priùs sunt danda, & sic antè nulla exactio est fienda. d. cap. cum eccle.

13 COMPELLERE populum ad hoc, non pertinet ad rectorem ecclesiæ, sed ad Episcopum: sic enim habet iurisdictionem in laicum: secundum Felin. in c. cùm sit. de foro comp. col. 2. post Innoc.

14 RATIO, quam quidam afferunt, dicentes se non petere pro sacramẽtis, sed pro labore, non valet: secundũ Pa. in d. cap. suam nobis. quia videtur exactum pro spiritualibus, cùm vnum sine alio non procedat. 1.q.3.c. si quis obiecerit. Differentiam inter consuetudinem & præscriptionem, vide Sil. ver. consuetudo. §. vltim. An laici possint præscribere: vt parochianus det candelas in die purificationis? Videtur, quòd sic: secundum Federic. consil. 155.

CONTEMPTVS.

1 CONTEMPTVS, quo despicitur proximus, cùm illi inferat notabile malũ actu, vel voluntate: secundũ Caiet. ibi, est mortale peccatum, formaliter

maliter loquendo, quãdo scillcet spernit vt spernãt. si autem contemnat tãtùm materialiter, non peccat mortaliter, nisi ex hoc proximus notabiliter lçdatur.

2 CONTEMNENS subijci, cui oportet subijci, formaliter ex suo genere peccatum mortale est, quia & contra rationem, & contra dilectionem Dei, vel proximi, & propter hoc peccare ex contemptu formaliter loquendo, vt dicere verbum otiosum, non seruare consilia Christi, &c. est mortale peccatum, hoc enim nihil aliud est, quàm nolle subijci consilijs Christi, quod tamen necessarium est, quamuis seruare sit de bene esse. Hæc enim peccata rarò accidunt, nisi pessimè dispositis. Not. est, quod si quis faci: aliquid, vel non facit ex indignatione, non dicitur fieri hoc ex cõtemptu, vt si prælatus dicat alicui vt cantet, & ipse nolit cantare: vt prælatus hanc consolationem non habeat, non dicitur facere ex contemptu. Caieta. ibi conformiter S. Tho. secũda secundæ. q. 186. a. 9 ad 3.

3 NON omnis peccans venialiter ex contemptu, mortaliter peccat, nisi esset paratus etiã hoc facere, si esset mortale: secundum Tab. ex S. Tho. Dicit tamen, quòd religiosus peccans ex contemptu, in his quæ pertinent ad perfectionem, quç etiam de se nõ sunt mortalia, mortaliter peccat, quia contemnit id, in quod tenetur tenere. Caieta. verò dicit, verùm esse, quod peccans quomodocunque ex contemptu simpliciter, mortaliter peccat, sed qui contemnit aliquod ex eo, quod minimũ est, non contemnit simpliciter, sed secundum quid, ideò non peccat mortaliter, modificat enim illum contemptum cum illo minimo, sicut qui accipit minimum, non dicitur furari simpliciter, & in hoc sensu intellige Tab. dict.

4 ITEM aliud est cõtemnere regulã, seu monitionem superiores, aliud est contemnere id quod mandatur, ideò frangens silentium ex contemptu cõstitutionis: secũdum priùs dicta, mortaliter peccat: si angens autem, & contemnens silentium tanquam rem minimam, & peccatum veniale, venialiter peccat, quia non simpliciter contemnit, sed secundum quid solum. Vnde Thomas in quæstionibus de veritat. quæstio 15. a. 5. ad 2. dicit, quod non quilibet contemptus facit mortale peccatum, sed contemptus Dei solùm, per hoc enim solùm homo auertitur à Deo.

CONTENDERE.

1 CONTENDERE, secundũ Th. secunda secundæ. q. 38. a. 1. est cõtra aliquem verbis tendere, quæ quidem cõtentio potest attendi, & quantùm ad intentionem contendentis, & quantùm ad modum. Quantùm ad intentionem, si quis impugnat veritatem modo indebito, scienter, vel quando est in iudicio, vel in disputatione: non gratia disputationis, sed veritatis impugnandæ, sic est peccatũ mortale, quia est mendacium pernicioſum contra honorem Dei, & vtilitatem proximi. Quò autem ad modum, si modus est scandalosus, vel propter inordinatos clamores, vel propter opprobria, quæ ibi vt plurimùm dicuntur, est etiam mortale. Scriptum est enim. Væ illi per quem scandalum venit. Bonus ergo confessor considerabit qualitatem modi. Secus quando impugnat veritatem credens dicere verum, vel dicens rationes suas audenter cũ aliqualiturbatione, tunc potest esse sine peccato omninò, vel tantùm veniale.

2 CONSTITVTIONES fratrũ prædicatorum, quæ dicunt in c. de graui culpa. si quis cum prælato suo contenderit, non intendũt de illa, quæ est secundum se mortalis, quæ diuino iure prohibetur, sed ea, quæ est communiter venialis, quia tales contẽdentes, etiam veritatem clamosè defendentes, aut despectiuè, aut derisoriè, debitam prælatis reuerentiã, & subiectionẽ nõ seruant. Propterea meritò grauiter puniuntur, quia grauiùs quàm alij seculares peccant.

CON-

CONTRITIO.

1 CONTRITIO secundum magistrum in 4. sent. dist. 17. est dolor voluntariè assumptus pro peccatis, cũ intentione confitendi, & satisfaciẽdi: qui quidem dolor, si sit perfectus, dicitur contritio: si imperfectus, vocatur attritio, quæ attritio nunquàm, secũdum Th. in 4 suprà, potest fieri cõtritio: & debet esse de quolibet peccato, de quo habetur memoria, de alijs obliris sufficit generalis contritio, secundum Tho. ibi, & Pet. de Pa.

2 CONTRITIONIS dolor tantus debet esse, vt peccatũ nobis displiceat super omne obidibile, cũ proposito vitandi supra omne vitabile: secundum Caiet. ibi. ita quòd maximus esse debet neq; nimius esse potest, & debet peccator ita esse dispositus, vt paratus sit potius quodcũq; malũ pati velle, quã mortaliter peccare. Non tamen debet ad pœnas particulares descẽdere, quia hoc esset parare sibi laqueũ tentationis: secundum Tho. suprà: & qui sic se habet, est certus de sua contritione humana, non autẽ formata gratia diuina: secundum Ca. ibi.

3 QVAMPRIMVM occurrit memoriæ peccatum propriũ mortale cõmissum practicè sub ratione detestabilis, vel delectabilis, tenetur homo de eo dolere: secundum Petr. de Pal. in 4. Caiet. autem ibi dicit, quòd semper tenetur peccator ad hoc, vt nunquam placeat sibi peccatum, quia præceptum negatiuum obligat semper, sed quod actu conteratur, non obligatur, nisi in casu, & periculo mortis in susceptione, vel administratione sacramentorum, & in quolibet actu, qui requirit hominem sine peccato, & semel in anno ex præcepto ecclesiæ, nõ autem quandocunque occurrit memoriæ tenetur conteri, sicut nec confiteri, nisi in proposito, nec die festo, si non conteritur, peccat mortaliter cõtra præceptum de sanctificatione festi, nec hoc contra illud quod dictum est, si occurrat practicè. ex Caiet. ibi, in summa.

CONTVMACIA.

1 CONTVMAX qui cõtra iudicis obedientiam tendit, mortaliter peccat, cuius signum, quia propter cõtumaciam potest excommunicari. secundum Caiet. ibi.

2 CONTVMACIA triplex est, prima non veniendo ad iudicium. c. ex literis. de dolo & contu. & hęc tribus modis committitur. Primò, quando peremptoriè citatus venire eõtemnit. Secundò, quando malitiosè se occultat. Tertiò, quando latitat, vel impedit ne citatio ad eum perueniat, vt in capit. quoniam frequenter. vt lit. non contestat. secunda est, quando citatus ad iudicium venit quidem, sed non vult iuri parere, vel ante finitã causæ examinationem, contumaciter recedit. c. certum. 11. quæstio tertia. Tertia, quando manifesta offensã existente, ad iussionem iudicis, non vult se emendare. capitul. ex parte de verb. signification. Multis etiam alijs modis committitur cõtumacia vera, vel præsumpta, de quib⁹ vide Tab. ibi, in principio.

3 EXCOMMVNICATVS ob contumaciam, non debet absolui antequàm satisfaciat de expensis, & caueat de sistendo in iudicio. Secus quando non est verè contumax, sed præsumptiuè, & petit absolui. in cap. venerabilis. de senten. excommu. Præsens, & respondere nolens. dicitur contumax: secundum Felin. in c. consultationib. de offic. de leg. col. 2.

CONTVMELIA.

1 CONTVMELIA, secundũ Th. secunda secundæ. quæst. 72. ar. 1. videtur importare dehonorationem alicuius, siue per verba, siue per facta, siue per quicquid habet vim significãdi. Differt autem à conuitio, quia per conuitium repræsentatur, per verba contumelioſa defectus pœnæ, siue culpæ generaliter, sed per contumeliam, tantùm defectus culpæ, vt cùm dicitur alicui, leno, vel meretrix, & huiusmodi. Cùm verò repræsentatur defectus minorationis, vel indigentiæ, & etiam deroget eius honori, dicitur improperium. vt dicendo: Ego te de fame e-

me eripuſ,&c. Et poſſunt hæc fieri in facie eius perſonaliter audiẽtis, vel videntis, & literis, ſeu libello, vt ad ipſum deueniant, poſſunt etiam fieri in abſentia, verbis, vel ſignis, vt ad eius notitiam deueniant, ſicut eſſet detur, pate hoſtium, pingere cornua, & huiuſmodi, vt illius honorem minuant.

2 CONTVMELIA, & conuitium, ſumpta formaliter, ſunt peccata mortalia, quia quantùm in ſe eſt, lædunt bonum honoris proximi, & hoc eſt, quando ex intentione dehonorandi fiunt, niſi ex imperfectione actus, vel in primo motu, vel pro re minima, quia ſic veniale peccatum eſſet. Si verò non adſit intentio dehonorandi, tunc non eſt mortale, quia non eſt formaliter contumelia, ſed marterialiter, niſi quando ex hoc notabilis dehonoratio proximi ſequeretur. Debuit enim proferens cõtumeliam quid poſſet ex hoc prouenire, aduertere. Caie. ibi.

3 QVI fecit contumeliam, vel conuitium alteri: ſecundùm Nicol. de Ly. tenetur per ſe, vel interpoſitam perſonam, dicere iniuriato culpam ſuam, vel ſaltem æquipollentia ſigna oſtendere, niſi conſtet iniuriatum remiſiſſe ei, niſi ſit prælatus, vel paterfamiliâs, qui in corrigendo exceſſerint modum. vt domin. Aug. in regula. Si tamen hoc fecerunt correctionis gratia, & non liuore vindictæ. Et ſecundum Vmb. debet citò ſatisfieri, ſicut in reſtitutione. Hoc tamen intellige, quando contumelia eſt publica, ſecus quando eſſet ſecreta, quò ad iniuriatum.

4 SVSTENTARE cõtumelias, quò ad præparationem animi, ſemper bonum eſt, & ad hoc tenemur: ſecundũ Thom. ſuprà, non tamen quando cedunt in malum animæ irrogantis, quia ob hoc fit audacior, vel quando ex ſufferentia profectus aliorum impeditur: ſecundum Gre. homel. 9. ſuper Ezech. infrà, Vindicatio. per totum. Corrigentes in dicendo contumelias, debent eſſe diſcreti, quia ex indiſcretione, poſſent mortaliter peccare.

CORRECTIO.

1 CORRECTIO, qua ſubditi à ſuis ſuperioribus debent corrigi, ſiue per punitionem in facto, ſiue per correctionem in verbo, ſi omittatur ab ipſis ſuperioribus, ſiue prælatis eccleſiaſticis, quando, ſicut, & vbi oportet, proculdubio mortale peccatũ eſt, niſi propter imperfectionem actus, quia præceptum de hac correctione, eſt de actu iuſtitiæ neceſſariæ ad bonũ, præcipuè publicum. In caſibus autem ſingulatibus non facilè poteſt regula aſſignari, quia quandoque propter aliquod bonũ reipublicę prętermittur, & propter aliquá aliam cauſam rationabilem incidentem, ideò in adminiſtrante huiuſmodi iuſtitiam, & correctionem, neceſſaria eſt magna prudentia, & bona conſcientia, quam ſpiritus ſanctus dirigit.

2 CORRECTIONIS fraternæ prę ceptum, cùm ſit affirmatiuum, nõ ſemper obligat, ſed quando eſt articulus neceſſitatis, ſicut dare eleemoſynam: ideò quando aliquis eſt in mortali, & credis te ei poſſet prodeſſe, probabiliter ipſum corrigendo, & non vis corrigere, mortaliter peccas, ſicut ſi morientem fame, potens non paſcis. Si autem ex ſola negligentia, vel quia non ſperas correctionem, vel quia times ne peior fiat hoc omittis, nõ peccas mortaliter, niſi tanta eſſet negligentia, & proximi neceſſitas, quod ratione notabilis damni proximalis, & magnæ negligentię, eſſet mortale, ac ſi ex intentione feciſſes. Contra enim proximi charitatem eſſet.

3 SI quis dimittat correctionem fraternam de peccato mortali, quando tenetur facere, vel propter timorem damni temporalis, vel infamię, vel pœnæ corporalis, peccat mortaliter, quia ſalutem animæ poſtponit his, quod eſt contra charitatem: ſecundum Thomam, vbi ſuprà. & Richard. in 4 ſentent. diſtinctio. 19. Si autem differt correctionem: quia expectat tempus magis congruum, prudenter facit,

facit,quia omnia tempus habẽt. Si autem prætermittit correctionem de veniali propter humanum respectum, non peccat mortaliter, nisi illud esset periculosum valdè ad mortale. Idem quãdo timore retrahitur à correctione de mortali,non tamen est tantus timor, quòd si omninò crederet peccatorem à peccato retrahere, quòd propter talem timorẽ cessaret à correctione, tunc tamen venialiter peccat.Intelligo etiam prædicta quando occurrunt nobis corrigendi. Non enim debemus quærere corrigendos. Ex San. Thom.in 4.senten.suprà, & secunda secundæ. quæstio. 33. a.2. & ex Richard.& Petr.de Palud.in 4. Et hoc preceptum etiam extenditur ad inferiores, respectu superiorum, quos tenentur corrigere cum reuerentia tamen.& humilitate : secundum Thomam ibi, & semper intellige teneri, quando speratur correctio, alias non. Et omnes ad hanc tenentur,quia vnicuique Deus mandauit de proximo suo.

4 TENENTVR etiam seruare ordinem datũ à Christo. Matth.18.secundum Tho.secunda secundæ supr.a.8. Dicit enim Christus : (si peccauerit) scilicet de præterito. Igitur de peccato futuro non debet fieri secreta monitio,sed statim potest denuntiari,vt impediatur, quando aliter non potest obuiari. (In te),id est contra te,& te solo sciente. Alias quando est publicum,potest denuntiari,quia nõ solùm læsit conscientiam tuam, sed etiam aliorum. Et hoc etiam, si speraretur emendatio delinquentis, quia oportet satisfacere scandalo. Si tamen æquè & bene posset satisfieri non denuntiando,non esset denuntiandus. Item quando peccatum vergit in malum corporis,vel animę aliorum, non requiritur secreta monitio,quia nõ tantùm est in te, sed in alios, vt esset crimen hæresis,&c.aliàs secreta monitio debet præcedere denuntiationẽ publicam.

5 SECVNDO quando secreta monitio non prodest,& speratur correctio, dicat prælato, vt singulari personæ: secundum Arch.floren. & secundum Aug.in regula, quòd si hoc non prodest,inducamur testes,si speratur correctio. Quartò,sit non audit eos,dicatur ecclesię,accusetur prælato, si sunt testes. Et semper seruanda est hæc regula,quòd quando potes seruare conscientiam,& famam proximi, teneris si non vtrunque, relicta fama, serua conscientiam.ex Thom.suprà.& q.de veri.

6 FACIENS contra prædictum ordinem. Vt denuntiandi prçlato ante correctionem fraternam,vt frater cõfũdatur,vel malitiosè, vt deprimatur, &c.mortaliter peccat,quia cõtra charitatem,& præceptum. Secus quando hoc ex simplicitate faceret, credens meliùs sic posse corrigi : similiter si ex cautela dicat,dummodò infamia non sequatur.ex S.Thom.suprà.quæ summoperè cauenda est, ne pro posse lædatur.

7 SI prçlatus præcipiat aliquod huiusmodi sibi reuelandum,debet intelligi secundum ordinem fraternę correctionis, contra quem si præcipiat, non est ei obediendũ:secundum Thomam secunda secũdæ. suprà.nisi prçcesserit infamia,vel semiplena probatio, vt qua est vnus testis, tunc tenetur quilibet subditus deponere quicquid scit, licèt non præcesserit monitio,vel non possit probare, quia tunc venit,non vt denuntiet,sed vt testificetur. Facit c.1.de testi.cog.cum ibi notatis.

8 SI factum sit publicum, & peccator occultus, vt quando homo mortuus repetitur, iubente prælato ante correctionem fraternam de reuelatione,non est ei obediendum,quia secundum Pet.de Pal.in 4.sen d.19.q.4.peccatum dicitur publicum,quando publicum est,quis illud cõmiserit:non autem si effectus sit publicus, sed bene prælatus potest prçcipere super veritate dicenda, & ad inquisitionem procedere, saluo tamen semper dicto ordine,& in generali præcipere.suprà,Accusatio §.24.

9 EPI-

9 EPISCOPO præcipiente reuelationem alicuius sub pœna excommunicationis, suprà, Accusatio. §. 29. an, & quomodo sit ei obtemperandum, quando probatio deficit.

10 EXISTENS in peccato mortali, siue sit iudex ecclesiasticus, siue secularis, secũdum quod determinat S. Th. secunda secundæ. q. 60. a. 3. & Caie. ibi secunda secundę. & Tab. vel correctio. §. 4. vtens officio suo in his, quæ non sunt ordinis, sed iurisdictionis: quamuis sit in mortali etiam publico, non peccat mortaliter per se loquendo, dũ punit & corrigit delinquentem, sed per accidens ratione scandali, potest peccare mortaliter, ideò cum humilitate potest arguere, corrigere, & punire: nec sequendus est S. Tho. in 4. sent. sed in secunda secundæ, suprà. Qui verò est in mortali, priùs deberet se corrigere, & inde alios, & dũ sistit in mortali, debet corrigere potiùs rogando, quàm increpando, & maximè quãdo peccatũ suum est publicum: sic enim non nascitur scãdalum. Nihil ergo facit in hac materia peccatum mortale, sed scãdalum: quòd semper quantum possibile est debet vitari, ne ob malum exemplum alij infirmi ad præceps trahantur.

11 MVLTI sunt casus, in quibus correctio potest dissimulari, & etiam punitio, vt quando mali à bonis non possunt discerni, quando propter talem punitionẽ timeretur schisma, vel scandalum, quando speratur emendatio, sine alia correctione, & breuiter quando esset aliquis bonꝰ respectus, ex quo maius bonum probabiliter speretur, tũc cessatio à correctione nõ esset contra charitatem, & consequẽter non esset mortalis. Facit c. comessationes. d. 24. &c. ipsa pietas 24. q. 4. c. cùm quis. ibi. Et quando mali prosunt ecclesiæ bonos excitando, & correctio nõ speratur, dimitti potest.

CORPORA SANCTORVM.

1 CORPORA sanctorum non possunt trãsferri de loco ad locum, postquàm tradita sunt sepulturæ perpetuæ, sine licentia Episcopi. in c. corpora de consecr. dist. 1. vide infrà, Reliquiæ. §. 3.

CORPORALIA.

1 CORPORALIA debent esse de puro panno, lineo albo, & benedicto ab eo qui potest benedicere, non de panno tincto, vel serico. c. inconsulto. de con. d. 1. quæ non debent tangi, neq; ablui per fœminas. c. sacratas. 23. d. & c. nemo. de conse. d. 1. el. 2.

2 DIACONI debent corporalia lauare, pro quibus debent peluim nouã habere, & primam lotionem in sacrario projcere. in d. c. nemo post primã ablutionem possunt lauari per moniales, & repetiari, secundum Pe. de palu. qui excusat moniales in hoc. quod tamen verum puto, vbi est cõsuetudo, quam opinionem sequitur Ca. in ver. mulier in summa.

3 CORPORALIA possunt consecrari per Abbatem. suprà, Abbas. §. 8. & generalem ac prouincialem mendicantium ex priuilegio. suprà, Consecratio. §. 12.

4 CORPORALIA post ablutionem nõ indigent reconsecratione, licet amitus recesserit, neque si aliqualiter repetiantur, nõ enim perdunt formam, etiam licet alius amiter ponatur.

5 CORPORALIA debẽt teneri mũda, vt præcipitur de cust. eucha. c. relinqui. & cap. statuimus. & negligentes puniri debent, & peccant mortaliter, quando ita relinquunt immunda, vt res rusticorum videantur. vt etiam d. Sil. in ver. vasa. De purificatorijs eadem videtur ratio, quanuis subdiaconi ea tangant, & abluant. in ipsis enim aliquando imbibuntur stillæ sanguinis Christi.

CORPORE VITIATVS.

1 CORPORE vitiatus, in ordine ad ordines sacros respectu noui testamenti: secundũ Aesten. & canonistas, est mutilatus, id est, qui caret mẽbro, & habens membrũ debile, vt oculum cæcum, vel manum aridam, vel aliud membrũ inefficax, si eo careat, mutilatus dicitur.

2 COR-

2 CORPORE vitiati supradicti, nõ sunt promouẽdi ad ordines sacros, duplici ex causa, secundum canones. Primò, propter inhabilitatẽ ad officium exequendũ. Secũdò, propter deformitatem ad scandalum tollendum, vnde generaliter tenendum est, quòd vitiũ corporis quomodocunque proenerit, si reddit inhabilem ad frangendũ, vel contractandum hostiam, vel calicem, impedit promouendũ, & promotum ministrare prohibet. Similiter omne vitium notabile in quocunque membro, scandalum generans impedit, vt dicemus.

3 ITEM tene, quòd vitiatus corpore ex sua culpa repellitur, nó autem sine culpa, secundum Ray. nisi ex deformitate scandalum, vel inhabilitas proueniant, & in dubio episcopus iudicabit, secundum Inn. in c. 1. de cor. vitia. cũ Archidiaconi consi. ar. ibi. c. 2. iuncta gl. eo. in religiosis exemptis eorũ prælatus ordinarius.

4 QVANDO tale vitium nõ reddit inhabilem, nec multũ deformem, est tunc distinguendum, quia vel euenit sponte, & sine causa iusta, & tunc in quocũque membro fiat, repellitur, & promotus deijcitur. in ca. pœnitentes d. 55. Host. tamen dicit in apparatu, quòd si tale membrum est occultum, episcopus potest dispensare nisi in castrato, & cum religioso potest dispensare, vt pede ligneo celebret. Si verò vitium apparet, non nisi Papa dispensat, quia vitiatus fuit in culpa. ca. 1. de corp. vi. Vel non euenit vitium spõte, sed casu, & nõ generat nimiam deformitatem, & tũc potest promoueri, vt in c. presbyterum. de cle. ægro. Si tamen quãdo fuit vitiatus à casu dabat operam rei illicitæ, sic non potest promoueri, secus si rei licitæ, & vitiũ est in membris minimis, siue occultis, tunc non repellitur. in c qui parte. d. 55. non autem si in magnis, vel manifestis, vt in oculo, vel manu. c. si euangelica. d. 55. Similiter si modicum tantum generat scandalum. vt in d. c presbyterum. Si autem sponte, sed ex iusta causa, vt propter sanitatem sit priuatus aliquo membro, siue occulto, siue manifesto, si propter hoc redditur, inhabilis, vel multùm deformis, repellitur, vt suprà. Si verò non sit propter hoc inhabilis, nec multùm deformis, non repellitur, nec promotus reijcitur, nec est necesse, quòd membrum abscissum secum portet, vt quidã absque ratione dicunt.

5 AMITTENS vngulã pollicis dando operam rei illicitæ, sine dispẽsatione celebrare nõ potest, quod trahitur per contrarium sensum, ex c. fi. iuncta glo. d de corp. vi.

6 HABENS membra superflua, etiã si ea abscinderit, non propterea repellitur, nisi ex hoc prouenirent inhabilitas vel nimia deformitas, vt suprà: secundum gloss in c partem d. 55. & Host, quia talis non est propriè mutilatus, vel colobon.

7 CLAVDVM à natiuitate, vel sine culpa sua, qui ad altare sine baculo accedere potest, consuetudo non repellit, saluis prædictis. ar. in c. nullus. de consecra. dist. 1.

8 CAECVS à natiuitate, etiã vno tãtùm oculo, repellitur: secundum Arc. quod probat per d. c si euangelica. de habente maculam in oculis, & de gibboso leproso, iudica secundum regulam generalem superius datam. Furiosus autem, lunaticus, caducus, & dæmoniacus non debent promoueri, etiam postquàm fuerint liberati, secũdum gloss. in cap. communiter. d. 33. &c. maritum. Promoti verò si sunt omninò liberi, expectato tempore ad arbitrium boni viri poterunt exequi: si autem non sint omninò liberi, iudica secundum regulam superiùs datã, quæ ad quàm plures casus valet. Hermophrodita quomodocũq; non admittitur. & ordinatus repelliur, licèt magis ad masculinum vergat, & characterem habeat: secundũ Gul. Quomodo autem in his dispensatur supra dictis casibus, infrà, ver. dispensatio. §. 22. Vide etiam Thom 4. senten. d. 9. a. 4. q. 3. ad 3. Tales promoti, à beneficio non repelluntur, ne addatur afflictio afflicto. 7. q. 1. c. percussio, sed dabitur adiu-

adiutor,si per se non potest·De eo qui nullo modo potest bibere vinum, dicitur quòd ordinari non debet,neque ordinatus celebrare: quia non posset perficere sacramentum sumendo sanguinem. Neque fœmina promoueri potest: quia ordinis huius capax non est,secundum Gul.

CREDERE.

¹CREDERE in Deũ ita est necessariũ omnibus habentibus vsum liberi arbitrij,quòd qui nou credit,est in mortali,quia sine fide est impossibi le placere Deo.Hebræ.6.

² CREDERE articulos fidei explicitè,maximè illos, qui solennizãtur in ecclesia, omnes Christiani sub præcepto tenentur,vt mysterium trinitatis, incarnationis, passionis, & huiusmodi,alia autem implicitè.sed magis, & minus, secundum personarum qualitatem, secundum Tho. secundæ. q.2. arti.7.

³ QVILIBET habens officiũ docendi fidem,vt prælati, prophetæ, sacerdotes,doctores,prædicatores,tenẽtur credere explicitè totalẽ distinctionem articulorum,secundum substantiam,non autem alij, secundum Tho. veri.q.14.a.11.

4 Nullus potest excusari, si non credit,infrà,fides.§.2. Credere autem est cum assensu cogitare, secũdum quod à voluntate determinatur ad vnum. ex Tho.vbi suprà.

CRAPVLA,in ver.Gula.

CHRISMA,suprà,Confirmatio.

CRVDELITAS.

CRVDELITAS qua quis modũ puniẽdi excedit notabiliter, mortale peccatum est: quia contra bonũ proximi, & contra ordinem iustitiæ, quę modum in delictorum punitione statuit,& secundum Tho. secunda secundæ. q. 159. a. 1. opponitur directè virtuti clementiæ.

CVRIOSITAS.

¹CVRIOSITAS, cùm importet inordinatũ appetitũ cognoscendi,siue per intellectũ, sine per sensum, peccatum est, quia plus quàm ratio dictet, appetitum protrahit. Non est autem peccatum mortale ex se, sed ex adiuncto,secundum Caiet.ibi. & hoc multis modis. Primò, si ordinetur ad finem qui scit mortale peccatum, vt qui vult scire quomodo fiant vsuræ palliatæ,vt eas faciat. Secundò,quando vult scire à quibus non licet, vt à dæmonibus, à quibus prohibetur scire.26.q.1.c. illud. Tertiò,quãdo vult scire què non licet, vt dicta in confessione, vel alia secreta,&c. & ea, quæ prohibentur addiscì, & doceri, vt artes magicæ,& huiusmodi: quia eadẽ culpa est addiscere, quæ & docere, in l.culpa.C. de male.& ma. nisi aliquis bonus finis excuset, vt ad impugnandum.Facit c.nec mirum.26. quæst.5. Quartò,velle videre ea, vel cognoscere,quorum cognitio est alicui periculosa cadendi in mortale, vt videre eoẽuntes bestias,vel homines, vel scire modos secretos agendi turpia, vel huiusmodi, tũc curiositas in tali esset peccatum mortale, quia exponere se mortali probabiliter, est peccatum mortale, secus quando non esset tale periculum. Ideò quod vni potest esse mortale, alteri potest esse veniale, vel nullum. Quintò,si propter curiositatem omittat ea, ad quæ tenetur sub præcepto, vt missam, confessionem, vel studere ea, que tenetur.&c. sicut multi clerici propter curiositates poëtarum, &c. non vacant scripturis, & canonibus, quos tenentur scire. Facit cap.nónne.d. 37. Sextò, quando facit prohibita, vel patitur, vt experiatur aliquid,sicut mulier vt experiatur delectationem cum viro, vel ex curiositate facit incantationes, &c. Septimò propter scandalum, vt quando quis vult scire quid dixit talis de eo, & est curiosus valdè in hoc peccat, quia exponit se scandalo secuturo, quia dum sciet talẽ maledixisse de eo,mouebitur ad odiũ,vel persecutionem contra eũ. Ex his regulis poterit quis facilè videre, quando est curiositas mortalis, vel venialis.

² VELLE videre aliquid quod ex se mortale est, quando non placet sibi illud, nec est periculũ probabile, quòd

quis ruat in peccatum propter hoc nec quòd actus ille quātùm ad deformitatem placeat sibi, sed ex nouitate rei cupit videre, vt quando aliquis irruit super aliquem, vt interficiat illū, talis curiositas non est mortalis, nisi quando esset prohibitum talia videre, quia non vult hoc malum fieri, vt videat, sed dum fit, vult quis videre, tantùm ex curiositate. Concord. Art. Flor. 2. par. tit. 3. c. 7. §. 11. Secus quando ex tali inspectione daretur animus malefactori, vel quasi approbaretur, factū, vel graue malū immineret corporis, vel animæ. Et Thom. secunda secundæ. q. 167. ar. 2. ad 2. consentit. Curiositas non videtur addere peccato differentiam talē, quæ sit necessaria ad constitendum, sed sufficit peccatum mortale exprimere.

CVSTOS.

1 CVSTOS in triplici differētia inuenitur, quidā sine mercede, sed gratis custodit, quidam accipit mercedem, sed non specialiter pro custodia, quidam accipit mercedem specialiter pro custodia rei. Primus tenetur de dolo, & lata culpa tantùm, quia gratia alterius custodit. Secundus tenetur de dolo, lata culpa, & leui. Tertius tenebitur etiam de leuissima: secundum gloss. in lib. qui mercedem. ff. loca. Aduerte, quod quando sumus in contractu, in quo quis tenetur solùm de dolo, & lata culpa, vt in deposito, acceptio mercedis pro custodia facit vt teneatur de leui, & sic intelligitur capitulo, bona fides. de depos. Si verò sumus in contractu, in quo tenetur de leui culpa, sicut in locato, quādo res non requirit diligentissimā curam, sic acceptio mercedis pro custodia facit vt teneatur pro leuissima, & sic intelligitur d. l. qui mercedem, & tenetur etiam de culpa eorū, quorum opera vtitur, si ipse diligentiā non adhibuit. l. si merces. §. qui columnam ff. locati.

2 QVI locat operas suas in re, quæ curam diligentissimam requirit, vt in gemma polienda, vel veste pretiosa incidenda, & huiusmodi tenetur etiam de leuissima. in d. §. qui colūnā. alias de leui tantùm, vt in d. gl.

3 CVSTODE negante, suo dolo, vel negligentia amisisse rem, in foro iudiciali, & contentioso, ipse custos probabit, secundum gloss. in d. l. qui mercedem. secus in conscientia. Idem die de custode carceris, & in deposito ff. de cust. & exhi. re. l. vlt. In alijs autem casibus regulariter, qui dolū allegat, probare debet. in libr. quotiens, ff. de probati.

4 SI quis conducit equum, & patronus equi mittit famulum pro custodia illius, & constat hoc fecisse à principio, conductor nō tenebitur pro custodia. Si autem locauit equum, & famulum, negligentia famuli non excusat dolum conductoris, antequam restituat equum famulo: secundum gl. §. si de me. l. si vt verò. ff. cōmo. Si autem post restitutionem equi, famulo equus pereat, nō tenebitur cōductor, in l. si mei causa. ff. commod. De hoc infrà Locatio. §. 22. Depositum. §. 2. Violentia per testes probari debet, secundum Panor. in ca. super eo. de his, quæ vi me. res verò amissæ, & earum valor iuramento.

DAMNVM.

1 DAMNVM est ex hoc, quòd aliquis minus habet quàm debeat habere: secundum Tho. secunda secundæ. q. 62. a. 4. & dare damnum, vel occasionē damni, & periculi, est semper peccatū, vel mortale, vel veniale, secundum voluntatem dantis, vel quantitatem damni. Qui enim parum damnificat, volens tamen damnificare multum si posset, mortaliter peccat, & qui multū damnificat, mortaliter peccat, quia proximum multū offendit, quod est contra charitatem, & iustitiam & tenetur ad restitutionem, vt infrà, Restitutio. §. 21.

2 OMNES qui sunt causa damni cōtinentur in his versibus: iussio consilium, consensus, palpo, recursus, participans, mutus, non obstans, non manifestans, de quibus dicetur infrà, quo-

modo

modo tenẽtur restituere.in ver. Restitutio.§.3.& ibi vide Caiet. quomodo bene declarat.Damna resarciri debẽt. c.ad li.Iulium de vi pub. l. si quis à se fundum.si tamen dolosè, vel ex culpa sunt data.

DEBITVM CONiugale.

1 DEBITVM cõiugale, id est, copulam inter coniuges, exactus reddere tenetur sub præcepto, secundum docto. & Thom.& Apostolũ 1. Cor. 7.nisi rationabilis causa excuset, de quibus causis loquitur Petr. de Pal.4. sen.d.32.

2 PRIMA causa excusans à redditione debiti est impotentia, siue per coitum præcedentem, siue per ieiunium moderatũ, siue propter aliam causam licitam,quia impossibilium nulla est obligatio.ff. de re iudica.l. impossibilium.Et secundum Richar.mortaliter peccat, qui modo indebitò reddit se impotentẽ ad hoc,& sciẽter, secundũ etiã Ar. flo. quiã facit contra iustitiã. Imò non est cõsulenda vxori talis pœnitentia,per quam viro reddatur deformior,aut preiudicet proli,secundũ eundem Arch.Flo.

3 SECVNDA causa est, quando reddenti periculum mortis, vel infirmitatis notabilis imminet.Redditio enim debiti intelligitur,non solùm salua cõsistentia personę,sed sanitatis:secundũ Caiẽ.in ver.matrimoniũ.Vnde quãdo iudicarent medici de infectionis periculo,siue in casu lepræ,siue in alio,nõ tenetur tunc debitum reddere. Et per hanc regulam multos poteris soluere casus, vt in laborantibus morbo gallico,vel alio.infrà, Matrimonium. §.69.

4 TERTIA causa est adulteriũ,quia adulterans perdit ius petendi debitũ, & continens potest quò ad thorum adulterãtem dimittere. de quo infrà, ver.Matrimonium.§.69. & suprà, Adulterium. §. 4. Et si accusata vxore, pendeat iis de adulterio : secundum Richar.si notorium est,id est, sibi notum illam esse adulteram,vir nec exigere,nec reddere debet, alioquin peccaret mortaliter, nisi fortè abstinere ab adulterio vellet, & agere pœnitentiam, quo casu potest eam sibi reconciliare, vt in capitul.1.32. q.1.Et si ecclesia præcipiat redditionem debiti, non tenetur, si infra paucos dies potest probare.argu.cap. solet.de senten. excomm. in 6. secus quando probare non potest.arg. 11.q.3.ca.1. infrà, Diuortium.§.7.

5 QVARTA causa est, quando alter coniugũ vult religionem intrare,quia reddere non tenetur statim, sed debet statui tẽpus, infra quod ingrediatur. in cap.ex publico. de conuersi. coniug. id est infra duos menses: etiam secundum Thom.vbi dicit Panor.post glo. illud tempus iudicis arbitrio fore taxandum. Quòd si non vult intrata religionem, habet debitum tempus ad parandas debitas solennitates. Vnde ante benedictionẽ non tenetur reddere.

6 QVINTA causa est locus sacer,in quo non licet exigere,nec reddere debitum, etiã tempore obsidionis, quia locus polluëretur,& esset peccatum sacrilegij. Nec etiam in loco publico debet reddi, quia honestas humanæ societatis hoc non permittit,quę seruari debet.

7 SEXTA causa est, quando modo indebito exigitur, vt viro succubo, & vxore incuba, vel alio modo periculoso de non generando, aut inhonesto, aut indebito tempore, vt tempore menstruorum : de quo dicunt quidam, quòd si menstrua sunt perpetua, non est peccatum reddere,nec exigere, scilicet mortale. Si verò sunt naturalia, tunc est mortale in exigente scienter, nisi fortè timeret labi in fornicationem, & propter hoc petendò non peccaret mortaliter. reddere tamen deliberatè exigenti tenetur,quanuis aliquando impotentiam simulare possit, dum non timetur maius malum : suam tamen immunditiam viro non tenetur indicare. Caieta.tamen vbi suprà,dicit,q tempore menstruorum, neque reddere do, neque exigendo est mortale.

quia nulli facit iniuriam, qui vtitur iure suo, cui consent Petr. de Pa. suprà. Sil. tamen in verb. debitum. §. 6. contrarium concludit, dicens, quòd in muliere exigente tẽpore menstruorum naturalium, semper est mortale, quia illo tempore non ita imminet periculum corruptionis, sicut viro. Opinio tamen Caieta. magis videtur rationabilis. Infrà, Matrimonium. §. 68.

[8] DE tactibus impudicis inter coniuges multi multa dicunt, ex quibus, quæ mihi magis vera videntur, excerpsi. Vel enim ordinantur huiusmodi tactus ad coitum, & sic nõ sunt mortales, sicut nec ipse coitus: vel non ordinantur, & tunc vel fiunt tantùm ex amore coniugali: vt oscula, amplexus &c. & sic non sunt mortales, quia nõ libidinosi: vel fiunt ex libidine, & tũc aut non cogitant de coitu, & sunt in loco apto, vt in lecto, & sic non est mortale. vel cogitant de non consummando coitum, vel non sunt in loco ad consummandum illum actum, sed solùm propter Venereã delectationẽ hoc faciunt, & tunc est mortale, quia omnis actus Venereus, qui non est coitus, vel ad illum ordinatus actu, vel habitu, inter coniuges est mortale. Caieta. enim suprà dicit, quòd tactus huiusmodi quando fiunt ratione vsus matrimonij, sunt liciti, quando verò in huiusmodi tactibus nil aliud intenditur nisi delectatio, & periculum de pollutione in neutro coniugum nõ est, non sunt mortales, sed superflua delectatio: si verò cum periculo pollutionis in altero ipsorum fiant, dicendum est sicut de multum bibentibus vinum cum periculo ebrietatis, & peiùs hîc. Ideò, si persona est experta ex similibus tactibus se fuisse polutionẽ sæpè passam, & aduertit periculum, & non obuiat, etiam si nõ sequatur pollutio, nescio eam à mortali excusare. & hęc videtur bona resolutio, mihique placet.

[9] QVI incœpit actum coit, & sentit se corrumpi, si retrahit se à consummatione actus, etiam altero coniuge consentiente, peccat mortaliter, si ex hoc sequitur, vel sit periculum sequipollutionem extra vas, quia est contra naturam: secus quando non esset tale periculum pollutionis, neque in viro, neque in muliere. Et in hoc sensu intelligo Petr. de Palud. suprà dicentem, quòd non est mortale se retrahere ante complemẽtum actus, ne seminet, propter prolis multiplicationem.

[10] NVLLVM tempus sacrũ impedit debiti redditionem, secundum Petr. suprà, vel petitionem de necessitate, licèt sit bonum his diebus ab exactione abstinere, secundum Caie. suprà, vt ad contemplationem sit maior aptitudo.

[11] QVIA debitum aliquãdo petitur verbis expressis, aliquãdo interpretatiuis, aliquãdo nutibus, aliquãdo aliter, ideò quando alter coniugum aduertit socium petere aliquo istorũ modorum, tenetur reddere.

[12] REDDERE debitũ ante benedictionem non est mortale, nisi fiat in contemptũ, vel ratione scandali, secundum Caie. suprà, & S. Tho. in 4. supr. Inn. & Ant. in c. 1. d. spon. quia licèt cõsuetudo habeat vim legis, non tamen semper lex obligat ad mortale, nisi sit præceptiua. in c. genera. de ele. in 6. licèt aliqui teneant contrariũ. Vt Arc. Flo. Gul. &c.

[13] HABENS votũ castitatis simplex, si contrahit, tenet matrimonium, tamen post consummationem matrimonij, exactiùs expressè, vel interpretatiuè, tenetur reddere. petere aliquo modo non potest sine mortali, quia quantum in se est, tenetur viuere caste, & dispensatio in hoc ad Papã spectat, quia est votũ continentię: tamen quando aditi non posset, Episcopus posset. vt Gul. dicit hæc secundũ Ca. suprà, & ratio peccati in petendo est, quia votũ est de negatiuo, quod obligat ad semper.

[14] QVI vouit religionem ingredi, & perseuerare, si post ducat vxorem, & cõsummet, licèt mortaliter peccauerit, tamen potest postmodùm petere

debitum

debitum sine mortali, quanuis habeat votum simplex, quia votum istius est affirmatiuum de religionis ingressu, & non de seruanda castitate, nisi cùm fuerit religiosus. Caiet. secunda secundæ. q. 88. ar. 3. votum autem illius est de non exercendo actu venereo, secundum Caie. suprà, licet hoc non placeat Canonistis.

[15] AFFINITAS superueniens contracto matrimonio, impedit petitionē debiti in eo ex cuius causa venit, vt si Titius cognoscat vxorem fratris sui, illa non poterit petere debitum: vel cō sanguineam vxoris suæ, & tunc ipse non poterit ampliùs debitum exigere, licèt matrimonium non soluatur. Episcopus tamen in hoc potest dispensare secundum Petrum de Palud. suprà licèt Arch. Flor. dubitet: intellige quando non adest possibilitas adeundi Papam.

[16] REDDERE debitū, vel exigere, altero coniugum manente in adulterio, est mortale, secundū Ric. etiam si sit occultum, secūdum aliquos, dummodò sit notum sibi, quia est contra statutum ecclesiæ. ca. si quis vxorem. 32. q. 2. tamen fallit hęc regula in multis casibus. Primò, secundum Thom. in 4. sen. suprà, quando innocens exigit timore suę incontinentiæ, non enim tenetur quis cum suo periculo socium corripere. Secundò, vt dicit Hugo, quando ex hoc in peius proficeret, vel nihil, vel scandala suscitarentur, quia ordinatio ecclesię non est facta propter malum, sed propter bonū. Tertiò secundum Pet. de Palud. suprà, quando adulterium est occultum, & continentia non proficit ad correctionē, quæ fuit causa huius constitutionis. Quartò, quando est spes de correctione statim fienda. Quintò quando vir potest incorrigibilem vxorem includere, ne quis intret ad eam, secundum Pet. de Pal. Sextò, quando propter hoc vir timeret, ne vxor se prostitueret. Priùs tamen negotium exponi deberet his, qui sciunt hanc esse fornicariam, ne ex hoc scandalizatentur. De muliere autem erga virum non sic est dicendū, secundum Pet. de Pa. quia illa non facto, sed verbo tenetur virū corrigere: & verisimile est, quòd quā tò magis ad illam accedit, tantò min⁹ ad meretricem vadit, ideò non tenetur virum dimittere, nisi quando vel let eam modo non naturali cognoscere, aut quando ex cohabitatione eius peruersio timeretur, quo casu debet eum etiam quo ad domum deserere, ne peruersionis periculum interueniat.

[17] ADVLTERANS, licèt exigere nō debeat in foro animæ nisi purgata suæ culpa, secundum Ray. quia ius petendi debitum perdidit, exactiùs tamen reddere tenetur. Non enim eius culpa alteri præiudicium inferre debet. Multi tamen sunt casus, in quibus alter coniugum adulterantem non potest dimittere, neque negare debitum, de quibus infrà, Diuortium. §. quarto.

[18] CONIVGES post redditionē debiti possunt sumere communionem, secundum Tho. 4. sent. d. 32. a. 1. ad. 1. licèt esset bonum differre vsque ad diē alteram, propter maiorem deuotionē, nisi propter necessitatem, vel scandalum.

[19] VXOR post votum simplex mariti nō tenetur ei reddere debitum, licèt non possit alteri nubere, secundū Tho. 4. sent. distin. 27. neque alter coniugum potest vouere de non reddendo debitum sine cōsensu alterius, quia esset contra præceptum Dei, & iustitiam, neque de non petendo, quia fieret onerosus alteri, si semper alter petere deberet, secundum Thom. 4. sent. d. 32. q. 4. & alter coniugum non consentiens voto alterius de continētia, non peccat, ne præiudicet sibi Thom. ibi ad 2. Imò vota coniugum occulta de castitate seruanda non sunt approbanda, quia periculosa, quòd in iudicio ecclesiæ non possunt probari. Th. suprà.

[20] SI quis accipit Bertam clandestinè, & secundam in facie ecclesiæ, reddet debitum non secūdæ, etiam si excōmunicetur, quia non est eius vxor-

sed primæ,si sine scandalo potest.
Si autem scandalū imminet,non reddet,neque primæ,neque secūdæ, licèt possit cogi per ecclesiā ad cohabitādū cum secunda, non tamen ad reddendum debitum, sed potius debet excōmunicationem sustinere. Vide infrà, Matrimonium,aliqua.

DECIMÆ.

1 DECIMÆ solui debent vbi consuetū est,aliter peccatum mortale sacrilegij incurritur,ex suo genere ,ex imperfectione actus: in re minima,est veniale. Vbi autem nō est consuetum, secus est,salua tamē cura sui pastoris, si aliunde non habet vnde viuat, quia tunc subditi tenentur,quilibet pro rata sua prouidere : vt habeat vnde honestè secundum sui status decentiam possit viuere.Etiam nulla consuetudine ibi existente,secundum Cajet.ibi.

2 QVO tempore debeant solui decimæ,standum est consuetudini,& etiā in quo loco,secūdum quod est approbata,& præscripta,& hoc communiter tenetur ,& securius. Et si pereunt, pereunt illi,qui est in mora,& si non appareat de consuetudine vbi soluantur, debent portari ad domum recipientis.quia secundum Thom.secundæ.q.33.a.2.ad.4.debitor adueniente termino , debet quærere creditorem, aliàs esset in mora,cùm terminus ipse interpellat. Nec debent deduci expensæ,etiam factæ in colligendis fructibus.in c.cùm homines .de deci. &c. tua.neque semen deducendum est: secundum Host. De personalibus,quæ insurgunt ex rebus iam decimatis ,de ducuntur expensæ,aliter non.in c.pastoralis.eod.tit.

3 SACERDOTI etiam diuiti,vbi est consuetudo ,debent solui decimæ,secundum Th.quol.6.q.5.a 4. Vbi autē non est consuetudo , & ecclesia petit, debent solui ,quia talis obligatio non potest quacunque consuetudine præscribi,vt si petuntur non soluantur. Quia de iure diuino est ,vt ministris ecclesiæ prouideatur,& in hoc conuenit Tho.quol.6.suprà .secunda secundæ.q.87.Host in c.à nobis eod. titul. Inno.notat vnum dictum Gul.dicentis : Quòd ecclesiæ acceperunt semel totam decimam,cùm receperunt possessiones sufficientes ad earum necessitates,& sic posset dici, quòd continuè recipiunt decimas,id est,redditus ratione decimæ. Quòd si est verum ,tota quæstio est soluta,quia non amplius possunt petere,& credo sic esse , cùm videamus omnes ecclesias ,episcopos, & prælatos diuites de possessionibus.

4 OMNES tenentur ad decimas,nisi sint exempti,etiam clerici de proprijs prędijs,secundum Thom. secunda secundæ.q.87.a.4. &c,à nobis.de deci. Et quando res nō decimata venditur, tam à vēditore,quàm ab emptore potest exigi.arg. in c.monemus.12.q.2. & Thom.secunda secundæ.suprà,etiā de furatis per negligentiam possessoris,decimæ solui debent.secundū Th. suprà . Quòd si sacerdos sit diues & non indigeat decimis, non tamen videtur quòd possit relaxare decimas homini diuiti,vbi teneē soluere , sed debet recipere vtro pauperum sustētatione,aliter est infidelis dispensator relaxando diuiti ,quod tenetur dare pauperi.infrà Restitutio.vide aliquid.
Sed quia in solutione decimarum attenditur cōsuetudo, ideò satisdictum sit relictis alijs iuribus ,ad quæ te remitto,si plura scire volueris. Quomodò retrahentes à solutione decimarū excommunicantur,infrà,Excommunicatio .50. De rebus malè acquisitis quæ obnoxia sunt restitutioni non debetur decima,secus de agro, ex vsura empto.

DEFENSIO.

1 DEFENSIO manualis dupliciter est illicita. Primò,si fiat ex intentione .& animo lædendi offensorem, quia fieri debet vt defendat, & si aliter non potest fieri defensio,nisi lædatur inuasor , debet illum lædere, ita quod læsio sequatur ex necessaria defensione, & peccant mortaliter , qui non

non curant seruare illæsos inuasores, cùm possunt aliter defensionem exercere. Secùdò, cùm vim vi repellunt, sed nó cum moderamine inculpatæ tutelæ ex proposito, quia si quis putat se defendere cum moderamine, & non aduertendo, aliqualiter excedit, aut non peccat, aut leuiter, quia actio exterior accensa, non omnimodè subiacet mensuræ. hæc Caieta. ibi.

2 QVOMODO autem fiat, vel quæ sit hæc moderatio, vide gl. in l. si ex plagis. ff. ad leg. Aquil. Primò oportet, quòd aggressus sine armis, sed cum pugno, vel paruo baculo, non resistat armis. Secundò, quod hoc fiat incontinenti, & non ex interuallo. Tertiò, vt fiat causa defensionis, & non vindictæ. Sed quò ad primum, non potest dari certa regula: quia aliquando plus potest aggressor pugno, quam aggressus ense. Quò ad secundum, distingue: quia si vis infertur personæ, potest quis incontinenti percutere antequàm percutiatur, ad euadendum percussionem, vel iniuriam: quia hoc est iniuriam repellere, plusquàm inferre. quod tamè Bartol. limitat, si verisimilia præcedunt indicia, & actus manifesti, quòd ille volebat percutere, vel offendere, & iste alter alio modo non poterat se defendere. Facta autem iniuria personæ, non est licitũ percutere etiam incontinenti, quia non esset defensio, sed vindicta, nisi secundum Innocent. geminata percussio timeretur. Et sic percussus percussorem iam nolentem percutere insequitur, & vulnerat, non punitur vt dolosus, sed vt culpabilis, vt in libr. 1. ff. ad Turp. Si autem vis infertur rebus: secundum Iacob. de Aret. vel res via iudicij recuperari possunt, & tũc non licet percutere, etiam si res aliter salua esse non posset. Si autè via iudicij reparari non possunt, dicit secundũ aliquos quòd licet, & hoc verũ puto. scilicet quòd etiã liceat pro defensione occidere incõtinenti. ff. ad leg. Cor. de sic. l. furem, quia non est vindicta, sed defensio. Hoc etiam tenet Sil. excõmunicatio. 6. §. 4. casu 9. Idem tenet Innoc. in c. olim. de restit. spo. tam pro propriis rebus, quàm alienis, quando iniuriosè rapiuntur: quia secundum eum licitum est propter hoc mouere bellum. Intellige' tamen incontinẽti, antequam ad alia diuertat, & iam exportauerit.

3 PERCVTERE etiam licet inuaso quando fuga esset sibi iniuriosa defendendo, & nõ tenetur fugere: secundũ Pa. in d. c. olim. secus quando non esset iniuriosa notabiliter: secundũ eundem. sed Bar. indistinctè tenet, quòd nõ tenetur fugere. in l. item apud Labeonem. ff. de iniure. & cõsequẽter potest percutere repellendo. Et hoc omnibus est licitum, tam laicis, quàm clericis, quia de iure naturali est: secundum Io. de Lig. & in omni loco est licita, etiã in ecclesia, quæ nõ polluerẽtur fortè, quia effusio sanguinis non esset iniuriosa, quod requiritur ad pollutionem. c. vno. de cõse. eccle. in. 6. sup. Consecratio. §. 5. Licita est etiam omni occupato in quocunque officio etiam celebrãti. 7. q. 1. c. illud excepto officio baptizãdi, qũ dimittendo pro defensione certũ esset ipsum baptizandũ sine baptismo mori debere, qa bonũ animæ præponitur bono corporis, & maximè, si esset proprius sacerdos baptizans: secundum Io. de Lig.

4 TALIS defensio contra quẽcunq; inuadentem iniustè, est licita, quia naturalis, siue fiat contra superiorẽ, siue iudicẽ, limites legis excedentes. Secus quãdo secundum legẽ agunt, quia tũc non licet eis resistere. c. qui resistit. 2. q. 3. Et non solùm pro seipso talis defensio licet, sed etiam pro amicis, coniunctis, & pro quolibet de populo: secundum Bar. in l. vt vim. sed not, quò ad pœnam: secundum Ioann. de Ligẽ. quòd occidens, vel mutilans defendẽdo se, vitat irregularitatem, non autẽ si altertũ, etiam patrem, & huiusmodi vt not. glos. c. furiosus. de homi. cle. Et defendendo se, & patrẽ, & matrẽ, vxorem, filiũ, vel filiam, vitat excommunicationem si clericum percutiat secundum Inn. non autem defenden-

do extraneum. Sed hoc videtur valdè durum quòd quis non peccãdo mortaliter, nec dando operam rei illicitæ, incurrat excommunicationẽ, & quia dictum est esse licitum quemcunque defendere cum debito moderamine, ideò non videtur incurrere excommunicationem, etiam percutiendo clericũ hoc modo, quia nõ fit diabolo suadente. 27. q. 3. c. si quis. Potest enim is sibi facere cõscientiam mortaliter nõ peccasse, ergo nec excommunicationẽ incurrisse.

5 EX his inferri potest, quòd si quis aufert vi, & incontinenti rem ablatã sibi à clerico, nõ incidit in canonem, quia non facit suadente diabolo, sed secundum ius naturale: nisi res esset volentis rapere, & nõ tenentis, & nõlentis restituere, secundũ Ioan. de Lig. qui allegat Innoc. in c. 2. de restit. spo. & non solùm licet percutere, sed etiã occidere cum moderamine tamen, si insurgat contra defensorem raptor. Ar. in c. si perfodiens. de homi. ver. defenderit.

6 QVID si clericus rapuit equum meum, & fugit cum illo, & aliter nõ possum habere, nisi illum sagitta vel aliquo alio instrumento occidam. Dicunt quidam, quòd licet occidere, etiam sine excommunicatione, sicut videmus pro temporalibus quotidie bella mouere, quod fieri nõ posset in conscientia, si esset contra legem Dei. & Sil. in vers. excommunicatio. 6. casu. 4. §. nono. Innoc. etiam extendit hoc ad expulsionem de domo. de qua clericus nolens recedere, potest percuti, &c.

7 AN pro defensione rerum suarum liceat alium interficere, vide Ca. secunda secundæ. q. 64. a. 7. quia concludit licere, quia quis plus curam habere rerum suarum quæ sunt adminicula, vitæ propriæ, virtutis, & fœlicitatis, quã vitæ alienæ tenetur, & ibi soluit rationem in oppositum.

DEGRADATIO.

1 DEGRADATIO actualis potest fieri sine numero Episcoporum: secũdũ Ge. in c. degradatio. de pœ. li. 6. non autem verbalis, quæ oportet fieri à primo Episcopo, cum debito numero Episcoporum. vt in text. & gloss. d. c. degradatio. De forma & modo degradãdi. vide in dict. cap. degradatio. & in pastorali. & de numero Episcoporum, quæ ad confessorem parùm pertinent.

2 PER actualem degradationem, clericus incontinenti perdit priuilegium clericale, & efficitur de foro seculari secundum Panormita. in capitul. nouimus de verborum significatione, & qui eum verberat, non sit excommunicatus: secundum gl. in d. c. degradatio. Secus si degradato tantùm verbaliter fiat. vide Pano. in c. ad abolendã. de hæte.

3 DEGRADATVS si vult, potest cõsecrare corpus Christi, quia non amisit characterem sacerdotij: secundum Thom. 3. part. quæst. 83. a. 8. peccaret tamen si hoc faceret, & tenetur dicere officium, si erat in sacris. cap. dolẽtes. de celebratio. miss. & similiter si non erat in sacris, & retinet beneficium: secundum Gul. sine tamen dominus vobiscum, vel alia solennitate. Et solus Papa tales restituit. infrà. Dispensatio. §. 22. Degradatus traditur brachio seculari pro tribus peccatis, quæ ponit Tab. ibi. §. 2.

DELECTATIO *morosa.*

1 DELECTATIO morosa, hoc est volũtaria, quando scilicet homo delectatur de actu malo cogitato, sine voluntate tamen perficiendi talẽ actũ malum, potest considerari ex parte actus, de quo est delectatio, cuius est etiam obiectum, & ex parte consensus. Ex parte actus, si sit mortalis, & delectatio morosa de eo, erit mortalis, vt de furto, adulterio, & huiusmodi. Si erit venialis, similiter & delectatio venialis. Ex parte autem cogitantis, iuxta veritatem deliberati, consensus iudicanda est. Nam si cogitando de actu quantuncunque malo, persona delectetur non aduertendo ad id

ad id, de quo delectatur, quòd si aduerteret, non approbaret, etiam si per vnum diē sic cogitando delectaretur, non est peccatum mortale, quia rationalis consensus ibi nō est. Si verò plenè aduertens consentit in illam: vt suprà declaratum est in ver. cogitatio. §. 3. mortaliter peccat. Vide ibi quid est plenè aduertere. Ex Caieta. ibi. Multi enim aduertunt, sed non plenè.

2 DISCVTERE etiam oportet causam quare talis cogitatio delectabilis continuatur, quia si ex complacentia illius delectationis prouenit, quòd negligit expellere illā continuationē, delectatio fit voluntaria, & morosa. Si autem non ex complacētia, sed ex negligentia non æstimatæ cogitationis, vel delectationis, propter quam non timet ruere, confidens in cōstante voluntate sua, tunc peccat, sed venialiter negligens extirpare bella, & pericula, non tamen mortaliter, quia in veritate non cōsentit, nec putat se illam delectationem cōtinuare, sed magis pati. Ex parte autem rei, de qua est delectatio, secundum est, quòd delectatio potest esse, vel de opere cogitato: vt de homicidio, vulneribus, & huiusmodi, & hi sunt, qui valde affecti sunt talibus facinoribus. Potest etiam esse de ipsa cogitatione, nā anima naturaliter delectatur in conferendo, & præcipuè noua, & mira dum occurrit aliquis nouus modus peccandi, & hęc cogitatio tanquam mira, aut noua inhæret animæ, & parit delectationem, & hoc accidit præcipuè curiosis, & affectis ad subtiles inuentiones. Potest esse etiam de vtroque. Si primò modo delectetur, iam est cogitatio morosa, & consequenter mortalis. Si secundò modo non, quia nō est de opere malo. Hoc peccatum communiter non accidit in bene dispositis, sed tantùm in male habituatis, qui si sine infamia, aut mundano respectu, possent peccare, iam parati essent. Nam opus malum eis placet, nec timor Dei castus detinet. Si autē quis de huiusmodi cogitat, vt studiat, cōponat, vel huiusmodi, nō est cogitatio morosa, quia de malo actu nō delectatur. Ex Caie. ibi cōformiter dictis Sanct. Thom. secunda secundæ. q. 74. a. 8. de ver. quæstio. 15. a. 8.

3 VIDVA, quæ delectatur de actibus præteritis coniugij, non peccat mortaliter: secundum Caieta. ibi. & Rich. quia delectatur de operibus sibi licitis pro tunc. Si tamen ex hoc immineret periculum pollutionis, & aduerteret, peccaret mortaliter exponendo se periculo. Si autem ex hoc insurgūt motus sensuales imaginando, præsentem virum in tali actu turpi, & huiusmodi delectatur, tunc secundum Sil. ibi. §. 3. peccat, quia hoc non licet nisi in ordine ad consummandum actū matrimonij. Eodem modo dic de cogitatione tactuū, osculorū, & huiusmodi, quando hęc sunt mortalia peccata.

4 QVAMVIS quis licitè cupiat delectari cum aliqua, cum hac conditione, si esset eius vxor, tamen delectatio voluntaria, quam iste in præsenti accipit de tali opere cogitato, cum illa, est morosa, quia præsens delectatio non fertur cum conditione, sed de facto habetur sine conditione, vnde religiosus, etsi non peccet mortaliter concupiscendo delectari cum tali, si esset eius vxor legitima peccat tamen mortaliter voluntariè delectando de actu carnali cogitato, quia conditio excusat desiderium futuri, sed non præsentem delectationem: secundum Caieta. ibi. Non autem sic in viro coniugato, vel vxore, delectatio talis est morosa, etiam absente altero coniuge, quia actus ille pro tunc est sibi licitus: secundum Caieta. suprà. Secus quando ex hoc aduertenter pollutioni se exponeret.

5 DELECTATIO de visione mulieris, vel viri pulchri, quando talis visio non est libidinosa, etiam consequēter non est mortalis, neque etiam ipsa delectatio, & sic hoc pro regula habeatur, quòd si opus cogitatum non est mortale, neq, & cogitatio formaliter loquendo, hoc dico, quia aliundè peccatum oriri posset, vel ratione periculi, vel aliter. suprà. Cogitatio, per

torum. Cautè tamen puellæ de huiusmodi morosis cogitationibus interrogandæ sunt.

DELEGARE.

1 DELEGARE est alteri vices suas committere, & delegatus: secundum Goffr. est is, cui à Papa, vel alio ordinario, seu principis delegato, causa dicenda, vel cognoscenda committitur. Vide Pa. in 11. eod. tit. Princeps quilibet delegare potest, nec in hoc dubitatur. Legatus de latere, est qui vniuersitatem causarum, & ordinariam iurisdictionem habet. de officio legat. libr. 6. c. 2. & secundum Pa. in c. Bertholdus. de re iud. eius delegatus potest subdelegare, ad instar proconsulis, quia talis legatus participat de conditione principis. Ordinariè tamen delegatus legati non potest subdelegare: secundum Pa. in dict. capitu. Bertholdus.

2 ITEM omnis ordinarius potest delegare, & vicarius episcopi generalis, habet ordinariam authoritatem. glos. in c. 2. de of. vic. lib. 6. quia facit vnũ tribunal cum Episcopo. cap. 2. de consuetu. libr. 6 secus de vicario foraneo. Vide tamen Felin. in c. super quæstionum. de offi. deleg. §. si verò.

3 DELEGATVS nõ potest cõmittere causam appellatiõe remota, vel sum mariè glo. in cle. sæpè. ver. mãdamus.

4 SI causa pluribus est cõmissa, quilibet potest delegare. c. quãuis. de offi. delect. nec tamen vnus à pluribus delegatus ferret nisi vnam sententiam.

5 DELEGATVS principis potest punire testem falsum deponentem, non autem delegatus inferiorum, nisi per illam falsitatem eius processus impediretur. secũdum Felin. in c. de causis. de of. deleg. col. pe.

6 QVANDO Papa delegat causam dicens: præcepimus, vel mãdamus per vos, &c. tunc non potest subdelegare. c. si pro debilitate. eod. titul. Similiter quãdo aliquid magnum ministerium cõmittitur, in quo industria personæ eligitur, vel vt negotium personaliter exequatur, nisi de consensu partium. c. quantum. §. is autem. de offi. delega.

7 DELEGATVS exercet iurisdictionem etiam in quoscunq; impedientes. ca. 1. de offic. deleg.

Quando committitur aliquid alicui subdelegato, cum authoritate subdelegandi, tũc potest subdelegare. aliâs non Pa. in d. c. Bertholdus.

8 NVLLVS potest esse delegatus Papæ in foro ecclesiastico, nisi sit in dignitate constitutus, vel habens personatum, vel canonicus cathedralis ecclesiæ capit. statutum. de rescrip. libr. 6. & sit saltem viginti annorum, nisi ex certa scientia Papa causam committeret. capit. cum vigesimum. de offic. delega. Causæ spirituales, laicis delegari non possunt cap. decernimus. de iudic. Multa alia vide de offic. deleg. in iure.

9 CVM potestas delegata sit stricti iuris: secundum glo. in c. solet. de sent. excom. ideò id solùm potest delegatus, quod sibi est commissum, & sine quo causa expediri nõ potest. de offi. deleg. c. 1. nõ autem id, propter quod facilius potest expediri, nisi expressè committatur.

10 DELEGATVS potest inuocare brachium seculare: secundũ Pa. de Ca. in quodam consilio. & Archid. in c. administratores. 23. q. 5. nisi sit data forma in rescripto. Multa de hac materia habentur in iure, sed quia non multum ad forum pœnitentiale attinet, iudicibus relinquantur. Vide infrà, legatus. Delegati iurisdictio, re integra per delegantis mortem expirat cum innotescit. de offic. delega. c. gratum. Tab. ibi. §. 7.

DÆMONIACVS.

DÆmoniacus quomodo non potest promoueri ad ordines, suprà, corpore vitiati. §. 8. quomodo potest deprehendi, quòd sit dæmoniacus. in c. 72. q. 2. in text. & in glos. Si nullam senserit læsionem, constabit non esse dæmoniacum.

DENVNCIATIO.

1 DENVNCIATIO vt est vnus de tribus modis, quibus in criminibus proceditur: vt in c. qualiter & quando. elect. 2. de accusa. debet fieri

Primò

Primò, tali ordine, vt sit conueniens emendationi fratris. Secundò, non de necessitate sit per inscriptionem, sicut accusatio, quia denuntians non obligat se ad probãdum. suprà, Accusatio. §. 2. & 3.

2 SI prælatus mandat sub pœna excommunicationis denuntiationẽ alicuius peccati, nõ seruata forma euangelica, non est obediendũ ei, nisi quando peccatũ est publicum, quãdo periculũ imminet sibi, vel proximo, quando non speratur emenda, quãdo peccatum est leue, non infamatorium, & hoc in publica denunciatione, in secreta autem vltra hoc. secũdum Aug. tenetur siue præcesserit monitio, siue non, siue secuta fuerit correctio, siue non, quia valet ad præcauendum reciduum, & non est in præiudiciũ famæ, si talis est prælatus, qualis esse debet, quia quilibet tenetur obedire suo prælato in pertinentibus ad officium eius, quæ non sunt contra Deum: secundum Tho. in quol. quod tamen fallit, quãdo per signa valde probabilia, & præsumptiones quasi violentas crederet, quòd prælatus vellet ex hoc subditum infamare. sed hoc non, d. Tho. ita indistinctè. Ideò nota, quod si id quod denuntiatur ad præceptum prælati nõ possit denuntiari sine peccato, absque præcepto, cum præcepto non debet denuntiari, & hoc tene pro regula, quia prius obediendũ est Deo, quam homini. Item si est correctus, & non est periculum de recidiuo, non debet denuntiari prælato, quia apud illum notaretur de peccati macula, quod est contra charitatem proximi. infrà, Inquisitio. §. 8. Excommunicatio. §. 31.

3 QVI iurauit denuntiare omne crimen quod scit de aliquo, debet intelligi eo modo, quo licet, ideo quãdo denuntiatio est illicita, iuramentum nõ tenet. Facit c. ex parte tua, de cle. non re. & si intendebat iurare, etiã in casu non licito, peccauit infrà, Iuramentũ. §. 9. sicut qui iurat facere aliquod peccatum. Et si iurauit non denuncia re, intelligitur in casu, in quo non tenetur sub præcepto. suprà, Correctio. §. 7.

4 Quicunque alterius crimen denuntiat, non ex odio, sed zelo iustitiæ, moueri debet, aliter peccat.

DEPOSITVM.

1 DEPOSITVM dicitur, quod alicui custodiendum traditur. li. 1. in principio. ff. de po. quod quidem in rebus mobilibus locum habet, secundum glo. in c. bona fides. eod. titu. nisi fortè vbi à pluribus res, quæ est in controuersia pro sequestro deponitur. c. examinata de iudi. nec in eo transfertur dominium, vt in li. licet. ff depo.

2 DEPOSITVM amittens sine culpa, non tenetur restituere, secundum Th. secunda secundæ. qõ. 63. a. 6. tenetur tantùm de dolo, & lata culpa, quę est dolus præsumptus, si res deposita pereat, vel deterior fiat, vt in d. c. bona fides vbi lata culpa pro latiori accipitur, quia cõmuniter fit gratia deponẽtis. Commodatum. §. 8. Quando verò depositarius accipit mercedem, tenetur de leui culpa, & quando fit pactũ, quia pacto modificatur cõtractus, nisi sit contra naturam cõtractus. Quando depositarius exponit se, tenetur de leuissima, quia videtur factum gratia depositarij. Si tamen excluſit diligentiam, de casu fortuito non tenetur, nisi quando fuit in mora restituendi, vel in culpa, vel ex pacto sic conuenerant, secundum Pu. in d. c. bona fides.

3 DEPOSITARIVS nõ debet esse minus diligens in deposito, quàm in re propria. & si sit negligens in re sua, in deposito tamen debet esse diligens, aliter est in culpa.

4 DEPOSITVM reuocari potest ad placitum deponentis. in d. c. bona fides. nec ecclesia tenetur deposito facto apud prælatum, vel alium officiale, nisi fiat per capitulum cũ solennitate. c. 1. de depo. nisi sit versum in vtilitate ecclesiæ, vt ibi. vide Sil. §. 2. ibi.

5 SI depositum deterius fiat ex culpa depositarij, iuxta ea quę dicta sunt, tenebitur pro damno æstimato depositarius, & si totũ perijt, totum reddet. in d. lib. 1. §. si res deposita.

6 SI

6 Si depositarius non valens res suas, & alienas seruare simul, saluat suas tantùm, in conscientia non tenetur, iuxta dicta suprà, Commodatum. §. 21. Si verò tenebatur æquè seruare vtrasque, & saluis suis vilioribus præciosiores alterius perire permisit, ad iudicium boni viri tenebitur. Parnor. in d.c.bona fides.

7 Si mortuo depositario hæres distrahat depositum mortui dolosè, tenebitur: si autem bona fide ignorans rem esse depositam, non tenebitur, nisi de eo quod ad eum peruenit, & eodem modo in commodato, lib. 1. §. vlti. ff. depo. sed si vendidit ex ignorãtia. & precium nõ accepit, dabit actionem exigendi deponenti tantùm. lib. 2. ff. eo tit.

8 Qvi rebus suis maiorem curam quam communis vsus hominum requirit adhibuit depositо verò non tãtam, sed quantum naturæ vsus requirit, secundum Bar. in li. quod Nerua. ff. depo. tenebitur, si tenebatur deposito tantam diligentiam exhibere sicut suis, præsumitur enim dolus, & non bona fides, idem tenet glo. ibi.

9 Si quid deponatur in taberna, vel naui, & perdatur, pro eo nõtenebitur tabernari⁹, vel natura, nisi res fuerit ei consignata, per not à Car. post Speculin cle. ne in agro. de sta. monacho. & si consignetur in bursa, vel taliter, quod non videatur. non creditur deponenti aliqua petijsse, nisi probet, secundum Matth. in eadem Cle. §. sanè. nec stabitur eius iuramento. de iureiur. cap. fi. quia iuramentum non datur, nisi quãdo semiplena probatio præcedit, vt in c. fi. quod met. cau. secus quando ad oculum rem ostendisset, vt pecuniam, &c. Idem dicas er ga bedellũ de libro relicto in scholis, & alijs.

10 Depositarivs re depositа vtens sine licentia domini habita, vel credita dari si petisset, furtum cõmittit. l. qui furtum. ff. condi. fur. & consequenter peccatum mortale est ex genere suo. Fallit in his, quæ põdere, numero, & mensura deponũtur, nisi pecunia daretur in sacculo signata, vel deponés diceret, nolo hoc frumentũ, vel huiusmodi distrah. ff. dep. l. si accu lum. in hoc casu nõ debet distrahere.

11 Depositarivs non tenetur reddere depositum petẽte deponente in quatuor casibus. Primò, quãdo deponens effectus furiosus gladiũ depositum repetit etiam si iurasset ad eius petitionem semper teddere. c. ne quis 22. q. 2. Secundò, si post depositionem bona eius fuerunt publicata, quia publico depositо dandum est li. bona fides. ff. depos. Tertiò, quando fur deposuit aliquid, & fur, & dominus rei simul concurrunt, & in repetitione præponitur dominus rei in d.l. bona fides. Quartò, quando fur deponit apud dominũ cui subripuit, vel apud proprietarium rei. in d. l. bona fides.

12 Depositvm, causa compensationis (de qua suprà compensatio) retineri non potest, neque in totum, neque in partem, vt in d.ca. bona fides, quamuis in alijs admittatur, si debitũ est liquidum, vt suprà dictum est. Limita tamen de compensatione directa, quia in foro animæ compensatio directa, ih hominibus admittitur. secundum Pan. in d.cap. bona fides. Vide infrà, Furtum. §. 5. quomodò fiat compensatio.

13 Deponens non potest furtiuè rem depositam accipere, secundum Thom. secunda secũdæ. q. 66. a. quinto, quia grauat depositarium ad restituendum, vel ad ostendendum se immunem, ideo tenetur eum relenare. Neq; alius, qui rem suam habet apud depositarium depositam, hoc potest facere eadem ratione, nisi quando depositarius sciuit rem depositam iniustè possessam à deponente, vel quãdo vero domino cum vsurpante simul repetente denegasset, tunc quia depositarius rem iniustè detinet, ab eo furtiuè auferri potest, eo modo quo alia iniustè detenta. ar. in l. ancillæ. C. de furtis. Cætera vide in verbo commodatum. An existimatio in depositо aliquid operetur. Vide suprà, Commodatum. §. 6.

DERISIO.

DErisio qua aliquis alterius malum, vel defectum, in ludum, vel risum ponit, vt erubescat, secundum Thom. secunda secundæ. qõ. 75. a. 1. siue fiat verbo, vel cachinno, naso, vel facto, est peccatum mortale, secundum Thom. ibi. a. 2. quando deridẽs omnino parui pendit aliquem, & ita vilem existimat, vt de eius malo curandum non sit, sed sit pro ludo habendũ. Et tanto grauius, quando persona cõtra quam fit irrisio, est digna ab eo reuereri. Deridere autem de malo proximi, quod est leue, vel parum, & sine notabili vilificatione proximi, vel perturbatione, erit veniale. Et hoc cõmuniter est, quando fit derisio materialiter, non vt proximus erubescat, vel turbetur, sed iocosè. Quando autem formaliter fit, mortale est ex genere suo. Quæ irrisio si in Deum fiat, non tantùm irrisio, sed & blasphemia dicitur. Deinde irrisio sanctorum, de hinc parentum, pòst prælatorum, vltimò iustorum, Propter hanc enim multi à bono retrahuntur opere.

DESPERATIO

DEsperatio, qua homo non sperat consequi beatitudinem ex gratia Dei, & suis operibus, peccatum mortale est, quia est omissio actus necessarij ad salutem æternam. Cum ergo quis existimat se damnatum, vel quod Deus non parcet sibi, vel existimat se non posse conuerti, etiam cum auxilio diuino, & huiusmodi, peccat mortaliter, & hoc peccatum communiter ex acidia prouenit, ex S. Tho. secunda secundæ q. 20. a. 1. 2. 3. 4. & est grauissimum peccatũ & periculosius, quia spe relicta homo in vitia facilè prolabitur, & à bono opere retrahitur.

DETRACTIO.

DEtractio, secundũ Thom. secunda secundę. q. 73. a. 1. & alios Theologos, est denigratio famę alterius per occulta verba, in eius absentia, & eo ignorante: & differt à cõtumelia, quia cõtumeliosus per manifesta verba nititur remouere honorem: detractor autem per verba occulta remouet famã, & hoc multipliciter, vel quia detrahens falsum alicui imponit, vel auget peccatum, vel reuelat occultum, verbis, vel signis, aut cantilenis, vel scriptis, vel asserit bona, sed mala intẽtione, vel negat bonum alterius, verbis, vel malitiosè tacet, vel dimunitiuè fatetur ex T. Thom. suprà.

[1] DETRACTIO formaliter sumpta, hoc est ex intentione lædendi famam notabiliter, est peccatum mortale, & maius quàm furtum, cum fama diuitijs sit pretiosior, siue fiat dicẽdo verum, seu falsum, seu asserendo, seu referendo, seu addẽdo, vel minuendo, vel interpretando, vel tacendo, & quouis alio modo fiat, quia est contra charitatem proximi. Si autem non ex intentione mala, sed ex loquacitate. vel alio respectu quis detrahat, nõ est mortale peccatum, sed vel nullũ, vel veniale, nisi adeo notabiliter proximi fama læderetur, quod actus rediret in naturam suæ formæ, dum non curauit à tanta proximi læsione, quod tamen debuerat facere. Similiter est veniale, quando intendit lædere famam proximi detrahendo, sed in modico, quia minimum pro nullo accipitur, secundum Caiet. ibi, detractio.

[2] CONFESSOR igitur habet aduertere. Primò, ad intentionem detrahentis, quia si intendebat multum diffamare, etiam quòd dixerit quid minimum, mortaliter peccauit. Secundò, ad id quod dicitur, an ex natura sua sit infamatorium. Tertiò, ad personam de qua dicitur, quia dicere malũ de persona malæ famæ, vt meretricis, non est diffamare, quod tamen vicum probum diffamaret. Quartò, ad detrahẽtem, an sit persona magni, vel minimi crediti. Quintò an dixerit recitando audita, quia talia dicta ex auditu dicendo, audiui sic, &c. secundum Sco non sunt sufficientia ad infamandum, nisi adiungatur aliquid aliud, vel modus ad faciendũ, vt talia credãtur. Facilè enim sic poterit iudicare, quãdo detractio materialiter sumpta sit mortalis, vel venialis, & quando teneatur ad restitutionem famæ,

quæ

quæ si verè ablata est formaliter, vel materialiter restitui debet.

3 AVDIENS alterius detractionem ex complacentia infamiæ, mortaliter peccat. Secundò, etiam quòd nō malo animo audiat, tamen non corrigit detrahentem, neq; obuiat detractioni eū possit, & ex officio suo debeat. Tertiò, quando potest, & tenetur obuiare, tamen non obuiat detrahenti, ex timore humano, vel verecūdia. Debemus enim famam proximi seruare in quantum possumus. Quartò si aduertit ex tali detractione, malum magnū venturum, & non obuiat arguendo, vel non præbendo aures, vel modo alio cum possit. In alijs autem casibus, communiter audire detractionem est veniale. Ex S. Tho. vbi suprà. Quartò, in sententia. & Caiet. ibi, suprà. Vnde quandoque audientes detrahentibus plus delinquunt.

4 DETRAHERE sibi ipsi, id est, seipsum infamare, ex genere suo peccatū mortale est, grauius quàm detrahere proximo, quia seipsum quilibet magis tenetur diligere, quàm proximum, nec excusatur quis à peccato mortali ob tormenta. Et si in iudicio hoc fiat, duplicatur iniquitas, quia non solùm peccat infamando seipsum, sed etiam mentiendo in iudicio, quod est mendacium pernicioſum, & mortale, secundum Caieta. suprà. Alij autem videntur dicere oppositum: quòd quando infamat seipsum, vt fugiat cruciatus, non peccat mortaliter, quia non intendit seipsum infamare, sed cruciatus vitare, sicut qui occidit hominem inuasorem, vt se defendat, & hanc opinionem sequuntur Tabu. & Sil. ibi. Sed opinio Caiet. in summa videtur rationabilior. Nam semper minus bona debemus exponere pro magis bonis, sicut bona temporalia pro vita corporali. Cùm ergo fama melior sit vita, & sanitate corporali, quia inter immortalia bona cōputatur, ideo præponenda est vitæ corporali. Nec est verum, quòd liceat se infamare, sicut inuasorē occidere, nec est simile. Nam ille qui inuasorē interfecit, præponit vitam propriam vitæ proximi, quod est secundum ordinem charitatis. Qui autem infamat se, præponit vitam corporalem famæ, quod non est secundum ordinem charitatis, & propter hoc prima opinio mihi magis placet. Et quamuis sit licitum infamiam pati, quando in aliorum detrimentum non redundat, non tamen licitum est infamare. Aliud enim est pati, aliud inferre. Si verò se infamauit mēdaciter, tenetur retractare, quia sicut tenetur alijs quando commodè potest, ita & sibi. Quomodo restituatur fama, infrà, Restitutio. §. 41. Magnam cautelam confessores adhibere tenentur, vt debito modo fama restituatur.

DIACONVS.

1 DIACONVS nō est minister alicuius sacramēti, sed aliquorum sacramentalium, sicut exorcismi, & expulsionis immundorum à diuinis. Thom. 4. senten. distinct. 5. a. 1. quol.

2 Ad ipsum pertinet euangelium prædicare, & legere in ecclesia. Thom. 3. parte. q. 67. a. 1.

2 AD diaconum non pertinet quasi ex officio proprio tradere sacramentum baptismi, sed in collatione huius, & aliorum assistere, & ministrare maioribus. Thom. 3. parte. quol. 67. a. 1. & in capitul. perlectis. §. ad diaconū. 25. dist.

3 DIACONVS, & subdiacanus sunt ministri sacerdotis, sed ordinatè vnus sub alio, & subdiacano indicitur continentia, ex statuto Gregorij, sic vt eis vti non liceat matrimonio antea contracto, sicut nec diaconis, neque sacerdotibus ecclesiæ occidentalis. in capitu. ante triennium. distin. 31. Diaconus quoque Græcè, ministerLatinè dicitur, quia sacerdotis minister immediatus est.

4 ORDO subdiaconatus est primus ex sacris, qui nuda manu potest tangere sacra vasa, secundum Pe. de pal. & nullus eo inferior.

5 DIACONVS ministrat sacerdoti in sacramentis, prædicat, id est, legit euāgelium in Ecclesia: declarare autem

& hor-

& hortari ad sacerdotem pertinet, & non sine licentia episcopi potest prædicare. in cap. adijcimus. 26. q. 1. & est proprius dispensator sanguinis Christi in calice, secundum Arc. flor. & dicit S. Tho. 4. senten. dist. 13. q. 1. a. vlt. quol. 2. quod adhuc hodie in quibusdam ecclesijs, sanguis per diaconum ministris altaris dispensatur, non autem corpus, quod etiam tangere ei nó licet, quia non habet manus consecratas, nisi in necessitate, & de iussu episcopi, vel presbyteri. Imo in extranea necessitate, secundum Verner. quando scilicet presbyter est fessus, vel impotens, potest populo dispensare. c. diaconi 93. d & ca. ita se. imo S. Tho. videtur velle, quòd hoc possit præsente episcopo, vel presbytero. & iubetes, etiam sine necessitate. Peccarent tamé iubendo sine necessitate.

6 DIACONVS indutus vestibus sacris cantandum euangeliũ potest cantare, in choro non obstante c. in sancta Romana. 92. d. quia ad hoc quòd quis incidat in illam censurã, requiritur quòd sit cardinalis. Secũdò, quòd sit in ecclesia Romana, secundũ gloss. ibi, Tertiò, quòd ex iactantia, vel aliàs inhonesta causa faciat, aliàs nò est locus pœnę. Aliqui tamen dicunt, quòd intelligitur generaliter de quolibet diacono, per d.c. in sancta Romana: quia loquitur generaliter, & in omni ecclesia, sed ex text. patet, quod tãtùm intelligitur in Romana ecclesia iuxta cuius consuetudinis censurã, in alijs autem consuetudinis statem.

DIGNITAS.

1 DIGNITAS ecclesiastica dicit administrationem rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, etiã in modicis causis, secundũ Pet. de Anch. in cle. si dignitatem de præben. Intellige in foro contentioso. Vnde quilibet rector, seu prior ecclesiæ collegiatæ, dicitur habere dignitatem, vt not. Pan. in clem. 1. de elect. & domini de Rota decisione. 166. & talis strictè, & propriè dicitur prælatus ca. cũ ab ecclesiarum. de of. ordi. Et ad hoc quod aliqua sit dignitas, quæ includatur in constitutione. capi. multa de præben. requiritur quòd sit perpetua, vel possit esse perpetua, sicut prior in religione. Text. in cap. 1. de consuetu. lib. 6.

2 QVAMVIS vicarius episcopi non sit in dignitate, de qua intelligit dictã ca. multa. tamé est in tali dignitate, vt possit esse cõseruator, & delegatus Papæ supra, Cõseruator. §. 2. sed quid de prioribus, qui secundũ bullam Iulij 2. non possunt durare nisi per biẽnium, nunquid possunt esse cõseruatores, cũ non possint esse perpetui? Tab. dicit quòd sic, de vicario Episcopi. Gemin. in ca. nullus de elec. in 6. idé dicit.

3 AN dignitates appetere, vel quærere liceat? not. Omnes dignitates videntur ad tria genera reduci. Nam cùm omnis dignitas habet annexum honorem, vel habeat honorem præcisè sine administratione, & iurisdictione vt militia in seculo, & status in clero, & hæc potest appeti sine peccato, si ti moratè, & propter aliquem bonum finem appetatur, secundum Thom. secunda secũdæ q. 131. Aut honorem habet & administrationem præcisè, vt thesaurarius Regis, & ecclesiæ syndicus, & hanc licet appetere ab eo, qui idoneus est ad talem dignitatem, & bono fine, vt ad sustentationé suam, vel aliorum vtilitatem. Aut habet honorem, iurisdictionem, & administrationem: sicut Rex, Iudex, & Prælatus, & sic hæc sit secularis, licet appeti modo debito, vt propter vtilitatem reipsi scit se habere hæc tria, videlicet amorem reipublt. potentiam, & virtutem, & iustitiam. Si verò sit ecclesiastica cum iurisdictione, & animarum cura, ad quam nullus est dignus, nisi ex Dei gratia, quam nullus scit se habere non licet quærere, nec etiã appetere etiam ad bonum finem, quia tamen aliqui tenent, quòd non tantùm licet appetere hoc, sed etiam procurare, vide supra amplè, Beneficium. §. 37. 38. 39. Vbi citatur opinio Caieta. Item supra Cathedra. §. 1. & 2. An huiusmodi officia vendi possint, infrà Officium. §. 1. dominus. §. 10. An liceat mutare dominis pro huiusmodi offi-

di officijs, vide Thom. ad ducissam Brabantiæ. &. Sil. ibi §. 7.

DILAPIDATOR.

Dilapidator appellatur prælatus, res ecclesiasticas alienans, & malè expendens, qui debet deponi, vt in capit. apostolicas. 12. q. 2. Ideo dilapidatore inspecto dari debet coadiutor. in cap. venerabili. de offic. deleg. Hi grauiter peccant, pauperum bona infideliter tractantes.

DISCORDIA.

1 Discordia quæ importat voluntatum segregationem, & charitati contrariatur, ex suo genere peccatum mortale est: secundum Thom. secunda secundæ. quæsti. 37. quando scienter ex intentione quis à bono diuino, vel proximi, in quo consentire tenetur, dissentit. In re autè modica, vel quãdo vnus existimat hoc esse bonum, & alius contrarium credit, non est mortale, nisi procedat ex ignorantia eorum, quæ quis scire tenetur, vel adiungatur pertinacia, quæ sit mortalis: secundum Caiet. ibi.

2 Discordare in his, quę sunt de consilio, ad quæ quis non tenetur sub præcepto, non est mortale: quia non excludit charitatem. Est etiã quãdoque mortale peccatum, quando ex discordia infertur notabile damnum proximo in bonis corporalibus, vel spiritualibus, quia hoc est contra proximi dilectionem. Vnde sæpe consiliarij, mali ex superbia, vel malo animo mortaliter peccant, nolentes concordes esse cum alijs in bono reipub. vel potius quærentes bonum proprium, quàm commune. Cõstat hoc esse maximum peccatum cum talium oblationem Ecclesia repellat. 90. distinct. cap. oblationes.

DISPVTATIO.

1 Disputare de fide dubitãdo, mortale peccatum est, quia dubius in fide, infidelis est secundũ Tho. secunda secundæ, quæstion. 10. artic. 7. si autem fiat disputatio ad confutandos errores, vel ad exercitium, sine tamen periculo audientium, vt quando fit inter doctos, est laudabilis. Si autem imminet periculum, vt quando fit inter simplices, nõ est laudabilis, sed peccatum, & tantò maius, quantò periculum grauius. Et propterea prohibitum est cuicunque laico disputare de fide, & cõtrà faciẽs, debet excommunicari, in c. quicunque. de hæret. §. inhibemus. libr. 6. & eadem ratione prohibetur seculari prędicare. cap. sicut in vno corpore. de hæret. & C. de summ. trini. & fide catho. l. nemo. prohibetur nedum laicis, sed & clericis, turbis coadunatis publicè disputare de fide. Ideò laicus sciens sub tali pœna hoc sibi prohibitum, si disputat, mortaliter agit. Caietan. ibi.

2 Svstinentes opiniones philosophorum, vt Auerrois de vnitate intellectus, & de infinitate temporis, mortaliter peccant, quia sunt directè contra fidem, & est prohibitũ in octaua sessione Concilij Laterañ.

3 Episcopi, & inquisitores potentes obuiare huiusmodi eneruationibus fidei, & non facientes, mortaliter peccant, cum teneatur, & tamen quãdoque contenti de sola reuerẽtia, hæc negligunt. secundum Sil. verbo disputatio. in fin. quia ista est notabilis, & pernicioſa negligentia.

DISPENSATIO.

1 Dispensatio secundum Canonistas est iuris relaxatio, & dicitur vulnus, quia ius commune vulneratur. c. ipsa pietas. 23. q. 4.

2 Dispensare potest Papa in omnibus, in quantum dispensatio declarationem dicit, quando oritur dubium aliquod circa articulos fidei, sacramenta, ius naturale, & diuinum. secundum Tho. prima secundæ. quæst. 100. artic. 8. ad 4. & Archid. Flor. 2. parte titul. 11. c. 11. & hoc modo sumitur largè dispensatio, sed propriè dispensare, est facere, quod oppositum legi benè possit fieri. Commutatio verbo est, quando vnum pro alio fit, vt eleemosyna pro ieiunio, vel huiusmodi.

3 Præcepta decalogi sunt omninò indispẽsabilia, quia continẽt intentio-

tentionem legislatoris. Nam præcepta primæ tabulæ ordinant ad ipsum Deum, secundæ verò tabulæ, continent ordinem iustitiæ inter homines seruandæ, secundum Tho. suprà, & 1.sent.dist.47.a.vlt.vt vnicuiq; suum reddatur, alterũ iniustè nó lædamus.

4 PAPA non potest dispensare in præceptis primæ, vel secundæ tabulæ, quia non est institutor diuinæ legis sicut Deus, neque potest dispensare quo ad articulos fidei, vel sacramenta gratiæ, vel præcepta mortalia, quæ sunt de lege naturæ, secundum Tho. quol.4.a.13. quia hoc non esset posse pro veritate, sed contra veritatem. & panormi. in c. ex publico. de conuer. coniug. in glo. circa fin.

5 PAPA, etsi non possit noua sacramenta instituere, vel instituta remouere, potest tamen circa illa aliquam legem facere, vt patet in matrimonio circa personas contrahentes. Capreolus. 4. sent. dist. 7. quæ. 1. ad. 7.

6 PAPA potest dispensare in omnibus, quæ sunt de iure diuino, præterquam in articulis fidei, sacramentis gratiæ, & præceptis iuris naturalis. vt suprà dictum est, sicut dispensat cum bigamo, quod est contra præceptum apostoli. titu. 1.

7 PAPA potest dispensare in omnibus, quæ sunt iuris humani, vel positiui: quia in his in ecclesia habet plenitudinem potestatis, secũdum Thomam in di. quolibet, & in capitul. significasti. de electione nisi in his quæ determinata sunt ad fidem pertinere, vel ex diuino iure deducta, vt dicit gloss. in canon. sunt quidam. vigesimaquinta, quæstione prima. quia hoc non est merè de iure positiuo.

8 PAPA, secundum vnam opinionem non potest dispensare in matrimonio, etiam non consummato, vt quis aliam accipiat: quia hoc est dispensare in iure diuino, in sacramentis, quod Papa non potest, vt dictum est suprà. hanc viam videtur sequi S. Thomas. quarta sent. d. 33. q. 2. argu. 2. quolibet. 1. ad 3. Petr. de Pal. 4. sent. distinction. 27. q. 1. a. 2. Panorm. in c. ex publico de conuer. coniu. circa fi. oppositum tenent Vincent. Hosti. & quædam gl. in d. c. ex publico, quã sequũtur Ang. & Ros. Prima tamẽ opinio videtur verior & cõformior sacrę scripturæ. Et si Papa aliquando dispensauit, quod nescitur, dicendum est hoc fecisse vel ex speciali instinctu spiritus sancti, vel errasse vt homo. Caie. tamen in quolibet, tomo 2. quæst. 25. oppositum tenet, dicẽs Papã ex causa rationabili posse dispẽsare in matrimonio non consummato, quia non significat matrimonium vnionem Christi & ecclesiæ, nisi post consummationem, & tunc indissolubile remanet. Ante autem potest dissolui, quod probat ex dictis S. Thom. in 4. sent. d. 27. q. 1. a. 3. ql. 2. vbi in responsione ad primũ dicit, quòd quia matrimonium contractum significat coniunctionem spiritualem Christi & animæ, & hæc est solubilis, ideò religionis ingressus aufert sacramentum. In responsione ad tertium dicit, quòd quia matrimoniũ contractum tantùm, non est peccatum, ideò non habet omnimodã indiuisibilitatem, Ex quibus patet, quòd authoritate Papæ potest dissolui. Et hæc opinio subtilis est, & magis consonat rationi, quam & ego amplector: cum & ecclesia in hoc dispensauerit, vt patet de Martino 5. & Eugenio 4. quorum bullas se vidisse Arc. Flo. attestatur.

9 PAPA non potest dispensare in gradibus consanguinitatis, vel affinitatis diuina lege prohibitis, vt tenet gl. in c. literas. de rest. spo. vbi postquam exposuit text. non potest, nec consueuit, id est, non vult, vel non expedit, in fide determinat, tenens quòd non potest & quòd text. ibi stat propriè, quam sequitur Panorm. ibi. Et ratio est, quia quasi omnes tales casus sunt naturali etiam lege prohibiti, quia ad omnes illas personas cohabitantes est naturalis amicitia, sine alio fœdere. Et particulatiter non potest dispensare in primo gradu ascendentium,

dum, & descendentium, secundum Thom. 4. sent. d. 40. q. 1. a. 3. & Archi. Floren. tertia parte. tit. 1. c. de affinit. quia est contra ius diuinum, & naturale, cum vxoribus parétum exhibeamus reuerentiam, sicut & parentibus nostris, vel contra ius diuinum fundatum in iure naturali, & sacramento gratiæ: quædam namque personæ prohibentur, secundum Thom. suprà, iure diuino, naturali, & humano, vt pater & mater: quædam iure diuino fundato in iure naturali secundario, & humano, quæ sunt duodecim personæ, videlicet mater, nouerca, soror, neptis, id est, filia fratris, amita, id est soror patris, matertera, id est, soror matris, vxor patrui, id est, fratris patris, vxor fratris, filia priuigni, vel priuignæ, soror vxoris, nurus, id est, vxor filij, priuigna, id est vxor patris, hæc personæ numerantur in d. glo. d. c. literas hæc etiam secundum Petr. de Palud in 4. clariùs. Hi sunt casus diuino iure prohibiti, & inter has personas matrimonium esse prohibetur. Primò, inter filium, & matrem. Secundò inter filium & patrem. Tertiò, inter fratrem, & sororem, siue sunt legitimi, siue non. Quartò inter auum, & neptē. Quintò inter fratrem, & sororem ex parte patris, & non matris, sed filiæ nouercæ. Sextò, inter filium, & sororem patris, id est amitam. Septimò inter filium & sororem matris, id est matertetam. Octauò, inter filium, & vxorem fratris patris, id est, compatruam. Nonò, inter patrem, & nurum, id est, vxorem filij. Decimò, inter Socratem, & vxorem fratris eius regulariter. Vndecimò, inter vitum, & filiam alicuius ab eo cognitæ siue affectu maritali, siue fornicariè. Duodecimò, inter priuignum, & nouercam. Vltimò, vir cum duabus sororibus viuentibus contrahere prohibetur: ex Caietan. super Leuiti. cap. 18. Opinio autem Caietan. in secunda secundæ. quæstione 154. ar. 9. est, quòd Papa dispensare potest cum omnibus personis coniunctis, nisi cum matre, & patre, vt matrimonium contrahant, quia illa præcepta diuina de inhabilitatione tot personarum, sunt iudicialia, & non mortalia simpliciter, sed secundum quid. Ideò hodie non ligant, nisi quatenùs ab ecclesia sunt assumpta. Vnde per Papam dispensabilia: & huic opinioni suffragatur Augustinus de ciuitate Dei. libr. 15. vbi dicit, Commixtio sororum, & fratrum, non natura, sed religione prohibente facta est damnabilis. Ita etiam dicit super Matth. 9. & Leuit. 18. & ideò non audeo dicere Papam non posse hoc facere, quia rationes Caiet. quas in secunda secundæ quæstion. vt suprà facit, sunt fortes, & authoritas Papæ, & ecclesiæ magna est.

10 PAPA dispensare non potest in lineo transuersali in primo gradu consanguinitatis, & affinitatis, vt quis cum germana contrahat, vel cum vxore germani, secundum communem opinionem, quia diuino iure prohibetur, & aliquo modo contra ius naturæ, nec in lege Mosaica permittebatur, nisi causa suscitandæ prolis, neque potest dispensare in secundo gradu transuersali superioris, vt cum amita, & matertera, eadem ratione, secundum Petrum de Palud. & Io. And. in c. per venerabilem. qui fil. sint legitimi. & Panorm. ibi, vbi etiam dicit, quòd inspiciendus est textus scripturæ sacræ, post factum tamen dicit Archiepiscopus Florentinus Martinum quintum dispensasse cum quodam, qui cum sua germana contraxerat, & consummauerat, habito tamen priùs peritorum consilio, propter scandala, & alia mala vitanda. Consulendum est igitur omnibus ante factum licentiam non esse petendam, cùm sit dubiū ipsum posse. Caiet. tamen secunda secundæ. q. 154. a. 9. dicit, Papam in omnibus gradibus consanguinitatis, & affinitatis, nisi cum patre, & filia, & matre, & filio, vt in superiori. §. diximus posse dispẽsare. & hoc veriùs videtur. Et quando facit, credendum est talẽ dispensationem esse validã. Pur. Deus ipse nouit.

11 PAPA

11 PAPA non potest dispẽsare, vt quis duas vxores habeat, & minùs, quòd vna habeat duos viros, quòd est contra ius diuinum fundatum in natutali. De hoc est text. in c. gaudemus. de diuor. & ibi Pa. & Tho. 4. sent. d. 33. q. 1. Neque potest dispensare, quòd quis contrahat ad tempus, quia perpetuitas est de essentia matrimonij, vt est sacramentum fidei, & gratiæ, secundum Pan. qui mouet hanc q. in c. ex publico de conuer. coniu. tenendo partem negatiuam.

12 NON potest Papa, secundũ vnam opinionem, quã credo veram, dispensare in voto solenni castitatis, quia continentia est essentialiter annexa statui religionis, & sicut calix consecratus ipso manente, non potest fieri quin sit cõsecratus, licèt possit prohiberi ne in eo consecretur: sic in homine per votum solenne religionis approbatæ, fit quædam actualis consecratio, & benedictio totius corporis suique inseparabilis est ipso viuente. Vnde non potest per quemcunque dispensari, secundum Thom. secunda secundæ. q. 88. a. 11. Et hoc etiam probat. ca. cùm ad monasterium. de stat. monach. dicens castitatem annexam esse regulæ monachali. Non est autem simile de voto annexo sacro ordini ex statuto ecclesiæ: in c. vnic. de voto. libr. 6. Cum S. Thom. venit Alb. Alij autem, vt Pan. in d. ca. cùm ad monasterium. Petr. de Pal. 4. sent. d. 38. q. 4. conclu. 11. Rich. ibi, & alij. Caie. quoque secunda secundæ. q. 88. suprà. tenet cum Canonistis dicens, quòd Papa potest separare statũ monachalem ab hoc homine, faciendo de monacho non monachum. Allegat Cælestinum 3. qui dispensauit in hoc.

13 DISPENSARE in lege, vel voto, vel similibus sine rationabili causa, peccatum est, quia actus humanus est nõ consonans rationi, secundum Caiet. ibi, & tales prælati sic dispensantes sunt dissipatores, & quando impetratur dispensatio ex falsa causa, vel tacitaveritate, dispensatio nulla est. ca. 2. de fil. presby. in 6. & in re notabili est peccatum mortale, secundum Caiet. ibi, vt si absque rationabili causa, quis dispensetur, vt habeat plura beneficia, ex quo creditur, quòd animæ priuabuntur debita cura, vel quòd ex hoc quis excessiuos habeat redditus, & alij esuriãt, & huiusmodi. Peccant enim mortaliter tales dispensantes, nec qui dispensatur hoc modo sine rationabili causa, etiam quòd Papa dicat motu proprio, & certa scientia, & de plenitudine potestatis, &c. quoad Deum, est tutus in cõscientia, quia Papa non habet potestatem in destructionem, sed in ædificationem ecclesiæ. Idem dic de dispensatione iuramenti, & aliorum, quę sunt de iure diuino, secundum Caie.

14 CAVSAE dispensandi iustæ sunt hæc, videlicet tẽpus. ca. tempus. 1. q. 7. Secunda, vtilitas. 22. q. 4. c. ipsa pietas, Tertia, qualitas personæ, meriti, & scientiæ c. tali. 1. q. 7. Quarta, necessitas. in d. c. tali. Quinta, pietas. Sexta, rei euentus. Septima, scandalum multitudinis. distinc. 50. c. vt constitueretur. Et quia casus sunt varij, ideo non potest dari generalis regula, sed arbitrio boni viri iudicantis an causa sit iusta, standum est, capit. domino sancto. distinct. 50. Et quando causa est iusta, prælatus peccat non dispensando. arg. ca. quanto. 2. q. 5. nec requiritur, quòd princeps cognoscat causam, sed sufficit eius voluntas: secundum Pa. capit. diuersis. de cle. coniug. in his scilicet, quæ sunt iuris positiui tantùm: secundùm Inno. in d. c. cùm ad monasterium. Secus in inferiore: vt no. glo. in § nisi rigor. c. multorũ. 1. q. 7. In conscientia tamen quando adest causa, ille qui dispensatur, erit tutus, licèt dispensans sine cognitione causæ malefaciat, & debeat puniri, quia contra legem egit. Facit gloss. c. 2. de schisma.

15 DISPENSARE, & interpretari potest quilibet in legibus, casu subito occurrente necessitatis, maximè cũ ad superiorem recursus nõ possit haberi. in c. si ergo. 1. q. 1. quia in obseruatio-

ne legis, vel præcepti legislatoris intentio maximè obseruanda est, alias autem ad prælatos pertinet.

16 SOLVS Papa dispensat votũ terrę sanctæ. capit. magno. de voto. ex consuetudine autem votum Sanct. Iacobi, ad limina Apostolorum. Panor. not. In capi. ex multa de vo. quòd legatus non potest dispensare in voto vltramatino. Item no. quòd quando votum, siue vltramarinum, siue sancti Iacobi, vel alterius peregrinationis factum est solùm causa deuotionis & non in subsidium illius loci: vt quia nouit offerre, portare, vel aliquid facere. tũc Episcopus potest dispensare: secundum glo. in d. capit. ex multa. quamuis communis consuetudo teneat contrarium.

17 IN voto simplici castitatis, & perpetuo Papa potest dispensare: secundùm Panormita. in capitul. veniens. qui cleri vel vouen. ex magna tamen causa: ita vt qui ea dispensatione vtatur peccatum euitet. Si autem votum hoc fuit à principio meticulosum. licet metus non fuerit iustus, & imminet periculum fornicationis, putat Panormitan. ibi, quòd potest Episcopus dispensare, ex quo casus est concessus ab ecclesia, & non prohibetur Episcopo dispensatio, extra vero hunc casum, quia casus talis est arduus debet Papæ reseruari: vt in c. maiores. de bapti. in princi. secundùm Panor. suprà.

18 EPISCOPVS potest dispensare in voto tẽporali castitatis: vt per annũ vel huiusmodi, quia non est casus arduus, & in eo, qui vouit non contrahere, quia est minus quàm votũ simplex castitatis, & de petẽdo debitum, quando non potest ratione voti, vel affinitatis superuenientis. capit. 2. de eo qui cogn. consang. Anto. de Butr. in capit. rursus. qui cleric. vel vouent. Et potest Episcopus, vel Episcopalem authoritatem habẽs in omnibus alijs dispensare: secundùm Thom. 4. sent. distinctio 38 quæstio. 1. Nota quòd vota perpetua, quæ Papæ reseruantur, sunt votum continentiæ, & religionis. Alia autem vota, non adiecto tempore, non sunt perpetua. Si autem adiungatur tempus, vt semper ieiunare in sabbato, & si sint perpetua, non tamen Papæ reseruantur.

19 EPISCOPVS potest dispensare in 2o gradib. prohibitis in matrimonio, quãdo impedimentum est occultum, & ad Papam non potest haberi recursus, & separatio sine magno scandalo fieri nõ potest: vt sæpè euenit in mulieribus cognitis à consanguineis viri, antequam matrimonium contrahatur: secundum Sil. ver. dispensatio. §. 9. & idem putat in eo, qui post votum simplex matrimonium consummauit, quia non est verisimile, quòd Papa velit animas in huiusmodi laqueis manere, cum non possint Romam ire, vel mittere pro tali negotio.

21 QVANDO aliquis facit votũ determinatæ personæ, vel collegio, aut ecclesiæ tali, dare decem, vel facere calicem, vel huiusmodi, si tali personæ. vel ecclesiæ sit acquisitum ius, vel per instrumentum vel testamentum, vel donationem, vel promissionem factam corã testibus, & ipse cui acquiritur ius scit, & acceptat, & habet actionem contra promittentem per votum, vel aliter, non potest dispensari in hoc, nisi consentiẽte eo, cui ius est acquisitum, quia nemo potest alienum donare. Si tamen dispensans esset superior illi ecclesiæ, vel collegio, aut personæ, qui posset de eorum bonis disponere, & tollere vni dando alteri, posset dispensare: secundùm Arc. Florent. 2. part. titul. 11. capit. 1. Pis. in ver. votum. §. 6. Secus verò, si non est acquisitum ius modo predicto, licet promissio sit facta, vel votum ad specialẽ locũ, vel personam de re speciali.

22 CASVS 47. in quibus solus Papa est petendus, & alijs prohibitum est ne se intromittant cano. huic sedi. distinctio. 17. videlicet de quæstione fidei, de translatione Episcopi, de depositione Episcoporum, de acceptione renunciationis Episcoporum, de exemptione Episcoporum, de restitutione

tione depositorum ab ordine, de interpretatione priuilegiorum suorum, de mutatione sedis Episcopalis, de constitutione sedis Episcopalis de nouo, de submissione vnius Episcopatus alteri, de commutatione votorum Ierusalem Sancti Iacobi, &c. voti continentiæ: vt suprà, quòd quis veniat contra iuramentum licitum, de dispensatione irregularitatũ multarum, de bigamia, de clerico non ordinato ministrante, de clerico viciato tali vitio, quod impediat ordinis executionem, de homicidio, vel mutilatione membri, de excommunicato maiori recipiente ordines, de excõmunicato suspenso, &c. ministrante in ordine sacro, de illegitimè natis. quò ad susceptionem ordinum, &c. de pluralitate beneficiorum cum cura, de ætate Episcopi, de ætate ordinandorum, de celebratione concilij generalis, de priuatione personæ ecclesiasticæ, de excommunicato à se nominatim, & à suo legato, de causis appellatione remota, de eo quem Papa ordinauit in subdiaconum, de vsu pallij semper, & vbique, de dispensatione cum eo, qui non est in sacris, de confirmatione electi Imperatoris, de absolutione sententiarum, quas sibi reseruat. de pronunciatione electionis nondum factæ, de canonizatione sanctorum, de facere valere, quod non est de abstractione monachi de monasterio, de eius sententia, quæ facit ius, eodem die ordinat quo consecrat, de dispensatione in gradibus prohibitis, de ablatione legis, quo ad vtrunquè forum, de concessione indulgentiarum plenariarum, de legitimatione quatúmque personarum, quò ad spiritualia vbique, de solutione obligationis, qua homo homini tenetur, solus Papa de nullo crimine potest accusari, nisi de hæresi. Solus potest committere simplici sacerdoti, vt confirmet, conferat ordines minores, consecret ecclesias, & virgines, de dispensatione contra concilium generale. Hos casus vide diffusè in tabu. dispensatio. §. 13. cum suis iuribus allegatis, quæ breuitatis gratia prætermisi. Vide aliquid infrà, Papa, quasi per totum.

23 EPISCOPVS ab omni peccato potest absoluere: secundum Panorm. in capitulo Deus qui de pœnitent. & remission. & Archidiacon. Florentin. 3. part. titul. 17. capitul. 3. Et etiam ab omni excommunicatione iuris, quæ non reseruatur Papæ expressè capitul. nuper. de sententia excommu.

24 POTEST etiam Episcopus dispensare in omnibus his criminibus infrà scriptis, videlicet, in clerico venatore, vel ludente aleas, vel ebrioso, vel faciente strepitum in synodo, in adulterio, furto, sacrilegio, periurio, fraude cum dolo, incestu, vitio Sodomitico, quæ vocantur peccata grauia, & grauiora, maximè vltimo capitul. clerici. de excess. præla. & similia maiora adulterio. Fornicatio etiam simplex vbi admonitus nollet se corrigere, & talia, quando sunt notoria, impediunt promouendum, & promotum deijciunt. Secus quãdo sunt occulta. In his potest Episcopus dispensare, nisi expressè à iure prohibeatur. de pœn. distinctio. 6. cano. 1. in fi. Et hæc opinio est communior, quomodo autem possit dispensare contra canonem. vide Panormit. in c. at si clerici. §. de adulterijs. de iudic. Alia verò enormia. de quibus suprà, Papæ reseruantur.

25 EPISCOPVS etiam potest dispẽsare in gradibus prohibitis in matrimonio: vt suprà dictũ est. §. 19. & hoc rationabiliter vt suprà, Dispensat etiam in proprio statuto, nisi iurasset seruare: secundum Ioan. Andr. Quomodò autem dispensat in matrimonio: vide infrà, impedimentum, §. 55, & suprà. §. 17. 18. 19.

26 IN quibus parochiani, & fratres mendicantes possint absoluere, vide suprà verb. absolutio. §. 24. 25. 26. & de casibus reseruatis. Episcopo. suprà casus. §. 5. vsque ad 11. Princeps sciens impedimentum alicuius, & eum ad

aliquod officium assumens, eo ipso dispensare intelligitur. Panor. in c. in cūctis. de electio.

DIVINATIO.

Diuinatio prout importat futurorum vel præteritorum, vel præsentium cognitionem, est mortalis ex suo genere, pro quanto dæmonis auxilio innititur, tacitè, vel expressè, quod conuinci potest, quando quis ad hoc innititur alicui rei, vel verbo, quasi habentibus virtutem ad talem effectum, ad quē constat nec naturalem, nec diuinā habere virtutem: Ratione autē actus imperfecti erit venia le, vt quādo non est inuocatio dæmonis tacita, nec expressa: vel si est, nescit, nec credit, neque dubitat faciens, quod si crederet, non faceret. Tunc enim est quædam vanitas, vt qui in libro fortunæ, vel Rota Pythagoræ, volunt scire aliqua, vel in apertione librorum, & huiusmodi. Idem iudica de sortibus: secundum Caiet. ibi, infrà, Superstitio. §. 3. Sors. §. 1. Incantatio per totum.

DIVORTIVM.

1 DIVORTIVM, est legitima viri ab vxore, vel econtra separatio. Et dicitur legitima, vt non fiat sine lege, vel ratione, aliter non debet fieri, quia quos Deus coniunxit, homo nō separat. 31. q. 1. c. si qua. §. obijcitur. Et fit aliquando in totum. secundū Ray. Ita vt vterque cōiugum possit contrahere, sicut in maleficiatis: aliquando verò alter tātùm, vt in frigidis: interdum dirimitur in parte, quantum ad mutuam seruitutem debiti coniugalis, & cohabitationis. Ita tamen quod eorum neuter contrahere possit, vt quando separantur propter adulterium, vel causa religionis, post copulā carnalem. In his, vir, & vxor. ad paria iudicantur, quia sicut licet viro vxorē dimittere, ita & econtra. c. si quis vxorem. 32. q. 1.

2 MATRIMONIVM firmatum per verba de præsenti, ante carnalē copulam solutur, vel morte naturali, vel ciuili, id est, professione tacita, vel expressa religionis approbatæ, ita quòd remanens in seculo liberè potest contrahere, nisi aliundè impediatur, vt ex voto. Si autem sit consummatum, non potest vllo modo solui: vt in cap. gaudemus, de diuort. nisi esset inter infideles: vt dicemus infrà, Matrimonium §. 38. vide capitu. ex publico. de conuer. coniu. quia neque etiam authoritate Papæ potest solui. Sed Caiet. Matthæi. 5. & 19. exponens illud, Quos Deus cōiunxit, &c. & quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ob fornicationem, &c. dicit hæc verba, Intelligo ex hac domini nostri Iesu Christi lege, licitū esse Christiano dimittere vxorem ob fornicationē carnalem ipsius vxoris, & aliam vxorem posse ducere, salua semper ecclesiæ diffinitione, quæ hactenus non apparet, nam decretales pontificiæ de hac materia, nō sunt diffinitiuæ fidei, sed iudiciales facti, in quibus iudicijs matrimonialibus, errasse Romanos pontifices profitentur: vt in c. quanto. de diuor. & c. licèt de spon. duo. non tamen ex hoc intelligas eodem modo, vxorem virum posse dimittere: quia nec etiam in veteri lege, vxor virum poterat repudiare, sicut vir vxorem. Adiungitque, quod diuus Ambro. 1. Cor. 7. dicit hoc. Tamen ibi Caiet. dicit, quòd nō audet se opponere contra torrentem tot doctorum, & iudiciorum ecclesiæ. Oppositum autem tenet sanct. Thom. 1. Corint. 7. exponens illud, vxorem à vito non discedere, quæ si discesserit, manere innuptam, & vir vxorem dimittat, &c. dicit, Si vxor discesserit, scilicet propter causam fornicationis, præcipio inquam manere innuptam, viuente marito, quia si soluitur matrimoniū quòd thorum, non tamen quò ad vinculum, & similiter vir vxorē non dimittat, nisi ob causam fornicationis. similis forma in viro, & in muliere seruatur. Ideò supplendum est, quod de vxore præmisit, scilicet q̄ si dimiserit nō ducat aliam. Ad dictum Ambros. quod allegat Caietan, dicit Magister sententiarum, quòd à falsarijs fuit appositum, ideo nullo modo

do tenendum, licèt ergo opinio Caiet. sit subtilis, & videatur quadrare literæ, tamen debet exponi non de totali dimissione, sed quò ad thorum, vt infrà, Matrimonium. §. 72. suprà. Adulterium. §. 3. Eodem modo videtur Theophilactus exponere. & 32. q. 7. per totum.

3. Ex quatuor causis potest matrimonium firmatum, & cõsummatum dirimi, quo ad conuersationem coniugalem. Primò, propter adulterium. 23. quæst. 1. c. dixit dominus. Secundò, propter periculum, dum alter alterum ad peccatum mortale trahere nititur, secundùm Innocen. in c. maritus. de adult. Intellige quando aliter compesci non potest. Tertiò, propter hæresim, vt infrà. §. 8. Quartò, propter religionis ingressum, vel votum: quia ambo de communi cõsensu possunt vouere. c. chariſſimus. de conuersio. coniug. Quod autem ob periculum animæ liceat consortem thori relinquere, probat Petr. de palu. in 4. senten. distin. 39. quia si corporis periculum imminet, non tenetur cohabitare cum coniuge, à fortiori, propter periculum animæ, ideo falsa est gloss. de diuor. c. 2. dicens vxorem non esse dimittendam, si vitæ viri fuerit insidiata.

4 CASVS sunt 7. secundùm Thom. 1. Cor. 7. in quibus ob causam fornicationis vxorem vir non potest dimittere. vide infrà, Matrimonium. §. 73. latius.

5 SI alter coniugum ingreditur religionem, alter remanens in seculo, tenetur expectare professionem, quia antè non soluitur viuculum. in capit. virum. de conuer. coniu. intellige de religione approbata, quia si fieret mantellatus, non solueretur matrimonium, secundùm Panormita. in c. ex parte. el. 2. de conuer. coniug. Professionis autem tempus non potest breuiari, secundum Thom. 4. senten. d. 27. q. 1. a. 3. q. 3. Expectabit ergo per annum.

6 SI sponsus sponsam ante duos menses cognoscat carnaliter, & violenter absolutè, & ipsa ingrediatur religionem, & profiteatur, soluitur matrimonium, quia non videtur adhuc corpus suum illi communicasse, cum violenter fuerit cognita, secundùm Panor in d. c. verum. & Monal. Secus si non fuit absolutè violata, vel post duos menses.

7 QVANDO adulterium ita est manifestum, quòd iustificationi non est locus, potest innocens reo non cohabitare propria authoritate. c. significasti. de diuor. & multò fortius negare debitum. Intellige quando moratur cum adultero vel adultera, non tenetur tunc cohabitare, secundum limitationem Innocen. Si verò delictum non est notorium, separatio fieri non potest quò ad cohabitationem, sine authoritate, & iudicio ecclesiæ, secundùm Hostien. quod verum est, secundùm Richar. quando matrimonium est publicum in facie ecclesiæ, vel coram testibus. si verò clandestinum est potest propria authoritate. Quò autem ad thorum, quando constat alteri coniugum de adulterio alterius, non tenetur reddere debitum propria authoritate suprà dictum cõiugale. §. 4. Aliter authoritate ecclesiæ fieri debet separatio.

8 PROPTER spiritualem fornicationem, id est, hæresim, potest fieri separatio: secundùm Panormita. in capit. quæsiuit, de diuor. & si sit notoria, maritus potest intrare religionem inuita vxore, & econtra, secundum Pan. in c. fina. de conuer. coniug. & hoc introductum est in fauorem fidei. Intelige quòd potest intrare scilicet ille, qui est innocens. nocens verò non ante latam sententiam diuortij, neque post latam sententiam sine licentia innocentis, secundum veriorem opinionem. c. ex literis. de diuor. cum licentia verò potest vel quando innocens intrauit, & est professus, vel quando mulier detruditur ad faciendum perpetuam pœnitentiam pro adulterio, &c. vide Panormit. in d. c. gaudemus. & in d. c. fina. de conuer. coniug.

9 Si ille qui ſpirtualiter fornicatus eſt, velit ad fidem redire, fiet recompenſatio cum altero, qui corporaliter fornicatus eſt, ſecundum Panormita. in capitu. final. de conuerſ. coniuga. non autem quando nolit redire, ſed contra eum procedetur, & ipſe contra alterum non audietur, cum hæreticus accuſare non poſsit coniugem de aliquo delicto. Facit capit. à nobis. de excep.

10 Alter coniugum vouens caſtitatem ante cõſummationem, tenetur ingredi religionem, vel reddere debitum, quòd ſi reddit, prima vice mortaliter peccat, ſecund. Pet. de pal. potuit enim inuenire remedium, ſcilicet religionem intrando. Poteſt etiam poſt copulam vouere, ſed non in præiudicium alterius, quia tenebitur reddere exactus, non autem petere, niſi ex non petendo, alteri fieri oneroſus, tunc enim petendo non peccaret mortaliter, niſi de licẽtia alterius vouiſſet. Facit c. quidam intrauit. de conuer cõiug. Si verò vir conſentiat vxori, vt voueat, nihilominus debitum petere poterit, ſecundùm Panormit. c. 1. de eõuer. coniu. nõ autem vouens, licet reddere teneatur. Idem dic de vxore conſentiente viro.

11 In omni caſu, quo poſt cõſummatum matrimonium licet religionem intrare, licet etiam ad ordines accedere, ſecun. Pet. de pal. ſi verò non licet religionem ingredi, multominus ordines recipere, quia talis ab ordinis executione eſſet ſuſpenſus. Si verò quis vult epiſcopari, oportet vxorem ſuam prius in religione eſſe profeſſam, ſecundum Panormitan. cap. 1. de conuer. coniug. ſecus quando vult ad ordines promoueri, ſufficit vxoris cõſenſus cum promiſſione continentiæ. ex cap. ſignificauit. de cõuer. coniuga. niſi dans licentiam eſſet de incontinentia ſuſpecta. in cap. cum ſis. eod. it. tunc enim requiritur religionis ingreſſus.

12 Ordinatvs conſentiente vxore fragili, & ad eã reuocatus, ipſa mortua tenetur clericaliter viuere, vel ſi erat profeſſus, ad monaſterium reuerti, quia ex quo vxor conſenſerat, verè eſt religioſus. Facit c. ex parte, de conuer. coniug.

13 Ordinatvs cõtradicente vxore, vel ignorante, poteſt reuocari in d. c. quidam. & tenetur reddere debitum, ſed exigere non poteſt, niſi propter hoc oneroſus fieret vxori, vt dictum eſt ſuprà. Quando autem vxor ſciuit, nec contradixit, nec licentiam dedit, ſed diſſimulauit, etiam idem dicas. per not. in capitul. conſuluit. de conuer. coniug. Idem ſi iuſto timore conſenſit, vt in capitu. accedens. eod. titu. vel per dolum conſenſit. capi. veniens. eod. tit.

14 De diuortio ex impedimento frigiditatis, & alijs, infra, Matrimonium. §. 47. 49. &c.

15 Si in diuortio eccleſia fuit decepta per falſos teſtes, vel aliter, poterit vir vxorem reuocare, & econtra, non obſtante ordine, vel profeſſione alterius, ſecundum Ray. quando continentia eis non poteſt perſuaderi, & tenebitur reddere debitum, non autem exigere, propter ordinẽ vel profeſsionem.

16 Si fiat diuortium, & vterque coniugum credens iuſtè factum diuortium ingrediatur religionem, & poſt amborum profeſsionem reperiatur quod cauſa diuortij fuit falſa, ſecundum veriorem opinionem alter coniugum alterum reuocare non poterit, ſecundum Veru. quia falſa cauſa non impedit votum monachatus. argumen in c. magnæ de voto. in hoc conuenit Piſ. licet contra arguat Pa. ſed aſſumit vnũ falſum. ſcilicet quòd ingreſſus ex falſa cauſa non teneat. Reliqua vide infrà Matrimonium. §. 72. vſque in finem.

DOCTOR.

1 Doctorem fieri, vel facere inſufficientem, quando ex hoc alij notabiliter læduntur, peccatum mortale eſt, vt in doctoratu medicinæ, & theologiæ, quia ex hoc imminet ſine dubio periculum corporis, & animæ

mæ,& constituentes mẽdacium pernitiosum committunt.In alijs autem doctoribus, tale periculum non est. ideo nó sict vniuersaliter peccãt mortaliter.Tamen non videntur excusari à mortali,instituentes huiusmodi doctores in iure indoctos, quia etiam ex hoc periculum graue clientulis immi net.ex Caie.ibi.

2 DOCTORES in consilio decisiuo non debent facere allegationes,secundum Pan.in c.vestra . de cohabit. & mu.sicut nec in sententia,vt in c.sicut nobis.in glo.de sen . & re.iu.secus in consilio postulato à parte,quia in primo est approbata fides consultoris,nó autem in secundo.

3. DOCTOR in theologia debet præcedere canonistam,& canonista ciuilem,& ciuilis artistam, secundum Panormi.in capit.clerici.de iudi. An debeat appeti,supra,Cathedra, ibi. Vide aliquid ver.Magister, id est, quomodo peccãt. Quæ requirantur in doctorando ne reprobetur,& quis,& quomodo possit doctorari , Sil.ibi.5.§.6.

DOLVS.

1 DOLVS siue machinatio in facto,siue in verbo , ad decipiendũ ordinata,peccatum est,prudentiæ virtuti opposita,& iuxta subiectam materiam potest esse mortale & veniale. Quando intentio decipiendi est pernitiosa notabiliter ,erit mortalis,si iocosa,vel officiosa,vel de re modica , erit venialis,secundum Caietan. ibi , quia paruum, vel nullum affert nocumentum.

2 IGNORANTIA iuris non excusat à lata culpa,excusat tamen à dolo, & consequenter à pœna, quam dolus requirit, secundum Cy.in regula.ignorantia.lib.6.ex quo infertur,quòd vbi ius, vel statutum requirit dolum verum,ignorans quantumcunque,secus vbi non requiritur dolus verus , sed præsumptus,quia ignorans crassè, & supinè,non excusatur,vt patet in censuris ecclesiasticis,quæ cum requirant dolum præsumptum,taliter ignorãs, non euitat.in c.vt animarum.de consti.lib.6.

3 CAVSA etiam iniusta excusat à dolo,vt not.Bal.in d.c.vt animarũ,vt si turbans aliquem in possessione , credens sibi licere, cùm tamen causam iustam non habeat,excusatur à pœna statuti requirentis dolum.ex not. per Ioan.Andr.titul.de arbit.in addit. ad Specu.

4 POENA corporalis, infamiæ, status, sine dolo inferri non debet,secundũ Bar.in l.in actionibus .ff. de in litem iuran. & in his lata culpa dolo non æquiparatur.

5 NON potest quis facere pactum vt non teneatur de dolo. ff.depo.l.1 .§. conueniat quia est contra bonam fidem,& bonos mores.

6 DOLVS non annullat contractum spiritualem , vt cum quis dolo inductus est ad religionem,secũdùm Pa. in c. cum dilect.de emp. & ven. ideo tenet contractus, sed contractum tẽporalem,qui est bonæ fidei,annullat: vt quando quis dolo inductus est ad vẽdendum aliquod,quod tamen nõ erat venditurus,secundùm Pan.in d.c. cum dilecti.In contractibus autẽ stricti iuris tenet,sed agens ex eo eliditur ope exceptionis.ff. de ver.obl.l.si quis cum aliter.vide tamen Tabu. ibi, dolus.§.7.

DOMICILIVM.

1 DOMICILIVM alicuius ibi est, vbi fortunæ suæ maiorem partẽ constituit,vel bonorum suorum partem magnam , vel si ibi familiam habet.l.si ciues.C.de inco.& censi. Et si ibi nihil haberet, assiduè tamen ibi cõuersaretur.l.2.C.vbi sena. sola domus non constituit domicilium.ff.ad muni.l.libertus. Vide Inno.in c.ex parte. de for.compet.vbi etiam dicit, quòd quis in pluribus locis domicilium habere potest . Habet etiam quis domicilium,vbi sibi eligit,& clericus habet vbi est eius beneficium requirens residentiam tex.in cap.nullus.de tempo. ordi .in 6.

2 PRAELATI & religiosi habẽt domicilium vbi sunt assignati, & ibi debẽt citari. Vide Pan.in c.nullus. de paro. Quomodo aliqui plura domicilia

habent, quia vno tempore habitant in vno loco, alio tẽpore in alio, vide Arc. flo. in sua parua summa. c. 3.

DOMINICA.

1 DOMINICA dies, inter præcipuas festiuitates, continetur propter honorem dominicæ resurrectionis, ca. sabbato de consec. d. 3. in qua die vacandum est tantùm canticis spiritualibus. c. ieiunia de consec. dist. 4. Solo in hoc die consecrari potest episcopus. c. quòd die dominico. d. 75. & S. Th. secunda secundæ. q. 122. a. 4. succedit loco sabbati. Ex constitutione ecclesiæ, & consuetudine populi Christiani, non ex præcepto legis: & in sabbato, præcipuè laborandum est, ne populus videatur iudaizare, si iubetur cessatio ab opere illo die. in c. peruenit de consec. d. 3.

2 DIE dominico, debet quisq; se, & sua, referre in Deum actualiter, saltem semel: quia hoc est principale sacrificium, quod de iure naturæ Deo offerendum est. Ex hoc sequitur, quòd existens in peccato mortali, tenetur in die festo, saltem semel conteri in genere, si occurrat ei peccasse mortaliter: quia aliter non posset se & sua in Deũ referre, sicut debet. Hoc tamen (vt dicit Sil. ver. Dominica) nõ est ex vi præcepti de obseruatione festi, sed ex vi præcepti, sub quo cadit cõtritio, quod obligat pro omni statu, in quo peccatum memoriæ occurrit practicè sub ratione dolendi, vt suprà dictum est, Contritio. §. 3. infrà, festum. §. 12. Nam secundum Caiet. in ver. contritio. die festo nõ tenetur quis sub præcepto conteri de mortali, semper tamen tenetur, vt non placeat peccatum sibi.

DOMINIVM.

1 DOMINIVM, à quo dominus dicitur, nominat ius habẽdi, possidendi, fruendi, vtendi, ac disponẽdi, de aliqua re, pro libito voluntatis, vel secundum aliquem determinatũ modum, secundum quòd communiter diffiniunt canonistæ.

2 DOMINIVM quatuor modis acquiritur. Primo authoritate legis naturalis, vt cum ea quæ nullius sunt, fiunt occupãtis. instit. de reb. dist. §. singulorum. Secundo, principis authoritate, vel habentium potestatem à principe, qui potest ex iusta causa, rẽ alicuius ab eo auferre, & alteri dare, vt not. communiter doct. in cap. quæ in ecclesiarum. de consti. Tertiò, per consensum illius cuius est. vt per donationem, permutationem, venditionem, &c. Quarto. iure ciuili, scilicet vsucapione, præscriptione, adoptione, deportatione, cessatione, & huiusmodi. ff. de acquiren. rerum domi. l. 1. in glo. Differentia tamen est inter spiritualia, & corporalia, quia in spiritualibus, ex solo titulo, sine traditione, dominium transit in alium. text. est in ca. si tibi absenti. de præben. lib. 6.

3 DOMINIVM iustè acquiritur. Primò legitima successione. Secundò, electione, vel consensu populi habentis facultatem eligendi dominum. Tertiò, superioris institutione, ad hoc habentis potestatem. Quartò, emptione, permutatione, donatione, præscriptione, vel aliquo alio iusto titulo. Quintò, ex acquisitione belli iusti, & qui non his modis intrat, non est verus dominus, sed fur est, & latro, teneturque resignare, si potest sine notabili periculo animarum, corporũ, vel rerum, & ad restitutionem omnium reddituum habitorum ex tali dominio, & de damnis, maleficijs, & huiusmodi. 23. quæstio. 5. cap. si non licet. Nec potest absolui si nõ disponat se ad huiusmodi. argum. de pœn. d. 5. ca. falsas. Idem dicas de horum dominiorum officialibus, qui neque salarium possunt recipere, nisi quãdo eorum officium est reipublicæ necessariũ, de quo in ca. in literis. de restitu. spoliato.

4 CIVITAS nulla potest sibi eligere dominum: quia esset in præiudicium superioris, nisi haberet ex consuetudine, vel priuilegio ius eligẽdi: quia consuetudo dat iurisdictionem. c. dilecti. de arbit. Intellige de subiectis alicui domino. Neque dominus potest com-

ponere

ponere ſuper iure ſuperioritatis in prę iudicium ſuperiorum, & ſubditorũ, ipſis nõ conſentientibus, ſecundũ Panormitanum in cap. fina. de maior. & obedien.

5 DOMINIS nullum titulum, vel iniuſtum habentibus, ſubditi non tenentur obedire, ſecundum Tho. ſecũda ſecundæ. quæſt. 104. a. vlti. ad vlti. niſi forte per accidens, ratione ſcanda li vitandi. Secus quando habent iuſtũ titulum, & præcipiunt iuſta.

6 QVANDO familia alicuius domini deliquit in aliquo officio, vel miniſterio, in quo dominus eius opera vtebatur, tenetur tunc pro facto familiæ, & multo magis ſi res rapta venit ad ipſum, vel mandauit, vel ratum habuit, ſecundum Panormit. in cap. 1. de reſtitution. ſpoliator. & cap. cùm ad ſedem. Nam imputetur ei ſi non præpoſuit honeſtam familiam, vt in. l. 1. ff. de pub. §. familiæ. Idem dic de præpoſitis alicui territorio, vel ſuper vectigalibus, & huiuſmodi. Dicit tamen Bartol. in dict. §. familiæ, quòd exhibendo malefactores, liberantur. Item quando domini locorum, vel propoſiti ſciunt maleficia, & poſſunt prohibere, & non prohibent, tenentur. C. de fal. mon. l. 1. ſecus quando neſciunt, vel non poſſunt.

7 TENENTVR etiam, ſecundum Tho. in epiſtola ad duc. Bar. de grauamine, ſi dederunt officia, gabellas, & huiuſmodi perſonis, de quibus præſumebatur, quod non eſſent vtiles, vel iuſtæ, ſi hoc facere ſcienter, vel ex negligentia, ſi etiam vendidêre tanto pretio, quod emptores recuperare non poſſint ſine grauamine ſubditorum: quia in vtroque caſu tenentur de dãno ſecuto. Aliâs vendere huiuſmodi officia licet, non tamen expedit, nec habet ſpeciem boni, ſed potiùs deberent eligi officiales huiuſmodi, vt dicit Thom. ibi: quia ſic res melius ſuccederent.

8 PECCANT etiam in exigendo collectas non debitas, vel contra pacta cõſtituta ſecum, vel cum anteceſſoribus bona fide, & ſine coactione inita, vel quando nimis grauant ad arbitrium boni viri, rerum, ac temporum conditione inſpecta, etiam quod quantitas non ſit pacto determinata, vel ſi noua exigunt, iuſta cauſa non apparente, vel ſi exigunt aliqua inſtituta ad aliquid faciendum, quod tamen non fit, vt pro ſecuritate viarum, & huiuſmodi, & non tenentur ſecutè, ſi ad ſolutionem prædictorum cogunt ſubditos per ſe, vel per alios, directè, vel indirectè, peccant tanquam prædones, & tenentur reſtituere. Sponte tamen oblata ſine omni fraude, poſſunt recipere. can. placuit. 1. quæſt. 2. Similiter peccant, & tenentur ſecundum Gul. ſpoliantes ſubditos, volentes ad alium locũ, vel domum tranſferre ſe, niſi hoc eſſet ibi conſuetum, vel eſſet certũ, quòd tale onus à principio in conceſſione terræ expreſſe fuiſſet impoſitum, vel ſi vſurpant ſibi ea, quæ ſunt communitatis, quia reſignare tenentur, & fructus reſtituere. ca. ſi re. 14. quæſtione. 6. vel ſi non ſinunt diſponere in morte peregrinos, vel non habentes conſanguineos, & huiuſmodi, ſed eis mortuis, teſtatis, vel inteſtatis, bona eorum vſurpant: quia tenentur reſtituere, vel pauperibus erogare. Si à vaſallis, vel alijs ſubditis ſeruitia perſonarum, iumentorum indebita exigunt, ſine mercedis ſolutione, vel ſi cogunt ad vendendum, quando pretium eſt vile, & emendum, quando eſt carum, vel quãdo non cogunt ad ſatis faciendum eos, qui ſunt de ſua familia, vel concedunt dari ad vſuram, quando non expedit, ſecundum Ioannem de Neapolit. quolibet. 10. vel ſi talliant Iudæos, nihil præter vſuras habentes, ſecundum Petrum de Palud. tenentur reſtituere eis à quibus Iudæi extorſerunt. Et dicit Zamba. in capit. poſt miſerabilem. de vſu. quod poſſunt cogere Iudæos ad reſtituendum vſuras, & ſi ſint negligentes, iudex eccleſiaſticus procedet. Etiam dicit Vetuer. quod ſi non compellunt vſurarios, vel Iudæos ad reſtituendum vſuras cùm poſſunt, tenentur ipſi reſtitue-

stituere,etiam si ad eos nihil peruenerit:intellige tamen,quando nó est bonum eos tolerare.

9 DOMINI aliquando possunt vltra consueta aliquid exigere, secundum Raynutium,Hostiensem, & Thomã, suprà. Primò ,pro defensione suæ terræ,si aliter facere nó possunt:quia ad hoc tenẽtur subditi, non solùm de rebus,sed corporaliter laborare,vt sic se saluẽt.capitu.fortitudo. vigesimatertia quæstio.3.Secundò,quando iubente principe,vel ecclesia, vult ire cõtra hæreticos,vel infideles,nec propriæ expensæ suppetunt,potest à subditis moderatum subsidium petere. Tertiò si in bello ex parte sua iusto captus,vult se redimere,& non potest absque graui damno. Quartò,si vult adire principem,pro sua & suorum vtilitate,& commodè expensas facere non potest,& pro alia simili causa iusta, potest moderatum grauamen imponere.c.vnio.10.q.3.& c. cum apostolis. de censib.Si autem absque causa iusta extorquet,vt pro ludo , pompis,& huiusmodi,restituere tenetur.De his cõfessores eos interrogent , nec absque satisfactione absoluant.

10 SI iudex habeat plenariam potestatem,& parti non fiat iniuria, neq; communitati,nec nocumentum afferat:quia ex hoc nullum malum oritur.potest pœnam iuris minuere, vel totaliter relaxare,faciendo misericordiam merenti pœnam pro delicto,nó autem quando non est habens plenariam authoritatem, vel quando pars offensa petit ius, vel quando hoc cederet in malum reipublicæ: quia alij non verebuntur talia facere,secũdum Thomam secunda secundæ. quæstiõ. 67.argument.4.& Panormitan. in capitu.2.de emptio.& venditio.& tamen dicit,quòd iudex potest ex causa mitigare pœnam,etiam statuti.Intelli ge modo prædicto. An domini témporales possint officia vendere,videinfrà Officium.§.ptimo.suprà , Dominus. §.septimo.

11 SI statuto cauetur , vt villa teneatur deprædato ibi, si deprædatus probauerit violentiam sibi factam,stabitur eius iuramento de rebus amissis, secundum Pan.in cap.super eo.de his quæ vi metus. non autem si non potest probare violẽtiam,saltem per violenta indicia.

12 DOMINI non possunt accipere mutuo ab aliquo,cum pacto,quod accipient officium aliquod, quod vsurarium est, pro mutuo accipere officij potestatem , propterea ei dant occasionem peccandi ,& ipsi officio taliter acquisito tenentur resignare. Si autem gratis mutuarent,postmodùm officia darentur,vel priùs darẽtur officia,& pòst mutuarent, vt de officio possent accipere,esset licitum, secundùm Th.ad ducissam suprà.

13 DOMINI,& officiales non possunt aliquid recipere,quando tenentur gratis officium exhibere. quia prohibet eis accipere.l.fina. C.ad legem Iuli. de amb.infrà,Iudex.§.6 . Domini iustitiam facere,& oppressores defendere, publica peccata,præcipuè blasphemias de suo dominio abradere pro posse tenentur.

DONATIO.

1 DONATIO:secundùm Th.1.sen. d. 18. a.2. est datio liberalis,sine irreddibilis ,recompensationé non intendens,quæ secundum Azo.in summa,est duplex.scilicet donatio inter viuos & causa mortis. Donare inter viuos est,quando rem quam dono, potius habere volo alium,quàm me:sed causa mortis est, quando volo me potius quàm alium,cui dono,quem malo habere, quam hæredem meum:secundum eundem Azo . Et quando alia causa in donatione est, quàm liberalitas ,potius dicitur recompensatio,quàm donatio:secundum Pan.in rubr.eod.tit.

2 DONATIONVM inter viuos prima dicitur absoluta, secunda conditionalis,tertia modalis,quarta remuneratiua.ff.de donat.l.1. C.de donat. sub mo.l.1. & 2. quæ non reuocatur causa ingratitudinis,cum mera donatio non sit.

3 OMNIS qui habet rei dominium,

vel

vel proprietatem, & iure non prohibetur, potest donare. Et non loquor nunc de donatione remuneratiua, sed 42. generibus personarum prohibetur huiusmodi donatio. Et primò illis, qui non sunt mentis compotes, vt furiosi, & huiusmodi. in clement. si furiosus, de homici. Secundò, prodigis. in l. 1. ff. de cur. furio. Tertiò, minori. 25. annis, C. si maior. fa. ra. hal. vtim. Quartò, filiofamilias. Fallit in aliquibus casibus, vt si est in dignitate, vel filius senatoris, vel si pater dedit liberam administrationem, vel peculium castrense, vel quasi, &c. Vide Innocen. in cap. grandi de sup. negligent. prælat. lib. 6. & d. l. filiusfamilias. Quintò, his qui non habent proprium, vt seruis, religiosis, & huiusmodi can. non dicatis. 12. quæst. 1. nisi de licentia superioris, vel habeant legitimam administrationem, vt ex iusta causa donent. in dict. l. filiusfamilias. & 12. q. 1. quia cap. tua de his scilicet, quæ seruando seruari nō possunt. suprà. Alienatio. §. 3. Sextò, abbatibus, & alijs prælatis, nisi habeant administrationem. vt de filiofamilias dictum est, & generaliter nulla persona ecclesiastica potest donare bona immobilia, vel mobilia pretiosa. suprà, Alienatio. §. 3. Septimò, vxori, nil. vltra dotem habenti, potest tamen facere eleemosynā, vt dicetur infrà eleemosyna. §. 6.

4 Octavo, illi, qui crimen læsę maiestatis commisit. l. fin. C. ad legem Iuli. maiestatis. Nonò, hæretici, quorum bona ipso iure sunt confiscata c. secundum leges. de hæretic. lib. 6. Decimo, contrahentibus incestas, scilicet inter ascendentes, vel descendentes, aut nepharias, scilicet inter collaterales, vel inutiles, aliàs prohibitas nuptias, quia de iure, bonorum suorum dominium perdunt. in dict. cap. secūdum leges. Vndecimò, illi qui in aliqua re cadit in cōmissum, quia quod commissum est, statim desinit esse illius, qui crimen contraxit. Duodecimò, illi qui capitale crimen commisit, propter quod eius bona vennint publicanda, post condemnationem donare non potest, licet antè possit. l. post contractum. ff. de dona. suprà. Alienatio. §. 20. Decimotertiò, militi, qui concubinæ, vel meretrici donare nō potest. l. 2. C. de donatio. inter vir. & vxor. Idem dic de clerico, doctore, & aduocato, qui dicuntur milites. per not. in l. miles. ff. de senten. & re iud. Vide tamen Cin. in d. l. 2. quomodo intelligitur, milites, non opere, luxu, vel dignitate. Decimoquartò, viro erga vxorem, etiam est econtrà, vt infrà dicetur. Decimoquintò, patri, qui filio, ac filiæ donare non potest, quia censetur vna persona. Fallit tamen in casibus nonnullis. Vide gloss. in l. pater. C. de inoff. donation.

5 Decimosexto, qui dominiū in re non habēt, donare non possunt, vt fures. Nemo enim plus iuris in aliū transferre potest, quam ipse in re habeat. in l. nemo. ff. de regu. iur.

Decimoseptimò, prohibetur donatio pro quacunq; causa illicita, quę à lege punitur, siue pro adulterio, siue pro alio crimine, & sic intelligitur l. affectionis. ff. de donat.

Decimooctauò, quilibet donare prohibetur vltrà 50. solidos. l. penult. C. de donationib. quod tamen intellige sine insinuatione præcedente. Fallit nihilominus in septem casibus. Vide Tab. ibi §. 1. casu. 14.

Decimonono, qui fiunt ex donatione impotentes ad soluendum debita, non possunt donare.

6 Vigesimo, qui donant iudicibus, præsidi, seu alijs officialibus, quibus constitutum est proprium salarium, pro aliquo beneficio tēpore suæ administrationis præstito, puniuntur l. fi. C. ad leg. Iul. si tamen occulte donant, secundum gloss. exceptis esculentis, & poculentis, quæ in paucis diebus possunt consumi. infrà Iudex. §. 6.

Vigesimoprimò, qui visitatoribus vel eorum famulis aliquid donare volunt. vide infrà Visitatio. §. 3.

Vigesimosecundò, illi quibus per statuta municipalia est prohibitum, nisi cum certo modo donare.

7 Do-

7 DONATIO fieri potest absenti, sive mittendo per nuntium rem donatam, sive iubendo, vt rem quam habet de tuo penes se, taneat pro sua, non autem ignoranti. l. absenti. ff. de donat. Fallit tamē quando donans mittit per seruum donatarij, ea mente, vt statim fiant sua. in d. l. absenti.

8 DONANS tenetur de euictione donatario, secundum Azo. si de ea fuit promissum, secundum gloss. Iusti. de donat. §. aliæ. vel cùm donatio cœpit à pactione, vel promissione, tūc potest agi. in. l. Aristo. ff. de dona.

9 QVANDO donās donare non potuit, donatarius tenetur restituere, vt ex supradictis constat.

10 DONATVM legato ratione personæ, illi acquiritur. facit l. sociū. ff. pro socio. §. 1. si verò donatur ratione officij, acquiritur domino. ff. de cast. pecul. l. si fortè. In dubio autem, secundum Pan. in ca. postulastis. de concess. præb. debemus attendere qualitatem doni, quæ si conueniat legati personæ, vt est vestis, & huiusmodi, iudicabitur legati: si autem cōueniat domino, vt esse donatio Leonis, vel huiusmodi, erit domini. Si verò legatus ptiùs erat notus, videbitur donatum esse intuitu non officij, sed personæ.

11 QVANDO donans, vel legans, dicit dono vel lego Titio talem terram in tali loco, quæ est perticæ C. vel lego vxori meæ talia iocalia, quæ valent mille aureos, & tamen terra inuenitur CC. perticarum, & iocalia duo mille, secundum Pa. in c. per tuas de donat. donatarius nō tenetur illud plus restituere, neq; quando minùs valerent, quàm fuerint æstimatæ, potest residuum petere, quando res donata est specificata. l. demonstratio. ff. de cond. & demon.

12 SI donās dicat. do tibi villā meam & omnia iura mea, quę in illa habeo, propter hoc non donat iura spiritualia, vt ius patronatus, & decimarū, secundum Pa. in c. fides. de rescript. secundùm dictum Inno. c. ex literis. de iure patro. quia hoc signum, omnis, non se extendit ad ea, quæ sunt alterius iuris, & naturæ. Secus quādo aliquid habens simul temporalia, & spiritualia iura cum omnibus pertinentijs suis, sicut est præbenda, quę simul habet possessiones, & decimas, quia tunc omnia simul transeunt. concor. Host. in d. c. ex literis.

13 DONATIO mera, ex pœnitentia donantis non reuocatur. arg. in c. verùm. de cond. appo. & dicit Bart. in ptinc. ff. de pact. quòd per pœnitētiam donatio non reuocatur.

14 DONATIO mera potest reuocari propter multas causas, vt colligitur ex ca. fi. de dona. Et primò propter defectū causę, ob quam fuit facta donatio. c. quòd à te. de cleri. coniu. Secundò propter conditionem adiectam. d. c. verum. Tertiò, propter dati enormitatem, vt cùm patet tantum donat, quòd euacuatur hæreditas filiorum. can. si quis irascitur. 13. q 2. Quartò quando donatarius manum violentā iniecit in donatorem, vel si atrocem iniuriam facit, scilicèt verberando, fugando, vel carceri mancipando, vel huiusmodi, vel graue damnū rebus intulit donatoris, etiam citra maiorem partem substantiæ, vel inferre tentauit vitæ periculum, licèt effectus non sit secutus, vel si non seruauit conuentiones factas in donatione. Hæc supradicta habentur in l. fin. C. de reuocand. donat. Adiunge alium casum secundum gloss. ibi, si donatarius neglexit alere donatorem inopem, quando donatio fuit in magna rerum quātitate, secundum Cy. in d. l. fin. In prędictis casibus, reuocatur donatio per donatorem, non per hæredes. in ca. fi. de donat. quando ingratitudo commissa fuit in donatorem, & non in hęredes, secundum Panormitanum. in d. cap final. Quintò quādo pręsumitur de voluntate donatoris, vt quando post donationem nascuntur filij, sed quia circa hoc sunt variæ opiniones, vide decisionem Panormitan. & Ioann. Andr. in d. cap. fi. & Bart. o. l. Titia. de legat. 2. §. Imperator. Sextò, quando est contra voluntatem donatoris ratione inofficiositatis, de qua

vide

vide Bartol. in l. si vt allegatis. C. de inof. donat. Intellige prædicta etiam si donatio sit iuramento firmata, & in ea sit apposita conditio, quòd non possit reuocari, etiam propter ingratitudinem, quia hoc est contra naturalem æquitatem. l. ex eo. C. de inutil. stipula.

15 DONATIO facta sub modo, non reuocatur, etiã quòd modus talis non interueniat, quando scilicèt talis modus non est principalis causa, vel finalis, sed magis impulsiua. Facit l. Mevia. ff. de manu. test. nisi sit expressum, quòd reuocetur, vel alteri detur tali modo non existente. Secus si modus fuit principalis vel finalis causa ipsius contractus.

16 SI donatio sit facta ecclesiç sub certo modo, & solus prælatus non seruat modum, secundum Vincent. in dict. cap. verùm, non potest reuocari, quia delictum prælati, non nocet ecclesiæ in regula, delictum. libr. 6. secus si prælatus cum capitulo. Secus etiam quando esset sub conditione, quia si solus prælatus non seruat, donatio nõ tenet, quia in acquirendis solus prçlatus potest nocere, non autem in acquisitis, vt not. Inno in cap. fraternitatem. de dona. & not. quòd quãdo dicitur, quòd possit reuocari, quòd requiritur sententia, secundum Innoc. in d. c. verùm. & Hostien. quamuis alij dicant contrarium, sed primum verius, nisi diceretur quòd propria authoritate possit reuocari, nisi esset effecta sacra. l. si quis curialis. C. de episco. & cler.

17 SI quod donatum sit ecclesiæ, vel altari, cum pacto quod alienari non possit, secundum Anto. de But. in d. c. verùm, si pactum positum est pòst cõtractum donationis, vel ante contractum, id est, ante traditionem, & post obligationem, nihil operatur tale pactum, si verò apponitur tempore contrahendæ obligationis, & tunc si reseruat sibi aliquod ius in re, vel alteri, non valet alienatio. Si vero nec sibi, nec alteri reseruat, tunc si sequatur alienatio, valet, sed aget qui pactum apposuit, ad æstimationem. l. ea lege. C. de con. ob causam. Quòd si apponitur pactum de re non alienanda, non valet tale pactum, nisi paciscentis interest de non alienando, quia tunc aget ad interesse. l. penultim. C. de condition. ob caus. & hoc verum in priuato. In ecclesia si alienet, semper videtur interesse dantis, cum tali pacto de non alienanda, quasi sit fauorabile animæ dantis. nisi alienaret pro necessitate, quia aliter prouideri non potest, vel alienaret ob causam magis piam, secundum Antonium de Butrio. suprà, quamuis aliqui contrarium teneant. Primum tamen melùs, quia sic secundum rectam rationem, debuit voluisse donator.

18 PROHIBITI donare donatione mera, vel conditionali, vel modali, nõ prohibentur donare donatione remuneratiua, quia non propriè donatio est: vt notatur in canon. si quos. 12 q. 2. nisi prohibeãtur donare: eò, quòd non habẽt administrationem, de quibus suprà dictum est, vel quia non potest donare, nisi in damnum aliorum, & talis donatio remuneratiua nõ potest reuocari, sicut aliæ, secundum Panormitanum in d. ca. fi. quia iura scripta de donatione, non habent locum de remuneratiua.

19 DE donatione Constantini erga ecclesiam an fuerit, quia non est multum ad propositum, vide si placet Archiepisc. Florentin. 3. parte, titulo 13. capitulo 5. & Panormitanus in capitulo per venerabilem. qui fil. sint legitim. colum. 2.

20 DONATIO causa mortis, est quasi instar legatorum, differt tamen in aliquibus, differt etiam à simplici donatione, quia hæc pœnitentia reuocatur, illa non. l. qui mortis causa. ff. eo. titul. Hæc, quinque testes requirit: illa duos tantùm. l. fi. C. eod. titul.

21 DONATIO causa mortis reuocatur, secũdum gl. l. non omnis. ff. si certa pe. Primò, si prius moriatur donatarius quam donator. Secundò, si illum pœnitet donasse. Tertiò, si ces-

sat

set cõditio sub qua est facta donatio. Si verò iurauit non reuocare, adhuc potest. Primò, ex noua causa. Secundò si donauit omnia bona præsentia, & futura, quia iuramentum esset vinculum iniquitatis. Petet tamen priùs absolutionem à iuramento. Secus quando donauit omnia bona, non facta mentione de futuris. l. fi. C. de pact. & l. stipulatio hoc modo. ff. de verbor. oblig.

22 QVICVNQVE testamentũ cõdere potest, etiam potest donare causa mortis: tamen filius familias, etsi non possit facere testamẽtum, etiam patre iubente, donare tamen potest causa mortis patre permittente. l. tam is. ff. eod. tit. Et cuicunq; prohibetur donatio inter viuos, prohibetur etiã causa mortis, quia à quo remouetur genus, remouetur & species. in d. l. filius familias. §. pari ratione. Sicut à superiori ad inferius negatiuè, secundum logicum, consequentia tenet.

23 DONATIO facta causa mortis nõ tenet in eo, qui cõmisit crimẽ capitale, siue ante, siue pòst fiat, cùm testamentum rumpatur, & omnia publicentur. l. si aliquis, ff. eod. tit. tenet tamen in re donata vxori ante reatum cõmissum, & nõ postea. l. cùm hic status. ff. de dona. inter vir & vxo. §. si maritus. est etiã tex. cùm glo. in l. res vxoris. C. de don. int. vir. & vxor.

24 DONATIO simplex, de qua dictum est, non valet inter virũ & vxorem, constante matrimonio, quia lege prohibetur, ne mutuo inuicem spolientur rebus ob mutuum amorem, ideò non tenet etiam si per interpositam personam fiat. l. si sponsus. ff. eodem titul. nec valet remissio debiti, vel assignatio debitoris, quia habent rationem donationis: secus in donatione remuneratiua. quia non prohibetur. l. quòd autem. ff. eod titul.

25 SI volenti mihi donare centum causa mortis, mando vt donet vxori meæ, non tenet donatio, quia videtur ac si ego vxori meæ donatem. l. idemque. ff. eod. titul. secus si mando quòd leget, quia legatum non facit donationem cùm non transferatur dominium, sicut etiam in donatione etiam causa mortis, licèt possit reuocari. l. 2. ff. eodem titulo.

26 QVAMVIS donatio inter virũ & vxorem, non sit communiter licita, tamen in quibusdam casibus licet. Primò, si Imperator donat coniugi, vel econtrà. l. pe. C. eo. tit. Secundò, si dans dat pecuniam propter refectionem ædium combustarum. l. quòd si vir. ff. eod. titul. Tertiò, quando donans ex hoc non fit pauperior, licet alter fiat ditior. l. sed & si constante. ff. eodem titulo. Quartò, quando recipiens non fit ditior, licet dans fiat pauperior. d. l. quòd autem. Quintò, si donatur in tempore finiti matrimonij, vt scilicet res fiat alterius morte secuta. l. sed interim. ff. eodem titul. Sextò, quando donatur causa mortis cuiuscunque speciei sit. dict. l. sed interim, nisi fiat quòd nullo modo reuocetur, quia non valeret, secundum glossam in dicta l. interim. Septimò, quando donat vxori causa honoris, vel dignitatis adipiscendæ. l. quòd adipiscendæ ff. eodem titul. Octauò, si maritus constante matrimonio remittat vxori promissam dotem in totum, vel in partem, secundum Bald. in l. si constante C. de donation. ante nup. Adde secundum Hostiensem, si ad sustentationem sui, vel suorum, vir donet vxori annum, vel menstruum, vsque ad fructus dotis.

27 DONATIO inter coniuges inualida potest firmari: primò, per iuramẽtum: secundum Panor. in c. donatio. eod. tit. qui dicit, quòd hæc est communis opinio, nec tale iuramentum est contra bonos mores naturales. Vide ipsum in cap. cùm contingit. de iureiur. vbi dicit, quòd non est contra bonum publicum, neque continet aliquam turpitudinem ex parte iurantis. Secundò, firmatur morte donantis, & non reuocantis, tacitè, vel expressè. in d. c. donatio, si tamen non sit vltra quingentos solidos, siue aureos, quia si esset vltrà & sine insinuatione, non confirmatur, nisi in morte approba-

probauerit,quo casu valebit, vt legatum, quod insinuatione non indiget: secundum glo.in d.c.donatio. Secundò si fuit facta simplici promissione, nisi traditio in vita donantis interueniat.l.quòd suo,C.de do.caus.nõ mi.

28 DONATIO inter sponsos de futuro:secundum glos.in d.c.donatio. valet, etiã si matrimoniũ postea eodẽ die contrahatur l.inter eos.ff.eo.tit.

29 DONATIO inter virum,& vxorem,multis modis reuocatur. Primò, quando donantem pœnitet.l.cum hic status.ff.eod.tit. Secundò,per alienationem rei donatæ.C.eod.tit.l.si maritus.Tertiò,quando donans rem donatam pignorat,& nil aliud exprimit. dict.l.cum hic status. Quartò,si præmoriatur donatarius.d.c.donatio.Similiter si ambo simul moriãtur:secundum glos.ibi.Idem si simul capiantur ab hostibus,& nullus redeat,quia videntur simul interijsse:secũdum Azo. Quintò, quando fit diuortium ex displicentia, nisi aliter appareat voluisse donationem valere.l. si interim,ff.eo. titul. Quædam alia vide in d.l.cùm hic status,& d.c.donatio. De præsumptione donationis vestium,&c.infrà, Peculium.§.17.

30 DONATIO propter nuptias,soluto matrimonio reuertitur ad virũ. l.fin.C.de donatio.ant.nupt. vel propter nupt. sicut dos ad mulierẽ reuertitur.l.vnica.C.de re.vxor.act. nisi pactum aliter habeat; tamen consuetudo locorum est seruanda: vt not.in d.c.donatio.

31 DONATIO propter nuptias ad hoc tãtùm valet, nisi aliter paciscatur, vt vxor sit de dote securior: secundũ glossi.in dict.l. final. Nam vir res suas alienat consentiente vxore, sed mulier non potest renuntiare obligationi pro iure suo, quod in donatione propter nuptias habet, nec eius consensus valet.C. ad Velleianum autho. siue auiæ. nisi interueniat iuramentum.in capi.licet.de iureiuran. libr.6. aut quòd vxor post biennium consentiat secunda vice, & quòd tantùm sit in facultatibus viri, vt indemnitatibus viri possit consuli pro tempore toto,quo vxor agere potest: vt no.in dict.authentic. siue auiæ, vel per tres annos tacuerit, licèt in secundo non consenserit:vt not. Pa. in.c. peruenit. de ven,& emp.

32 SI soluatur matrimonium aliter quàm per mortem,pactum, vel consuetudo facere non poterit, quòd vir lucretur dotem: secundum Hostien. vt no.in d.c.donatio.

33 SI statuto cauetur,vt moriẽte altero coniugum, alter superuiuens lucretur dotem, vel donationem propter nuptias, intelligitur de morte naturali tantùm, non autem de spirituali, quæ fit per religionis ingressum, imò nec posset statuere, quòd muliere intrante religionem, vir partem dotis lucraretur,quia esset in grauamen libertatis,religionis,dotis diminutio.quod not. lib.1. ff. quarum rerum actio. non dat. Secus si pacto fiat, vt altero moriente, alter lucretur, quia tunc per ingressum religionis pactum manet validum.l. Deo nobis.C.de episcop.& cleric. Non præsumitur donatio, sed mutuum vel depositum, si dixero Titio, tolle hanc pecuniam, quia nemo præsumitur suum abijcere.de renunciatio,capitu. super hoc.

DOS.

1 DOS (vt colligitur à Canonistis.in ca.Raynutius.de test.) est quod datur viro ab vxore,vel ab aliquo eiꝰ nomine, pro oneribus matrimonij subeundis;& est dos proprium mulieris parrimoniũ, tamdiu durans, quãdiu matrimonium:quo soluto, soluitur. quia sine eo esse non potest ff. de iur.dot.libr.;.oportetq; matrimoniũ contractum esse de iure, & de facto vt dos dicatur.dict.lib.3.

2 PACTVM factum à filia dum nuptui traditur,quòd de dote contenta nullum regressum habebit ad bona paterna, licèt lex ciuilis improbet, tamen si firmatur iuramento facto nouvi,neq; dolo seruati debet.c.quamuis extrà,de pact.lib.6.

3 QVAMDIV matrimoniũ durat,

dominium dotis est penes virum : secundum glos. in l. denique. ff. de mi. vnde ex ea vxor eleemosynam facere non potest, sed eo soluto redit ad vxorem vel eius hæredes. C. de pact. conuen. l. pe.

4 Dos profectitia est, quæ à patre, vel à superiore aliquo de linea patris, tanquam à patre proficiscitur, scilicet de bonis eius, vel ab alio, nomine patris, ipso ratum habente. Neque refert, an filia sit in potestate patris, vel emancipata, quia non prima potestas, facit dotem profectitiam, sed nomē patris, quia si pater daret, vel alius, nomine alterius quàm patris, non diceretur profectitia, sed aduentitia, quæ est alia species dotis, quæ aduenit nomine alterius quàm patris. ff. de iu. dot. l. profectitia.

5 Si dos datur æstimata, damnum, lucrum, & fructus sunt mariti, si verò inæstimata, damnum, & lucrum sunt vxoris, fructus verò mariti. ff. de iur. dot. l. plerumquè. si tamen sustinet onus matrimonij. Ideò fœtus animalium sunt mariti, non autem ancillarum dotalium, qui nomine fructuum non censentur. in d. l. plerunquè, & alia quæ non computantur inter fructus, nec lapisodinæ, vbi lapis non renascitur.

6 Pater tenetur dotare filiam suo consensu nubentē, & contra eum potest implorari cōmuniter iudicis auxilium: vt filiam dotet. l. fin. C. de dot. promis. quia non est minus fauorabilis dos, quàm alimenta. Si verò nupsit sine consensu patris, secundum Pa. c. 2. de despons. impuber. distinguitur, quia vel nupsit indigno turpi indignitate, & non indignitate imparis conditionis, & tunc non tenetur dotare: secundum Anto. de But. in capitu. accedens. de procurato. si verò sit indignus, quia non est paris conditionis, minorem dotem poterit dare ex conditione personæ. ff. de iur. dot. l. cum post diuortium. §. gener. Aut elegit dignum, & tunc vel promisit dotem, vel non : si secundo, non potest pater cogi ad dotem, nam pater cogitur, vt filia possit maritum repetere. l. fin. C. de dot. promis. & maritus tenetur eam alere in tali casu : secundum Innocen. in cap. per vestras de donatio. int. vir. & vxo. sic ergo intelligendæ sunt glos. quæ dicunt patrem teneri, scilicet si filia promisit. Si autem promisit, vel nupsit post annos viginti quinque, & sic pater non potest filiæ aliquam culpā imponere, ex quo tanto tempore tardauit eam collocare. authen. cùm de appel. cog. §. si alicui aut contraxit ante viginti quinque annum. & tunc, secundum Pa. suprà, pater non potest sibi negare alimenta ex contractu talis matrimonij, cum in istis spiritualibus non sit in potestate patris. capit. si annum. de iudic. libr. 6. Fortius ergo tenetur dotare, quia causa dotis fauorabilior est causa alimentorum: vt not. Cyn. in l. nō omni. C. de admi. tut. De hoc habes glos. 32. q. 1. c. fin.

7 Frater tenetur dotare sororem ex eodem patre naram: secūdum Pan. in c. Peruenit: de arbitr. quia sicut tenetur alimētare, à fortiori dotare: vt suprà dictum est. Idem dic à fortiori de clerico, qui magis tenetur ad charitatem. cap. 1. de emptio. & vendit. & si non habet alia bona, de bonis ecclesiæ poterit eam dotare, & aliam consanguineam inopem. in cap. 1. de cohabitation. clericor. & mulier. sicut potest eas alere. per canon. omnino confitemur. 31. distin. intellige pro necessitate suæ conditionis.

8 Vir ante contractum matrimonium potest vxorem dotare. li. 1. C. de don. ant. nupt. post verò nō: secundū Panormita. in capit. si necesse. de donatio. int. vir. & vxor. nisi plebeus reciperet nobilem in vxorem: quia tunc videtur donasse causa recompensandi in nobilitatem: secundum glos. in d. c. si necesse. & Bart. in l. diuortio. ff. solut. matri.

9 Aliqvis potest vxorē sine dote accipere, & si sic accipit, tenetur eā alere: secundum Innoc. in d. c. per vestras. & si præmoriatur relictis filijs, tenetur illi quartam partem suorum bono-

bonorum relinquere.arg. in gloss. in authb.quib.mod. nat.effi. legi.§. pe.secus si non relinquit filios.

Feudum potest dari à vasallo in dotem:secundum Pa.in c.nuper à nobis. de donat.int. vir. & vxor. Intellige in quo filia succedit,non autem quando non succedit:secundum Io.And.in d. c.nuper à nobis. infrà, Emphyteosis, §. 10. Rem autem Emphyteoticam dare potest pater in dotem, sine consensu domini. secundum Spec. ti. de locat. §. nunc aliqua.non tamen plus iuris transfertur,quam ipse habeat.in d. c. nuper. nec soluet laudemium, quia est necessaria alienatio : secundum Gul. & Bart.in l. & ideo. ff. de condit. furti. & dari potest etiam extranicæ. & si inæstimata detur,soluet laudemium,sed æstimata tantùm filiç dari potest.

[10] MARITVS potest vxorem repellere,non soluta dote sibi promissa : secundum Hostien. in d. c. per vestras. quia dos propter onera matrimonij sustinenda datur.in dict. capi. per vestras.ex quo concluditur, quod non tenetur eam ducere, nisi soluatur dos. Si tamen eam sine dote ducat, tenetur eam alere, secundum conditionē personæ vxoris:vt dicit Innoc.quia suam personam tradidit. non tamen potest repellere quò ad redditionem debiti coniugalis.

[11] MVLIER constante matrimonio dotem donare non potest. tex. l.astāte.C.de do.secundum gloss.neq; dos, vel donatio propter nuptias possunt alienari, etiam consentiente vxore, nisi interueniat iuramentum sine vi, & sine dolo sponte præstitum.c. cum contingat.de iureiur.libr.6. Circa verò rem immobilem, si est æstimata, vir eam alienare potest, quia est emptitia, nisi fieret æstimatio, ad sciendum quantum esset deterior res facta soluto matrimonio. l. si inter. C. de iur.dot. & in dubio præsumitur primo modo. vt glo.ibi.Si verò non fuit æstimata, non potest alienari, nisi in casu primo dicto, scilicet vxore consentiente, &c. vel ex prouocatione socij ad diuisionem fundi dotalis, qui communem cum eo habet fundum. C.de fund.dot.l.fin.vel quando alienat simul cum vniuersitate,vel si pro necessitate alienat, aut in vtilitatem vxoris conuertat, vel vxor consentiat post biennium:secundo. Hæc ibi,in d. l.§. & l.1.& d.c.cum contingat. in gl. dummodò sint viro aliæ res, ex quibus ei consulere possit. C. ad Velleia. auth.siue à me.

[12] SI mulier iurauit non alienare dotem, neque donationem propter nuptias,sine causa rationabili, & iudicis authoritate, nec consentire alienationi, & post modùm consentiat cum iuramento de non contraueniendo,sine authoritate iudicis, stabit primo iuramento: secundum Hostien.in d. c. cum contingat. Et debet intelligi quòd non contraueniet propria authoritate secundum Hostien.

[13] MVLIER propter adulterium, à viro per iudicem ecclesiasticum separata perdit dotem. Si verò propria voluntate, vel maritus propria authoritate adulterio existente notorio eam expellit,ipse lucratur dotem, non autem quando per iudicem secularem separatur, quia non est iudex competens. Eodem modo dic de viro adulterante, quia perdit donationem propter nuptias, similiter vxor perdit donationem, quam debebat lucrari ex pacto facto soluto matrimonio,& paraphernalia, quamuis quantum ad hoc vltimum, quidam teneant contrarium, quia sumus in pœnalibus, & appellatione dotis non veniunt paraphernalia, hæc omnia intellige si tamen fuerunt reconciliati, vel tantùm alter peccauit, secus si ambo, etiā secretè,in d. c plerūque. Neq; quando vir & vxor sciuerunt, & tacuerunt,eorum hæredes possunt hoc allegare,quia fingun tur reconciliari.

[14] SI vxor amisit dotē propter adulterium, & pòst probatur, quòd matrimonium nullum erat propter impedimentum, nō recuperabit dotem. Non enim debuit violare neque matrimonium,neque speciem matrimo-

nij. Et hæc omnia eliciuntur ex d.c. plerunque. tam ex text. quàm glos. vide ibi Panor.

15 MVLIER ingrediens balneum cũ alio viro, & vir cum alia muliere, perdit mulier dotem, & vir donationem. capitul. non oportet. distinction. 81. in gloss. nisi vxor habeat filios, quia tunc filij habebunt dotem, quò ad proprietatem, & alia bona matris, secundum Ioan. Andr. in dict. c. plerunque.

16 VIDVA petens dotẽ à fratre mariti, repellitur per exceptionem de fornicatione, secundum Ioan. And. in d. c. plerunque, fecit enim iniuriam defuncto.

17 PATER si non est stipulatus dotem, restitui propter adulterium filiç, perdit, nõ autem si est stipulatus, quia tunc post mortem viri habebit dotẽ, & non antè, quia nemo debet puniri, neque lucrari ex alterius peccato, secundum Ioan. And. suprà.

18 MARITVS expellens propria authoritate vxorem, adulterio non existente notorio, soluet mutuum quod accepit vxor ante sententiã pro alimẽtis. Non notorium enim non priuat ipso iure, sed requiritur sentẽria l. post contractum. ff. de donatio.

19 MARITVS vxorem in adulterio repertam interficiens, perdit dotem, quam debebat lucrari propter adulterium, secundũ Bar. in gl. l. si ab hostibus. ff. sol. matri. nisi ex statuto, vel cõsuetudine licebat interficere. l. quid ergo. ff. de lega. 1. §. si hæres. Similiter si fuit in dolo, vel in causa suæ mortis. Idem dic de vxore aduersus virũ, secũdum Bar. suprà. nec obstat. l. si quis in graui. quia ignoscitur ei ad minorem pœnam, non vt in totum reueletur.

20 QVANDO extraneus à muliere, id est, qui eam non habet in sua potestate, constituit dotẽ mulieri, & est stipulatus dotem sibi reddi: soluto matrimonio, ad ipsum dos reuertitur: sed si non fuit stipulatus, dabitur mulieri, quia videtur ei donasse, vt est text. no. in. §. accedit. l. vnica. C. de rei vxo. acti. Quòd si mulier ipsa de suo proprio constituit dotem, tunc ad eam dos reuertetur. Fingitur enim stipulasse, in d. l. vnica. Si verò pater pro filia dotem constituit, & est stipulatus, redibit ad ipsum, si non est stipulatus sibi reddi, sed simpliciter constituit, si filiam emancipauit, erit filiæ dos, si autem filia præmoriatur, actio competet patri. d. l. vnica. etiam liberis existentibus ex ipsa filia, secundum Vin. & per l. dos à patre. C. sol. mat. Not. quòd mortua muliere intestata deficientibus libris, & propinquis, vir succedit vxori dotemque lucratur, & econuerso. libr. 1. C. vnde vir & vxor. In alijs autem casibus dos ad mulierem, & donatio propter nuptias ad virum redit, nisi consuẽtudo approbata obstet. in d. c. donatio. quæ consuetudo in omnibus casibus prędictis seruari debet.

21 SI filia perdit dotem sine culpa, & dolo, eius pater tenetur eam iterũ dotare. aliàs secus, secundum Barto. in l. si cum dote. ff sol. matrimo. §. si post. A simili: si filius ex culpa sua legitimã consumpsit, pater ei non tenetur amplius, vt d. Bart. C. de colla. autem. quòd locum.

22 FRVCTVS pignoris ratione dotis non computatur. c. salubriter de vsu. Vide Pa. in d. c. vestras. multa enim de ijs tractat.

23 VXOR stante matrimonio, in quibusdam casibus potest dotem repetere, vt si maritus in insulam deportetur, secundum Pet. de Pa. 4. sentent. distinct. 42. vel si in exilium mittatur extra regnum. l. vbi C. de iure dot. vel si bona sua omnia vel pars, publicatur. l. si marito. ff. sol. matri. Si vir etiã sine culpa sua ad inopiam vergat, modò ipsa non sit dotem consumptura, secundum communem opi. vt d. c. per vestras. Si substantia mariti non sufficit ad satisfaciendum doti, & creditoribus. l. si constante. ff. solu. matri. Si maritus ita se habeat, quòd ad inopiam vergat in d. l. vbi. vel si maritus incipiat malè vti substantia sua, etiam quòd esset ditissimus. Bart. in d. l. constante. Et non solùm mulier in prædictis

dis casibus potest agere pro dote, sed etiam pro donatione propternuptias, vt est text. in d.l. vbi. Si tamen mulier à principio nupsit pauperi, vel vergenti ad inopiam, vel malè vtenti suis rebus, repetere nō poterit, quia semel mores eius approbauit. Barto. tamen in d.l. constante. contrarium tenuit, quia vxor per tacitum pactum, non potuit sibi præiudicare, quia dotē integram mulieribus manere, publicæ vtilitatis est.

34 Dos cōsistens in rebus immobilibus soluto matrimonio, statim solui debet: si verò in rebus mobilibus, infrà annum, secundum Panor. c. 3. de dona. inter vir. & vxor. & si vxor interim non habet vnde viuat, ab hærede mariti ali debet. in d.l. vnica.

35 De priuilegijs dotis, vide Sil. ibi. §. 12. & Tab. §. 18. Non licet marito ad paupertatem vergente, etiam iubente iudice, date pecuniam mercatori cum salute capitalis, vt inde vir, & vxor recipiant lucrum, quia contractus est vsurarius, nec hoc habetur in dicto capitul. per vestras. sed potius oppositum, iuncta glo. quamuis Ioan. And. & Card. in dicto capit. teneant, quod est contractus licitus, sed capitul. dicit lucrum honestum. infrà, vsura. §. 17. 1.2.

36 Ecclesia potest disponere de dote non solùm in fauorem viduarū, vt in cap. nuper. de dona. inter virum & vxorem. sed etiam mariti petentis dotē sibi promissam. d. c. per vestras. Alij arbitrantur quòd tantùm accessoriè debet cognoscere. de dona. inter vir. & vxor. c. 1. 2. 3.

37 Confessio, qua vir constante matrimonio se recipisse dotem fatetur, non valet, nisi appareat de numeratione, quia videtur donare, secundum Bald. lib. 1. C. de dot. promiss. Si tamen maritus faciendo testamentū, legaret vxori dotem, expressa certa quantitate, vxor etiam omnino habebit, etiam licèt probetur quòd nunquam fuit soluta, vt not. Ange. Areti. institu. de leg. §. sed si vxori. Quòd videtur verum, nisi vir esset non soluendo suis creditoribus. Pro dote, omnia viri bona hypothecata sunt. de pig. c. ex literis. & propter viri, aut patris maleficium non perditur. vt not. gloss. in dicto capitul. ex literis. etiam si sit crimen læsæ maiestatis, C. ad leg. Iuliam maiest.

DVBITATIO.

1 Dvbitatio prouenit ex eo, quòd quis in vtranq; partem rationes habet: & ideo neutri parti consentit, secundum Thom. 3. sent. dist. in. 17. a. vlti. dubia tamen semper in meliorem partem interpretanda sunt, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 60. a. 4. quia habere malā opinionē de aliquo, sine rationabili causa, est contemnere, & ei iniuriam facere, & si esset cum determinato iudicio de re mortali, esset peccatum mortale, infrà, Iudicium. §. 8.

2 In dubijs, vbi versatur periculum animæ, tutior pars est eligenda, secundum Panormita. in capitul. iuuenis. de spon. & quod certius in ipsis tenendum.

3 In dubijs vt in irregularitate, excommunicatione, & huiusmodi, vbi agitur in foro animæ, vel in foro quasi pœnitentiali, & nō ad pœnam propriè, sed vt à ministerio abstineatur, secundum Panor. in ca. cum tu filii: de testib. debemus potius interpretari quod sit irregularis. & sic de alijs pœnis. In foro autem contentioso debemus interpretari, quod non maximè vbi agitur de pœna, quia in pœnis mitior interpretatio est facienda. c. odia. de reg. iur. libr. 6. & sic intellige Inno. in c. ad audientiam, & iura per eundē allegata.

4 Dvbia verba, secundum proferentis intentionem sunt accipienda. c. in ambiguis. de reg. iur. & vt res potius valeat, quàm pereat. c. abbate. de verbo. signi.

5 In re dubia fidei authoritas Ro. ecclesiæ requirenda est. c. palam. d. 11. & in re dubia in persona, vel in facto, vel in iure, nullo modo sententia est ferēda. c. iudicante. 30. q. 5.

6 Dvbio existente in iure matri-

monij, tutius est contra statuta homi nũ dimittere copulatos, quàm disiungere coniunctos contra statuta Dei, c. licet de testi. In rebus quoque ambi. guis, absolutum non debet esse iudici um. c. habuisse. 33. d.

DVELLVM.

1 DVELLVM, id est, duorum bellum, indicens, & acceptans, siue pro veritatis manifestatione, siue ad virium ostentationem, siue spectaculi gratia, siue ad propulsandam ignominiam, siue ad terminãdam litem ciuilem, vel criminalem, peccatum mortale est. Quia eligitur percussio proximi, & expositio propriæ, & alienæ vitæ, mortis periculo, absque sufficienti causa. Eodem modo dico, quando decem contra decem pugnant propter eandem causam. Si tamen quis iniustè inuaditur, potest bellando se tueri. Similiter licitum est bellum iustũ duello definire, quando habens iustũ bellum, videt se succumbere: vtitur enim viribus suis prout melius potest. hæc Caieta. ibi. sed diffusius in secunda secundæ. q. 95. circa fin.

2 PRINCIPES cõcedentes duella, mortaliter peccant, si tamen ex rationabili causa permittant, sicut permittunt meretrices, secus esset.

3 DVELLVM prohibetur. c. monomachia. 2. q. 3. Et Matth. 4. vbi dicitur, non tentabis dominum Deum tuum. Et mortaliter peccant omnes dantes auxilium, consilium, & fauorem, & valentes prohibere ex officio, & non prohibentes, nisi vt dictum est) ex rationabili causa non prohibeant. & omnes aspicientes, & de tali actu delectantes, mortaliter peccant, secus quãdo displicet.

4 CLERICVS duellum prouocãs debet deponi, estque irregularis, & si mors, vel mutilatio non interuenerit, episcopꝰ potest dispensare. ca. 1. de cle. pug. in duel. etiam si alium pro se pugnare faciat, est irregularis. c. 2. cõtit. Et mandans, consulens, vel defendens, si sequitur homicidium, vel mutilatio, est irregularis. in dicto capit. 2. Dispensat tamen Episcopus cum clerico in beneficio habito, vel de nouo habendo, solùm pro sustentatione, sine tamen animarum cura, in dicto capi. 2.

5 SI quis ab aduersario cogatur inire duellum, aliter vt suspectus de aliquo crimine occidetur, hoc dicit Arch. flo. 4. titu. 4. circa fin. de mente Rayn. citatis multorum opinionibus non esse licitum, & talem mortaliter peccare, licet inuitè intret duellum, & solũ vt vitã conseruet. & idem videtur sentire Thom. suprà, minus peccat nihilominus, quàm si sponte iniret.

6 MORIENTES in duello, si appareant signa contritionis, debent sepeliri in sacro, quia non prohibetur nisi morientibus in torneamentis, & quia pœnæ non sunt extendendæ, ideo nõ debet extendi ad morientes in duello, nec etiam in hastiludio. Hanc viam sequitur Panormita. in capitulo secũdo, de tornea. & communiter alij Sũmistæ.

7 IDEM dic de iudicio ferri candentis, & aquæ bullientis, quia eodẽ modo prohibẽtur, de purg. vulg. ibi vide. & secundum Thom. vbi suprà.

DVLIA.

1 DVLIA, & Hyperdulia, suprà Adoratio. §. 8.

EBRIETAS.

1 EBRIETAS voluntaria, & præcognita (ob delectationem in potu immoderato vini, vel eius quod inebritare potest, secundũ doctor.) communiter est mortale peccatum, quia homo imponit sibi necessitatem vinculi tollentis rationis vsum. Si autem non sit intenta, vel præcognita, non est mortalis culpa. Similiter si fit non propter delectationẽ, sed ratione medicinæ, excusat, & non est mortalis, & excusat à peccatis ex tali ebrietate prouenientibus, nisi talia sint præuisa, & non prouisa. Nam talis sciens suã cõditionem, debet prouidere, ne possit talia committere, quando erit ebrius. Quando autem ebrietas est culpabilis, non excusat à peccatis sequentibꝰ, licèt ea aliqualiter alleuiet. Dat enim operam rei illicitæ, ideo sibi imputantur

tur mala sequentia.

2 EBRIETAS non plena, vt eũ quis est bene confortatus, & sibi videtur quòd domus mouetur, quãdo est voluntaria, non est mortalis, licèt sit graue peccatũ, citra tamen morrale, quia ratio non obumbratur. Hæc secundũ mentem Thom. secunda, secundæ. q. 150. a. 1. &. 3. &. Caie. ibi.

3 QVI semel voluntariè inebriatur, mortaliter peccat, sicut qui frequenter, ideo non prima, neque secunda, vel tertia vice est mortale, sed tantùm quando sciens, vel volens incurrit, licèt doct. dicant, quòd qui frequenter inebriatur peccat mortaliter. Præsumitur enim quòd qui frequenter inebriantur, percipiant virtutem vini, & sic præsumptiuè loquuntur, & non vt verè est.

4 DANS operam, vt aliquis inebrietur, siue propter solatium, siue propter aliud, nisi fieret ratione medicinæ, cum debitis remedijs, ne ex hoc exponatur alicui peccato mortali, secundum Ar. flor. 2. par. tit. 6. capit. 3. §. 2. mortaliter peccat. c. culpa. de iniur. & dam. da. peccato enim consentire videtur mortali.

5 INEBRIANS ob sanitatem cõsequendam, & medicus hoc consulens, cũ debitis remedijs (vt dictũ est) non peccat mortaliter, secundũ Caie. quãdo aliter procurari nõ potest sanitas: etiã hoc elicitur ex Th. secũda secũdæ suprà, licèt Arc. flor. supra, & quidam alij, videantur oppositum tenere.

6 CLERICI ebriosi deponuntur, si sunt in sacris, & moniti non desistãt. Si sunt in minoribus priuantur communione, de vita & honestate clericorum. c. à crapula. & cap. clerici. Et miles propter ebrietatem remouetur à militia. l. omne delictum, ff. de re milita.

7 CLERICVS non debet bibere vinum sine aqua, & in vno prandio, tãtùm trina potatione debet esse contẽtus, sicut mandatur in dict. ca. à crapula. & cap. quando. 43. d. vbi Panor. mouet dubium, an contrafaciẽs mortaliter peccet: & concluditur, quòd tantùm mandatur temperare se à vino ne inebrictur, ideò nõ peccat mortaliter contrafaciens, nisi propter ebrietatem, vel contemptum, vel si se periculo ebrietatis, verisimiliter exponit.

8 EBRIVS, cuius ebrietas peccatum non fuit, occidens, vel mutilans, non efficitur irregularis (licèt aliqui dicant oppositum) sed quia in clemen. vnica. de hom. excipiuntur furiosi, quòd occidens non incurrunt irregularitatem, de qua specie videntur esse ebrij, ideò nõ videtur quòd tales incurrãt. Hoc sequitur Panor. c. quia diuersitatem. de concessio. præbend. & Angel etiam quòd ebrietas fuerit peccatũ. Richar. in. 4. d. 15. & Thom. tenent, quòd incurrit, quando ebrietas fuit peccatum, etiam citra mortale. infrà, Irregularitas §. 6. 7. 8.

9 GESTA per ebrium quando nõ est cõpos mentis, non tenent, secus quando non est propriè ebrius, licèt sit confortatus, scit tamen quid agit, quamuis ei per iuris misericordiam succurratur, secundũ glos. in c. ex literis. de diuor. nec potest matrimonium contrahere, secundum Veruer. eo quòd non potest consensum liberum rationis habere, secus si rationis vsu non omninò careat.

ECCLESIA.

1 ECCLESIA quæ est congregatio solùm bonorũ, & dicitur catholica, & non habere maculam, neque rugam, quę tempore morris Christi fuit tantùm in beata virgine. c. quanuis. d. 21. & hęc circa bonos mores & ea quę sunt fidei, non potest errare suprà, Cõcilium. §. 3. & Caieta. secunda secundę q. 1. a. 1. ad 3. dubium.

2 ECCLESIAM solus Christus fundauit, eius ministerium commisit Petro, & successoribus eius in ædificationem, & non in destructionẽ, secundũ Tho. 3. libr. de re. prin. c. 1. & quilibet tenetur in hærere ecclesię tanquàm regulæ infallibili, secundum Tho. secũda secundæ. q. 1. & in canonizatione. sanctorum, piè creditur, non errare ibi, suprà, Colere. §. 3.

3 ALIA est ecclesia materialis, videlicet cathedralis, id est, episcopalis, vel principalis, quę dicitur matrix, alia est parœcialis, id est, baptismalis. c. venerabili de verb. signi. &c. ex transmissa de rescrip. quomodo consecratur, & à quo, suprà, Consecratio. §. 1.

4 NEMO ecclesiam ædificare potest, sine licentia Episcopi, qui primò lapidem ponit, figit cruces, cœmiterium designat, sufficientem petit dotem; sine qua ecclesia consecrari non potest. c. nemo elect. 1. & c. placuit. de condi. d. 1. exceptis ecclesijs mendicantium. Et sufficit pro dote assignare vnum prædium, pro vno pari boum, totaliter liberum. cap. 1. decen.

5 EXEMPTI, in locis non exemptis, non possunt construere oratoria, ecclesias, vel capellas, sine diœcesanorũ licentia, nec in sic constitutis celebrari facere, vel celebrare tempore interdicti, in casibus non expressit, alias per ordinarium compesci debent & propter hoc, si eorum conseruatores sententias ferrent contra ordinarios, non valeret. de priuileg. capitul. authoritate. lib. 6 in locis verò exemptis, nullus ædificare potest sine licentia sedis apostolicæ, in d. capit. authoritate. De erectione altaris. suprà, Altare. §. 2.

6 ECCLESIA in alieno solo fundata, domino fundi sciente, & non contradicente, erit omnino libera, & sibi imputetur. ar. in can. si seruus. de. 54. Si verò dominus ignorauit, Ecclesia remanebit libera, & consecrata, nec efficietur censualis laico, ædificator tamen tenetur dominum seruare indemnem, vel etiam episcopus, si ponendo primum lapidem, vel eam consecrando fuit negligens. in dict. can. nemo. & 14. quæst. vltim. cap. comperimus. Quòd si solum erat alterius ecclesiæ, vel collegij, debet ei restituere hoc modo, quòd ecclesia consecrata, sit ei subiecta, quo ad ius patronatus. in can. apostolicos. 2. quæsti. 2. & 17. quæsti. 4. c. q.

7 ECCLESIA reparatione indigẽs, si portionem ad fabricam habet, de ea debet reparari. cano. vnio. 10. quęst. 3. quòd si non sufficit, rector & alij in ea beneficiati conferre debent. cap. 1. eod. titul. in quo standum est dispositioni maioris partis capituli. capit. fin. de his quæ fiunt à mai. par. capi. & vbi est consuetudo, tenentur laici facere expensis proprijs, cum ibi percipiant sacramenta & audiant diuina. c. quicunque. 16. q. 7. & possunt compelli seruare talem consuetudinem. cap. ad apostolicam. de simoni. intellige tamẽ quando populus non eget. Vide Panor. c. 1. de eccle. ædit.

8 ECCLESIA præcipuè consecrata, oratoria, monasteria, & huiusmodi, ad secularem habitationem, vel prophanos vsus, non debẽt reuerti. ca. quę semel. 16. quæsti. 3. nec hospitalia ad alium vsum. capit. ad hæc. de reli. do. de lignis tamen, & lapidibus destructi monasterij, potest dormitorium, vel alius honestus locus constitui: secundum gloss. in d. cap. quæ semel. suprà, Consecratio. §. 11.

9 OBLATIONES factæ capellæ, cędunt ecclesiæ parochiali, infra quam est sita, secundum Panor. capi. pastoralis. de his quæ fiunt à præla. Ex hoc infert Anto. de But. ibi, quòd oblationes factæ imagini pictæ, in muro alicuius parochiæ, cedunt ecclesiæ parochiali, quando scilicet fiunt intuitu ecclesiæ parochialis, aliàs non. Et oblationes, quæ fiunt celebranti in ecclesia alterius, sunt rectorum illius ecclesiæ, nisi sit Episcopus in propria diœcesi, vel archiepiscopus in tota prouincia: secundũ eundem Anto. de Butrig. infrà, oblatio. §.

10 QVICQVID fuerit emptũ, de pecunijs ecclesię, est ecclesiæ. c. 1. 12. q. 1. quia statim acquisitum fit ecclesię, nec poterit alienari, licet antè potuisset pecuniam, qua emit fundum, alienare: intuitu pietatis, siue sit emptũ nomine ecclesiæ, siue nomine alieno. capitu. 1. de pecu. cle. Nec differt, an pecuniam ecclesiæ habuerit furtiuè, vel ex depositio.

11 ECCLESIA pro alienis debitis nõ potest obligari, nec eius possessiones

& qui

& qui obligauerit, erit suspẽsus ab ad ministratione temporalium, & spiritualium, de solut. cap. 2. hanc tamen sentẽtiam episcopus poterit relaxare: quia Papæ non reseruatur. capitu. nuper. de senten. excommu. hæc tamen pœna episcopos non comprẽhendit. c. quia periculosum. in. 6. de sentent. excommuni.

[12] NVLLVS propter aliquod ius, quod habet in ecclesia, magnam eius vtilitatem impedire potest. c. cùm accessissent. de consti. Quomodo de nouo vsurpantes regalia, vel collectas in ecclesia, sunt excommuncati, infrà, Excommunicatio. 38.

[13] CLERICVS recipiens ecclesiam à laico, vel retinens collatam, si monitus non resignauerit, ab officio, & beneficio suspenditur, & deponendus, si contumax perseuerauerit, laicus verò excommunicandus. capitu. præterea. de iure patronat. suprà, Beneficium. §. 15.

[14] LEGATVM factum ecclesiæ construendæ seu monasterio, debet solui cum fructibus medij temporis: secundum Panor. in ca. nos quidem. de test. quia textus d. c. dicit, quòd debent soluí sine diminutione. hoc enim est in fauorem ecclesiæ, vel monasterij, quæ si fuissent constructa, ita reliquissent tunc, & non in diem.

[15] ECCLESIA parochialis non potest cõferri illi, qui. 25. annũ nõ atrigit & collatio ipso facto nulla est, & tenetur qui assumitur infra annũ fieri sacerdos, à tempore commissionis, & adeptæ possessionis, aliàs est priuatus, & vacat. Tenetur etiam residere, licèt in hoc possit episcopus. dispensare ad tempus, ex causa. c. licèt canõ. de elec. in 6. Episcopus propter studium potest dispensare, vt non promoueatur. suprà, Beneficium. §. 84. 85. Si verò taliter assumptus, non potuit ordinari aliquo adueniente impedimento, sine culpa tamen sua, non incidit in pœnam. dict. capit. licet. secundum Ioan. Andr. in regula, imputari. de regul. iur. in 6. in mat. Quomodo donatio in infinitũ potest fieri ecclesiæ absque insinuatione, authẽt. colum. 2. de non alien. aut permut. rer. eccles. §. si minus.

ÆDIFICARE.

[1] POTEST quis ædificare in re sua, etiam cum alterius nocumento, dummodò animo iniuriandi hoc nõ faciat, nec peccat, nec tenetur illi de aliqua: quia qui vtitur iure suo, nulli iniuriam facit. Si autem animo iniuriandi hoc facit, conueniri potest actione iniuriarum. vt li. fina. ff. de iniurijs.

[2] ÆDIFICANS in solo alieno, ordinariè perficit ædificiũ, & efficitur eius, cuius est solum. instit. de re diui. Intelige si sine licentia, vel scienter, vel non bona fide hoc fecit: quia si bona fide credens in proprio fundo ædificare, in conscientia secundũ aliquos dominꝰ fundi tenebitur, vel fundũ eidem vendere, vel satisfacere pro expensis ædificij, iuxta arbitriũ bõi hominis, si tamen dominus fundi potest hoc facere sine suo damno, aliàs non credo teneri in conscientia.

[3] ÆDIFICANS de rebꝰ ecclesiæ in fundo alieno, habebit ædificium, & solum, tunc enim solum cedit ædificio. vt in cap. apostolicos. 12. quæstione. 2. secundum Ioan. Andr. Ecclesia tamen soluet pretium fundi. suprà, Ecclesia. §. sexto.

[4] HABENS ius, vel causam in re à domino, vt emphyteota, feudatarius, & huiusmodi, & ædificans in fundo alieno, in quo tale ius habet, nõ perdit ædificium, vel expensas, quando ædificium erat eidem necessarium ad ampliorem vsum, quia dominus ei tenebatur. notat. instit. de rer. diuisio. §. ex diuerso.

[5] ÆDIFICANS in proprio fundo de alieno, suũ erit ædificiũ. per l. adeo quidem. §. cùm in suo. ff. acqui. re. domin. Sed si fuerit condemnatus, restituet duplũ: in dict. §. ex diuerso. de iure verò, æstimationem, & ita etiam in conscientia.

[6] INTENDENS piscationi, si ædificat casam in littore maris, erit sua quã

diu durabit .l.in tantum . ff.de rerũ diuisiõn.

7 IN alieno potest quis aliquid facere,quando sibi prodest , & alteri non nocet: secundum Angel.de Aret.insti. de lege Fusia.can. tollen.secus si nocet.C.de serui.& aqua.l.aquã. Et contrà,nemo potest facere in suo quod si bi non prodest,& alteri nocet.De ædificatione castrorum,infrà,Emphyteosis , Quando ædificans ædificium tenetur demoliri.ff.de oper. nountia. l.prætor.ait.

ELECTIO.

'ELECTIO canonica nominat vocationem alicuius personç, ad dignitatem , vel fraternam societatem, seruata forma canonica.capit. cùm in cunctis.eod.titu.& secundum Hosti. Et dicit Panorm.in rubrica.de postul. quòd est magna differentia inter electionem,& postulationem, ita vt qui de iure potest eligi , non debet postulari,& nihil faciunt electores illũ postulantes, quia tenentur ecclesiæ prouidere,& de meliori , & meliori modo, quod per electionem fit . Potest tamen ille,qui eligibilis est, postulari, si alicuius alterius præcessit electio, secundum eundem Panor.ibi.Est alia differentia secundum Panormitan. in dicto capitul.in cunctis. quòd postulantes possunt recedere à postulatione, & variare, quousque superiori sit præsentata . capitul . bonæ.eodem titulo.non autem sic in electione.capitul.publicato de electione : quia in electione,ex quo est publicata , & conclusa,est acquisitum ius electo , non autem sic in postulatione est acquisitum ius.

2 IN postulatione solenni debet seruari forma electionis, quæ fit per scrutinium.§. quia ptopter in dicto capitulo,in cunctis. Fratres tamen prędicatores habent priuilegiũ Sixti quarti,quod incipit,Regimini,vt superiores possint (quãdo electiones veniunt ad eos causa confirmationis) confirmare illum , quem cognoscunt quocunque modo per literas eligentium, quòd maior pars consentit in eundẽ quocunque modo.

3 ELIGENS aliquem in prælatum, in conscientia tenetur eligere,quẽ credit esse sine mortali peccato,& quem credit ad tale officium , pro hic , & nunc , & pro tali collegio magis idoneum omnibus , qui possunt eligi, & haberi , aliter mortaliter peccat eligens,etiam quòd bonum eligat,dimisso meliore ,quia personarum acceptator est:secũdum Caieta. in summa,ibi,in principio, & Tabu.electio. primo.§.13.

4 IDEM dicendum de prouisore pastoris , quando absque electione , vel postulatione prouidetur , per eandem rationem.Secus de cõfirmatore , quia ipse non eligit. Tenetur tamen de postulatis æqualiter dare , quem meliorem credit , sicut dictum est , ratione eadem.

5 ELECTIO officialis secularis (vt prætoris,& huiusmodi) debet fieri de persona , ad tale officium idonea , & oppositum scienter , vel negligenter faciens , mortaliter peccat,quia notabiliter rempublicam damnificat , ex malo rectore:secundum Caietanum ibi.Et sufficit idoneum eligere, etiam prætermisso melior . Meliùs tamen esset meliorem eligere . In electione verò officialium communitatis , debet seruari iustitia distributiua , vt meliotibus,qui proponuntur , detur vox : aliter mortale est,nisi ex imperfectione actus:secundum Caietanum ibi.

6 QVAELIBET congregatio debet sibi de iure communi eligere prælatũ, nisi consuetudo sit in oppositum.c.1. de elect.etiam si duo,vel tres tantùm fuerint.in d.c.1.imò , vt tenet gl.in c. 2.de postul.Inn. Hostiens.& communiter doctores,ius vniuersitatis in vno solo,omnibus alijs mortuis , vel excõmunicatis, vel huiusmodi, potest remanere,& corã testib9 votũ suuũ exprimere,& eligere: dũmodò seipsum nõ eligat,quia notaretur de ambitione.per ca.veltras . de iure patronatus. Secus quandò consuetudo , vel priuilegium

legium stant in contrarium.

7 ELECTORES de communi consensu, possunt communicare ius eligendi in electione, quę imminet, si tamen omnes consentiant, quia vno cõtradicente non valeret: secundum Panormitanum capitulo, scriptum. eod. tit. col. 1.

8 ELECTIONE instante, si dubitetur de aliquo an habeat vocem, & cõmodè non potest recipi probatio, admittatur protestando, quòd vox eius valeat, & si inquantùm appareat post modum eum debuisse interesse, & sic non nocet, secundum Panormitanũ, in capitulo, Cumana. de electione. no tab. 6.

9 VNVS nõ potest habere vocem, in duobus collegijs, nec prælatus vnius collegij potest habere vocem in alio collegio, secundum Panormitanũ in capitulo. constitutis de electione. notabili secũdo. nisi aliter cõsuetudo haberet, vel vnum dependeret ab alio, vt in capitulo final. de religiosis domibus. Vide ibi Panormitanum & Inno. qui dicunt, quod standum est consuetudini.

10 SI priuati, vel inhabiles ad eligendum non vocentur, licet nondum sit discussũ, an sint priuati, tenet electio: secundum Panormitanum in capi. 2. de electione. Sufficit enim quod postea possint conuinci. Secus si essent priuandi.

11 MVLTI priuantur potestate eligendi. Primò, qui sunt in maiori excommunicatione. capitu. constitutus. de appellationib. non autem in minori. Secundò, suspensi ab officio. capit. cùm dilectus de consuetudin. non autem suspensi à beneficio tantùm. capitulo, apostolicæ de exceptionib. Tertiò, interdicti. ca. cùm inter. de elect. Quartò, quibus sine licentia superioris eligere est interdictum de election. cap. fin. Quintò, qui scienter in loco interdicto celebrauerunt, nisi super hoc sint priuilegiati. c. is qui. de sentẽ. excõ. lib. 6. Sextò, qui in ea vacatione indignum scienter elegerunt, de elect. cap. innotuit. Idem si peccauerunt in postulando. cap. scriptum eod. tit. pro ea vice sunt priuati potestate eligendi. Si facta nominatione, secura est postulatio, aliter si nõ est secura. c. perpetuo. eod. tit. libr. 6.

12 QVANDO omnes sunt priuati potestate eligendi, in prima vice deuoluitur hæc potestas ad superiorem, sed si aliquo accidenti electio facta, per superiorem non habet effectum, redibit potestas ad primos: purgatum est enim eorum vitium, secundum Panormit. in c. cum Vintorien. de elect. Item qui peccauerunt in forma electionis, iure eligendi pro ea vice, debent priuari. c. quia propter. eod. tit. Septimò, qui ætatem debitam non habent, masculi ante 14. annum, fœminæ ante 12. nec in hoc malitia ætatem supplet. cap. ex eo. de elect. 6. tam in tex. quàm in glo. Octauò, qui per laicalem abusum elegerunt, ca. quisquis. eod. ti. Nonò non eligentes infrà debitum tempus. Decimò, laici conuersi, non possunt eligere, secundum Ludo. qui allegat d. c. ex eo nisi antiqua consuetudo hoc haberet, secundum Inn. in cap. 2. de institution. Idem tenet Fede. consil. 107. Item qui non sunt professi, tacitè, vel expressè in locis regularibus. per d. cap. ex eo. nec qui per suam ecclesiam, vel eorum constitutiones prohibentur. Item qui nõ sunt in sacris, in ecclesijs collegiatis secularibus, vel regularibus. Conclude tamẽ sic, in ordine prædicatorum, ex declaratione capituli generalis, & non ex constitutionibus: qui nõ est in sacris, non habet vocem in electione. Non professi nullo modo habent vocem, etiam ex consuetudine, conuersi, professi, de iure non habent, licèt ex antiqua consuetudine possint habere. Clerici seculares non subdiaconi, non habent. Clerici in regularibus professi, non prohibentur de iure communi, etiam si non sint in sacris. In ordine prædicatorũ prohibentur omnes ante quartum annum à professione per suas constitutiones, etiam licèt sint in sacris.

13 ELECTOR absens, iusto impedimento

mento detentus, poteſt vnum, vel plures procuratores ad eligendum inſtituere inſolidum, tamen aliter non admitterentur, & quod procurator ſit de collegio, quia extraneum, capitulo nolente, non poteſt deputare. Neque poteſt per literas votum ſuum exprimere, & non oportet quòd procurator inſtitutus, eligat vnum nomine ſuo, & alterum nomine procuratorio, quia nihil valeret, niſi dominus ſpirituale mandatum dediſſet de aliquo nominando: quia tunc illum nomine domini, & alterum ſuo nomine poterit nominare. cap. ſi quis. de elect. in 6. & tenetur talis procurator optimum eligere, ſicut pro ſe, niſi de aliquo nominato haber mãdatum: ſecundum Pa. in c. conſtitutis. & 3. c. de appell. In ordine tamen prædicatorũ nõ admittitur elector, niſi ſit præſens, neque per literas, neque per procuratorem. Si tamen in eodem conuentu, vbi ſit electio, eſſent infirmi, qui non poſſent eſſe præſentes, ſcrutatores ad eos tenentur accedere, prout in eorũ conſtitutionibus continetur. d. 2. cap. 2. Et ſecundum Hoſt. ſcrutatores debent accedere ad infirmos, qui ſunt in ciuitate, & eorum vota inquirere. Et dicuntur præſentes ſecundum eũ, qui ſunt in horto, vel in ciuitate. ff. de procura. l. 5.

14 ELECTIONES in cathedralibꝰ vel regularibus eccleſijs, infrà tres mẽſes fieri debent, aliter electio deuoluitur ad ſuperiorem proximum, qui ſi infra dictum terminum non elegerit, ad alium ſuperiorem, & ſic deinceps vſque ad Papam deuoluitur. in capit. ne pro defectu. eodem titulo. niſi iuſto impedimento ſint detenti. In ordine tamen prædicatorum, ſecundum eorum conſtitutiones tenentur infra menſem eligere, aliter ad prouincialem deuoluitur poteſtas prouidẽdi, qui niſi infra tres menſes prouiderit, ad generalem deuoluitur. Multà circa hoc Tabul. electio. prim. §. ſeptimo quomodo debet præſentari electio, & quomodo electus habet conſentire.

15 ELECTIO ante ſepulturam prædeceſſoris fieri non debet. c. bonæ memoriç. el. 2. ſi tamen fieret, valeret: ſecundum glo. ibidem.

16 ELECTIO facta de nocte, nõ tenet ſecundum Pa. in c. 1. de clãdeſtin. deſponſatio. quem ſequitur Felinus in capitulo, conſuluit de officio delegat. col. pe.

17 ELECTIO in quocũque loco honeſto, maximè ſecundum conſuetudinem poteſt fieri. capitulo, cauſis. de election. dummodò non ſit locus clandeſtinus, quia electiones in cameris per occulta conuenticula factç, reprobantur, canone 2. & canone, tranſitus. diſtinctione ſeptuageſima nona, ſecundum Hoſtien. debet ſeruari cõſuetudo.

18 ELECTIO, & poſtulatio, facta in loco interdicto, ſecundũ Archidia. in canone, in nomine. 23. diſtinctione non tenet, oppoſitum tenẽt Vgo. Vercel. Ioan. And. & communiter doctores, quia ſunt quidam contractus, & probant, quòd valeant. per cap. 1. de poſt. præl.

19 AD electionem vocandi ſunt, qui ſunt præſentes, debent, volunt, & poſſunt intereſſe. Abſentes ſunt vocandi, & expectandi ſecundum conſuetudinem. ca. coram eo. quæ ſi eſt, quòd nõ vocentur, non ſunt vocandi de neceſſitate: & tenet electio ſecundum Pan. in d. c. coram. & c. Cumana. eod. tit. & quando ſunt vocandi verbo, vel ſcripto, vel ſigno conſueto campanæ, ſecundum conſuetudinem, & qui nolunt, non ſunt cogendi. Et ſi vocati infra competentem terminum nõ venerint, non ſunt vltrà expectandi, cũ mora in electionibus ſit damnoſa. c. cùm inter. de electio. Vide tamen pleniùs Tabul. electio. primo. §. 10. & 11.

Quomodo vocati nolentes comparere nõ ſunt computandi in numerum abſentium, ſeu eorum, qui ſunt de capitulo.

20 SI quis de electoribus cõtemptus non fuit vocatus ad eius petitionem, caſſanda eſt electio, poteſt tamẽ, ſi vult eam ratam habere. c. quod ſicut. eod.

Et

Et quilibet elector potest renũtiare voci suæ, sicut iuri suo. Ca. de pactis. li. si quis in scribendo.

21 ELIGENS, quem credit esse in mortali, mortaliter peccat, quia talis, secundum Thom. secundę. q. 185. ar. 3. non potest vti prælatura. Concordat Caie. vbi suprà, & Felin. in c. quanuis de officio delegat, & Panormitanus in capit. cõstitutus. de appellationi. el. 3. vbi dicit, quòd peccat mortaliter, eligens pro alio, si non eligit optimum, ergo eodem modo si pro se eligat.

22 ELIGENS aliquem, de quo non habet notitiã nec per se, nec per alios, qui cũ ipso cõuersati sunt, non saluat conscientiam suam, secundũ Pa. in c. bonæ memoriæ. el. 2. de postu. præla. & de elec. c scriptum, & consequenter mortaliter peccat.

23 REDDITVR quis indignus ad prælationem, ex quocunque mortali peccato, secundum Tho. quol. 8. si excommunicatus maiori excommunicatione est, per capi. constitutus. el. 1. de appellationib. vel minori. per c. fi. de cle. excom. mi. Si est suspensus, vel interdictus, vel interdicti violator. c. de postu. prçlator. & cap. condilectus. de consuetud. Si irregularis. capitu. ex eo. de election. in 6. si illegitimè natus, non competentis ætatis, & literaturæ. capitu. cùm in causa. de electione. vel habet alia impedimenta circa ordinandos. suprà, Clericus. §. 7. Beneficium. §. 30. Si propter vitium personę fuit reprobatus. de election. capitul. super eo. non autem si ob processum vitiosum. capit. innotuit. eod. Si est Episcopus, qui eligi non potest, sed postulari tantum. cap. fin. de postulation. prçlatorũ. Si religiosus non professus expresse. capit. nullus. eod. tamen nouitius in episcopum potest eligi. in dicto capit. nullus libro 6. si sit alterius religionis de elec. Cle. 1. & religiosus de ordine mendicantium transiens ad non mendicantes, non potest in prælatum eligi.

24 ELECTIO de habente prædicta impedimenta, ipso iure est nulla, excepto primo, tamen si crimen sit occultum, non inducens irregularitatem, potest tenere, quando verò est graue, & manifestum non valet electio, secundum Pa. in d. c. innotuit. Vide Felinum in capitulo dilectæ. de excess. colum. 2.

25 ELIGENS excommunicatũ minori etiam, est priuatus ipsa vice electione. & triennio ab ecclesiastico beneficio suspensus. in dicto capitulo, in cunctis.

26 HABENS aliquem defectum ex dictis, secundum Panormitanũ in capitu. suscitatus. de rescript. si non est ampliùs occultus, sed manifestus, vel per sententiam, vel aliter, tenetur manifestare, ne eligatur, vel confirmetur. Si autem est occultus, & impedit officij vel dignitatis exercitum, tenetur manifestare, aliàs peccat, & venit plectendus, vt si est bigamus, vel homicida, quia etiam quòd sint occulti, non possunt ministrare. cap. fin. de tempo. ord. de bigam. per totum. Si autem tale impedimentum non est, aliter dicitur, vt de infamia. Idem dic de omni alio defectu occulto, cui prouideri potest, sine manifestatione. infrà, Episcopus. §. 1.

27 DE modo formandi scrutinia, accipiendi voces, collatione, ac scrutinij publicatione, & huiusmodi practica, quia confessoribus parùm prodest, prætermitto: si tamen vis scire, vide summistas, & præcipuè Tabu. Electio. 1. §. 18. vsque 24. & ad capit. quia propter. de election. & Panormitanus ibi.

28 SI quis cogeretur eligere certam personam, electio illa ipso iure esset nulla, quia voluntas ibi non fuit libera. cap. vbi periculum. §. eccc. libro 6. eodem.

29 IN electionibus, postulationibus, & huiusmodi. in quibus ius eligendi oritur, voces incertæ, & conditionatæ, seu alternatiuæ: puta dicendo, consentio in quem talis consentit, vel si talem non potero habere, consentio in talem, vel dicendo: consentio in Ioan. vel Petrum, & huiusmodi, non valent,

lent.cap.electione.in 6. eod. Nec voces debent per fabas dari,quia nó posset sciri quæ sit saniór pars, quæ validat electionem: per text.capit. ecclesia vestra. eod. & secundum Panormitanum.ibi.

30 PVBLICATO scrutinio, variari non possunt voces,ergo à cõtrario sensu, ante publicationem possunt electores variare, & alios nominare.capitu.quòd sic.de election. quia nominato, iam nullum ius acquisitum fuerat,potest tamen post publicationem, qui non consensit, consentire in eum. In postulatione autem possunt variare.vsquequò præsentetur superiori,vt suprà.§.1.

31 ELECTIO illius,qui requisitus cõsensit electioni de se fiendæ antequàm fieret, cassãda est,quia præsumitur ambitiosus.c.cùm post pœnitentiã. eod. Neq; potest quis seipsum eligere, quãuis iurasset meliorem eligere,& talem se esse crederet:neque electus debet cõputari in numero eligentiũ,cùm nullus seipsum eligere possit. d.c. Cumana.licèt fortè locum habeat, quando per viam compromissi procedetur, vt infrà,§.35.

32 ELECTVS administrans, ante cõfirmationem, remouendus est.per.ca. qualiter.eod.Panorm.ibi dicit, quòd talis non perdit ius ipso facto sibi acquisitum per electionem, sed per sententiam debet irritari: sed nunc per textum capit.auaririæ libr. eodem.videtur indubitatum, quod talis electio ipso facto,sit irrita. Dicit enim sic textus: Nullus de cætero, administrationem dignitatis, ad quam electus est,priusquam celebrata de eo electio confirmetur sub nomine iconomatus,vel procurationis,aut alio de nouo quæsito colore in spiritualibus,vel temporalibus, per se, vel per alium,pro parte,vel in totum, gerere, vel recipere,aut illi se immiscere præsumat, omnes illos, qui contrafecerint, iure (si quod in eis per electionẽ quæsitum fuerit) decernentes eo ipso priuatos.Excipitur Papa. in capi.licet. eodem. & vltramontanus concorditer electus, qui sub Papa immediatè est.capit.nihil.eodem. & ita de citramontano, quãdo Papa esset vltra mõtes. Si autem administrat secundum Ioannem Andream in nouella, super 6.ex spirituali iure, vel ex consuetudine, quia pertinebat ad eum administratio episcopatus vacantis,tunc non incurrit. Ponderanda sunt bene verba singula textus.

33 Si religiosus electioni de se factę ad prælationem extra suum monasteriũ, vel ecclesiam non petita,& obtenta licentia consenserit,electio ipsa viribus euacuatur,& prælati,religiosorum irrequisitis conuentibus, possunt hanc licentiam dare.in 6. cap. si religiosus. eod.tit.

34 QVANDO in scrutinio voces diuiduntur,& fiunt duæ electiones, illa de iure communi valet, quæ melioribus & pluribus meritis adiuuatur.c.licèt.eod.tit.

35 ELECTIO etiam via cõpromissi fieri potest,& quomodò fiat, habetur in dicto capitul.quia propter.cap. cum causis. & Panormitanus ibi, in capitulo,cum causis.primo, & tertio notabili. Quomodò compromissum dupliciter possit fieri, vide Panormitanum in dicto capitul. quia propter. §.2.& Tabul.electio.2.§ primo.vsque ad.4.

36 ELECTIO facta per cõmunẽ inspirationem,requirit quòd omnes cõsentiant:vno enim contradicente, nó valet, quia non videtur à Deo facta. art.8.q.1.cap.non est nouum, & hoc tenent communiter Docto. & bene. De eius forma & modo.vide d.c.quia propter.

37 ELECTVS sub pœna mortalis peccati tenetur consentire electioni de se factæ. secundum Richard.in 3. quol. q.21. Primò, quando à superiore per obedientiam cogitur. c. nisi cùm pridem.de renun. Secundò, quando secũdum conscientiam suam videtur imminere graue damnum & periculum animarũ,nisi assentiat.8.q.1. c.in scripturis:vt quia non est, vel non inuenitur,qui possit,aut velit procurare salutem

lutem animatum. Tertiò, quando per viam illicitam refugit: vt quia fugit, vel fingit aliqua, &c. nisi hęc instinctu spiritus sancti faceret. His autem casibus cessantibus si refugiat ob humilitatem, reputans se indignũ, meretur. Concordat Tho. q. 5. d. 12. infrà, Episcopus. §. 1.

38 ELECTIO Papæ nunc ad Cardinales pertinet. c. licèt. de electio. & cap. vbi periculum in 6. de electio. & toto collegio Cardinaliũ deficiente ad Canonicos, & clericos Lateranen. quia Papa est Episcopus Lateranen. Dicit tamen Aug. de Anchona, quòd in tali casu congregandum esset concilium per Imperatorem, Reges, & Principes. Vide tamen Panorm. in d. c. licèt. Et possunt eligere vnum de collegio, & etiam qui non est de collegio, secundum Au. de Anch. vt patet in d. c. in nomine. Et debent eligere meliorem pro regimine, quem credunt, modò existimetur bonus, & doctor, præcipuè in theologia magis, quàm in iure: secundum d. Aug. Et Clemens quintus: vt patet in clementi ne Romani. de elect. ne quis Cardinalium per exceptionem excommunicationis, suspensionis, vel interdicti excludi possit, ab electione ordinauit, & multa alia: vt ibi patet. Vide.

39 ELECTIO Imperatoris à solo Papa, secundum d. Augu. potest fieri ex iusta & rationabili causa, & propter electorum negligentiam, vel discordiam, & propter electi bonitatem, & decentiam, aut Christianitatis, & pacis prouidentiam, aut hæreticorũ, schismaticorum, vel huiusmodi audaciam reprimendam. Papa enim est vicarius Dei, cuius imperator est minister, & potest Papa ex rationabili causa electores Imperatoris instituere, & institutos remouere. Imperatorem electum confirmare, & confirmatum deponere: vt Stephanus Papa II. fecit transferens Imperium à Constãtino, & Leone ad Carolum magnum: vt dicit gloss. in cap. venerabilem. de elect. De electione monialium, vides Sil. electio. 3. §. 6. & 7. Admittuntur ad electionem moniales, eõpleto anno 12. si sunt professæ, in qua electione tantùm fit collatio numeri ad numerũ, non meriti ad meritum, neque zeli ad zelum.

ELEEMOSYNA.

1 ELEEMOSYNA secundum Magistrum in quarta sentẽtia. distinctio. 15. est opus, quo datur aliquid ingenti ex compassione, vnde & actus charitatis mediante misericordia. Et secundum Thomã secunda secundæ. quæstio. 32. a. 1. secundum quòd diuersæ sunt necessitates proximorum, diuersa sunt miseticordiæ opera, quędam corporalia, quædam spiritualia, correspondentia necessitatibus corporalibus, & spiritualibus, & his versib⁹ continentur: Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo. Hæc respondent corpori. Correspondentia autem animæ sunt hæc: Consule, castiga, instrue, solue, dimitte, fer, ora. Et spiritualia sunt corporalibus potiores, cæteris paribus: secundum Thomam suprà.

2 NON facere eleemosynam quando quis habet de superfluo naturæ, & personæ, quando pauperem in extrema necessitate videt cõstitutum, mortale est: secundum Caieta. ibi in summa. Superfluum intellige consideratis sumptibus, secundum decentiam sui status, filiorum faimliæ, euentuũ, hæredum, & huiusmodi: ita quòd hoc attento, rarò apparet aliquem superfluum habere. Attẽde etiam extremã necessitatem, quando scilicet apparet, quòd propter carentiam rei necessariæ quis moueretur citò, niſi subueniretur. & non apparet, qui subueniat, tunc subueniendum est, nec vltrà expectandum, quando de eius vita desperabitur. Sed nota. (quia videtur esse aliqua dissonantia inter dicta Sancti Thomæ in secunda secundæ quæstione 32. argum. quinto, & quarto sententiarum, distinctione decimaquinta, & alijs locis, quæ tamen non est.) quòd duplex est superfluitas, naturæ scilicet, & personæ. Similiter

liter duplex necessitas in pauperem, videlicet naturæ, & personæ iuxta hanc distinctionem pono duas conclusiones, quarum prima est. Habens superfluum naturæ, & personæ, tenetur de præcepto illud erogare pauperibus, etiam si non patiantur extremam necessitatem naturæ: secundum Thomam quarto sententiarum, distinctione decimaquinta, quæstione secunda, articulo primo, quolibet. quarto. Secunda conclusio: Patienti extremam necessitatem naturæ, qui habet superfluum naturę, etiã quòd non sit superfluum personæ, tenetur dare sub præcepto. ex S. Thom. ibi. suprà. Vide Cajet. in quol. de eleemosyna. vbi ostendit Tho. non sibi contrariari.

3 CONCLVDO igitur secundũ Th. 4. senten. distinctio. 5. quæstio. 2. a. 1. quol. 4. secunda secundæ. quæst. 118. Pet. de Palud. & communiter Docto. in 4. suprà, quos videtur etiam sequi Archid. Floren. 2. part. tit. 1. cap. 24. quòd qui habet superflua quò ad naturam, & quò ad decentiam sui status pro se, & familia, & non subuenit necessitatibus aliorum, non tantùm extremis, sed & magnis, quas nouit, mortaliter peccat, videtur enim facere cõtra illud præceptum: Quod superest, date eleemosynam. Luc. 11. Secundò, qui habet de superfluo naturæ, & si non secundum decentiam sui status, & non subuenit pauperibus, quos in extrema necessitate nouit, mortaliter peccat, cùm dicat Ambr. Pasce fame morientem, si non paueris, occidisti. Et quod dictũ est de eleemosyna corporali, dicendum est etiam de spirituali, cùm quis suffragari potest miseriã animæ patientis, quę grauior est corporali.

4 ELEEMOSYNAM facere de necessario naturæ, sine quo vita propria non potest conseruari: secundum Th. secunda secũdæ. q. 32. a. 6. nõ licet, nisi personæ magnę, per cuius cõseruationem, ecclesia, vel respu. sustentaretur: tunc enim liceret subtrahere sibi pro sustentatione illius, laudabiliter tamẽ, & non necessariò.

5 ELEEMOSYNAM dare nõ possunt, qui nec donare: quia de proprio fieri debet, sicut scriptum est: De tua substantia fac eleemosynam. De seruis, famulis, ancillis, dicit Tho. secunda secundæ. q. 32. a. 8. quòd ecclesiam facere non possunt, nisi quatenus à superiori eis fuerit commissum. Si tamen habẽt aliquod proprium, de hoc possent dare eleemosynam. Si i minet magna necessitas, & non est tẽpus recurrẽdi ad superiorem, possunt: secundum Panorm. c. si quis. de furt. vel si aliquem vident in extrema necessitate constitutum, etiam contra superiorum prohibitionem possunt dare eleemosynam. secundum eundem Panormita. vbi suprà. & glo. in c. non dicatis. 12. q. 1. Imò possunt furari, & rapere, vt dent, & hoc facere tenẽtur, bono tamen modo, & dare pauperi, quia in tali casu omnia sunt communia, secundum Thom. 4. sent. dist 15. suprà, & secunda secundę. suprà. Possunt etiam de voluntate dominorum expressa, vel præsumpta: vt quia habent administrationem commissam à superioribus. arg. in l. filius familiãs. ff. de dona. intelligetamen secundum Thom. in 4. senten. suprà. inquantùm datur eis commissio. Item possunt dare in illa necessitate, in qua domin⁹ eius teneretur: Debemus enim existimare, quòd quilibet velit facere ea, ad quæ tenetur. Item quando de licentia superiorum peregrinantur, vel sunt in scholis, possunt eleemosynas facere, quas alij peregrini, & scholares cõmuniter faciunt. art. in ca. præterea de offic. delegat. suprà. Donatio. § 3. Idem die de religiosis prælato subiectis. & filijsfamiliãs: secundum Tho. 4. suprà.

6 DE VXORE dicit Thom. vbi suprà, quòd si præter dotem habeat alia bona, vel ex proprio lucro, vel quocunquè alio licito modo, potest dare eleemosynam, aliàs non, nisi de rebus paruis, ex quibus vir non fit pauperior, nisi expressè ei prohiberet aliquas facere eleemosynas, tamen in

necessi-

necessitate, & in illis modis supradictis de seruis, quòd sunt quatuor, possent. Vltra hoc potest dare secundum consuetudinem, quia consuetudo dat iurisdictionem, licèt maritus aliquando sic generaliter prohiberet, quia debet sanè intelligi prohibitio. Itē quando vir est crudelis ad pauperes, & tenetur dare, & non dat, tunc vxor dando mariti negotium gerit, & potest dare moderatas eleemosynas, & occultè, ca. reuertimini. 16. q. 1. exemplo Abigail. 1. Reg. 25. Item quando vir assignauit vxori certum quid pro victu, & ipsa abstinet, de superfluo potest eleemosynam facere, nec debent computari expensæ, quia ad illas tenetur vir, ex dote, & gubernatione familiæ. Item quando vir esset fatuus, & gubernatio domus ad vxorem pertineret, vel quando vir dedit vxori gubernationem domus. Prudenter igitur circa huiusmodi se habeat mulier.

7 IDEM dic de minoribus à viginti quinque annis, quia non habent plenariam administrationem: secundum Petr. de Pa. 4. sent. distinct. 15. q. 4. a. 6. curatores tamen & tutores, benè possunt facere eleemosynā, sicut possunt remunerare bene meritos pupilli, & multo magis pauperes Christi discretè tamen, de superfluo.

8 SVBVENIENDVM est prius cæteris paribus sibi coniunctis: secūdum Th. secunda secundæ. suprà. a. 9. si aliqui alij essent sanctiores, vel vtiliores, & magis necessitatem patientes, prius eis, quàm coniunctis non existentibus in tali casu, & quorum cura nobis nō esset iuncta, subueniendum esset, deinde suis pòst notis, postea bonis, postea extraneis. Intellige semper cæteris paribus.

9 CVM quis factus est distributor aliquorum bonorum in pauperes, & ipse est pauper potest de illis bonis sibi pro sua necessitate retinere, & alia distribuere: secundum Thom. suprà, ad primum.

10 PECCATORIBVS etiā subueniendū est: vt eorum natura sustentetur: secundum Th. suprà. ar. in c. quiescamus. 42. distinctio. non autem vt in peccato foueātur. & sic intelligitur S. Thom. secunda secundæ. vbi suprà, ad primum.

11 ELEEMOSYNA nō est danda vt quis ditetur, nec vt sit occasio negligētiæ, vel non laborandi, secundum Th. suprà. ar. in ca. Episcopus. distinct. 82. §. 1. nec quando creditur, quòd sit occasio mali.

12 NON est furandum vt fiat eleemosyna, quia non sunt facienda mala: vt eueniant bona; vt in ca. fortè. 14. q. 5.

13 ELEEMOSYNA est magis satisfactoria, quam oratio, vel ieiunium: secundum Tho. 4. sen. distin. 15. suprà. & etiam, quàm alia opera: vt peregrinatio, & huiusmodi.

14 IN extrema necessitate magis deserendi sunt filij: quàm parentes: secundum Thom. secunda secundæ. suprà, cōcordat Gof. & Host. propter beneficiū ab eis receptū, & dñi præceptū.

15 LICET de turpi lucro possit fieri eleemosyna, non tamen de re obnoxia restitutioni: secundum Tho. secunda secundæ. suprà, nisi in casu extremæ necessitatis. De hac matetia, vide in Rosa aurea, casu 57. & Sil. ver. eleemosyna. Eleemosyna debet fieri animo hilari, recta intentione, & piè, & sic dicitur liberare à peccato, impediendo ne fiat vel disponendo ad gratiam: secundum Tho. in 4. sent. d. 15. q. 2. a. 2. quo. 1. ad. 1.

EMANCIPATIO.

1 EMANCIPATIO est relaxatio patriæ potestatis coram iudice competenti, voluntate patris, & filij concurrente, in vtriusq; præsentia. l. non nudo. C. de eman. li. instit, qui. mod. ius pa. pot. sol. §. præterea.

2 SICVT pater cogitur emācipare filium ex causa: ita filius cogitur emancipari, licet aliter dicat gloss. & male. instit. quib. mod. ius pa. po. sol. in fin.

3 QVAMVIS regulariter pater nō teneatur emancipare filium, nec filius possit compelli vt emancipetur, fallit tamen in plutibus. Primò, quando pa

ter contra pietatē filium afficit verbe tribus. Secundò, quando cōpellit eum peccare in corpus suum. Tertiò, si filius est arrogatus impubes, & pubes factus, probat non expedire, quòd sit arrogatus. Quartò, si pater agnouit sibi relictum legatum: vt emanciparet filium, & in istis pater tenetur: vt not. Azo. in sum. C. de emancip.

4 PATER post filiū emācipare per procuratorem: vt not. Bart. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & posthu.

5 FILIVS emācipatus reuocatus in patriam potestatem propter alimenta non præstita patri, secundum Cy. in l. filius. C. de ingrat. lib. de hac materia, quia parum valet confessoribus, vide si vis Summistas. Effectus patriæ potestatis ponuntur ab Angelo de Aret. instit. de pa. pote. & sunt sex.

EMPHYTEOSIS.

1 EMPHYTEOSIS, quod sermone vulgari dicitur ad liuellum, est cōtractus medius inter locationē, & vēditionem, per quem transfertur dominium in emphyteotam, retento dominio directo apud dominum, secundum Panor. in capitul. fina. de loca. & soluit emphyteota aliquid domino singulis annis. ff. si ager vecti. l. 1. dominium verò vtile remanet apud emphyteotam, & habet possessionem eius ciuilem, emphyteota verò naturalem.

2 CONTRACTVS emphyteoticus differt à censuali, in quo & directū dominium transfertur. c. constitutus. de relig. domi. differt & à feudo, quia in feudo dominus in personam vasalli ius habet, non autem emphyteotę, & in alijs de quib. Tab. feudum. §. 1.

3 IVS emphyteoticum secūdum opinionem Ioan. de Imo. in cap. fi. de locat., quæ est melior, transit ad extraneos hæredes, etiā in re ecclesiastica, dummodo sit data secūdum illam solennitatem. ca. 1. de reb. eccles. non alien. lib. 6. cōsuetudo tamen debet seruari, secundum d. Felin. in c. in præsentia. de proba. col. 12.

4 EMPHYTEOSIS concessa ab ecclesia pro se, & filijs, priuato, secundum Abb. in dict. c. in præsentia. nō transit ad filios naturales, etiam si legitimarentur, nisi quādo legitimarētur per sequens Matrimonium.

5 QVANDO quis accipit emphyteosim pro se, & filijs suis, non intelliguntur filiæ, fœminę, sed tantùm masculi, secundum Ioan. de Imo. in ca. fi. de loca. per dictum quoddam Arc. in ca. si quis suadente. 17. quæst. 4. vbi voluit, quòd in materia contractuū, masculinum non concipiat fœmininum. per l. veteribus. ff. de pac. in quo & multi alij concordare videntur.

6 EMPHYTEOTA nō potest dimittere rem emphyteoticam, & se liberare quando voluerit, secundum Paulū in c. iudicatum. de immu. eccles. quia quod à principio est volūtatis ex postfacto est necessitatis. lib. sicut. C. de actio & ob. nisi pactum, vel cōsuetudo aliud inducat, & quòd possit renuntiare, tenet etiam d. Feli. in c. quę in ecclesiarum. de consti. col. 30.

7 QVI rem emphyteoticam habet, potest alteri dare in emphyteosim. instit. de locati. §. adeo. non tamen ita, vt ipse sit liber à præstatione canonis, & si secundus emphyteota vult alienare, tenetur quærere cōsensum directi domini, & non primi emphyteotę. vt not. gloss. in l. fi. C. eod. & directus dominus debet habere laudemium.

8 EMPHYTEOTA cuicunq; rei etiam ecclesiasticæ potest donare, aut legare meliorantes, quas facit in rem emphyteoticā, sine alia solennitate, secundum gloss. in capit. fina. de loca. & communiter docto. Permutare autē, vel pignori obligare, nō est tutum sine consensu domini, quia multi doct. tenent quòd non possit. in l. fi. C. de iur. emphyteo.

9 EMPHYTEOTA, potest vendere meliorationes etiam rei ecclesiæ, secūdum Panormit. in capit. fina. de loca. dummodò seruet solennitatem, videlicet quòd primò requirat rectorē ecclesiæ: secundò, denuntiet pretium: tertiò, labantur duo menses ecclesia non respondente: quartò non vendat personis prohibitis: quintò, quòd non vendat

vendat nisi vtile dominium : sextò, quòd non prius ceciderit à iure non soluendo. Vide de hoc Tabu. ibi.§ 9. potest tamen dare fratri suo sine dicta solennitate, secundum Bald.in l. voluntas.C.de fideicom. quando duo fratres habent emphyteosim paternam.

10 11 POTEST etiã sine consensu domini dari in dotẽ filiæ, secundũ Spec. titul.de loca.§.nunc aliqua. ver. 190. nec transfert plus dominij quàm ipse habet,per ca.nuper.de dona.inter vir. & vxo.& idem dic in donatione propter nuptias, nec tenetur soluere laudemium, quia alienatio est necessaria, secundum Gul. & Bartol.in l.& ideo. ff.de cõdi.fur. Similiter potest dari in dotem extraneæ,si nõ æstimata detur, & soluet laudemium,sed çstimata nõ potest dari nisi filiæ.

12 SI alienauit emphyteota rem conditionaliter, videlicèt si domino placuerit,& si dominus voluerit tantundem dare,teneatur restituere,non cadit in commissum, secundum Alber. post Alber.Pap.

13 IN re emphyteotica, propter bella,sterilitates,& huiusmodi, nõ fit recompensatio annui census,nisi census esset ita magnus, quòd non plus perciperetur,ac si res esset locata de anno in annum, secundum Bald.in l.1.C. de iur.emphy. Et dicit Bart.ibi, quòd tunc non est proprie contractus emphyteoticus, quando datur tanta quãtitas, quanta pro locatione. Si tamen substantia rei in totum periret, vel ab hostibus irreparabiliter raperetur, debet fieri remissio, secundum gloss. in dicto capit.fin.Et Pa. ibi. idem dic de augmento, quia non augetur pensio in casu, quo non minuitur propter eius læsionem, secundum Pan.in d.ca.fin.

14 DESTRVCTA re emphyteotica (vt domo cõbusta)& reparata,destrui tur obligatio, quę erat super rem illã Bart.in l.damni.ff.de damno infect.§. si is,quia illud dicitur nouum.

15 EMPHYTEOTA nõ soluens per triennium,si est priuati,cadit à iure.l. 2.C.de iure emphyt.Si est ecclesię per bienniũ,nisi celeriter soluat.ca. fin. de locat. & si expectat libellum, vel requisitionem,non dicitur celeriter soluere secundum glo.in d.c. fi.Ista celeritas erit in arbitrio iudicis, & perdit omnes meliorationes,secundum Abbat. concilio septuagesimotertio primo volumi. Si tamen dominus ei tenebatur in maiori quantitate,vel tanta non cadit,secundum Pa.in cap.bona fides de depo.

16 DOMINVS recipiens canonẽ ab emphyteota lapso,pro solutione præteriti,postquàm expulit, non sibi præiudicat,secundum Pa.in d.c. fi.si recipit etiam ante expulsionem,cum protestatione quòd non intendit sibi prçiudicare,non præiudicat. Si verò non facit protestationem, sed simpliciter recipit,sunt variæ opiniones : tamen de subtilitate iuris non præiudicat, quia in dubio non videtur quis velle renuntiare iuri suo. vt in c.super.hoc. de renuntia.

17 RES emphyteotica reddita ecclesiæ propter non solutionem pensionis,potest iterum dari ei, qui cecidit à iure suo,sine aliqua solennitate,& cau sis requisitis in alienatione rei ecclesiasticæ,secundum Feder.cõsi.184. & etiam eius hæredibus per text.dict.cap. fin.&.per consuetudinem. sed non alteri,nisi ecclesia per aliquod tẽpus fuisset in pacifica possessione, quod cõmuniter fit spatio vnius anni.suprà.Alienatio.§.21.

18 EMPHYTEOTA, in quinq; casibus cadit. Primò,si domino negat pensionem petenti, & negat se eius emphyteotam, quia magis debet operari cõtumacia expressa,quàm tacita.l.si ita expressum.ff.de condi.& demõ.Secundò, quando sine consensu domini vendidit, & res emphyteotica tradita est,secundum Canonistas, in cap. potuit.de locat. & si essent duo domini, & cum assensu vnius tantum vendidit, pro altera parte cadit tantum, quia nõ plus debet puniri, quàm deliquerit.l.hæres.ff.de his qui. vt indi. Tertiò, quando res emphyteotica est

data pro se,& filijs, & nepotibus,hæredibus,si filius,vel nepos refutat hæreditatem,cadit.vt not Bartol. in l.vt iurisiurandi.§.si.liber ff. de oper. lib. Secus si non ponitur hoc verbum, & hæredibus. Quartò, quando emphyteota moritur sine legitimis , relictis tantum naturalibus.sed limita.secundum Bartol.in l.ex facto.§. si quis rogatus.ff.ad Treb. quando emphyteosis est data ab ecclesia ,non si à priuato. Quintò, quando non soluit canonem,vt suprà dictum est.§.15.

19 Si multi sunt, & omnes soluerunt præter vnum pensionem totam , non cadunt,secundum gloss. in dicto cap. final.si non totam soluerint, cadunt omnes. Soluant ergo totam , & post agant contra non soluentem . Idem dic quando vnus solùm partem soluit, cadit à toto:nisi ob paupertatem, vel errorem hoc fieret, secundum cõmuniorem opinionem.

20 Laudemium est soluendum quãdo res emphyteotica transit ad alium emphyteotam, quod non debet excedere quinquagesimam partẽ pretij emphyteoticæ l. fi. C. de iure emphy.tamen de consuetudine est trigesima pars, quę secundum Hostien. debet seruari,nisi in quatuor casibus , in quibus non datur.Primò,quando hęres adijt emphyteosim ratione hæreditatis,si tamen non est extraneus, secundum Pet. Heliæ in quodam tract. Debetur etiam laudemium ab eo,qui ex donatione rem emphyteoticam habuit, secundum eundem Petrum. Vide Specul.titu.de loca.Secundò , si ex antiqua causa traditur, secus si ex noua , quia ex antiqua causa non videtur noua traditio. Tertiò , si emphyteota vendit,& re integra à venditione rettrocedit, non soluitur , quia dominus non habet mittere nouum emphyteotam in possessionem , & hoc verum de æquitate,licèt de rigore iuris sit aliter , secundum eundem Petrum. Quartò , quando alienatio est necessaria, vt in donatione filiæ, sicut suprà dictum est.§.10. Quintò, quando habentes rem emphyteoticam diuidunt eam inter se, quod facere possunt etiam domino irrequisito, secundum Bart.in l.voluntas.C.de fidei cõ. & hæc opinio melior , nisi consuetudo in contrarium obstet.

21 Ex deterioratione facta in re emphyteotica ab emphyteota , si est notabilis, & perpetua deterioratio fundi,vt si vinea non putatur , vel arbores inciduntur, emphyteota cadit, secundum eundem Petrum,quia cessat causa,scilicet melioratio, propter quã datut emphyteosis. Dominus propria authoritate non potest expellere emphyteotam , secundum Panormitan. in dicto capitul.fin. quia emphyteota habet ius in re,vt in l. 1. ff. si ager vecti.licet quidam contrarium teneant, primum tamen melius est.

22 Quando soluitur laudemium de terra pauci valoris, in qua sunt ędificata magna palatia ab emphyteota, soluetur de palatijs , & non de valore tantùm soli, quia domus cedit solo.l. 1.§.quod ait.ff.de superficie.Si emphyteota pro multis vult soluere annis, non tenetur dominus accipere,secundum Cyn.in l.2.C.eodem.eodem.ius enim eius videretur adimi.Bartol.tamen limitat,vt non procedat vltra tres annos , sed pro tribus annis futuris possit soluere per l.placuit. C.de fun. pa.

EMPTIO.

1 Emptio nominat alienationem quandam ex venditore in emptorem,mutua voluntate pretio interueniente,& dominium,periculũ,& fructus,stant apud emptorem, quia venditio rite acta est.Pa.in c.cum dilecti. de empt.& vendi.in gloss.fi. & oportet quòd precium soluatur , vel detur fides de solutione. Aliquando tamen periculum remanet apud venditorẽ, vt quando fit pactum, vel quando dicitur quòd ponatur in scriptis , antequam fiat scriptura. vel quando venditur cum conditione , quousque extat conditio , vel ex dolo, in quo fuit venditor,vel ex incertitudine,vt si vẽdatur vnus seruus, vel equus ex multis,sed non hic determinatè , vel quia indi-

indiget degustatione, vel ex mora, quia venditor est in mora tradendi rem venditam, & pretium rei in emptione non attenditur secundum pretiositatem naturalem, quia vna musca viua pretiosior est vitulo mortuo, sed attenditur pretiositas rei, quo ad vsum nostrum. Et hoc pretium tripliciter consideratur, vel propter virtuositatē, quia vna res, quo ad vsum, virtutem maiorem habet, quam alia, ideo carior reputatur: vel propter raritatem, quia ratū dicitur pretiosum. 92.d.cano.legimus, vel propter complacentiam, vel vtilitatem vendentis, secundum Tho. secunda secundæ. q. 77.a.1.& 2.

2 NOT. est, quod pretium rei iustum secundum docto. dicitur, quod est secundū communem appretiationē, & est triplex: scilicet minimū, mediū, & maximum, quod rigidum appellant, vt puta 19.20.& 21. & quodlibet horum dicitur iustum pretium. Non enim pretium rerum in indiuisibili cōsistit, sed habet latitudinem.

3 EMERE rem minus iusto pretio ex intentione emendi, seu soluendi minus iusto pretio pro hīc, & nunc, mortale est, quia læditur proximus contra iustitiam secundum Caiet. ibi. Et not. secundum eundem, quod pretium dicitur iustum, nō solum quod communiter currit in illa ciuitate, vel loco, sed etiam illud quod nunc, & hic, sub hoc modo vendendi, vel emendi, potest communiter inueniri. Nam res quæ venditioni exponitur voluntariè, vilescit, aliquando emptores non inueniuntur, vel non adsunt pecuniæ, vel quia pauci tunc indigent. Nec redditur pretium iniustum ex eo quod quis cogitur ex necessitate vendere, nisi alia conditiones adsit. Fundamenta omnium horum, vide in Caiet. secunda secundæ. q.77.a.1. cum his itaque regulis, infinitos casus solues, applicando eos occurrentibus.

4 EMENS rem minori pretio citra dimidium, licèt in foro ciuili excusetur, nōtamē diuino, & mortaliter peccat: secundum Caiet ibi, nisi pro remi nima. Iniustitiam enim committit, & proximum notabiliter lædit.

5 EMERE iura aliena litigiosa, quāuis liceat, tamen turpe videtur: iusto nihilominus pretio debent emi, quod erit, id quod communiter inuenitur absque dolo, sicut in cæteris, res tantum valet, quantum vendi potest. Ex Caiet. etiam si paruo pretio emantur, cū pauci emptores sint, iustum erit.

6 EMPTIO illicita redditur, quando non soluitur iustum pretium ex fraude, vt cùm quis à rustico emit gēmam tribus solidis, valentem decem aureos: quia rusticus eam non cognoscit, sed quilibet se exponit fortunę, & est in bona fide, venditio est licita. Si etiam emptor illam cognoscit. & dicit vēditori, dabo tibi tantum, etiā quod valeret mille aureos, & quod si plus valeret, non vult id plus habere cum mala conscientia, sed ex dono vult habere, non videtur iustè emere, nec teneri ad restitutionem, ex quo dominus rei monitus cum protestatione, neglexit quærere verum valorem rei, & emptor nō tenetur explicare valorem rei suæ, cum possit ab alijs inquirere. ex Caiet. vbi supra.

7 EMPTIO etiam redditur illicita ex fraude, in substantia, quantitate, vel qualitate: vt si emit verum lapidē pretiosum pro lapide vitreo, vel equum bonum pro vitioso, vel rem magnam pro parua, vt terram pro quatuor iugeribus, cum sit sex: secundum Caiet. ibi. vide tamen diffusè, secunda secundæ. q.77.a.1.

8 REDDITVR etiā illicita ex fraude propter anticipatam solutionē, vt cū quis viliori precio emit: quia prius soluit, habendo respectum ad anticipationem solutionis, non ad æstimationem valoris rei tempore assignationis: quia sic contractus esset licitus de vsu. ca. nauigāti. Nota tamē quod emens viliori precio (quia anticipat solutionem, dummodo non emat minori pretio, quam sit humile) iustitiā non violat.

9 RES potest vendi catius, & emi vi-

lius, quàm valeat secundũ se, vt quando est multum vtilis vẽdenti, & commoda, potest eam plus vendere: quia vendit nõ solùm rem, sed etiam propriam vtilitatem, & emere potest quis viliori pretio: quia res parum sibi vtilis est: non tamen quis potest carius vẽdere: quia est valde vtilis res emẽti, neq; vilius emere: quia res parum vtilitatis affert vendenti: quia neque vtilitas aliena, potest vendi neque aliena incommoditas comparari. Posset tamen emens sponte aliquid plus dare ex honestate, propter vtilitatẽ quam consequitur, & vendens minori pretio dare, ex eo quod parum vtilis res sibi est, non tamen tenentur, per rationem dictam.

10 QVANDO vendens, & emens sciunt valorem rei, & cessat fraus, & non est talis necessitas, quæ excludat voluntarium, & non deest prudentia, vt solet fieri in lusoribus, vel furiosis, & quod sit ab eo, qui potest alienare, talis contractus etiam in conscientia est licitus, etiam si maiori pretio vendatur, vel minori ematur, quam sit iustum pretium. ex Panorm. in capit. quia plerique. de immunita. eccles. q. 9. post Innoc.

11 VENDERE rem suã, quam quis venalem exposuit, secundum veriorẽ opinionem potest cogi sub certo pretio de his, quæ necessaria sunt vitæ hominis: vt quod macellarij tãtum vendunt carnes, & tabernatij tantùm vinum, & panem, & non plus: secundũ Panormi. in cap. 1. de emptio. & vendit. Et quia domus, & vestes, necessaria sunt ad vitã humanã, etiam de his potest statui certum pretium, vt quod pannus nõ plus pro brachio vẽdatur, &c. vt infert Bartol. in l. 1. C. de episc. audien. Secus quando nõ exponit rẽ suam venalem, vel non subest necessitas, vt in l. iiunctum. C. de contrahẽ. emp. habet, si adest necessitas, possunt exuberantes compelli ad vendendum iusto pretio necessaria ad vitam hominis: quia tempore necessitatis omnia victualia communia esse debent, & excusatur quis à furto. ca. si quis propter necessitatem. de furt. eo enim casu omnia fiunt communia, & necessitas legi non subest.

12 HOMINES qui verè, & propriè, sunt serui, id est, qui nõ sunt sui iuris, siue sint serui iure, vel emptione, vel natiuitate, possunt vendi, & emi, etiã quod paganus, vel iudæus seruus baptizaretur: quia secundum doctor. & præcipuè Thom. baptismus non aufert conditionem seruitutis. 2. senten. distinct. 44. quæsti. 2. argum. 2. ad 2. de consilio tamen deberent domini eos facere liberos: secundũ Arc. flor. 3. parte titul. 3. capitul. 6. §. 3. Quomodo autem quis seruus efficiatur, & quot modis fiant serui, vide instit. de iure person. §. serui. ff. de stat. homi. l. libertas. & l. si qui.

13 IVDAEVS, vel paganus seruus, iudæi, vel pagani, non ad mercimoniã, sed ad seruiendum, si baptisatur, liberatur à seruitute tali, nullo pretio dato: si verò est emptus ad mercimoniã, & non exponitur venditioni infra tres menses, per baptismum efficitur liber sine aliquo pretio, sed si exponitur, & non inuenitur emptor infra dictum tempus, liberatur 12. solidis, id est, ducatis. capit. 1. de iudæ. & Panor. ibi gloss. 2. Si autem infidelis emeret Christianum, liberatur sine pretio. ca. generalis. d. 54.

14 EMI, & vendi possunt res spirituales, vt vasa sacra, paramenta, sepulchrum, & huiusmodi, nõ ratione spiritualitatis, vel benedictionis, sed inquantum sunt quædam res, vt pannus, aurum, lapis, fundus, & huiusmodi, dummodò non intercueniat irreuerentia rei sacræ, & adsit necessitas, secundum Thom. 4. sententiar. dist. 25. quæstio. 3. a. 2. ql. 3. &. ca. hoc ius portectum. 10. quæstio. 2. Quædam sunt in quibus principaliter consideratur id, quod spirituale est, vt oleum sanctum, aqua baptismalis, & hoc vendere non licet: quia vendi videretur, quod est spirituale, vt communiter dicitur, tamen distinctio prius data etiã in hoc tenere posse videtur, si adsit intentio.

15 OPERA quæ habent pro principio rem sacram, nō possunt vendi, vt celebratio, auditio confessionis, cuius principium est facer ordo: secundum Thom. 4 suprà. quæ verò habent terminum spiritualem, & non principium, vt doctrina, possunt vendi. Et quando datur aliquid pro primis operibus spiritualibus, vt pro missa, debet applicari non ad spirituale, sed ad temporale, vt pro sustētatione, vel talibus infrà, Simonia. §. 16. 34.

16 VENDENS scienter vnam rem pro alia ignoranti, vt vinum mixtum pro puro, vel aurū alchimicum, quod non habet veram speciem auri, pro vero, peccat, & restitutioni tenetur tā de re ipsa, quàm de damno secuto: secundum Thom. secunda secundæ. q. 77. a. 2. & mortaliter peccat lædens proximum contra iustitiā, secus quādo ignoranter hoc fit, vel vendit scienti: qui scienti, & conscienti, non fit iniuria. de reb. iur. lib. 6. Ex hoc infero, quod vendens vnā rem pro alia æque bonam, ad finem ad quem emitur, vt medicinam, & non excedit iustum precium, non tenetur aliter ad restitutionem, licēt peccet non seruando fidem, nō tamen damnum ali quod ementi infert. De fraude circa quantitatem, & qualitatem, dictū est. suprà. §. 7.

17 VENDENS rem vitiosam sciēter, quando vitium est occultum ementi, damnosum vel periculosum, tenetur exponere ementi tale vitium, aliter peccat, & tenetur de dāno: secundum Tho. secunda secundæ. suprà. Si verò vitium manifestum, secundum Arch. Flo. ementi: vt quia est cæcus, vel cum vsus rei, & si non cōpetat vēditori, potest tamen competere alijs, non tenetur tale vitium manifestare, dūmodò diminuat de precio, quod iustum est propter tale vitium. Vnde vēditor potest sic suæ indemnitati non manifestando consulere, ne res sua plus debito vilior reddatur.

18 SI quis vendat equū lunaticum, sed occultum est hoc vitium emptoti, & dicat, do tibi hunc equum pro cæco, claudo, lunatico. & cum omnibus defectibus, nec volo in aliquo teneri, & tamen emens credit ipsum dicere in omnibus falsum: quia videt equū non esse cæcum, neq; claudum, non tamen aduertit quòd sit lunaticus. dicit Spe. in ti. de emp. & vendit. quòd nihilominus tenetur: quia non specificè propalauit defectum, & emptori duæ actiones contra venditorē competunt. Vide Panor. in ca. iniustū de rer. permu. in gloss.

19 SI defectus est patens, tamen emptor non aduertit, vel quia est negligens, vel quia nō est practicus, nihilominus tenebitur venditor: secundum eundem Panor. suprà. quia est in dolo, & non dixit vitiū. Et quando morbus in breui apparet præsumitur fuisse, & tenetur, dolus enim præponderat: vel in. l. item si obstetrix. ff. ad leg. Aquil. Et hæc etiam valent in foro contentioso.

20 SI emptor emisset rem vitiosam, etiam si sciuisset vitium, non tamen tanto precio, tenetur venditor defalcare de precio per actionem quāto minoris: secundum Panorm. vbi suprà. Quòd si nullo modo emisset, tenetur venditor restituere precium, & retro accipere rem, per actionem redhibitoriā, per quam receditur à contractu. Panor. suprà.

21 VENDITOR nō tenetur manifestare circunstantias de futuro, quæ si adessent, facerent rē minus valere: vt dicere, quòd veniunt multæ naues cū grano, quod si scirent ementes, expectarent, & sic res sua vilesceret: secundum Tho. suprà, huiusmodi enim circunstantiæ non sunt defectus rei vendendæ, ideò non est necesse eas manifestare.

22 NON est licitum mercatoribus inter se conuenire, vt vnus solus vendat vel quod non vendāt minori pretio, secundum Hosti. & officiales non punientes tales, vel concedentes licentiam prædictis, vt possint prædicta facere, puniuntur. l. vnic. C. de mono. Secus quando hoc fieret propter vtilitatem reipub. vt de sale, & similibus.

Intellige ergo quando hoc fraudulenter faciunt in damnum reipu. ſecundum Inno.in c.ſignificante.de pigno. Et hoc intelligendum eſt etiã de omnibus alijs artibus, & de procurantibus quocunque modo,vt annona carius vendatur,vtputa impediẽtes mercatores portantes huiuſmodi,& debẽt puniri:per.l.2.ff.ad leg.Iul.de an. Idẽ de eo,qui emit omnia blada, aromata,& huiuſmodi, vt cariùs vendãtur,ſuprà,Ars.§.8.infrà Monopoliũ. per totum.Hos omnes mortaliter peccare credo,quia contra bonum commune faciunt,& notabiliter proximũ damnificant, & ſic cõtra proximalem charitatem.

23 PETRVS fingit literas, in quibus cõtinetur,q, hoc anno non eſt oleũ in ripatia, & eas proijcit vt inueniãtur: Titius inuenit,& credens eſſe verum, omne oleum quod reperit ibi comparat,ſperans multũ lucrari,& pòſt multum perdit. Ad hoc dicitur,quòd Petrus cõtra fraternam charitatẽ agens, ſi intendebat decipere mercatorem illum,vel alterum,non video quomodò à mortali poſſit excuſari,non tamẽ tenetur reſtituere damnum: quia Titius leuiter motus eſt, propter tales literas emendo huiuſmodi oleum,ideò ſibi imputet damnum.

24 QVID ſi Socrates inueniat literas apertas,vel laceratas,miſſas Ciceroni, continentes quòd in tali loco nõ ſunt aromata, & quòd quærat emere, &c. & Socrates his lectis, feſtinat emere ante Ciceronem?Dico Socratem non peccare,nec ad aliquid teneri, ſed prudenter feciſſe,& hoc placet etiã Arch. Flo.

25 NON licet rẽ emere vt ſtatim vendatur cum lucro,non facta mutatione rei,temporis,vel loci,ſicut faciunt, qui rem priùs vendunt pro 12. quam emant pro 10.Si tamen re empta,accidat aliquem eam velle ſtatim, poteſt cariùs vendi,quàm fuerit empta:quia iuſtum pretium eſt diuiſibile,vel quãdo variatur modus, vt quia emit in groſſo,& vendit ad minutũ,vel quando ſtatim mutatur prẽcium.Poteſt enim accidere,quòd vna res in principio mercati valebit 10. & antequam finiatur mercatum,aſcendit vſque ad 15. vel propter multitudinem ementium,vel quia parum eſt de illa re. in hoc ſenſu intelligẽdi ſunt Arc.Flo. & Ro.ſup.& Sil.ver.emptio.§.10.

26 NON licet aliquid emere,vt cariùs vendatur, quãdo lucrum eſt vltimus finis negotiationis,ſecundum Tho.ſuprà,a.4.Si autem hoc fiat propter aliquem honeſtum finem,vt pro ſuſtentatione ſui,vel familiæ, vel huiuſmodi,licet.infrà Mercantia.per tot.

27 NON licet clericis negotiari, ſecũdum Tho.ſuprà,ad 3.ſuprà.Clericus. §.10.11.& ſecundum Pet. de Palud. non excuſantur à mortali: quia debẽt excommunicari, vt in ca.nemo Epiſcoporum.11.quæſtion.3, & ſi ſe non correxerint,debent deponi,vt in cano ne clericus.diſtinction.91. & lucrum debent dare pauperibus, ſecũdum Panor.in cap.1.ne cleri.vel mon.& hoc ſecundum Rayne.eſt de conſilio tantùm,& non præceptum. Caietan. tamen,non vult quòd peccent mortaliter.ſuprà clericus.§.11.Intellige prædicta de clericis beneficiatis,vel exiſtẽtibus in ſacris,& de omnibus religioſis.Poſſunt tamẽ neceſſaria emere,& ſuperflua vendere: quia hoc non eſt negotiari.

28 PER alios autẽ videtur quòd poſſint exercere negotiationem, dãdo pecuniam mercatori: quia ceſſat ratio prohibitionis quia non impediũtur hoc modo vacare diuinis,dummodò lucrum ordinẽt ad honeſtum finem, & ſine fraude,quia ſic nulli liceret.

29 EMERE vel vẽdere negotiando in die feſto non licet, cõputatur enim inter opera ſeruilia.c.1. & ſi.de feriis. niſi ſecundum Pet.de Palu.in nundinis toleratis ab Epiſcopo ſciente, vel propter neceſſitatem,ſecundum Tho. ſecunda ſecũdæ.q.122.a.4. ad penul. Ea enim quæ victui quoridiano neceſſaria ſunt,non prohibentur vendi, & emi. Neque in loco ſacro, vt in eccleſia, licet negotiari, propter irreuerentiam, quæ committitur. Poſſunt tamen

tamen vendi cãdelæ,nõ propter auaritiam, sed pro satisfactione populi. vide Archi. Flo.2.parte. tit.1.c.16.§. 3.infrà,Emunitas.§.13.

30 PETRVS dat Io. equum ad vendendum pro decem ducatis, & ipse Ioãnes vẽdit pro.12.tenetur illos duos restituere Petro:quia salarium pro labore datum,debet sibi sufficere, secũdum Arch.Flo.& Ro.in ver. emptio. nisi Petrus dixisset,vende pro decem, si plus potes habere, sit tuum, tunc non tenetur restituere. Si tamen excederet iustum precium teneretur ementi, quem contra iustitiam damnificauit.

31 VENDENTES,vel ementes cum falso iuramento, etiam in re minima peccant mortaliter, ratione falsi iuramenti,& mẽtientes similiter, si notabiliter lædunt proximũ,est enim mendacium pernitiosum. infrà, Mendacium.§.1.

32 VENDITOR tenetur emptori de euictione,secundum Pa.ca. si venditori.de emptio.& vẽditi.nisi quando emptor post litem contestatã nõ denuntiauit venditori, vt eum defenderet.l.emptor.C.de euicti.licèt venditor sciret litem motam. Secundò, quando emptor citatus, contumaciter abfuit tempore scientiæ: quia per contumaciam suam videtur condemnatus.in d.l.emptor. vel absente venditore non appellauit.l.eremus.ff.de euictio.Tertiò, quando per iniuriam fuit lata sententia contra emptorem, quia iniuria quæ fit emptori,nõ contingit venditori,vel si per violentiam auferatur extraiudicialiter, vel si per imprudentiam.ff.de euict. Quartò si emptor compromisit, & contrariam sententiam reportauit. Quintò, quando emptor potuit vsucapere, & non vsucepit. Sextò, quando scienter rem alienam emit, nisi specialiter sibi de euictione cauerit.l. si fundum.C. de euict.Septimò, si aliquod casuale sibi contingat.c. ad nostram.de reb.eccl. non alie.Si autem fiat pactum, quòd non teneretur de euictione,nihilominùs re euicta tenetur ad precium, vt in.l.ex empto.in fi.de action.empt.& vendit.ff. Intellige quando pactum fit in genere: secus si persona specificatur, vel causa vna, secundum Lud. Ro.infrà Euictio.per totum.

33 EMPTVM ex aliena pecunia est ementis,si nomine suo emit. C. de rei vendi.l.si ex ea. nisi sit emptum ex pecunijs ecclesiç: vt in c.1.12.q.3. vel de pecunia pupilli,vel minoris,à tutore, vel procuratore.l.2.ff.quãdo ex facto tuto. Idem de emptis ex pecunia militis.C. de rei vendi.l.si vt propositis. Idem de empto à marito, vel vxore, de pecunia sibi ab altero eorum donata.de hoc vide.ff.de donat.int. vir. & vxo.& limita.vt Sil.ver.emptio.§. 22.Si res duobus vendatur,erit illius, cui primò traditur res, nõ cui primò venditur,& idem in donatione.argu. in c.ex literis.de consu. & l.quotiens. C. de rei vend.venditor autem tenetur crimine falsi.ff.ad le. Cor. de fals. l. qui duobus. de hoc vide plenissimè Iaso.in repe. d.l.quotiens.

EMVNITAS.

EMVNITAS ecclesiæ, est priuilegium ecclesiasticæ libertatis, vel personarũ,vel rerum ad eam pertinẽtium, secundum Gof.in sum eo,titu.

2 SECVLARIA placita, in ecclesia vel cœmiterio,non sunt tractanda, ecclesiastica tamẽ bene possunt.ca.1.de immu.eccl.Et sententia iudicis secularis data in ecclesia, ipso iure est nulla, præcipuè sanguinis, quæ sub anathemate ibi fieri prohibetur.c.cùm ecclesia. eodem titul. si tamen sententia alia à sanguine sit ibi data per viã voluntariæ dispositionis,vel iurisdictionis,tenet,secundum Pan.in dict.cap. cùm ecclesia.

3 IN ecclesia quis potest doctorari, secundum Ioan.And.in c.decet.eod. tit.lib.6. & tenent etiam contractus facti in ecclesia, secundum gloss. in d. cap.decet.

4 IN ecclesia, vel cœmiterio non debent fieri conclamationes, seditiones,impetus vniuersitatum, concitationes,publica parlamenta, &c.vt in dict.cap. decet. nisi pro actu pietatis,

secundum Ioann. And. vt refert Panorm. in dict. capitu. cùm ecclesia. & mortaliter peccant talia facientes, quando ex se sunt mala, vel si faciant ex contemptu, vel impediendo totaliter diuinum officium, vel orationē, tempore suo, secundū Pa. in d.c. cùm ecclesia, aliter non est mortale, maximè quādo nō aduertunt ad prædicta.

5 ECCLESIA nō debet incastellari, nec in propugnacula cōstrui, vt inde fiat bellum, vel ibi recipiantur bellantes, nisi iusta necessitas ad hoc vrgeat, & Episcopi licentia adsit. capitu. relinqui. de custod. euchar. Iusta necessitas est. vt boni viri à malis defendantur. Panormi. in dict. capitu. cùm ecclesia. Neque in ea, vel cœmiterio, poni debent supellectilia, vel hospitari, nisi vrgente necessitate, aliter videtur mortale in omnibus prædictis. vt in dict. ca. relinqui. non tamen est, vt dicetur infrà. §. 22.

6 FACIENTES violentiam in ecclesia, vel cœmiterio, extrahendo aliquid violenter, aut confringendo confinia, aut vi, vel furto auferendo aliquid inde, sacrilegium committunt. c. quisquis inuentus. 17. q. 4. contra prohibitionem faciunt. c. sicut antiquitùs. 17. q. 4. & mortaliter peccant. in dict. canon. quisquis. An tales sint excommunicati, & quando, infrà Excommunicatio. 22.

7 EXCOMMVNICATVS confugiens ad ecclesiam, gaudet priuilegio immunitatis ecclesiæ: quia non excipitur, ergo cùm simus in gratijs, debemus & eos includere.

8 SERVVS fugiēs ad ecclesiam sine armis, vt domino se subtraheret, reddetur domino, præstito priùs iuramento de impunitate: vt in cap. inter alia. eo tit. si venit cum armis, continuò extrahetur. l. si seruus. C. de his qui ad eccle. confug. promissa tamē impunitate.

9 IVDAEVS fugiens ad ecclesiam, nō gaudet hoc priuilegio: quia nō propter zelum fidei cōfugit, sed propter euasionem debitorum, vel criminis, & hæc verior est opinio, secundum Pan. in d.c. inter alia. nisi confugiendo peteret baptismum. Idem dicas de quolibet infideli. Alij oppositum tenent: quia hoc priuilegium gratiosum est, & ita Sil. versi. immunitas. 3. §. 3 tenet, multos allegans docto. Prima tamē opinio videtur verior: quia isti nulla reuerentia mouentur erga ecclesiam fugientes.

10 CLERICI, & religiosi confugientes ad ecclesiam, possunt extrahi à suis prælatis, qui eos zelo religionis quærunt, non autē si quærunt odio, vel ex alia mala causa. Pan. in d.c. inter alia.

11 FVGIENS ad ecclesiam propter debitum ex tributo principis, non debet extrahi, sed ibi citari, & si non potest se defendere, procedetur ad missionem in possessionem bonorum, & ita intelligit. auth. de mand. princ. §. publicorum. vide tamen Pan. in d. c. inter alia, si verò sit debitum propter aliud, nō extrahetur inuitus, secundum omnes. De modo autē procedendi sunt opiniones, sed hoc ad confessorem non spectat, ideò relinquatur causidicis.

12 COMMITTENS maleficium, & fugiēs ad ecclesiā, non potest inde violenter extrahi, nec ampliùs de illo maleficio, ad mortem, vel pœnam corporis afflictiuam damnari, etiam si egrediatur sponte, & capiatur, secundum Pan. in d. c. inter alia. potest tamen pecunialiter puniri, vel alia pœna extra corpus mulctari, & cogi ad pœnitentiam, & satisfactionem peragendam, ita tamen quòd non violenter extrahatur, secundum veriorem opinionē, & sequitur glo. in c. reum. 17. q. 4. & sunt ab ecclesia tales defensandi, nisi sint publici latrones, vt pyratæ, & qui stant in stratis ad deprædandum, vel nocturni depopulatores agrorū, vel committētes maleficium in ecclesia, vt ab ecclesia defendantur: secus si extra ecclesiam, vel cœmiterium committerent cum hac spe, vt in cap. si. eod. titu. & licèt loquatur de homicidio, tamen habet locum in alijs grauibus delictis: secundum Pan. ibi. Sed si commisit delictum in ecclesia, non

spe

ſpe defenſionis. Pan.dicit,quod non gaudet priuilegio.in d.c.fi.Alij tenent quod gaudet,& melius,per d. ca.fin. Caiet.in verb.immunitas. videtur tenere cum Pano. quia fruſtrà legis auxilium implorat, qui in legem committit.Item raptores virginum,ſecundum.Pe.de Anch.homicidæ ,adulteri, ſecundum iura antiqua, quãuis de illis teneatur ſecundum ius canonicum quod gaudent immunitate.

[21] CONFVGIENTES ad eccleſiam non incaſtellatam tẽpore belli,nõ poſſunt capi,neque res eorum ibi repoſitæ.ar.in d.c. fi.niſi eſſent ad pugnandum,vt in dicto capitul.ſicut antiquitùs,

[24] INIVSTE detentus in carcere,& dimiſſus cum iuramento redeundi:ſi fugit ad eccleſiam, non poteſt abſtrahi inuitus , ſed petet abſolutionem à iuramento ,maximè ſi imminet periculum mortis,vel mutilationis:ſecundum Ioann.And.in addit. ad Spec.ti. de iureiuran. Si verò iuſtè detineatur compellendus eſt redire : ſecundum Bart.in l.relegati.ff. de pœnis.non tamé eccleſia pati debet ,vt inuitus abſtrahatur,niſi præſtita cautione:vt ſuprà.

[25] ABSTRAHENS aliqué de eccleſia in caſu nõ permiſſo, tenetur illum reſtituere:ſecundum Panor.in d.c.inter.& eccleſia poteſt contra eum agere,in c.minor.17.q.4.nec liberatur per præſtationem iuramenti, vel cautionis,niſi reſtituat.

[26] ABSTRAHENTES huiuſmodi violéter de eccleſia , de iure canonico debent excõmunicari, & pecunialiter condemnari , & imponi eis publica pœnitétia ; nec reſtitui communioni, niſi reſtituant, quem violenter extraxerunt.in d.ca.maior . & ſic mortaliter peccant.Idem dic de eo , qui conſtringit , vel negat requiem , vel victum,vel veſtitum. Not.quòd eccleſia habet hoc priuilegium, & cœmiterium. & 40.paſſus , ſi eſt maior , vel matrix.& 35.ſi eſt minor : vt capella. in d.c. ſicut antiquitus . Similiter & monaſteria religioſorum : ſecundum Arch. Flo.& Hoſtien,licèt non ſit in iure expreſſum.de his 30.paſſibus capellæ:vide Hoſtienſ.in d.c. quiſquis. 17.q.4.Et paſſus continet 5.pedes,ſecũdum Iſido.

[17] FVGIENS taliter,faciet ſibi expẽſas de ſuo,ſi habet:ſecundum Pan. in d.c.inter.q9 ſi non habet,eccleſia prouidebit:ſecundũ Arch.poſt Vgo.in c. diffiniuit.17.q.4. Debent eccleſiæ paſtores ſeruare vitã , & mẽbra illis qui confugiunt.17.q.4.c.conſtituimus.

[18] NOTA emunitatem fratrum prędicatorum: quia nullus de ordinibus mendicantium poteſt conſtruere eccleſiam,vel oratorium,vel conſtructa recipere,iuxta oratoria,& eccleſias dictorum prædicatorum,infrà ſpatium 140.cannarũ,& ſi ſecus factum fuerit, diruatur : ſecũdum priuilegium cle. quia plerique.&c.cuius authenticum eſt Bononiæ,& Regij,in cõuentu prędicatorum.

[19] HAC emunitate gaudet eccleſia nõ conſecrata:ſecundum Pan.& Hoſtiẽſ. inc.eccleſia.eo.ti.& hoſpitalia,ac oratoria alia priuata : ſecundum Gof.ſi authoritate Epiſcopi , vel ſuperioris, ſunt conſtructa:ſecundum dictũ Gof. in c.fi.de eccle.ædi. & placet Panor.in d.c.eccleſia.& palatium Epiſcopi.c.id conſtituimus.17 .q.4 .& eccleſia etiã interdicta : ſecundum communiter Doct.& corpus Chriſti: ſecũdum Hoſtienſ.quia ibi maior eſt ratio, licèt in iure non ſit expreſſum.

[20] PERSONALES immunitates manifeſtę ſunt,quod eccleſiaſticę perſonæ ſunt exẽptæ à iudicibus ſecularibus, ſunt liberæ à manibus violentis ſuadente diabolo,à pedagijs,& angarijs ,de quibus infra , Excommunicatio.1.31.38.

[21] REALES emunitates ſunt , quod perſonæ eccleſiaſticæ exemptæ ſunt à gabellis . pro rebus ſuis , vel eccleſiæ , quas non negociationis cauſa deferunt, quod poſſeſſiones eccleſiæ non poſſunt pro alienis debitis obligari,& quod ruſtici non poſſunt eius rura deſerere,&c.c.3.eo.tit.& alia quę in iure ponuntur.

[22] VIO-

22 VIOLARE ecclesiasticam emunitatem quocunq; modo, ex intētione agēdi contra libertatē ecclesiasticā, quò ad locū, & personas (siue in communi, siue contra talem ecclesiam: secundū Caiet. vbi suprà) est peccatum mortale, quia committitur sacrilegium, si autem fiat non ex tali intentione, sed ex passione, adhuc mortale est, nisi ex imperfectione actus, quia tunc esset veniale, vt cum parua iniuria fit loco, vel personis sacris, nec fit contra præceptoriā prohibitionem, vt si quis comederet in ecclesia sine necessitate, vel hospitaretur, vel faceret concilium, poneret ligna, & huiusmodi, & non adest contemptus: per huiusmodi enim non rei sanctæ magna fit irreuerentia.

23 TENENTES banchum in ecclesia ad vendēdum candelas, imagines, & aliud, peccant mortaliter, quia domū Dei faciunt domū negotiationis: secundum Caieta. suprà. non autem sic, si tenent in cœmiterio, quod est domus defunctorum. Ponere candelas in aliquo loco in ecclesia, vt qui vult emat, vt cōmuniter fit sine persona ibi stante, pro seruitio populi, sine auaritia, & pauperes portantes candelas per ecclesiam, vel imagines, dummodò non teneant banchum, & qui propter pluuiā retrahunt se cum bancho in ecclesia ad horam, excusantur omnes prædicti à mortali: secundum Caieta. suprà. sic enim solet fieri & prælati sciunt, & toletant.

24 NOTA differentiam inter violare libertatē ecclesiasticam, & emunitatē, ad discernendum censuras. Nam qui iniuriam facit loco sacro, violat emunitatem, qui autē iniuriatur personæ, non solùm quò ad ipsam personā ecclesiasticam, sed etiam omnibus rebꝰ, quibus per liberum arbitrium vtitur, vel quas possidet, violat libertatem ecclesiasticam. Ex Caie. suprà. Ideò sunt distincti casus violantium emunitatē, & libertatem.

25 MVLTAS alias emunitates habet ecclesia, & personæ ecclesiasticæ, quas vide in diuersis locis suprà, Clericus. §. 29. Ecclesia. per totum infrà. Gabella. §. 10. Pedagium. per totum. Excōmunicatio. 1. 38. & Tabul. ibi. à §. 15. vsq; ad 20. Excommunicatio. 11. 20. 31. 33. 37. 62.

26 NOTA quod tunc fit contra emunitatem, vel libertatem ecclesiasticā, quando violatur priuilegium concessum super generali libertate ecclesiæ, & hoc siue violetur quò ad omnes ecclesias, vel quò ad vnam, siue quò ad omnes clericos, siue quò ad vnum, non autem si violetur libertas vnius ecclesiæ, vel clerici, & similiter qui agit contra libertatem fratrum prædicatorum, vel minorū, non agit contra libertatem ecclesiasticam Et licèt peccatum mortale in his omnibus sit, tamen aliter puniuntur, qui contra libertatē ecclesiasticam agunt, qua qui contra libertatem specialem. pœna autem violantium hanc emunitatem est, quia aliquando mortaliter peccant: vt suprà. §. 22. quandoque incidunt in excommunicationis latę sententiam, interdum debent excōmunicari, aliquando puniuntur pœna priuationis, aliquando aliter, iuxta leges canonicas, ciuilesque.

ENORMITAS.

1 ENORMITAS criminis est, quando crimen est tale, quod etiā peracta pœnitentia remanet aliquid de pœna, quæ impedit ordinis executionem, & beneficij retentionem, & hęc communiter sunt tria, scilicet homicidium voluntarium. cap. minora. d. 50. vel quasi voluntarium, videlicet quando præcessit culpa. de homi. c. continebatur. secus si non præcessit culpa. & fuit casuale. capit. ex litetis. eod. tit. Secundò, hæresis, in qua post sanatum vulnus remanet circatrix. c. venturn. 1. q. 1. Tertiò, simonia in ordine. capi. inquisitionis. de accusatio. & idem ibi patet de simonia in beneficio.

2 DICITVR etiā enorme crimen, quod dispensationem nō recipit: vt si monia in beneficio. c. erga. 1. q. 1. Dicuntur etiā enormia omnia crimina & delicta, quæ inducūt infamiam ciuilem

uilem etiam post pœnitentiam. 11. q. 8. §. porrò. Idem de crimine, quod inducit irregularitatem : secundum Tab. ibi circa fin.

3 ENORMIS iniuria explicatur in c. cùm illorum. de sent. excommu. vt si membrum mutiletur, si effusio sanguinis sit abundans, & de membro, de quo non facilè exit sanguis. Si in Episcopum, vel Abbatem, vel prælatum, vel superiorē sit iniecta manus. Insti. de iniur. §. atrox. Si quis ita vulneretur vt indigeat medicamine chirurgiæ, vel emplastro, vel aliorū medicaminum: secundū Monal. Si quis fustibus cæditur. Si in theatro, foro, vel ante iudicem verberetur. Si in ecclesia, cœmiterio, dormitorio verberetur. secundum aliquos. arg. in capit. cum pro causa. de senten. excommu. Si fiat iniuria sacerdoti induto vestibus sacerdotalibus, magistratui, parenti, patrono. & prælato. ff. de iniur. l. prætor. §. atrocem. & C. eod. titul. l. atrocem. Ex tempore dicitur enormis iniuria. si fiat tēpore ludi, vel festiuitatis, & hoc est arbitrarium. Ex re ipsa, vt ex vulnere : quia magnitudo vulneris atrocitatem facit : secundum leges, & aliquando locus vulneris: vt si fiat in oculo. ff. de iniur. l. ita incipit, Ex modo. vt quādo est in publico: vt in ecclesia. vel platea, & excessus est notorius: secundum Panor. in d. c. illorum. & de his iniurijs factis personis ecclesiasticis, Episcopus non potest absoluere : secundum eundem Panormit. ibidem suprà, Absolutio. §. 61.

4 QVI habet absoluere, & ligare, poterit arbitrari, an, & quādo talis iniuria sit enormis, vt sciat an possit eum absoluere, nécne. argu. in c. super literis. de rescrip. Sed caueat ne iudicet leuem, quā lex dicit atrocem : quia non absolueret, sed dissiparet. Vide Caiet. ver. excommunicatio. contra percutiē tes clericum, circa fi. vbi declarat, quæ sit enormis iniuria, & in quibus casibus Episcopus etiam in enormi percussione clerici possit absoluere. Vide infrà, Excommunicatio. 1. §. 10.

EPISCOPVS.

1 EPISCOPATVM, vel aliā prælaturam iniunctam à superiore per præceptum, nō licet renuere: secundū Tho. secunda secundæ. q. 185. arti. 2. tum quia repugnat charitati proximorum, tum quia est contra humilitatē, qua quis suo superiori subijcitur. Sed quid agendum si sentit se habere impedimentum, & sic non esse idoneum? Dico secundum Tho. vbi suprà, Aut hoc impedimentum potest remoueri per ipsummet, vt si habet propositū peccandi, quod potest deserere, & sic non excusatur, quin teneatur obedire suo prælatō in hoc, si verò non potest remouere ipse. sed prælatus iniungēs, tenetur impedimentum præcipienti prælato exponere, qui si remouere voluerit, tenetur obedire: si verò noluerit, vel non potuerit remouere, non tenetur ei obedire: vt prælaturā, vel Episcopatum suscipiat. Nec requiritur, quòd sciat sufficientem, sed sufficit, quòd non constet ei de oppositō. suprà, Electio. §. 37.

2 EPISCOPVS secùndum Tho. suprà. a. 4. potest procurare absolutionē à suo officio, quando aduertit, quòd non proficiūt animæ sibi commissæ, vel ex ipsius Episcopi defectu, vel ipsarum animarum, vel quando existimat, quòd per alium meliorē melius disponentur, & sic ad sui quietem potest accedere ad superiorem, & procurare vt amoueatur.

3 EPISCOPVS, vel alius prælatus: secundū Tho. ibi. arti. 1. neq; propter aliquod cōmodum temporale, neque propter aliquod personale periculum imminēs, potest gregē suū personaliter deserere, si subditorum salus exigit personæ pastoris præsentiam. Si autem saluti gregis per alium prouideri potest pro aliquo commodo ecclesiæ, & propriæ personæ periculo, gregem personaliter deserere potest. Sicque tenetur omnia, etiam vitam exponere pro gregis sui salute sub præcepto. Bonus enim pastor animam suam ponit pro ouibus, &c. Thom. suprà. a. 7. ad 1.

ad.1.intellige quando fuerit opus, & neceſſitas hoc requiret.

4 QVILIBET,nõ ſolùm prẽlatus, tenetur ſub præcepto charitatis propriam vitam exponere pro ſalute animæ proximi, vt ſi puer moriatur ſine baptiſmo, quilibet in hoc caſu tenetur ſe exponere periculo mortis, ſi aliter fieri non poteſt, & ad ipſum accedere vbi baptizetur, & ſic ſaluetur: ſecundum Tho.3.ſentent diſtin.24.a. vltim.quolib.2.ad.2. & opuſculo de perfectione vitæ ſpiritualis. capitu. 14.

5 PRAELATVS veriſimiliter dubitans de ſalutæ animæ ſuorum ſubditorum, propter ipſiùsmet abſentiam, tenetur ſtare:non autem ſic alij, quibus cura non eſt cõmiſſa,quando non vident actualiter periculũ animę proximi,licet dubitent.ex S. Tho. ſuprà, ſecunda ſecundæ.q.72.ar.5. & in hoc differt prẽlatus ab alijs. Secus ſi actualiter apparet periculum.

6 PRAELATVS pro adminiſtratione ſacramentorum, quæ non ſunt de neceſſitate ſalutis,ſicut baptiſmus, ſed ſufficit præparatio animi,non tenetur ſe morti exponere, neque pro ſalute corporis, nec hoc poteſt alteri præcipere, ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ.q.105.artic.5.ad.3. ſi autem etiam (quòd non teneatur) ſe exponat periculo mortis, eſt ſignum magnæ charitatis.

7 EPISCOPVS,& prælatus,tenetur ad quærendum defectus ſubditorum vt corrigat, vel releuet, quando fama vel ſufficiẽs motiuum venit ad eum: quia eſt pater, & iudex ipſorum, & prætermittendo actum iuſtitiæ neceſſarium, peccat.ſuprà. Correctio.§.1.

8 EPISCOPVS qui prius erat religioſus profeſſus, tenetur ad obſeruantias religionis, quæ nõ impediũt põtificale officiũ: vt ſunt tria vota, & quę dã alia. Ad ea autẽ quæ impediũt,non tenetur, vt eſt ſilentiũ, & huiuſmodi. ſecundũ Tho.ſecũda ſecundæ.q.105. a.vlt. Et quia nil proprij habẽt, teſtari non poſſunt: quia ſola eis diſpenſatio rerum eccleſiaſticarum committitur, quæ morte finitur.Si tamẽ facit teſtamentum ex diſpenſatione Papæ, non de proprio facit, cùm nihil habeat, ſed ampliatur eius poteſtas diſpenſationis, vt etiam poſt mortem valere poſſit.

9 DE authoritate epiſcopi,ſuprà, Diſpenſatio.§.19.vſque in finem. Beneficium.§.45.33.8.9.10.11.Sil.ver.epiſcopus.§.8.De offic.or.per totum.

10 HABENS votum ſimplex religionis,ſi efficiatur epiſcopꝰ, ſecundũ Th. ſecunda ſecundæ,quæſt.189.a.3.ad 1. tenetur renuntiare epiſcopatui, & ingredi religionem, & eſt caſus literalis in cap.per tuas.de voto.

11 EPISCOPVS non poteſt dare authoritatem nõ epiſcopis,circa ea,quæ pertinent ad ordinẽ epiſcopalem,ſicut eſt ordinare,chriſmare,conſecrare, & huiuſmodi, de quibus ſuprà, Abbas. §.8. Poteſt tamen cõmittere illa, quæ ad dignitatẽ epiſcopalem ſpectant, vt eſt cognoſcere de cauſa matrimoniali,de pœnitentia ſolenni, iudicare de clericis,& huiuſmodi: ſecũdum Pan. in c.accedentibus.de exceſ.præla.&c. viſis.16.qõ.2. præter inſignia, & vſus mitræ,& pontificalium,quæ ſolus Papa concedit. ar. in c.apoſtolici.de priuil.in 6.Ea etiam, quę ſunt iuriſditionis poteſt concedere, etiam ſi non ſit conſecratus, nec ſacerdos. De authoritate epiſcopi in diſpenſando dictum eſt ſuprà,Diſpenſatio.§.18.19.

12 EPISCOPVS non poteſt cadere in pœnam ſuſpẽſionis, vel interdicti, ex aliqua conſtitutione, niſi in ipſa, de ipſis Epiſcopis fiat ſpecialis mentio. Similiter nec eorum ſuperiores. vt in c.quia periculoſum. de ſent. excommuni.lib. 6. Idem dic de ſuſpenſione à beneficio à iure poſita.vt in c. ſi compromiſſarius, de elect. ſecus de excommunicatione.vt not.in dicto c. quia periculoſum.

13 EPISCOPVS tenetur ſeruare formã, quam ſeruare tenebãtur executores, quando propter eorum negligentiam ad ipſum deuoluta eſt executio. Facit tex. in clc. de ſupple. negligen. prælato.

[14] EPISCOPO mortuo, expirat authoritas vicarij, secũdum Pa. in c. 4. ne sc. vac. vt not. gl. in cle. fi. de procu. Idẽ dic de priore constituto ab abbate. eo mortuo. argu. ex not. in d. cle. fi. secus quando est cõstitutus ab abbate, cum capitulo arg. capitu. 2. de sta. regu. vel cum patribus concilij, vel à definitoribus capituli.

[15] EPISCOPVS in synodo debet cõstituere testes synodales. 25. quæst. 6. c. episcopus in synodo. Vide ipsorum officium. ibi.

[16] EPISCOPVS religiosos mẽdicantes cogere potest ire ad processiones ex magna causa tantùm, vt puta, ex introitu noui legati, vel episcopi, vel peste, aut alio graui flagello imminente c. nimis praua. de excess. præla. etiam in generalibus letanijs. vt not. Pan. in c. dilectus. de offic. ord. consuetudine, & priuilegio aliquo ipsorum, in oppositum obstante minimè.

[17] EPISCOPI omni anno synodũ debent tenere, admonẽdo clericos, legendo constitutiones, & prædicando laicis: capi. placuit. 10. quæst. 1. & visitando si possunt ecclesias, monasteria, & hospitalia subiecta eis.

[18] EPISCOPORVM multa sunt peccata, vt si conferant ordines indignis, si cõsecrent nõ virgines, vt virgines, si consecrãt ecclesiastica beneficia indignis, si nõ resideant in sua cathedra, & ecclesia, sine rationabili causa: si non intersint diuino officio, saltem dominicis diebus, si non visitent, vt dictum est, & in visitatione seruẽt iuta tam de inquirendis, & prouidendis, quàm de prædicando, procurationibus, &c. Si non instituant prædicatores in ecclesia cathedrali, potentes in opere, & sermone. Si non celebrent synodum. vt dictum est. Si non prouideant de idoneis ministris, videlicet Vicario, assessore, notario, œconomo non propinquo, sed clerico, de gremio ecclesiæ idoneo. Si negligant executionem legatorum ad se deuolutorum, quò ad executionem. Si non corrigant verbo, & facto subditos, vt opus est. Si non conficiant chrisma annis singulis. Si non dispensant redditus suos pauperibus & ecclesiæ, vt debent. Si negligunt vt magistri instruantur ad docendum opportuna, & artes liberales. Si negligant pascere oues sibi creditas. ex Caieta. ibi.

[19] NOT. quòd ex supradictis, quædam sunt secundum se mala, vt consecrare non virgines, vt virgines, conferre ordines, vel beneficia indignis, &c. ideo errantes in his mortaliter peccant, nisi ex imperfectione actus. Quædam verò sunt mala non secundum se, sed propter aliud, videlicet ex malis actis inde oriti, vt non residere, non visitare, &c. & hæc iudicanda sunt grauia tantum, quantum est bonum, quo oues priuantur, & malum quod sequitur. Quædam autem sunt perpetuæ durationis instituta, vt de residentia, visitatione, &c. & hæc non seruare est peccatum mortale, vel veniale, iuxta prædicta. Quædam verò antiquo tempore instituta, non sunt amplius in vsu, vt de instituendo œconomo, de prædicando in visitatione, &c. & hæc non seruantes non video peccare. ex Caietan. ibi.

[20] DE deputatione prædicatorum, & confessorum cum subuentione eorum, vt dicitur in capitul. inter cætera. de officio ordina. non est amplius in vsu.

[21] EPISCOPVS quos vult ordinare. debet inquirere de ætate, literatura, & ignorantes si ordinat ad sacros ordines, videtur mortaliter peccare. supra, Clericus. §. 7. quantam scientiam debeant habere, ipse episcopus, & qui ordinantur, vide suprà. Clericus. §. 7. Non debet etiam permittere notarium scribendo ordinandos petere salarium, quia prohibetur, in capitul. sicut episcopum. 2. quæstio. 1. quando scilicet est salariatus, secundum gloss. ibidem. aliàs potest accipere aliquid pro suo labore, dummodò episcopus non participet in lucro. infrà. Simonia. § 32.

[22] EPISCOPVS non debet propinquia com-

committere ecclesiastica beneficia, vel officia, vel rerum ecclesiasticarum administrationem. capitu. indicatum est nobis. 89. d. sed Iconomus debet esse clericus, honestæ vitæ, vt in d.di. probatur per totum. Episcopus dando beneficia, debet attendere, vt det dignis, aliter peccat; vt suprà dictum est. §. 18. sic enim personarum acceptator esse conuincitur.

23 EPISCOPVS in publico debet vti lineis indumentis, nisi sit religiosus in ca. cleri officia. de vi. & honest. cle. & tempore interdicti potest celebrare, & celebrari facere vbicunque, & audire diuina. ca. fi. de priuil. in 6. interdictis tamen exclusis, non pulsatis, &c. vt in c. quod nonnullis, de priuil. nisi ipse specialiter sit interdictus, vel causam dederit interdicto, & potest vbique in altari portatili celebrare, & celebrari facere. dict. cap. fi.

24 EPISCOPVS nõ seruans, vel nõ faciens seruari canones ex cõtemptu, secundum Pan. in ca. ego. de iureiur. allegans glo. in c. sacerdos el. 1. 2. q. 7. est periurus, & potest recedi ab eo. sicut ab excommunicato recedere, & præciso. Episcopalis etiam dignitas à conditione seruili, vel adscriptitia liberat, imò & sacerdotalis. d. 54. cap. si seruus sciente.

25 EPISCOPVS habens tẽporalem iurisdictionem in aliquo loco, debet constituere iudicẽ laicum, qui in causa prẽcipuè criminali faciat iustitiam, & potest etiam in speciali delegare in aliquo maleficio, vt faciat iustiriam, & non incurret irregularitatem, dũmodò per suam iurisdictionem, neq; directè, neque indirectè indicet iudici, quòd debeat pœnam sanguinis irrogare, sed solùm in genere, quòd faciat iustitiam, & quòd consulat peritos, aliter esset irregularis. c. ex literis. de excess. præla & secundum Rod. potest dicere, quòd puniat reos, secundũ quòd ius requirit: dummodò nõ exprimat de morte, vel mutilatione, vt not. etiam Vgo. in capitu. omnis. d. 3. Vindictæ tamẽ sanguinis præsens esse non debet, vt in dict. capitu. ex literis.

26 EPISCOPVS sit a ignorans, quòd nescit x. prẽcepta, articulos fidei etiam in generali, virtutes, & vitia, & sacramenta, si interrogatus in sua ordinatione an sciat nouum, & vetus testamentum, & respondeat quòd scit, mortaliter peccat: quia pernitiosè mẽtitur, secus quando scit ea, quæ officio suo sunt necessaria, quia sic est cõsuetum, ideò non videtur mortaliter peccare.

27 EPISCOPVS non potest doctorare, nisi habeat ex priuilegio, & tunc non requiritur, quòd cum consensu, vel consilio capituli faciat, secundum Pan. in c. cum apostolica. de his quæ fiunt à præl. in fine.

28 IVRA episcopalia ponuntur in c. conquerente. de offic. ordi. & ab Archid. Floren. 3. par. tit. 9. c. 5. Vide Pa. in capit. accedentibus. de excess. præla. Sil. ver. episcopus. §. 8. Episcopus dicitur quasi superintendens, eò quòd superintendit laicis, & clericis sibi commissis. d. 10. cap. cleros. & cùm in hoc sit multum negligens mortaliter peccat, & dicitur canis impudicus capit. qui nec. 2. q. 1.

AEQVITAS.

1 AEQVITAS secundum Tho. secunda secundæ. quæst. 120. alio nomine epijcia dicitur, virtus est, legis intentionẽ seruans, & nõ verba: vt quando lex mandat reddi deposita, æquitas dicit, non reddi gladium furioso, quod est contra legem scriptã, sed secundum legis intẽtionem, quam legislator non expressit, sed seruari debet.

ERROR.

1 ERRARE est falsum pro vero putare, & error eorũ, quæ quis tenetur scire, est peccatum, vt quãdo errat circa ea, sine quibus actũ suũ exercere rectè non potest, vt si sacerdos nesciat ea, quæ ad sacerdotiũ pertinẽt, & Christianus articulos fidei, & necessaria ad salutem, peccatum est. Quando autem sit mortale, vide infrà, Ignorantia. §. 2. & Thom. secunda secundæ, quæst 74. a. 2.

2 ERROR dicitur intolerabilis, quã

do

do aliquid communiter, vel in suo genere est peccatum. in c. venerabilibus. §. potest. de sent. excom. in 6. vel si aliquod impossibile contineat, vt in glo. c. per tuas. de senten. excom. vel cõtra ius, vel legem, vel si quis excommunicetur, quia bonum fecit, vt eleemosynam, & huiusmodi in d. gl. infrà. Excommunicatio. §. 16.

3 ERRANTES nõ videntur consentire. ff. de reg. iur. l. nihil. Et si sit error iuris, excusat à dolo, & consequenter à pœna, quæ propter dolum debetur. d. 95. c. ecce ego. Errans in his, quæ quis tenetur scire, molliter peccat, vt in his, sine quibus salus animæ esse nõ potest, vt sunt articuli fidei. suprà, Credere.

ERVBESCENTIA.

ERubescentia qua quis timet, & erubescit in his, quę sunt de necessitate salutis, vt cõfiteri peccatum mortale, & huiusmodi, aut confiteri ea, quæ sunt fidei in articulo, peccatum mortale est, in alijs autem veniale, secundum Caiet. ibi in summa. Erubescentia est turpitudinis vitioſę timor, propter vitiosum aliquod quod vellet agere, secundum Tho. secunda secundæ qõ. 144. a. 2. Vnde est de turpi fiendo timor, verecundia verò timor de turpi facto.

ÆTAS.

1 ÆTAS determinata in multis requiritur necessariò à iure, sine qua, quod est actum, non tenet, vt in sponsalibus. 7. anni completi requirũtur. in matrimonio anni 12. in fœmina. & in masculo 14. de despõsa. impu. libr. 6. cap vnico. nisi quando malitia ætati supplet, quòd tunc est, quando sunt potentes ad coëundum simul, vt not. in d. c. vnico. In professione in fœmina 12. anni cõpleti, in masculo 14. requiruntur. in c. cùm virum. de reg. & c. significatum. ibi. & c. 1. de reg. in 6. In ordinibus primę tonsurę, & triũ minorum 7. anni completi. c. in singulis. d. 77. Accolitatus post annum 12. in d. c. in singulis. Subdiaconatus post annum 17. completum. Diaconatus post 19. completũ. Presbyteratus post 24. completum. in cle. generalem. de æta. & quali. or. Si tamen quis ante dictam ętatem ordinetur, suscipit characterem, sed non executionem ordinis, vsque ad completum tempus, vt not. in d. cle. generalem, nec episcopus posset dispensare, vt ibidem not. Non autem reperitur quòd aliã pœnã incurrat, secundum Archid. Floren. Sed secundum Ray. Anto. de Butr. in c. vel non est. de tempo. ord. non est suspensus ab executione illius ordinis, sed debet suspendi: tamen si exercet illum ordinem ante tempus, peccat mortaliter totiens quotiens exercet, licèt non efficiatur irregularis, nisi prius suspendatur à superiore. intellige igitur q, non suscipit executionem, quia sine mortali nõ potest exequi, non autem quòd ipso iure sit suspensus, sed quòd suspendi debet. infrà, irregularitas. §. 82. in fin.

2 IN electione monialium requiritur ætas 12. annorum cõplerotum, aliter nulla ad electionem admittitur. cap. indemnitatibus. de elect. in 6. In iuramento, & testimonio, exigitur tempus pubertatis. in c. paruuli. 22. q. 5. Idem in testamentis, & in electione sepulturæ. ar. in c. licèt. de sepul. lib. 6. de ætate inquisitoris, infrà, inquisitor. §. 1. in abbatissa ætas 30. annorum completorum, similiter in matre, seu prioriſſa, vel ministra, quæ habet regere monasterium. in dict. ca. indemnitatibus. In abbate annorum 25. inceptorum. per ca. in cunctis. §. inferiora. de electioni vbi regulariter ad quamlibet dignitatem acquirendam, id tempus exigitur, licèt de abbate nõ sit aliquid expressum. suprà, Abbas. §. 1. in prioratu habente sub se collegium. 25. annorum inceptorum. ar. in cle. ne in agro. §. cæterum. de sta. regu. in prioratu non habente curã, 14. annorum completorũ, quia oportet quòd sit professus. capit. nullus. de electioni. lib. 6. ita tenet Pa. in cap. superinordinata, de præbend. licèt alij dicant quòd sufficit esse. 4. annorum, quòd nõ tenetur. In Episcopo. 35. annorum completorum. capitu. cùm in

cunctis de elect.

3 NOT. secundum gloss. in dict. clem. generalem, quòd si annus significatur in ablatiuo, vt dicêdo in anno. 25. quis possit fieri sacerdos, requirit tantùm incœptionem, si verò significatur in genitiuo, vt dicendo sit 14. annorum qui vult profiteri, requirit cõplementum. Et hac regula intelliges annos in iure quando debent esse cõpleti, & quãdo tãtùm inchoati. vide Tabu. ibi. §. 1. Idẽ dicit Ioan. de lig. in dicta cle. generalẽ. & Bart. in l. si cui. ff. de leg. 1. dicens quòd si proferatur in ablatiuo cum præpositione in, sufficit inchoasse. si verò sine, requiritur quòd sit completum. Sil. ibi. q. 2. §. 1.

EVAGATIO.

EVAGATIO mentis peccatum est: quia à ratione declarat. Si munda sit veniale est, si ad illicitas materias declinat, iudicanda est iuxta regulas talium peccatorum, & hoc secũdum se. Si autem adiungatur missæ, vel orationi, vel alijs, quæ requirunt attentionem, aliud iudicandum est, propter irreuerentiam, vel iniuriam annexam, secundum Caieta. ibi, in summa. Et tunc peccatum mortale est, cũ per eam fit contra aliquod præceptũ vt cùm persoluens officium, ad quod tenetur ex præcepto, vagatur mente ex proposito. vide infrà, Horæ canonicæ. §. 9. 20.

EVANGELIVM.

EVANGELIVM audiendũ est in missa non sedendo, nec genu flexo, sed stando, capite discoperto, quò ad viros tantùm. vt prȩcipitur in ca. apostolica. de con. d. 1. non tamen obligat ad mortale. Euangelium super se portare sine aliqua superstitione, ponendo spem non in verbis scriptis, sed in Deo, est licitum, & eodem modo alias orationes, & dicit. Sanct. Tho. Rom. l. 6. coll. 1. in fin. quòd verba euangelij scripta, habent veritatem salutiferam sicut Barnabas curabat infirmos. per illud secunda secundæ q. 96. ar. 4. infrà, Reliquiæ. §. 4. Postquam prædicatum fuerit Euangelium in toto orbe, secundum Aug. ad Esitium, mundi consummatio aduenier.

EVCHARISTIA.

EVCHARISTIA, quod sonat bona gratia, id est sacramentum altaris, ex pane, & vino conficitur, secundum Th. 3. par. q. 73. a. 1. pane scilicet triticeo, & vino vitis. ibi. a. 3. non ex pane ordeaceo, vel ex lolio, vel milio: quia non sunt eiusdem speciei cum frumento, secundum Thomam in. 4, sententiar. & in 3. parte, suprà. Albe. vult quòd ex frumento, spelta, farre, siligine, possit fieri: quia dicit esse species sub genere frumenti contentas. Pet. autem de pal. in 4. sententiar. dist. 11. quæst. 1. a. 4 in 2. concl. dicit, quòd far & spelta, quæ generantur ex triticeo, sunt eiusdem speciei: ideò ex ipsis potest cõfici, & dicit quòd in quibusdam locis ex hoc conficitur. Ric. verò & Sco. dicunt in nullo istorum posse confici, sed in solo frumento. Arc. flo. 3. par. titul. 13. canon. 6. §. 1. dicit hoc esse incertum. Thom. autem 3. par. quæst. 74. a. 3. ad 1. dicit quòd si aliquod granum ex frumento generari potest, sicut ex tritico generatur siligo, ex eo confici potest, nó autem ex spelta, farre, ordeo, & alijs, & hoc tene.

2 ADMIXTIO alterius grani cum frumento si est modica, non variat speciem, ideò in ea potest confici, secus quando est multa, æqualis, vel in plus, secundum Thom suprà, & communiter doctores: ideò in eo non debent confici.

3 Ex pane totaliter corrupto, non potest confici, secus quãdo est in via corruptionis: quia saluatur species panis licèt peccet sacerdos in tali consecrando propter irreuerentiam, secundum Thom. cum alijs. Neque cum amido, secundum Thom. & Sco. quia fit ex tritico corrupto. Quidam tamen contrarium tenent, sed quia incertum est hoc esse verum panem, ratuer volens conficere, exponeret se periculo, & sic male faceret

4 Ex pasta cruda non potest confici, secundum Thom. supra, & Scotum: quia pasta panis non est. Si autem coquatur, erit panis: non cõsuetum homini-

minibus vti pasta pro cibo.

5 In azimo conficit Romana ecclesia, & Græca in fermentato, & omnes tenentur seruare ritum suæ Ecclesiæ, ideò ita peccaret sacerdos latinus celebrans in Ecclesia Græcorum in azimo, sicut peccaret Græcus in ecclesia Latinorum conficiens in fermentato: quia ritum ecclesiæ peruerterent. in cap. literis. de celebra. miss. & secundum Thom. suprà, Rationabiliùs tamen Latini faciunt: quia sic fecit Christus in azimo cõsecrans, prima die azimorum: & quia corpus Christi conceptum fuit sine vlla corruptione. Cõcordat Sco. probans Christum in azimo consecrasse.

6 Ex pane confecto cũ aqua non naturali, sed vel rosacea, vel alterius conditionis, non potest confici: quia hic non est verus panis: quia sicut dicit Innocen. in quadam decret. sicut allegat Thom. suprà, verè admixtio aquæ ad farinam, est de necessitate huius sacramenti. Con. Sco. & Ric. licet Ast. & Dur. or. mi. dicant quòd ex hoc potest confici, licèt taliter conficiens peccaret. Prima tamen opinio communior, & melior.

7 De soso vino vitis, & non alio liquore, etiam balsamo, sanguis Christi potest confici, secundum Tho. 3. parte qu. 74. a. 5. Neque cum aceto, quia per corruprionem vini fit acetum, neque cum agresta, quia cùm sit in via ad vinum nondum est vinum, secundum Thom. suprà. Secus de vino acetoso: quia licèt sit in vna corruptionis, tamen adhuc est vinum, peccaret tamen sic conficiens, vt dictum est de pane, qui est in via corruptionis.

8 De musto expresso etiam nouiter ex vna potest confici. capitul. si necesse. de con. distinct 2. & Thom. suprà, non tamen debet vna in calicem exprimi propter impuritatem, nisi ob necessitatem. In vua tamen non potest: quia vua non est potabilis. sed magis comestibilis.

9 De vinera multum adaquata non potest confici, quia vinum non est, secus quando parum esset de aqua, ita quòd non mutasset speciem vini, non tamen liceret, nisi cum aliud non posset haberi.

10 Papa non posset dispensare, vt sine vino conficeretur in locis, vbi vinũ non potest haberi: quia in sacramentis inessentialibus Papa non potest dispensare. Vnde dicitur, quòd Alexander vltimus voluit dispensare quibusdam petentibus, & fuit declaratum, quòd non poterat. Posset tamẽ secundum Pis. & Ang. in verb. Eucharistia. dispensare, quod tantùm corpus conficeretur. hoc tamen dubium habet, ratione perfectionis sacramenti.

11 Admixtio aquæ in vino est de præcepto. in cap. literas. de celebr. missa. & consecrans sine aqua, mortaliter peccaret, non tamen est de essentia. nam Græci consecrant verè, secundùm Petr. de pal. & non ponunt aquã & debet esse aqua naturalis, vt suprà, de aqua qua conficitur panis, aliter mortaliter peccaret conficiens scienter, & debet esse modica, vt citò in vinum conuertatur, secundum Thom. suprà, & Sco. vnde bonum est in principio missæ calicem præparare, vt faciunt fratres prædica. vt interim aqua possit in vinum conuerti, & debet apponi in missa, & non ante in bocali, vel vegete: secundum Petrum de pal. debet etiam benedici quando apponitur: quia non amplius poterit benedici: quia in vinum erit conuersa. Vinum autè non benedicitur tunc: quia remanet.

12 Sacerdos potest cõsecrare totam materiam panis, & vini, positam coram se quantacunq; sit, siue pro vsu fidelium, siue ad alium effectum malum, non tamen omnem panem, & omne vinũ, quæ sunt in ciuitate: quia oportet quòd materia sit præsens, secundum Thom. in. 4. sent. di. 11. q. 2. a. 1. q ad 13. par. q. 47. a. 2. De præsentia materiæ, dicit Petr. de pal. quòd oportet materiam esse præsentẽ, alias esset falsitas, dum dicitur per pronomen demonstratiuum, hoc est, & hic est, &c. & non est determinata quantitas, vt possit consecrare tot hostias,

& non plures: secundum Tho. quicquid dicant alij. Hæc est cõmunis sententia. & tenenda. Hic angelica mordet Sanct. Thom. sed non est curandũ de eius verbis, sed de rationibus Sanct. Tho. quæ sunt multum rationabiles, & bene fundatæ.

13 FORMA consecrationis panis est hæc, Hoc est corpus meum secundum Thomam. 4. senten. distinct. 8. q. 2. argument 1. quoli. 1. Sco verò ibi dicit, quòd hoc non est certum, videlicet quòd sit forma, nec est necesse scire, quæ sit forma determinata. Sed Tho. 3. parte. quæst. 78. 1. ad 1. tenet. quòd hæc est forma, & qui diceret hæc tantùm, cùm intentione, consecraret, licèt grauiter pecaret, opinio autem Sco. est contra vsum Ecclesiæ, ideò non tenenda. Ly enim: non est de essentia, tamen debet dici. quia secùndum vsum Romanæ Ecclesiæ, est & scienter omittens peccaret, faciens contra consuetudinem ecclesiæ, consecraret tamen. hęc secundum Thom, vbi suprà. ql. 3. ad. 2.

14 FORMA consecrationis vini est hæc, Hic est calix sanguinis mei noui, & æterni testamenti, misterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum: secundum Thom. 3. par. q. 38. a. 3. sic enim habet consuetudo Ecclesiæ. Ly enim, non est de essentia, tamen debet dici, sicut supradictum est de forma panis consecrandi. Sic stat in missali sancti Ambrosij, scriptum literis aureis tantùm verba consecrationis. Et his formis nihil debet addi, nil minui, aliter quis grauiter peccaret: vt dicendo, hoc est verum corpus meum, & huiusmodi.

15 QVID si miraculosè hostia appareat caro, &c. suprà, communio. §. 12. ibi ponitur quid sit agẽdum. Solus sacerdos potest hoc sacramentũ consicere. d. 25. cap. perlectis. & omnis, tam bonus, quàm malus, etiã degradatus: quia habet characterem ordinis sacerdotalis indelebilẽ, ideò semper potest, licèt non de iure.

16 DVO sacerdotes possunt eandẽ hostiam consecrare, ita vt vnus medietatem vnam, alius alteram consecret, secundum Pet de pa. 4. sen. di. 13. q. 4 a. 16. Immò plures. possunt eandem hostiam simul consecrare, vt solet fieri in ordinatione sacerdotum, qui simul consecrant cum episcopo, & omnium intentio debet ferri ad instans principaliter consecrantis. hoc tenet Sanct. Tho. 3 par. quæst. 82. a. 2. post Inno. 3. & Petrus de pal. licèt quidã oppositũ dicant, cõtra tamẽ vsum ecclesię, ideò non tenendum, sed primum verũ est.

17 QVI habet coram se 20. hostias, de quibus intendit consecrare tantùm 10. sed non determinat, quas velit consecrare, nullam consecrat: quia eius intentio est indeterminata, sed si credit hostias esse 40. & sunt 50. tamen intendit consecrare omnes quas coram se habet, omnes consecrat: quia eius intentio est determinata. Et si aliquæ hostiæ essent ibi sub mappis, vel aliter in altari, quia eas non intendit consecrare. Similiter si aliqua gutta vini esset extra calicem, non essent consecratæ hostiæ, neque guttæ vini tales: quia non intendit.

18 MISSA mali sacerdotis quantum ad sacramentum, quod est principale, tantùm valet, quantum missa boni sacerdotis: quantum autem ad orationes, siue oret in propria persona, siue vt ministet ecclesiæ, melior est missa boni, quàm mali. Nam melior instrumento opus melius artifex facit. Ita tenet S. Thom. suprà, & Alex. Papa. in cap. ipsi sacerdotes. 1. q. 1.

19 AN vinum congelatum cùm non potest commodè liquefieri, possit consecrari? Sil. ver. eucharistia. 2. circa fin. dicit, quòd sic. quia à non congelato non differt specie, sed videtur habere dubium: quia non est per modum potabilis, sicut non potest consecrari botrus, in quo est vinum, vt suprà dictũ est. quia vna magis est comestibilis, quàm potabilis, ita videtur & de glacie, cum qua glacie ex aqua facta, vel niue, licèt verè sit aqua, tamen quis non potest baptizari, quia non habet modum ablutionis, sic fortè posset dici de

ci de vino glatiato, quod non possit cõ fici, saluo tamen meliori iudicio. Consulerem igitur sacerdoti, vt vinũ omnino glaciem factum, nó sacraret, sed aliud potius vinum apponeret nó cõ gelatum, quod consecraret, repositio primo in piscina.

EVICTIO.

EVictio secundũ Azo. est rei emptæ, aut ex alia iusta causa acceptæ per sententiam iudicis abductio. Sicut si A. emat agrum à B. & C. in iudicio probauerit esse suum, dicitur illũ euincere, & hinc oritur euictio, vnde B. qui vendidit, tenetur A. de euictione, ideſt pro re euicta suprà, Emptio. circa fin. §. 32. & pro re euicta, & dãnis ob hãc causam datis satis facere, si de euictione tenebatur.

EXCOMMVNICATIO.

1 EXCOMMVNICATIO nota debet esse confessori, tã maior, quam minor, vt primò sciat in quibus casibus excõmunicatio incurritur: vt cognoscat an pœnitens sit excommunicatus vel non. Secundò, in quibus casibus excõmunicatus, dicendo, faciendo, suscipiendo, peccat, & cognoscat peccata, quæ in excõmunicatione manendo fecit. Tertiò, perpendat peccata, quæ in excommunicatione occasionantur in altero non excommunicato. Quartò, sciat qualitatem vinculi, an superiori, & cui reseruetur. Ex Caiet. in summa ibi.

2 IN excommunicatione qualibet, siue à iure, siue ab homine. Primò est consideranda persona, quæ excommunicatur, an excommunicatio se extendat ad illam. Secũdò, an actio, propter quam quis excommunicatur, sit consummata: quia nisi sit consummata, non est locus excommunicationi, etiã quod sit incœpta. Ex parte autem agentis, à quo egreditur actio exigitur, quod sit agens eliciens, & non tantùm imperans: quia si excommunicatur occidens Titium, qui mandat occidi, non est excommunicatus, ideò quando canon vult comprehendere etiam cooperantes, dicit: quicunque dederit consilium, auxilium, &c. vel quicunque fecerit, vel mandauerit, & cæ. ideò benè videndi sunt textus antequam detur iudicium circa excommunicatos. Nec obstat excommunicatio iuris communis contra participantes in crimine crimino so: quia loquitur de participante cum iam excommunicato: vt infrà declarabitur, Excommunicatio. 25. Caiet. vbi suprà.

3 QVANDO excommunicantur dãtes consilium, fauorem, vel mandantes, &c. nunquàm sunt excommunicati, nisi sequatur talis effectus, pro quo consuluerunt, mandauerunt, &c. & quando excommunicantur retrahentes à solutione decimarum, & huiusmodi, sunt excommunicati, si quãtum in se est retrahant, etiam quod non sequatur retractio: quia actus propter quam lata est excommunicatio, non est retractio à solutione decimarum. sed dicere aliquid propter quod retrahantur, & sic de similibus. Caietan. suprà.

4 EXCOMMVNICATIO secundum Thom. 4. sententia. d. 18. dicit separationem à communione Ecclesiæ, quo ad fructum, id est, à sacramentis, & suffragia generalia, id est, à participatione spiritualium, & hoc de maiori excommunicatione intelligitur. Vnde sacerdos, vt minister ecclesiæ orans, non potest pro eo publicè, & specialiter orare, licèt secundum quosdam in ipso memento missæ possit orare tanquam persona priuata, quia illud spatium conceditur sacerdoti, vt possit orare pro suis, siue sint Christiani boni, vel mali, siue infideles, siue aliter.

5 EXCOMMVNICATIO minor, de qua in cap. cùm excõmunicatio. 11. q. 3. excludit præcisè à passiua participatione sacramẽtorum, quia sic ius disponit. cap. si celebrat. de cleri. excommuni. min. & ab electione, quia talis est inhabilis ad quodcunque ecclesiasticum beneficiũ, & si eligatur, etiam per ignorantiam nullam consequitur dignitatem, vt not. in cod. cap. si celebrat. vt tenet etiam ibi Innoc. A cœtu

autem fidelium non excludit, nec à participatione spiritualium bonorũ, nec à sacramentis conferendis, ita, vt collata non teneant, licèt ipse peccet conferendo, vt in eodem c. de excommunicatione, quæ est à Deo propter peccatum mortale, hîc nõ fit mentio.

6 INCVRRITVR autem minor excommunicatio post concilium Constantien. si participatio interueniat cũ excommunicato publicè, & nominatim. Secundò, participando cum excõmunicato propter notoriam manum violentam in clericum, nisi participet in casibus à iure permissis, de quibus infrà. §. 39. tunc non incurrit. Vide infrà. §. 20. reliqua de minori excommunicatione.

7 EXCOMMVNICATIONE vtitur ecclesia secundum Tho. suprà, vt medicina, quia finis eius est, vt excommunicatus delictum suum recognoscat, & ad Deũ redeat, & est maxima pœna. c. Corripiantur itaq; à præpositis suis subditi correctionibus de Charitate venientibus pro culparũ diuersitate vel minoribus, vel amplioribus: quia & ipsa, quæ dãnatio nominatur, quam fecit episcopale iudicium: qua pœna in Ecclesia nulla maior est, potest (si deus voluerit) in correctionem saluberrimam cedere, atque proficere. Neque enim scimus quid cõtingat sequenti die, aut antè finẽ vitę huius, de aliquo tali desperandum est, aut contradici Deo potest, ne respiciat & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati, cordisq; contriti, à reatu quatenus iustę damnationis absoluat damnatum quẽ ipse non damnat. Pastoris tamẽ necessitas habet ne per plures serpãt dira cõtagia, separare ab ouib⁹ sanis morbidas, &c. 24. q. 3.

8 CVM excommunicatio non feratur, nisi propter mortale peccatum, secundum Tho. & Per. de Pal. vbi suprà. ideo qui potest sibi facere conscientiam, quod non peccauit mortaliter, nunquàm incurrit excommunicationem iuris, quia sententia iuris nõ est iniusta. A iudice autem non nisi propter contumatiam infligitur, non autem solùm pro mortali, secundum Tho. suprà. vt si noluit comparere, vel recessit ante sententiam, vel noluit se monitus corrigere, &c. c. ex parte. de verbo. signific. & in c. certum. 11. q. 3. & Pan. de iudic. cap. 1. secundum Ar. Flo. 3. part. titu. 25. cap. 73. Potest quis excommunicari pro inuasione, vel retentione rerum ecclesiasticarum. cap. Pisanis. de resti. spol. in. 6. pro iniuria facta prælato. cap. Cuilsarius. 25. quę. 4. pro defensa iuris sui potest excommunicare ordinarius. cap. dilecto. de sent. excom. in 6. propter negligẽtiam quis potest excommunicari. c. nemo de consec. distinct. 1. Dominus etiam propter contumaciam serui, vel procuratorum. vt lit. non contest. cap. 1. cum modificatione ibi not. secundũ Ioan. de Lig. & singuli culpabiles propter contumaciam capituli. ca. Romana. de senten. excom. in 6. Vide Pa. in d. c. 1. de iudi.

9 EFFECTVS excommunicationis maioris sunt multi. Primò, taliter excommunicati priuantur fructu orationum, & bonorum factorum per bonos Christianos, licet aliquãdo pro eis in publico orare tantùm in generali, in speciali verò tantùm in secreto. Secundò priuat participatione in diuinis officijs, vt non possint cum alijs interesse, vel in Ecclesia cum alijs orare, sine mortali peccato, nec extra ecclesiam audire diuina. cap. quod in te. de pœnit. & re. non tamen prohibentur ab ingressu ecclesiæ, dummodò nõ audiant diuina, vel orent cum alijs. Prædicationem autem audire possunt, tenentur tamen dicere officium, si sunt clerici, &c. sed soli dicãt, sine dominus vobiscum: secundum Petrum de Palud. 4. sententiar. d. 18. quæstion. 4. a. 1. nec debent videre corpus Christi. Hæc intellige de publicè excommunicatis: de secretè autem excommunicatis, qui hæc faciendo seipsos publicarent, & proximos scandalizarent, & non sunt in mora petendæ absolutionis, credo non peccare participando: quia nec hoc debet

bet intendere lex, nec excommunicator, qui autem possunt non participare sine tali scandalo, seruare debent. Tertiò, si est iusta, excludit à regno cælorum. canon. quisque. 24. quæst. 1. & iniusta lata si contemnatur similiter 10. quæstion. 3. canon. nemo. Quartò, excludit ab actu, & officio cuiuscunque ordinis, ita quòd exequens fit irregularis. cap. apostolicæ. de cleri. excom. ministran. nec potest nisi per Papam dispensari. capi. æterni. de senten. & re iudica. nisi quãdo baptizaret in casu necessitatis, vt facit vetula sine solennitate, secundum Gu. Si recipit ordines fit irregularis, secundum Petr. de Palu. 4. sent. supra: nisi probabilis ignorantia eum excuser. in dicto. cap. apostolicæ. ignorantia scilicet facti, quæ etiam celebrantem excusat, si cantat epistolam priuatè, vel solenniter sine manipulo, si est consuetum sic cantari per non ordinatum, si exercet actum quatuor minorum etiã solenniter nõ incurrit, nec si officiat simul cũ alijs in Ecclesia nõ sicut sacerdos officiaret solenniter: quia & seculares idem facere possunt. Item si Episcopus excõmunicaret celebrantẽ in tali capella, celebrans ibi nõ prima vice, sed secunda fit irregularis & illi, qui admittit excommunicatũ ad diuina, est interdictus ingressus ecclesiæ, & nõ est excõmunicatꝰ, & si celebrat, fit irregularis. cap. Is cui est ecclesiæ interdictus ingressus (cùm sibi per consequẽtes cẽseatur in ipsa diuinorũ celebratio interdicta) irregularis efficitur, si contra interdictũ huiusmodi diuinis in ea se ingerat in suo agẽs officio sicut prius, &c. de sententia excõmunicatio. libr. 6. Quintò excludit à beneficio ecclesiastico, ita quòd nullũ acquirere potest. capit. Postulastis per sedem apostolicam edoceri & infrà. Con. V. R. quòd cum excõmunicatis cõmunicare nõ debeat, & clericis excõmunicationis vinculo innodatis ecclesiastica beneficia nõ conferri possunt, &c. De clerico excõmunicato, deposito, vel interdicto ministrante, nec alteri cõferre. cap. Tãta est clauis Petri: & infra de excessibus prælatorum de beneficijs habitis dum est in mora petendę absolutionis nil percipit. capitu. Pastoralis officij diligẽtia & infra, &c. de appellationibus secus nõ est in mora. in dict capit. tanta, si tamen non haberet vnde viueret, debet sibi prouideri ne cogatur mẽdicare in opprobrium cleri. Et perseuerans per annũ in excommunicatione omnibus beneficijs potest priuari. canon. Causa vndecima, Quęstione tertia, Canone trigesimo quinto. Rursus constitutum est, vt quoties clericis conuictis, vel confessis in aliquo crimine vel propter vtilitatem eorum, quorum verecundiæ parcitur, vel propter Ecclesiæ opprobrium, aut insolentem insultationem hæreticorum atque gentilium, si fortè causæ adesse voluerint & innocentiam suam asserere, intra annum excommunicationis hoc faciant. Si verò intra annum causam suam purgare contempserint, nulla eorum vox audiatur. quæst. 3. præcipuè si est excommunicatus pro causa criminali, & quomodo est suspectus de hæresi. infrà Hæreticus. §. 3. Sextò, excludit ab ingressu religionis. debet enim priùs absoluti: quia sic intrare nõ decet, secundum Panor. in capi. ex publico. de conuersio. cõiug. in glo. 2. & fratres prædicatores possunt ex priuilegio eos absoluere ante ingressum. Septimò, excludit ab electione canonica, tam actiuè quàm passiuè. cap. cõstitutus. de appell. & electio nulla est. ca. dilectus. de consuet. Intellige de notoria, & secũdum Pet. de Palud. hoc est etiam verum in dignitate laicali, vnde in Regem, vel Imperatorem nõ potest eligi excommunicatus. c. per venerabilem. de elect: Sed si excommunicati non possunt expelli de capitulo, de iure, vel de facto, secundum Innoc. possunt admitti cũ protestatione, quod non intendunt eis communicare ius eligendi, & potest fieri protestatio publicè, & occultè, quando timetur. arg. in capitu. 1. quod metus causa. debent tamen expelli si possunt. aliter electio est nulla, secundum Panormita. suprà

Intellige de maiori excommunicatione tantum: quia minor non excludit à potestate eligendi actiuè, sed passiuè tantùm. c. si celebrat. de cleric. excommu. ministr. Panor. in c. illa. de election. quare autem non priuatur actiua: quia non est priuatus communione hominũ. Octauò, excludit ab officio, ita quòd excomunicatus est suspẽsus ab officio, beneficio, & vsu iurisdictionis, vt neq; ligare, neque absoluere possit cap. audiuimus. 24. quæst. 1. & Thom. 4. sent. d. 18. quæst. 2. a. 2. quol. 3. Innoc. intelligit, quando non est toleratus, secus si sit toleratus. Nonò, excludit ab omni spirituali potestate, ita vt non possit alium ordinare, nec ab alio ordinari, quantùm ad executionem, quia etsi imprimit, vel recipit characterem ordinis, non tamen executionem. Idem dic de hæretico, & schismatico. Tamen si tales sunt secreti, & tolerati recipiunt, & dant etiam executionem, secundum Innoc. in c. 1. de schisma. & Col. in c. fi. de ordin. ab Episco. Et hæc via est tutior, & placet Panorm. Nunc autem multum est modificata per concilium Constant. infrà, interdictum. §. 21. 39. Et ideò non incurritur ista suspensio executionis, vel irregularitas, nisi quo ad illos, quos tenemur euitare. sup. Absolutio § 30. 31. Decimò, excludit à collatione beneficiorum. quia beneficia non potest conferre. d. c. tanta. de con præb. Secus quamdiu toleratur. iuxta dictam Extrauagantem Constantien. Item excommunicatus nullum actum legitimum potest exercere, vt iudicare, accusare, testificare, &c. 1. quæstio. 2. §. euidenter. Similiter intellige de omnibus actibus publicis, vt est procurare, aduocare, instrumenta facere, &c. secundum Panormitanum in capitul. veritatis, de dolo & contum. col. 12. Vide ibi qui actus teneant & qui non. Item fidelitas vasallorum durante excommunicatione in domino, est suspensa. cap. nos sanctorum. 15. quæstion. 6. verb. apostasia. §. 1. Item excommunicatus non potest contrahere matrimonium sine mortali, si tamen contrahit, tenet. Potest etiam exigere, & reddere debitum sine mortali. Et sic excommunicatus moriens non debet sepeliri in sacro, & si fuerit sepultum corpus, debet exhumari, si potest discerni. Et est infamis 6. quæstion. 1. can. infames. Multa alia mala generat excommunicatio, quæ propter prolixitatem omittuntur.

10 EXCOMMVNICATIO quãuis sit iniusta, dum tamen nõ sit nulla, & si sit annullanda debet timeri, secundũ Petrum de Palud. 4. sententia. d. 18. quæstio. 1. a. 3. siue sit iniusta ex parte excommunicati, qui est innocens, siue ex parte excommunicantis, non ferentis eam zelo iustitiç, sed vel ex odio vel alia mala causa, vel ex parte ordinis, quia processit vel per falsos testes, vel sine monitione, vel sine scriptis, vel huiusmodi. Et qui eam contemneret, mortaliter peccaret, propter inobedientiã ad ecclesiam, & pœnas iuris incurreret, & tunc fit iusta. Quærenda est ergo absolutio, & est seruanda. Si autem est omninò nulla, & non seruando illam, non sequitur scandalum, non est neque timenda, neque seruanda. Si autem non seruando sequitur scandalum astantium, ratione scandali est seruanda. Quãdo autem est iusta, sed secreta, quomodo se debeat habere, dictum est suprà in secundo effectu excommunicationis, Vide suprà.

11 EXCOMMVNICATIONEM debet præcedere trina monitio, vel vna pro tribus, coràm personis idoneis facta cum interuallo dierum, nisi aliud suadeat necessitas. aliter est iniusta, & iudex per mẽsem est suspensus ab ingressu ecclesiæ. c. sacro. de sent. excommu. Et hanc pœnam non incurrit Episcopus, vel superior. capit. quia periculosum. eod. tit. in. 6. Et quamuis sit iniusta, tenet. capit. Romana. eod. tit. libro sexto. & excommunicator condemnatur ad expensas: secundum Panor. c. reprehensibilis, de appel. gl. 1.

12 ISTA monitio potest fieri siue scriptis coram personis: vt suprà. Potest

fieri

fieri etiam scriptis, sine præsentia dictarum personarum: secundum Panormitanum in d.cap. sacro. Secus de sententia, vt dicemus. Et quando ius excommunicat propter aliquod delictum, iudex potest pro eodem excommunicare sine tali monitione: secundum Panormitan. in dicto cap. reprehensibilis. quia non est noua excommunicatio, sed pronuntiatio iuris: secundum Hostiens. Eodem modo si Papa committat alicui, vt excommunicet Titium, quem constat Papam iam excommunicasse: secus si solùm committat, quòd excommunicet, requiritur monitio tunc & ratio, quòd requiratur monitio in excommunicatione, est quia cùm sit maxima pœna vt dicit Thom. in quarto sententiar. distin. 18. sine monitione fieri nó conuenit.

13 QVANDO fertur excommunicatio pro contumacia de præsenti, vel præterito, debet præcedere monitio, nisi aliter necessitas suadeat: vt suprà. Si verò sit de futuro, & fit per modũ statuti generalis, vel municipalis: secundum Panor. in cap. excommunicationi. de rapt. post Innocent. quando statutum infert sententiam de re futura negatiuè, vt cũ dicit, nisi quis restituerit furtum, &c. requirit monitionem, & terminum, videlicet infrà tot dies, vel horas: aliter non incurritur excommunicatio. Quando verò infert affirmatiuè, vt dicendo quicunque aperuerit apothecam tali die, vel hora sit excommunicatus, non requiritur monitio. Si verò sit de futuro per modum sententiæ affirmatiuæ, vt dicendo: omnes soluant decimas, nó debet fieri sine monitione, vt suprà, nisi ex causa rationabili præcedente: vt suprà, quæ in sententia debet exprimi. Vel negatiuè, vt dicendo: Nemo blasphemet, &c. & tunc secũdum quosdam potest fieri sine monitione, quia committens actum prohibitum, habet contumaciã annexam, sed quia hoc videtur esse contra text. & gloss. dict. capitul. Romana. ideò tutiùs dicitur, quòd fiat hoc modo: monemus vel præcipimus, primò, secundò, & tertiò, peremptoriè, ne quis faciat tale, & cætera, sub pœna excommunicationis, &c.

14 EXCOMMVNICATIO siue fiat contra certam personam, siue incertã, debet fieri in scriptis, vt dictum est: & requisitus infra mensem à die sententiæ, loco, & tempore debito, tenetur tradere exemplum, de qua requisitione fiat instrumentum, vel literæ cum sigillo authentico, aliter excommunicator est suspensus per mensem, ab ingressu ecclesiæ, & diuinis officijs eod. titulo, capitulo primo, libro sexto. & si se ingerit, efficitur irregularis, & non absoluitur, nisi à Papa, & similiter seruetur in suspensionis, & interdicti sententia. Episcopus tamen & superior non incurrũt. d.c. quia periculosum. pœnam. Religiosi quoq; excusantur, ab hac pœna, quia cùm continuè habeant corrigere, oportet semper habere notarium, vel quia alium modum corrigendi habent, vel ex suis constitutionibus, vel ex consuetudine, vel ex ignorantia iuris excusantur: secũdum Lapum. Gemi autem in capitul. cùm medicinalis. in sexto. de sent. excõmu. contrarium tenet, dicens dictum cap. omnes excommunicatores astringere ad dictam formam. Et Lapi ratio nihil, vel parùm valet: quia prælatus non habet continuè corrigere de criminibus, quæ requirant summam pœnam. Potest igitur limitari, quòd talis forma non teneat, quò ad omnes, quando seruando eam periculum esset in mora: vide Sil. ibi. Excommunicatio. 1.

15 EXCOMMVNICATIO ad hoc, quòd iusta sit, requirit expressionem causæ in scriptis, vt dicendo, quia fuisti peremptoriè citatus, & noluisti cõparere coram nobis, &c. aliâs est locus pœnæ dict. ca. primi. Igitur ad hoc, q̃ fiat iusta, quatuor requiruntur, videlicet, monitio competens, & præcedẽs. Secundò, causa rationabilis. Tertiò, quòd causa sit manifesta, non tantùm prælato, sed & alijs. Quartò, quòd fiat in scriptis modo suprà dicto, & sine

istis sententia, siue excommunicationis, siue suspensionis, siue interdicti, est iniusta.

16 EXCOMMVNICATIONIS sententia in multis casibus est nulla, & cõsequenter non seruanda. Primò, quando lator eius nõ erat iudex excommunicati, nec habebat potestatem super eum. cap. ad nostram. de consuetud. Secundò, quando est à iudice proprio sed excommunicato publicè. capitul. audiuimus. 24. quol. 1. vel intruso. capitul. alienationes. 12. q. 2. vel suspenso, aut interdicto à iurisdictione. capi. quia. de concess præbend. Secus si ab ordine tantùm: tunc enim posset ea, quæ sunt iurisditionis, sicut suspensus vel interdictus à iurisditione, potest, quæ sunt ordinis. Tertiò, si ille qui tulit, est violator interdicti hominis, & nõ fuit absolutus. capit. tanta. de excess. præla. Quartò, si excommunicauit subditum contra eius priuilegia. capitu. capella. de priuileg. Quintò, quando fertur à delegato impetrato, in casu non permisso, in sexto. de rescrip. capitu. 1. Sextò, cùm quis excommunicatur à delegato contra delegãtis intentionem. capitul. fina. de præbend. Septimò, quando quis excommunicatur post legitimam appellationem. capit. venerabilibus. eod. titul. in sexto. quod fallit: secundum Panormitanum in cap. venerabili. de cen. quando prælatus procedit extra iudicialiter, vt pars ad conseruationem iurium suorum. Octauò, quando sententia continet intolerabilem errorem. capitul. per tuas. eodem titu. quod multis modis contingit, vt si præcipiatur illicitum: vt dicendo, excõmunico te, nisi furêris, &c. vel prohibetur bonum absolutè, vt colere Deum, & huiusmodi in dicto capitu. venerabilibus. vel si præcipitur impossibilẽ? secundum gloss. capitul. per tuas. eod. vel quando pronuntiatur contra ius scriptum, vt si pronũtietur excommunicatio post legitimam appellationem. 2. qu. 7. diffinitiua'. & errore debet esse expressus in sententia. aliter tenet secundum glo. in dicto capitul. per tuas. Nonò, quando quis excommunicat participantes excommunicato in illis casibus, in quibus participando incurreretur tantùm excommunicatio minor, talis excommunicatio ipso iure est nulla, nisi trita monitione, vel vna pro tribus præmissa. capit. constitutionem. eodem ti. in sextò. Decimò, quando prælatus suos subditos excommunicat, si exponant suis superioribus, aut legatis, aut inquisitoribus, statum suarum ecclesiarum, monasteriorum, personarum, & rerum suarum. capitulo: quia plerique. de offic. ordin. libro sexto. Hos casus ponit Ioan. Andr. in capitu. præsenti. de sentent. excommunicat. in sexto. Vndecimò, quando prælati excommunicant nolentes procurare vltra euictionis, & personarum numerum taxatum. cap. cùm Apostolus. de cen. dum eos visitant. Duodecimò, quando sententia profertur generaliter cõtra non facientes aliquid: vt contra non soluentes, & aliquis non potest, non ligatur: quia secundum Panormita. in cap. 1. & gloss'. de offic. dele. verba generalia debent intelligi modo ciuili, & impossibilium nulla est obligatio. ff. de regu. iu. impossibilium, &c. Tertiodecimò, si mandatur sub pœna excommunicationis: vt A. soluat decem aureos infra decem dies. B. & B. prorogat terminum, non currit excommunicatio, quia est facta in fauorem creditoris: secundum veriorem opinionem. & Panormit. & casus videtur expressus. capit. 1. de locat. Quartodecimò quando iudex ferens sententiam non intendit ligare: quia excommunicatio ab intentione vires sumit: secundum Panormitanum in capit. ex parte. el. 1. de offi. ordinarij. Quintodecimò, quando profertur sub conditione, non ligat antequàm extet conditio: secundum Hostien. capitul. à nobis. eodem titulo. In omnibus prædictis casibus quando notoriè constat de casu, non est timenda excommunicatio. Si verò non constat, timenda est, quò ad ecclesiam, & contemnens

nens mortaliter peccat: vt suprà dictũ est.

17 Non est aliqua forma verborum excommunicationis determinata: secundum Archidiacon. Florent. tertia parte, titulo vigesimo quinto, capitul. 74. oportet tamen quod vtatur talibus verbis, quæ exprimant intentionem iudicis volentis excommunicare de præsenti: vnde si dicat, habeo talem pro excommunicato, vel denuntio talem excommunicatum, quem prius non excommunicauit, non est excommunicatus in foro contentioso: si autem constaret de eius intentione, quia sic consueuit excommunicare, esset excommunicatus: & tenet sententia, siue proferatur ore iudicis, siue per literas: secundum Panormitanum, & capit. nullus. 3. q. 4. sicut & absolutio per literas fieri potest. capitul. quanto. 2. q. 5. & facit ad hoc practica.

18 In excõmunicatione, siue à iure, siue ab homine, non est lata sententia, quando dicitur sub pœna excommunicationis, vel anathematis, sed est cõminatio: secundum Panor. c. vnico. de sagi. Quomodo autem cognoscitur, quod sit lata sententia? Dico secũdum Pan. c. si diligẽti. de for. comp. Si promulgatur per participiũ prẽteriti temporis, vt dicendo: sit innodatus, sit excommunicatus, sit suspensus, & huiusmodi, est lata sententia. capit. cupientes. de election nisi appareat per aliud ius, quod sit ferenda, vel secundum materiam subiectam. Sic intelligitur gloss. cap. nullus. de foro competenti. Quandoquè non sunt verba præteriti temporis, sed declaratoria, & est canon latæ sententiæ: vt dicendo, decernimus viribus carere, vel excommunicationi subiacere, & tunc ligat. cap. nouit. de his quæ fiunt à præl. iunct. glo. Si verò sunt dispositiua, & sonãt in futurum: vt dicendo, priuetur, excommunicetur, & huiusmodi, est sententia ferenda, nisi addatur aliquod verbum, per quod appareat quod sit lata, vt dicendo, ipso facto excommunicet, ipso iure, vel eoipso, & similia. De hoc in regula in pœnis. de regul. iur. lib. 6. Idem dic de hoc verbo, subiaceat excommunicationi: secundum Panorm. in c. clericus. ne cleri, vel monach. & per ista verba excommunicationi noueris te subiacere, fertur sententia ipso facto. c. non minus. de immu. eccle. De hoc verbo, sicut excommunicatus vitetur, dicit Pa. in c. super Spec. ne cleri. vel monach. Secundò not. debet ponderari materia, si â iure proferatur, si ab homine. De se non sunt verba latę sententiæ. Hæc dictio prorsus, & penitus, tantum valent, quantum ipso facto, vel ipso iure: ideò quanuis iungantur verbis futuri temporis, tamen est lata sententia. de pœnis. c. penult.

19 Excommvnicatio cognoscitur, quod sit maior, quando simpliciter fertur, siue a iure, siue ab homine. c. penul. de sentent. excommunicatio. quia in cõcernentibus periculum animæ, tutior interpretatio est fienda: secundum Panor. ibi, & secundum eundem in capitulo, illa quotidiana. de electio. in prima gloss. excommunicatio minor potest fieri â iure, & ab homine, & potest cognosci per verba excommunicantis, vel suspendentis, quando important effectum maioris, vel minoris: in dubio tamen semper præsumitur maior. in dicto cap. illa.

20 De excommunicatione minori vltra ea, quę dicta sunt suprà. §. 5. dico q̃ existens in tali excõmunicatione, potest absoluere ab excommunicatione, nõ autẽ à peccatis: quia priuat à participatione sacramẽtorum, nõ autem ab vsu iurisditionis: secundum Pano. in cap. excommunicato. in gloss. 1. de rescript. Idem dic de suspenso ab ingressu ecclesię, quod potest absoluere ab excommunicatione. Vnde si essent duo excõmunicati minori, & vellent inuicem confiteri, vnus potest alterũ absoluere ab excommunicatione, & absolutus alterum potest absoluere ab excommunicatione, & à peccatis, & postmodum facere se absolui à peccatis.

21 Ex-

21 EXCOMMVNICATVS minoris, mortaliter peccat, si se immisceat participationi sacramentorum actiuè, vel passiuè, licet non efficiatur irregularis, étiam celebrando. Et licet sacramenta per eum collata, non careant virtutis effectu, mortaliter tamen peccat scienter conferens, & susceptа per eum carent effectu vltimato, id est, executione. ex Sanct. Thom. suprà. Sil. Excommunicatio. 4. circa princip.

22 EXCOMMVNICATIO, & absolutio possunt fieri ad tempus: quia est pœna, & non culpa, licèt supponat culpam, & sic de consuetudine curiæ fit: secundum Pa. in c. veniens. 2. de testi. in glo. fi.

23 EXCOMMVNICARI nō potest collegium, vel communitas: vt in ca. Romana. eod. tit. & Archid. Floren. 3. par. tit. 25. c. 7. circa fin. sed bene possunt excōmunicari singuli de collegio secundum Host. Et quia quidam dicunt, quod sic, quidam quod non: ideò not. vt elicitur ex S. Thom. 4. sen. d. 18. q. 2. a. 3. ql. 2. quando dicitur, excommunico talem vniuersitatem, vel collegium, non tenet excommunicatio: quia sic animam nō habet: vel dicendo, excommunico singulos de tali collegio, vel omnes, nihil aliud addendo, non tenet, quia cōtingeret aliquando irretiri innoxios, quod est cōtra. d. c. Romana. vel dicendo: excommunico priorem, vel Abbatem propter talem culpā, & omnes alios, qui cō miserunt, vel consenserunt. & hæc est sententia illius. c. circa fi. vbi dicit sed in illos duntaxat de collegio, vel vniuersitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgare. Non est sic de interdicto, vel suspensione, secundū Th. quia non tam graues pœnæ, sicut excōmunicatio, sunt. Ad hęc Petr. de Pal. in 4. sent. adducit rationes optimas. Concord. Richar. in 4.

24 PAPA potest committere puro laico, & mulieri, quod excommunicēt, quia est de iure positiuo, secundum Archid. Floren. 3. parte. tit. 25. cap. 75. & Pan. in c. decernimus. de iud. col. 1. suprà, Abbatissa. §. 5.

25 NVLLVS potest seipsum æqualem, vel superiorem excommunicare: secundū Tho. 4. sen. suprà, & per c. cū inferior. 21. d. Ideò quando Episcopus excōmunicat omnes qui fecerunt furtum, si ipse fecit furtum, vel aliqui alij non ei subiecti, non sunt excommunicati.

26 EXCOMMVNICATIONES à iure facere possunt omnes iudices ecclesiastici, qui possunt facere ius: vt Papa in vniuersali ecclesia, legatus in sua prouincia. Episcopi in suis diœcesib⁹. c. visis. 16. q. 2. & multò fortius concilium prouinciale. Qui verò non possunt facere ius, vel statuere, nec etiam excommunicare. Excommunicationem verò ab homine potest facere omnis iudex ecclesiasticus, potens constituere. Facere excommunicationem maiorem, propriè pertinet ad Episcopum. in d. c. visis. In furto autem, & rapina, vt dicit Tho. in 4. sent. concessum est à iure parochiano excommunicare. Excōmunicare etiam possunt de iure communi omnes ecclesiarum prælati: vt in ca. necessarium. de offic. ord. & cap. 1. de elec. nisi episcopi præscripsissent cōtra eos, ne hoc possent. Abbates confirmati, etiam non benedicti. in capit. sicut tuis. de simo. priores etiam in omnes de collegio, & in alienos, si in eos aliquo iure speciali habent iurisdictionem. in c. cum ecclesiarum. de offic. ordi. Idem de Archidiacono, licèt non sit presbyter. arg. in ca. perlectis. d. 25. nisi consuetudo obstet. Vide tamen Panorm. in c. cùm in cūctis. de elect. Vide multa alia, quæ prætermitto. Sil. excommunicatio. 1. notabili. 2.

27 EXCOMMVNICARI non potest Papa nisi propter hæresim, de qua & iudicari potest, & deponi. c. si Papa. d. 40.

28 EXCOMMVNICARI non potest mortuus: quia non est homo, nec potest esse contumax, neque peccare, pro quibus fertur excommunicatio, vt suprà patuit. in quibusdam tamen casibus excōmunicatur ratione præcedentis

cedentis vinculi ad terrorem, propter quod ei sepultura negatur, & communio orationis, sicut in hæresi, & in notorio crimine morientes, & hi etiam, quorum scripta continent hæreses, nisi seipsos correctioni ecclesiæ subiecerint, vt fecit Abbas Ioachim, c.damnamus.de sum.tri.& fid.catho Et qui hæreticos instituunt hæredes. c.sanè. 24.q.2. Infideles non possunt excommunicari.2.q.1.c.multi. neque pueri, vel furiosi,& quicunque carent vsu rationis, quia peccare non possunt,neque fratres mendicantes ab Episcopis, vel alijs prælatis ecclesiæ,nisi ex speciali licentia & authoritate Papę,vt patet in priuilegijs suis,quę sunt notoria.infrà, Priuilegium.§.7. Nec non subditi ordinariorum ab eis possunt excommunicati,eò quòd pactici pent cum exemptis.c.quanto.de priu. secus ratione delicti contractus,vel rei de qua agitur.c.1.de priuileg.in 6. Neque Imperator, neque Princeps ab episcopo suo.2.q.7.§. Balaã. Imperator & Rex post monitionem pro notorijs tantùm excommunicantur. d. 66.c. Valentianus. De hoc vide Tab. Excommunicatio.§.4. excõmunicari non potest. qui cessit bonis,quia quò ad bona quasi desijt esse subditus.c.3. de solu.Per.de palu. vbi suprà.Archi. Floren.pariter.

29 STATVTVM ordinarij, vel synodale, ligat omnes factos subditos ratione delicti(& hoc dico,quia nõ omnes delinquentes fiunt subditi, vt Archiepiscopus secundũ aliquos,& mendicantes, qui ex sua exemptione habent, quòd ratione delicti non fiant subditi) in c. ànobis el 1. de sententia excommunicatio.quia semper loquitur.l. Arriani c.de hæreti. Si autem feratur per modum sententiæ generalis, sic videtur quòd non liget nisi subditos sententiantis tunc, quando sententiam profert,respectu delicti cõmittendi. Hanc distinctionem ponit Panormitan. post Innocent.in d.ca. ànobis.

30 SVBDITI delinquentes extra territorium statuentis,secundum Panor. in d.c.ànobis. non afficiuntur pœna statuti, licèt Innoc. ibi tenuerit,quòd sic:hoc tamen verius. per c.vt animarum.de consti.libro 6.quia statutum est lex territorij, nec vires vltrà extendere potest. Si episcopus præcipit, vt qui acceperunt tales res, restituant, &c. & subditus illius accepit res huiusmodi in territorio,sed tempore sententiæ est extra territorium, secũdum Ger.in d. cap. animarum. ligatur. Si Episcopus excommunicat non facientes residẽtiam, clerici existentes extrà, & habentes notitiam, de hoc ligãtur, quia habent initium in proprio territorio, vel sine. Episcopus subditum suum existẽtem extra suam diœcesim potest excommunicare per specialem sententiam,secundum doct.in capitu. final. de foro competent. vide ibi Panormit.qui multa ad propositum ponit. Subditi committentes in loco exempto non ligantur: quia locus exemptus æquiparatur loco extra diœcesim existenti, secundum Ioannem Andr.in capitu.vt animarum. in nouella. Si Episcopus præcipiat, quòd nullus accedat ad monasteria monialium sub pœna excommunicationis, & cætera,qui accedunt ad monasteria exemptarum non incidunt:quia delictum committitur in loco exempto. Sed si diceret ad monasteria exempta, posset dici quòd incidunt,quia delinquunt in via,qui est locus non exemptus.

31 SI Episcopus in excommunicatione dicat: excommunico omnes scientes fecisse tale quid, nisi reuelauerint, &c. sciens non tenetur reuelare hoc iniuriam passũ, quia hoc est nutrire odia, nec sic debet intendere iudex. Item si hoc mandatum est generale,non tenetur reuelare iudici,quãdo non potest probare: secundum Angel. intelligepublicè, bene tamen secretè ad correctionem. Si autem exprimat quòd vult sibi dici in iudicio,debet intelligi saluo ordine Euangelico, & si fecit correctionem, nec ipse debitum suum fecit, debet comparere in iudicio, & dicere se scire, sed non

non posse probare: sed si nō facit correctionē, dicat se scire, sed velle priùs facere correctionē, iuxta Christi mandatum. Quòd si vult iudex, vt probet cùm non possit, vel denuntiet ante correctionem sententiam, cōtinet intolerabilem errorem. Si potest probare non tamen tenetur suis expensis facere: tamen si præcipiat, vt faciat sub pœna excommunicationis, tenet excommunicatio, licèt sit iniusta: sed debet petere dispensationem. De hoc vide infrà, Inquisitio. §. 8. clarius. Denūtiatio. §. 2.

32 SI iudex apponat in sententia de furto, &c. etiam si quis teneret sub titulo recompēsationis, quod seruat illi lus Ro. curiæ: ideò potest fieri, qui habet tale quid sub titulo recōpensationis tenetur manifestare, quia excommunicatio non cōtinet intolerabilem errorem. Vide tamen infrà latiùs in verbo furtum. §. 15.

33 QVÆ fiunt per modum statuti, mortuo statuente, semper durant, donec reuocentur. Est text. in capitulo final. de officio delega. & quod statuit capitulum sede vacante, durat etiam creato episcopo, secnndum Fed. in cōsil. suis. Sententia autem quò ad effectum productum remanet, vt si iudex excommunicauit Titium, remanet excommunicatus, donec absoluatur, etiam quòd iudex moriatur. cap. pe. de cle. non re. post gloss. sed quò ad effectus producendos non: quia hoc pēdebat ex sua iurisditione, quæ non remanet.

34 SI Episcopus præcipiat, vt qui habet librum Titij, infra sex dies restituat, & post sex dies fulminat sententiam, Plato habens librum, & ignorans monitionem, quia absens venit, & post illos dies sex intelligit latam fuisse excommunicationem, etiam, quòd non restituat, non incurrit excommunicationem, quia sententia vltra terminum statuētis nullum habet vigorem.

35 SOCRATES Placētinus deliquit in diœcesi Lauden. & pòst recessit veniens Placentiam, nunquid Episcopus Lauden. potest eum excommunicare? Dicitur, quod non, nisi citasset eum antequam recessisset de suo territorio, vel per requisitionem Episcopi Lauden. citaretur per iudicem Placentinum, vbi manet: ad quod etiam tenetur de iure, vt nota. doct. de foro competenti. capitulo finali, vt iret ad comparendum, vel respondendum, &c. quòd si non faceret, posset excommunicari etiam extra suū territorium, & puniri secundum statuta loci. vbi deliquit: secundum Panor. in c. 1. de rapt. in glos. Non tamen sic sequitur in foro pœnitentiæ, vt qui deliquit in aliena prochia, teneatur confiteri illi parochiano: secundum Panormita. in d. c. de rapt. Ratio autem diuersitatis est, quia in foro cōtentioso oportet satisfacere populo scandalizato: in foro autem animæ sufficit Deo fieri satis, cuius proprius sacerdos vicarius est.

36 QVIS possit ab excōmunicatione minori absoluere, suprà, Absolutio. §. 37. & potest talis secundum veriorem opinionem interesse diuinis, quia tantùm à sacramentis separatur, secundū Pet. de pal. suprà.

37 PARTICIPANS cum excōmunicato minori excōmunicatione, neq; peccatum, neque sententiam aliquam incurrit: quia excommunicatio maior in tertiàm personam nō transit, vt communiter dicitur. c. quoniam multos. 11. q. 3.

38 EXCOMMVNICATVS maiori, separatus est à tribus in communi. Primò, à in communione sacramentorum, quod est commune omnibus fidelibus, vt suprà dictum est, & in hoc semper peccant mortaliter contrafaciendo. Secundò, est separatus à communione ecclesiasticorum actuum, in quibus communicant Christiani, & quantùm ad hoc secundum Cajeta. suprà. non semper peccant mortaliter contra faciendo: sed quando in huiusmodi actibus admiscetur aliqua iniustitia, aut aliquid aliud quod ex suo genere mortale est: vt quando excommunicatus iudicat, mortaliter peccat, quia

quia vsurpat sibi iniustè hanc potestatem, vel si eligit, vel electioni de se factæ consentit, quia per tales actus alijs iniuriatur. Aliàs venialiter peccat, vt si ferat testimonium verum, si petat debitum sibi, & huiusmodi. Tertiò, est separatus à communione operum humanorum, quę sunt communia omnibus hominibus, nō solùm Christianis, quæ in hoc versu continentur: Os, orare, vale, communis mensa negatur. Et in his non est peccatum mortale communicare, nisi fieret per contemptum. Sed quia hęc possunt esse obscura, ideò declarabo per singula, vt clariùs intelligantur.

39 Os negatur, id est, osculum, secundum Thom. & consequenter locutio, quæ solet esse inter amicos, & literæ missæ, vel receptæ, nuntij, munera, secundum Guliel. & Hug. in d. c. quoniam multos. Nec pudor, vel scandali timor excusat. Orare scilicèt cum eo negatur, id est, participare non tantùm in sacramentis, sed etiam in diuinis, audire orationes cum eis: vnde si excommunicatus veniret in ecclesiam tempore officij, alij tenentur vel exire, vel eius exitum procurare: secundum Ray. in canone, sicut Apostoli. vndecima quæstione tertia. Intellige tamen, si inerat causa orandi, vel audiendi diuina, & si est publicè excommunicatus. Secus quando est occultus, vel à paucis scitur. Nihilominùs qui sciũt, cautè, si possunt, exibunt, ne illius manifestatio sequatur, aliàs non exibunt. cap. si tantùm. 6. quæstione 2. Si autem incœpta missa intrat, & est occultus, sacerdos non debet missam dimittere. cap. nihil. 7. quæstio. 1. Si publicus sacerdos publicè eum moneat, qui si nolit exire, vel expelli non possit commodè, & canonem sacerdos non inchoauit antequã eum viderit, dimittatur missa. argumen in canon. omnis. 14. quæstion. 1. Et canon incipit ibi: Te igitur, &c. secundum argu. de con. d. 2. c. de hymnis. Secundum autem Inno. incipit à consecratione. Quòd si incœpit canonem, sequatur vsque ad sumptionem sacramenti, & antequam finiat post communionem moneat, vt suprà. de con. d. 2. capitul. relatum. & si expelli cõmodè sine effusione sanguinis proprij, vel alieni nō potest. arg. eod. cap. veniens. tedeat ad sacristiam. & quod reliquum est perficiat, secũdum Host. & Gof.

40 VALE, id est salutatio, & resalutatio: vnde si scribatur excommunicato in casu concessu, non debet poni salutatio consueta, sed loco eius potest poni, spiritum consilij sanioris: secundum Archidiacon. Florentin. & quando salutat quempiam excommunicatus, potest responderi: Deus vos emendet, & huiusmodi, secundum eundem.

41 SI salutatus ab excõmunicato nihil respondeat, sed moueat caput, vel assurgat ob reuerentiam, non propter hoc incurrit aliquam censuram, secũdum quosdã: quia pœnę sunt restringendæ, sed secundum alios, & præcipuè Inno. in clem. fin. de sententia excommu. incurrit: quia hæc sunt quædam salutationes operæ, & quædam participatio, quę prohibetur generaliter. in d. c. sicut apostoli.

42 COMMVNIO, ne scilicet quis ei communicet in aliquo exercitio, vel habitatione in domo eadem. Not. tamen. quòd si quis sit in eadem domo vel camera cum excommunicato, pro diuerso negotio, non dicitur participare cum eo, secundum Inno. in c. nuper. eod. titu. & eodem modo in alijs exercitijs, & cum eo quis contrahere non potest, licèt si contrahat, contractus teneant aliqui.

43 MENSA, id est, comestio in eadẽ mensa, vel dormitio in eodem lecto, ideò si superueniat excommunicatus, & non potest expelli commodè, vt suprà, tenetur surgere quis de mensa, ne cum eo comedat. Potest tamen in alia mensa, etiam in eadem domo comedere, & in eadem camera, dummodò non fuerit inuitatus ad conuiuium: secundum Gul. quia omnes sic venientes communicare dicuntur.

Si au-

Si autẽ quis exeat de domo,& venienti excommunicato relinquat clauem, & domum ad comedendum, incidit nihilominus:quia hoc in fauorem excommunicati facit: secus si in casu necessitatis cum protestatione, sec. Gul. Non enim excommunicati, vt fame pereant,relinqui debent: quia contra charitatem esset, contra quem nemo potest præcipere.

44 CASVS liciti in participando cũ excommunicato maiori extra diuina ponuntur in hoc versu: Vtile, lex,humile,res ignorata,necesse. Hæc quinque faciunt,ne anathema possit obesse.in dicto capitul. quoniam multos. Vtile,id est,propter vtilitatem participantis,vt petat,vel recipiat, quòd sibi debetur ab excommunicato.capitul.si verò.eod.titul. aliter commodum de suo delicto excommunicatus reportaret. Et propter vtilitatem ipsius excommunicati:vt loquendo de eius salute,dando ei consilium, & etiam petendo ab eo, non solùm in spiritualibus, sed etiam in temporalibus, si necessitas adsit, & alius ita idoneus inueniri non possit. Facit cap.cum voluntate. eodem titul. & can.cum excommunicato. 11.quol.3. Moderatè tamẽ hæc fiant,secundum Rayn. & non in fraudem.

45 LEX scilicèt matrimonialis: quia vir potest reddere debitum vxori excommunicatę, & econuersò,si tamen constet de matrimonio. in dict. capit. quoniam multos.11. qu.3. potest etiã exigere,& in alijs participare secundũ ōmnes, non autem participare cum excommunicato, cum quo alter coniux participat, secundum Veru.

Quidam autem dicunt, quòd non est eadem ratio viri erga vxorem,quę est vxoris erga virum,& quòd vir incidit communicando cum vxore, excepto debito matrimoniali: quia & si vir, & vxor iudicantur ad paria, quantùm ad debitum carnale vt in capitulo,gaudemus.de diuor.nõ tamen quò ad alia, ideò in tali casu vir deberet interpretationem, vel dispensationem recipere à superiore. & hoc videtur magis verum: quia ad ipsum pertinet vxorem corrigere, & non econtrà.

46 HVMILE, id est,ibi quij sunt in subiectione,vt filij nõ emancipati,vel emancipati, sed commensales patris, vel recipientes ab eo necessaria, monachi erga Abbatem,secũdum Gul.quia quasi de familia eius sunt: clerici erga Pontificem,cuius seruitio sunt deputati:non autem alij.capit. mitatur. 95.distinct. Et serui,ac ancillæ seruilis conditionis, rustici seruientes, & qui sunt de familia: non tamen si de eorum consilio scelera perpetrantur. in dicto capitulo, quoniam multos. Intellige tamen prædicta si ante sententiam tales personæ erunt astrictæ ad familiare obsequium.ca.inter alia. eodem tit. & massarij colentes terras, inquantùm exigit cultura, & de omnibus alijs idem dicas,secundũ Host. qui contraxerunt societatem, vel alio modo erant obligati per contractum, & sine incommodo, non possunt abstinere. argumen. in capitulo,si verò, eodem tit. Econuersò communicant superiores, inferioribus excommunicatis licitè,in his,ad quæ tenentur.Similiter iudicade omnibus, qui aliter viuere non possunt:sic enim communicando non incidunt.

47 RES ignorata, id est, ignorantia facti probabilis capitu.apostolicæ. de cle.excommunica.mi. non autem iuris, nisi eos, quibus licet ignorare, vt sunt non capaces doli.& rustici Non autem qui scit tantùm per confessionem sacramentalem, tenetur vitare. Necessitas enim tam excommunicatum,quàm participãtem excusat: vnde in necessitate licet ab excommunicatis recipere eleemosynam,secũdum Innocentium in dicto capitulo, quoniam multos. & generaliter omnis participatio pro damno vitando communicantis, excusat, nisi sit in crimine, vel in diuinis: quia si possum petere debita, à fortiori vitare damna. argumen.in cano.nos sanctorum. 15. quæstio 6. quanta autem debeat esse necessitas, iudicium superioris arbi-

trabi-

trabitur argumen. de offic. de leg. cap. de cauſis . qué ſi non facilè poſſit adiri, vnuſquiſque per ſe iudicabit. capi. quòd præceſſor. 11. q. 3.

48 DE participante in crimine damnato , vèl propter quod quis eſt excommunicatus , infra excommunicatio. 25. dicetur.

49 PARTICIPANS ſciẽter cũ excõmunicato in diuinis vt recipiendo ad officia diuina, vel ad ſacramẽta, vel eccleſiaſticam ſepulturã, vltra excommunicationé minorem, quam incurrit, mortaliter peccat , & eſt ei interdictus eccleſiæ ingreſſus , ſi excommunicatio erat publica, donec ſatisfecerit competenter ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſit. capitu. Epiſcoporum . de priuileg. in 6. & ſi poſt illud interdictum ingerat ſe diuinis in ſuo officio, efficitur irregularis , & ſic moriens in ſacro non ſepelietur. c. is cui. lib. 6. & hoc ſecundum Gemi. habet locum non ſolùm in ſententia hominis, ſed etiã iuris. Si verò participat cum excommunicato non in diuinis , neque in crimine damnato , vel mortali ſed in humanis actibus, de quibus ſuprà, nõ peccat mortaliter , ſecundum Tho. 4. ſent. di. 18. niſi in contemptum eccleſiaſticę diſciplinæ hoc faceret , vel contra præceptoriam prohibitionem ſuperioris factam nominatim, vt in c. conſtitutionem. eod. tit. lib. 6. vel quando ex tali communione credit ſentẽtiam venire debere in contemptum , ſecundum Bona. in 4. His caſibus exceptis, eſt veniale. nec obſtat ca. ſatis. quod metus cau. quia intelligitur quando participatio eſt in his quæ de ſe ſunt peccata mortalia.

50 CIRCA participationem huiuſmodi facta eſt modificatio in conſilio Conſtantienſi , & confirmata in conſilio Baſilien. ante ſciſſuram , de qua ſuprà , Abſolutio. §. 30. vide Sil. excommunicatio. 5. notabili 4. ibi ponitur tota conſtitutio de verbo ad verbum . Ex hac ſequitur , quòd nullus tenetur vitari in diuinis , vel extra quantumcunq; excõmunicatus , niſi ſit publicè, & nominatim, denuntiatus, excepto percuſſore clerici , ita notório , quòd non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. nec aliquo iuris ſuffragio vero , vel apparenti , licet falſo (vt exponit Sil. ſuprà) excuſari. Vnde ſi Papa excommunicat Petrũ cum ſuis participibus , Petrus debet vitari , alij autem non , quouſque nominetur , facta fide de eorum participatione , vel notoriè conſtet de eorum participatione.

51 PAPA participando cum excommunicatis non indicit in minorem, ſecundum gloſſ. in capitul. nulli. eod. tit. quia hoc vinculum iure poſitiuo trahitur: quia Papa non ligatur. capi. propoſuit de conceſſio. præben. Peccat tamen ſi ſine cauſa participat: quia eſt contra ius diuinum , vbi dicitur, ſit tibi ſicut ethnicus. & publicanus: ſecundum Panormitan. in capit. cùm deſideres. eod. titu. ſed quilibet inferior Papa prælatus bene incidit : ſecundùm Panormitan. ibidem, etiam ſi talem vellet haberi pro abſoluto: quia non poteſt illo modo abſoluere.

52 DELEGATVS poteſt excommunicare maiori excõmunicatione omnes participantes excommunicatis. ab eo. & non poſſent abſolui niſi ab eo, vel ab eius delegante. ca. præterea. de offic. delega.

53 NON poteſt quis cõtrahere emendo , vel vendendo cum ſeruo excommunicati , ſi agit nomine ipſius excommunicati: ſecundum Veruer. neque accipere aliquid à familia excommunicati , quando dant nomine ipſius : ſecus ſi nomine proprio , niſi fieret in fraudem , vt quando daretur nõmine excommunicati : tamen dicunt nomine proprio : quia aliter credunt non recipi. intellige prædicta extra caſus neceſſitatis : in dubio autẽ non eſt accipiendum , niſi neceſſitas vrgeat.

54 PRAEDICATORIBVS poſſunt eleemoſinas ab excõmunicatis recipere, etiã extra caſum neceſſitatis. c. cum voluntate. eod. tit. quę cõſtitutio propter prædicatores ſpecialiter eſt fa-

cta, secundum Hostien. Intellige tantùm causa prædicationis, & confessionis. vel necessitatis, aliàs nequaquam. 90. d. ca. oblationes.

55 LEGATVM factum ab excõmunicato licet recipere, etiã si sit factum, vt oretur pro anima eius: quia debet intelligi eo modo quo potest orari in priuato, vt suprà dictũ est: & sic cessat ratio. Inno. in dict. capitu. cum voluntate. qui dicit, quòd licet recipere, dummodò non sit factum vt oretur pro anima eius.

56 EPISCOPVS participans in crimine dãnato, vel criminoso cũ excommunicato à se secũdùm Inn. & Host. incurrit excommunicationem, non illam, quam ipse tulit: quia nemo seipsum ligare potest. argu. ff. de arbitr. l. penul. sed incurrit sententiam iuris latam contra participantes taliter. de qua infrà, Excommunicatio. §. 25.

57 OBLIGATVS alicui cũ iuramẽto soluere certam summam pecuniæ infra mensem, si creditori isto interim superueniat excommunicatio, obligatio adhuc remanet, nisi à superiori absoluatur, secundũ veriorem opinionem, & præcipuè Sanct. Thom. 4. vbi suprà, quam etiam sequitur Ar. flo. & sum. pis.

58 SI clericus participet in diuinis cũ excommunicato sententialiter, & nominatim à Papa, incurrit eandem, vt infra, Excommunicatio. §. 24. non autem si ab inferiori à Papa erat excommuuicatus, licèt mortaliter peccet. Laicus autem non sic, sed mortaliter peccat, & minorem incurrit (vt dictũ est) excommunicationem.

59 PARTICIPANS cum excõmunicato etiam in diuinis ex metu cadẽte in constãtem virum, secundùm veriorem opinionem excusatur, tam à peccato, quàm ab omni censura, nisi participaret in crimine, vel tenetetur nõ participare propter fidẽ. In hoc ferè omnes conueniũt: secus quãdo nõ est metus cadens in constantem, &c.

60 SI Episcopus mandet alicui parochiano vt denuntiet Titium pro excommunicato: ante denuntiationem non tenetur vitare Titium, licèt præsumat eum excommunicatum, non autem denuntiatum, sed bene post denuntiationem.

61 QVI notoriè Venetijs est excommunicatus, & publicatus, si eum inuenio Genuæ, non teneor illum vitare in publico, cùm ibi sit occultus, sed bene in priuato: quia maior est ratio de isto, quàm de eo qui nullibi est notoriè excommunicatus. secus si possem probare sufficienter per testes, vel instrumenta, ipsum fore excommunicatum, secundum Veru. & sum. confe.

62 SI scio A. anno elapso fuisse denuntiatum, nũc autem nescio an fuerit absolutus, nõ teneor ipsum vitare si cognosco ipsum virum timoratum, vel aliàs seruantem excommunicationem: nunc autem non argu. in c. ex parte. de offic. ordi. aliàs debet euitari, donec probabiliter constiterit de eius absolutione, per regulam. semel. de re. iu. lib. 6.

63 QVI intrat domum excommunicati accipiendo aliquid, confidens de illo, quòd gratum habebit, quando sciuerit, incidit in minorẽ: quia quòdammodò contrahit cum eo, secus si non credit ipsum habere gratum, tunc enim non incidit, sed furtum committit, quia rem alienam tractat inuito domino.

64 VT autem excommunicationes, quæ multæ sunt, faciliùs possint inueniri, infrà ponemus canones excommunicationũ breuiori modo, & meliori ordine, quo sit possibile: quamuis non credam omnes posse compræhendere, & primò ponemus tabulam siue rubricam, deinde sigillatim excommunicationes per ordinem, incipientes à Papalibus, & inde aliàs sequendo, earum materiam quã breuiùs potero perstringam.

Ordo excommunicationum.

Prima, Contra percutientes clericos.
2 Contra infectatores Cardinalium.
3 Contra aggredientes Episcopum.
4 Contra inuadentes Romipetas.
5 Contra percutientes in curia.

6 Con-

6 Contra offendentes litigãtes in Romana curia.
7 Contra impedientes ne obediatur literas Papæ.
8 Contra remouentes se ab obedientia Papæ.
9 Contra hæreticos.
10 Contra non obedientes inquisitoribus cum sex alijs annexis
11 Contra exigentes pedagia, & gabelles.
12 Contra falsarios.
13 Contra pyratas.
14 Contra portantes arma Saracenis, & merces Alexandriæ.
15 Contra impedientes victualia Romanæ curiæ.
16 Contra inuadentes terras ecclesiç.
17 Contra inquisitores si odio, vel amore procedant, &c.
18 Contra asserentes, Rom. ecclesiam non esse caput.
19 Contra impedientes excutionem literarum apostolicarum.
20 Contra inquisitores, vel eorum vicarios extorquentes pecunias.
21 Contra impedientes se. apo. in cognitione causarum.
22 Contra fractores locorum sacrorum.
23 Contra incendiarios.
24 Contra parricipãtes in diuinis excommunicatis à Papa.
25 Contra participantes in crimine.
26 Contra eligentes senatores.
27 Contra impugnantes literas Papæ electi.
28 Contra appellantes ad futurum concilium.
29 Contra non seruantes constitutionem Iulij secundi de electione Papæ.
30 Contra grauantes eos, qui tuleruut sententiam excommunicationis,
31 Contra statuentes contra libertatem ecclesiasticam.
32 Contra concedentes repræsalias.
33 Contra submittẽtes bona ecclesiæ laicis.
34 Contra grauantes nolentes eligere.
35 Contra impedientes litigare.
36 Contra mandantes ne vendantur ecclesiasticis.
37 Contra occupantes bona ecclesiarum vacantium.
38 Contra imponentes angarias ecclesiasticis personis.
39 Contra cogentes reuocare sententias.
40 Contra cogentes celebrare in loco interdicto.
41 Contra impedientes sequæstrationem fructuum ecclesiasticorum.
42 Contra impedientes visitatores monialium.
43 Contra sepelientes hæreticos.
44 Contra sepelientes tempore interdicti, vel excommunicatos, &c.
45 Contra contrahentes in gradibus prohibitis affinitatis, & cõsanguinitatis, alijsque.
46 Contra relig. vsurpantes decim.
47 Contra inducentes eligere sepulturam.
48 Contra religiosos exeuntes, vt audiant Physicam.
49 Contra absoluentes excommunicatos, vel ministrantes sacramenta.
50 Contra retrahẽtes à solutione decimarum.
51 Contra non facientes conscientiam de decimis.
52 Contra non seruantes interdictum.
53 Contra dimittentes habitum, euntes ad studia, & magistros.
54 Contra monachos intrantes curiam.
55 Contra monachos tenentes arma.
56 Contra vsurpantes præsulatum.
57 Contra non præsentantes se post absolutionem.
58 Contra exenterantes corpora mortuorum.
59 Contra simoniacos in ordine vel beneficio.
60 Contra simoniacos pro ingressu religionis.
61 Contra transeuntes ad alios ordines.
62 Contra alienantes bona ecclesiæ.
63 Contra impugnantes literas Papç.

64 Contra facientes libellos in fratres & multa alia.
65 Contra intrantes monasteria ordinis prædicatorum & S. Claræ.
66 Contra detinentes apostatas.
67 Contra minores recipientes, fratres prædicatores ad habitum.
68 Contra artistas Parisien. &c.
69 Contra accedentes ad sepulchrum Christi.
70 Contra conspirantes in personam Papæ.
71 Contra prædicantes de peccato originali, &c.
72 Contra impedientes legatos apostolicos.
73 Contra officiales Papæ accipientes munera cùm iudicant.
74 Contra impugnantes montem pietatis.
75 Contra impressores librorum sine licentia, & reuelantes dicta in consistorio.
76 Contra prædicantes falsa miracula.
77 Contra interficientes per assassinos.
78 Contra spoliantes naufragantes.
79 Contra facientes solui vsuras.
80 Contra locantes domos vsurarijs, & non expellentes.
81 Contra non seruantes seruanda in electione Papæ.
82 Contra mittentes nuntios cardinalibus, in conclaui existentibus.
83 Contra mendicantes, loca de nouo accipientes.
84 Contra fingentes casum, vt iudex mittat pro muliere, &c.
85 Contra cõseruatores si se intromittant vltra id quod possunt.
86 Contra sacerdotes facientes officium vice comitis.
87 Contra absoluentes in casibus contra sextinam.
88 Contra dirigentes moniales in electionibus.
89 Contra principes non facientes iustitiam clericis.
90 Contra inuenientes nouam religionem.
91 Contra doctores conducentes domos sine licentia, Bononiæ.
92 Contra tenẽtes ordinationes Octauiani, &c.
93 Contra electum tantùm à tertia parte cardinalium, si se pro Papa gesserit.
94 Contra perseuerantes in secta fratricellorum biginarum, &c.
95 Contra inquisitores procedentes contra minores, & econtrà.

Excommunicationes plures particulares à pontificibus, & diuersis prælatis diuersarum diœcesum ecclesiarum, & religionum, sunt factæ, quas referre neminem posse arbitror. Aliæ enim sunt in ordine fratrum prædicatorum, aliæ minorum, aliæ monachorum, aliæ in diœcesi Mediolanen. aliæ in alijs. Curet ergo confessor scire locorum, religionum, in quibus est, censuras, prout melius potest, quoniam hîc, quæ in iure communi, & in quibusdam extrauagantibus reperiuntur, collegi, licèt fortè sint aliæ, quæ ad manus nostras non venêre, & quæ in viridi obseruantia non sunt. Sit insuper cautus ne absoluendo à quibus non potest, se, & pœnitentem illa queet. Bene etiam canones inspiciat, ne excommunicatos iudicet, qui sine dolo, temeritate, aut præsumptione contra canones materialiter commiserunt. Nam in pœnis strictè interpretatio fieri debet. Propterea cum per se nescit, peritos consulat. Accedendum igitur nunc est ad cuiuslibet excommunicationis declarationem, iuxta scripti canonis interpretationem, in qua non multum me à Reuerendissimo Caietano elongabo, quoniam ipsum circa hoc negotium valdè diligentem & solertissimum reperi, cum omnia ferè canonum verba scrupulosè examinet.

EXCOMMVNICATIO prima habetur. canon. si quis. decima sexta quæstione quarta. & est Innocentius secundus, si quis suadente diabolo huius sacrilegij vitium, vel crimen incurrerit, quòd in clericum, vel monachum manus violentas iniecerit, anathe-

anathematis vinculo subijciatur, & nullus Episcoporum præsumat illum absoluere, nisi mortis vrgente periculo, &c. Not. quia canon est vniuersalis compræhendens omnes doli capaces. No. quod per manum violentam venit, nô solũ quæcunq; percussio, sed pulueris, luti, aquæ, sputi, & huiusmodi iniectio, violenta exceptio rei cuiuscunque de manu eius, captio, detentio, carcer, non autem præceptum exilij, vel confinationis, quiâ hæc violentia præcepti est exterior.

2 PER inferentem manum violentam intellige non solum executorem, sed mandantem, consulentem, auxiliantem, fauentem, consentientem, & ratum habentem factum nomine suo, & potẽtem impedire cũ debet, & non obuiantem. cap. quantæ. de sent. excom. si tamen ex intentione nolũt, cùm sine eorum periculo possint. Tales enim dicuntur consentire, etiam quod non sunt officiales. Violentas. Si quis acciperet furtiuè aliquid, quod est in manu, vel citra clericum, vt bursam, vel cingulum, & cæ. non incidit, quia violentiam non infert.

Item violentam, id est, iniuriosam. Nam si quis seipsum verberaret, vel ab alio verberari permitteret, quamuis non esset manus violenta, esset tamen iniuriosa, & sic tam ipse, quàm verberans incideret. Vnde si monialis procurans abortum per incisionem venæ, vel alio modo, licèt hæc manus sit violenta naturæ, non tamen iniuriosa statui ecclesiastico, nec violenta personæ, ideò non incidit. Item manus violenta, quæ absolutè est iusta, potest esse sacrilega, quia contra ius, vt si clericus malus, & homicida percutiatur à laico, sacrilegium est: quia hoc iure prohibetur, licèt talis maius malum iustè mereatur. c. vniuersitatis. de senten. excom. talos ergo percutientes clericum, etiam zelo iustitiæ, incidunt.

3 PERMITTITVR tamen laico officiali clericũ inuentum in crimine patrato, vel patrando, capere præsentandũ quàm citiùs suo prælato. Permittitur etiam cuicunque posse violenter res sibi sublatas à clerico accipere, dum est in via asportandi, antequàm ad alia diuertat, & sit quasi in quieta possessione. Similiter licet creditori clericum debitorem fugientem capere, vel fugam parantem detinere: præsentandum suo prælato, quia hoc non ad iniuriam, sed ad iustitiã tẽdit, & in iure non prohibetur.

4 ITEM percutiens clericum inuentum turpiter operantem cum vxore, matre, filia, vel sorore, non incidit, licèt mortaliter peccet. capitul. si verò de sententia excommunication. nisi adsit dolus, vt quia vir consensit vxori ad percutiendum clericum. Item quando percutitur clericus ab eo, qui habet potestatem, non ex odio, vel vindicta, sed causa correctionis discretæ, non incurrit, vt si prælati subditos verberant, vel detinent: magister discipulum clericum, pater filium, & senes pueros, &c.

5 ITEM non incidit quis, si percutit defendendo se, sua, aut alios, quia licet vim vi repellere, cum moderamine, & cæ. etiam si posset fugere, quando fuga esset sibi ignominiosa. Similiter si mulier, vel puer impetatur à clerico, & defendendo honorem ne violetur, percutit, mordet, & cætera, clericum, non incidit: quia si pro rebus hoc licet, multò magis pro honore.

6 ITEM percutiens clericum in primo motu iræ, non aduertens quid faciat, ex subita passione, & sine deliberatione, non incidit: quia actus est imperfectus, nec etiam mortaliter peccat: ideò non est suadente diabolo. Et idem dicas quando exceditur modus in defensione non ex deliberatione, sed ex iræ impetu, vel in correctione.

7 ITEM quando percussio est ita leuis, quod si esset in laicum, non constitueret peccatum mortale, nô est locus huic pœnæ: quia non est sacrilegiũ completum, vt hîc supponitur. Item si non adest intentio percutiendi iniu-

ciosè,etiã q̃ fiat grauis percussio, non est locus pœnæ,vt cũ ignoranter clericus percutitur , nisi ignorantia esset culpabilis, vel cùm arcetur turba,aliquis grauiter percuritur præter intẽtionem,ex aliquo casu.Ex hoc multos casus solues , vt cùm quis inualus ab inimico,vi ensem à clerico aufert, vt se defendat , non ad iniuriandum clerico,& huiusmodi.

8 IN clericum , appellatione clerici, vel monachi ,veniunt omnes habentes ordines,etiam primam tonsuram, omnes vtriusque sexus professi religionem aliquam approbatam, nouitij,& cõuersi earundem religionum, hoc est,hi qui se,& sua, mutato habitu alicui religioni perpetuò dedicauerunt , nisi tales fuerint priuilegio clericali priuati,vel degradati, & secundum quosdam hæretici, bigami, vel coniugati sine habitu , & tonsura, & apostatæ, seu vacantes sæuis enormitatibus.Illi de tertio habitu alicuius religionis,& Iesuati, non veniunt de iure ,nomine clerici , nec gaudent hoc priuilegio, nisi ex speciali concessione habeant . Inspicienda ergo essent singulorũ priuilegia. Hæc quasi omnia ex Caietan.in summa.ibi , sed pro regula generali sit tibi,quod omnes qui obligantur ad seruiendum Deo perpetuo,in seruitio ecclesiæ ,vt possint verè dici perfectè obligati, gaudent hoc priuilegio,aliàs non :secundum Panormi.in c.nullus.de for. compet.

9 NVLLVS Episcoporum,&c.reseruatur Papæ.Primò ,ex qualitate facti, videliset si percussio sit grauis , vel enormis, Papa , vel legatus de latere absoluit.Si leuis.Episcopus. Declarabit autem Episcopus an sit leuis , vel non . Et grauis iudicatur primò, ex magnitudine facti , vt esset mutilatio membri, vel graue vulnus requirens medicinam chirurgiæ , & cætera , vel vbi est abundans effusio sanguinis.Secundò.ex persona læsa, vt si Episcopus , vel prælatus percutitur, etiam quod simpliciter percussio sit leuis:tamen grauis iudicatur. Tertiò, ex persona lædente, vt si laicus officialis authoritatiuè percutiat clericum. Quarto, ex scandalo , vt si regularis clericum secularem percutiat. Quintò, ex irreuerentia , vt si percutiatur sacerdos indutus sacris vestibus , vel percussio fiat coram prælato. Sextò, ex loco publico.vt si in platea , vel in ecclesia. Septimò,ex loco vulneris,vt si vulnus fiat in oculo.Octauò, ex tẽpore , vt si tempore magnæ festiuitatis . Nonò,ex qualitate personarum, quia excessus puerorum infra annos pubertatis,& mulierum,ab Episcopo possunt absolui semper, & religiosorum in claustro se inuicem percutientium, & ad religionem transeũtium, nisi difficilis,& enormis fuerit excessus.cap.cùm illorum.de sent. excom. Qui etiam sui iuris non sunt,vt serui filijfamilias , & huiusmodi ,possunt absolui ab Episcopis in duobus, primò,si deliquerunt in fraudem,vt scilicet se subtraherent ab obsequio dominorum eundo ad Papam,secundò, si domini propter hoc sine sua culpa graue damnum incurrerent , nisi excessus sit talis,quod ad tollendũ scandalum,& ad aliorum exemplum ,debeant ad sedem apostolicam mitti.

10 Ex impedimento interueniente, possunt absolui citra Papam. Primò, in mortis articulo. Secundò, impediti ex infirmitate , vel impotentia corporali, vt senes communiter , habentes capitales inimicitias, qui sunt inopes , & quicunque impediti ne possint se præsentare Papæ , vel delegato , possunt per Episcopum absolui. Cùm hac moderatione. Primò,vt læsis satisfaciant.Secundò,vt iurent cessante impedimento se præsentare sedi Apostolicæ & patere illius mandato. Si autem sint magni domini secundùm iuris dispositionem prius,excessus sedis Apostolicæ significabitur, & secundum illius determinationem fiet, nisi periculum sit in mora . Hæc quasi omnia iuxta determinationem Caietan.vbi suprà, sunt dicta,prætermissis ob breuitatem tot capitulis,& allegationibus quæ citari potuissent.

11 PERSONAE priuilegiatę: secundùm Panor. in capit. cùm illorum. de senten. excommu. sunt 17. quæ continentur in his versibus. Regula, mors, sexus, hostis, puer, officialis, Deliciosuis, inops, æger, senex, atque sodalis, Ianitor, astrictus, dubius causæ, leuis ictus. Debilis, absolui sine summo antistite possunt. Regula, id est, religiosi, per dict. capitul. cum illorum. Mors, id est mortis in articulo. per c. non dubium. eod. titul. Sexus, id est mulieres per dict. capitul. mulieres. Dubius, per dict. capitul. cùm desideres. Causæ, scilicet iustæ ad non eundem, per capitul. quòd de his. Hostis, per capitul. de cætero. eodem titulo. Puer, per capitul. primum. eod. titul. Officialis, per capitul. si verò el. primò, eodem titul. Deliciosuis, per dict. capitul. mulieres. Inops. per capitul. quòd de his. eo. Æger, ibidem. Sodalis, per capit. quoniam. de vita & honestate clericorum. Ianitor, per dict. capitul si verò. Astrictus alterius potestati, per dict. capitul. mulieres. Leuis ictus. per capitul. peruenit. eod. ti. Debilis per capitul. ea noscitur. eod. titul.

12 PERSEQVENS iniuriosè clericum, si ipse fugiendo proijciat se in aquam, vt euadat mortem, & submergatur, vel cadens grauiter offendatur, incidit in canonem, violentiam enim iniuriosè ei infert. Secus quando non animo iniuriandi, & clericus cadit sine percussione: secundùm Veruer. Qui verò proijcit lapidē animo percutiendi clericum, non tamen illum tangit, non incidit: secundum Hosti. & Ioann. Andr. in capitul. perpetuæ. de electio. in sexto. quia licèt attentauerit, non tamen ad actum consummatum peruenit, etiam si tangat, non tamen vim, vel læsionem infert: secundum Panormitan. in capitul. cùm in cunctis. de electio. §. cletici sanè. vbi dicit, quòd cùm pœna apponitur à iure ipso facto, propter aliquod delictum, nunquàm est locus illi pœnæ, nisi illud delictum sit consummatum licèt sit inchoatum.

13 ACCIPIENS clericum per corrigiam, caputiū, vel capillos animo iniuriandi, & dicens, si non esses clericus percuterem te, &c. incidit: secundum Veruer. est enim inferens violentiam, & iniuriandi animum habet.

EXCOMMVNICATIO 2. ponitur in sexto, de pœnis capitul. fœlicis. Si quis in hoc sacrilegij genus irrepserit, qui sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinales hostiliter fuerit insecutus, vel percusserit, vel ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, aut factum habuerit ratum, aut consilium dederit, vel fauorem, aut posteà receptauerit, vel defensauerit scienter eundem, sicut criminis læsæ maiestatis reus, perpetuò sit infamis. (Et infrà) ex insecutione prædicta, sicut ex iniectione manuum violenta, ipso facto sententiam excommunicationis quis incurrat, tàm ipse insecutor, quàm alij supradicti tanti mali participes. Nec ab alio, quàm à Roman. Pontific. possit absolutionis beneficium obtinere, nisi in mortis articulo. Si princeps, senator, consul, potestas, vel alius dominus, siue rector, contra præsumptores prædictos præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari, tàm ipse, quàm officialis eius, infra mensem postquam res ad eorum notitiam venerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Horum absolutio est Papalis, quò ad primum canonem, de infectatoribus, &c. quò ad secundùm, de non facientibus obseruari, est Episcopalis. Simili pœna plectendi sunt facientes prædicta clericis, & religiosis familiæ Papæ, vel Cardinalium. Nota de mandante, hic & alibi, quòd nunquam est excommunicatus, si non sequatur effectus, nisi in vno casu, qui ponitur in sexto, de ho. capitul. pro humani. videlicet mandans Christianum per Assasinos interfici, etiam quòd non sequatur, effectus, est excommunicatus secundum veriorem opinionem, vt tenet ibi glo. Rursus not. quòd dantes consilium, auxilium, &c. nudum, quòd

nihil ad maleficium operantur, vel adijciunt, tunc non incurrunt. per tex. dict. capitul. fœlicis. & per gloss. in clementina prima, de pœn. secus quando dolosè ad actum aliquid operantur, per dict. tex. & glo. tunc enim sunt communicantes in crimine, ideò pari pœna debent puniri. de offic. de leg. c. 1.

EXCOMMVNICATIO 2. ponitur in clementi. prima, de pœn. vbi sic dicitur. Si quis suadente diabolo in hoc genus sacrilegij prorumperit, quòd quemuis iniuriosè, vel temerè pontificem (intellige consecratum) percusserit, acceperit, seu bannierit, vel hoc fieri mandauerit, aut facta ab alijs rata habuerit, vel socius in his fuerit facientis, aut concilium in his dederit, vel fauorem, seu scienter defensauerit eundem, in illis casibus de prædictis, in quibus excommunicationem per iam editos canones non subiret, sit huius nostræ constitutionis authoritate anathematis mucrone percussus, ac non queat nisi per summum pontificem, (præterquàm in mortis articulo) absolui. Potestas verò, consiliarij, balliui, scabini, aduocati, rectores, consules, & officiales ciuitatis, quæ in Episcopum suum commiserint aliquid prędictorum in prætermissis culpabiles existentes, similiter excommunicationis sententiæ à qua (nisi vt præmittitur) valeant beneficium absolutionis obtinere, sint subiecti. Est Papalis. Præter istum canonem est alius canon in cœna Domini, ita loquens, Excommunicamus, & anathematizamus omnes temerè mutilãtes, vulnerantes, interficientes, capientes, incarcerantes, & detinentes Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos eorumque mandatores. Et hæc est etiam Papalis, sicut cæteræ, quæ sunt in cœna Domini. Not. quòd tunc ciuitas dicitur culpabilis vt debeat puniri, vel interdicto, vel alia pœna: secundum Panor. in c. dilectus el. 2. de simo. post Bart. quando prius fuit deliberatum in ipsa vniuersitate pulsata campana, & alijs requisitis ad congregationem vniuersitatis. Vnde si omnes homines ciuitatis certum delictum committerent, & insurgerent, non diceretur factum per vniuersitatem, sed per singulos de vniuersitate, etiam si facerent pulsari campanam, & leuari vexillum vniuersitatis, oporteret enim prius, quòd fiat deliberatio in vniuersitate. Ex quo patet etiam, quòd omnia ista requiruntur, ad hoc quòd ciuitas, vel populus dicatur rebellis: vt possit in prædam concedi.

EXCOMMVNICATIO 4. contra inuadentes Romipetas, & est in cœna Domini, vbi dicitur sic. Excommunicamus, & anathematizamus omnes mutulantes, vulnerantes, & interficientes, seu capientes, & detinentes, seu deprædantes Romipetas, & peregrinos ad vrbem causa deuotionis, seu peregrinationis accedentes, & in ea morantes, vel recedentes ab ipsa. & in his dãtes auxilium, consilium, vel fauorem. Et est Papalis, & tenet etiam si curia Papæ ibi non sit, quia causa huius est deuotio. Not. quòd capiens euntem Romam non causa deuotionis, vel peregrinationis, non incidit, neque capiens habitantem Romæ, etiam quòd causa deuotionis illûc fuerit peregrinatus. Aliud est enim habitare, & aliud morari.

EXCOMMVNICATIO 5. in cœna, contra percutientes in curia, vbi excommunicantur omnes, qui non habentes iurisditionem ordinariam, vel delegatam, morãtes in curia (vbicunquè sit, siue Romæ, siue alibi) temeritate propria, capiunt, spoliant, detinent, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare, vel interficere præsumunt, & qui talia fieri mandant, seu faciunt. Not. quòd si quis ex ira, vel rixa, aliquem occidat in curia, non incidit in hunc canonem, quia non est ex proposito deliberato, licèt peccet mortaliter. Hęc etiã est Papalis.

EXCOMMVNICATIO 6. in cœna, contra offendentes litigan-

tes

tes in Romana curia, vbi dicitur, Excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alium seu alios, quascunque personas ecclesiasticas, vel seculares, ad Romanam curiá super suis causis, & negotijs recurrentes, illaq; in eadem curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumque gestores, aduocatos, vel procuratores ipsorum, vel etiam auditores, seu iudices super dictis causis, seu negotijs deputatos, occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant. Vel qui per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè prædicta exequi, vel procurare, aut in eisdem consilium, auxilium vel fauorem præstare non verentur, cuiuscunquè præeminentiæ, dignitatis, &c. Etiam est Papalis. Not. quòd si alia ex causa, quàm hîc exprimatur, prædicta agerent, non incurrerent sententiam.

EXCOMMVNICATIO 7. in processu curiæ, contra omnes illos, qui non pareant literas, aut mandatis Apostolicis, vel legatorum, vel nuntiorum, vel iudicum delegatorum, eorundem gratiam, vel iustitiam concernentibus, decretisque super eis & re iudicata, seu processibus executoribus, non habito prius eorum beneplacito, & assensu, néue tabelliones, & notarij, super huiusmodi literis, & processibus executoribus, instrumenta, seu acta conficere, aut confecta parti cuius interest tradere, sub grauissimis pœnis prohibere, statuere, seu mandare præsumunt: & contra dantes consilium, auxilium, seu fauorem, quiue iurisdictiones, fructus, reditus, & prouétus ad ecclesiasticas personas, ratione ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eas obtentorum pertinentes, vsurpant, vel atripiunt, seu quauis occasione, vel causa absq; Romano pontificis expressa licentia sequæstrante, vel qui per se, vel alium, seu alios, directè vel indirectè, prædicta exequi, vel procurare, aut eisdem consilium, auxilium, seu fauorè præstare non verentur, cuiuscunque præeminentiæ, dignitatis, &c. fuerint. Est Papalis.

EXCOMMVNICATIO 8. in processu cœnæ, contra omnes, qui se ab obedientia Romani pontificis, pertinaciter subtrahere, vel quomodolibet recedere præsumunt, & contra dantes consilium, auxilium, &c. Et est Papalis. Materia huius canonis est schisma.

EXCOMMVNICATIO 9. Honorij 4. de sentent. excom. c. nouerit. & in processu cœnæ. Excommunicamus omnes hæreticos vtriusque sexus, quocunque nomine censeantur, & fautores, & receptatores, & defensores eorum. Item ex processu: Excommunicamus omnes hæreticos, gazaros, patarenos, pauperes de Lugduno, arnaldistas, speronistas, passagerios vnicelistas, seu vsitas, fraticellos de opinione nuncupatos, nec non Martini Lutheri hæresim sequentes, ipsique Martino quò minus puniri possit quomodolibet fauentes, & quoslibet hæreticos alios quocunque nomine censeantur, ac omnes fautores, &c. Est Papalis. Nota, quòd fauere hæretico, vel eum defensare, intelligitur inquantum hæreticus, quia qui in alio defendit, non incidit in hunc canonem. Not. etiam quòd hæreticus hîc propriè accipitur, qui pertinaciter, perseuerauter, & malitiosè dubitat de his, quæ pertinent ad fidem, secun. Feli. non solùm in mente, sed cum aliquo actu exteriori, siue manifesto, siue omninò occulto, secundùm Tho. quia ecclesia non ligat, quæ sunt in mente tantùm, sed quæ foris sunt, etiam quòd sint occulta.

EXCOMMVNICATIO 10. ponitur extrà, de hæreticis. in. 6. ca. vt inquisitionis. vbi multæ personæ excommunicátur, videlicet omnes potestates, domini temporales, rectores, quibuscunque dignitatibus, vel officijs, & nominibus censeantur, & eorum officiales, ballini, qui diœcesa-

nis, vel episcopis, vel inquisitoribꝰ hæreticæ prauitatis non obediunt in hæreticorum, vel ipsorum credentium, vel defensorum, receptatorum, fautorum inuestigatione, captione, & custodia diligenti, cum ab eis fuerint requisiti. Octo hic feruntur excommunicationes. Prima contra prædictos, si non obediunt in inuestigatione, captione, custodia, prædictorum hæreticorum, & aliorum defensorum, &c. Secunda in omnes prædictos rectores, & officiales, si prædictas personas pestiferas non duxerint, vel duci fecerint sine mora, postquam fuerint requisiti, in potestatem, seu carcerem episcoporum, seu inquisitorum, vel ad quem alium locum, de quo ipsi, vel aliquis ex ipsis mandauerint, infrà eorum dominorum, vel rectorum districtum, vbi per viuos catholicos, à prælatis, episcopis, vel inquisitoribus, vel eorundem aliquo deputatos, sub arcta custodia, & diligenti teneantur, donec eorum negotium per iudicium ecclesiæ terminetur. Tertia, omnes suprà dicti rectores, & officiales eorum, & nuntij, si de hæresi ab episcopis, vel inquisitoribus condemnatos, & eorum brachio derelictos, non statim ceperint, indilatè animaduersione debita puniendos, non obstantibus appellationibus ipsorum prædictorum, sunt excommunicati. Quarta, omnes supradicti rectores, officiales, si captos pro crimine hæresis absque dictorum episcoporum, seu inquisitorum, aut saltem alterius eorum licentia, vel mandato à captione, vel carcere liberauerint, simili innodantur censura. Quinta, omnes prædicti rectores, ipsorumque officiales, si de crimine hæresis (cùm merè sit ecclesiasticum) cognouerint quo quomodo vel iudicauerint, excommunicantur. Sextò, omnes supradicti, si executionem pro huiusmodi crimine à diœcesanis, vel inquisitore, inuanctam promptè (prout suum spectat ad officium) facere detractent, vel si diœcesani, vel inquisitoris iudicium, sententiam, seu processum, directè, vel indirectè impedire præsumant, excommunicatione simili ligantur. Septima, omnes supradicti, qui præfato fidei negotio, episcopo, vel inquisitori incumbenti se opponere præsumpserit, vel ipsum aliqualiter impedire. Octaua, omnes etiam alij sunt excommunicati, si faciunt prædicta, vt faueant hæreticis, vel auxilientur, aut defendant, aliàs est episcopalis, secundùm Caietanum, quantum est ex isto canone, sed per processum cœnæ est Papalis.

EXCOMMVNICATIO II. de censib. libro sexto. capitulo quanquam. nunc verò in processu curiæ, contra exigentes (scilicet coactè) per se, vel per alium, pedagia, vel gabellas, à personis ecclesiasticis, pro rebus suis, vel ecclesiarum, quas non negotiationis causa deferunt, ipso facto sunt excommunicati. Canon talis est.

Constitutionem fe.re. Alexand. Papæ IIII. prædecessoris nostri, qui statuit ecclesias, & personas ecclesiasticas, ad pedagia, & guidagia non teneri, nec ad exhibendum, ad soluendum talia pro rebus suis proprijs, quas non causa negotiandi deferunt vel deferri faciunt, seu transmittunt, volentes propter multorum insolentiam, & abusum, pœnæ adminiculo adiuuare, adijciendo districtius inhibemus (contraria consuetudine quo cunque non obstante) vt nec collegium, nec vniuersitas, nec aliqua etiam singularis persona, præfatis personis, seu ecclesijs pro personis ipsis, aut rebus prædictis, talia exigat, vel extorqueat per se, vel per alium suo nomine, vel etiam alieno, aut eas ad huiusmodi persoluenda compellat. Qui verò contrafecerint, si personæ fuerint singulares, excommunicationis: si autem collegium, vel vniuersitas ciuitatis, castri, seu loci alterius cuiuscunque, ipsa ciuitas, castrum, vel locus, interdicti sententiam ipso facto incurrant, nec ab excommunicatione huiusmodi absolutionem,

nem, vel interdicti relaxationem obtineant, donec exacta plenariè restituerint, & de transgressione satis fecerint competenter. Not. nomine pedagiorum intelliguntur vectigalia pro transitu, siue passu. infrà, gabella. §. 2. Si quis autem petat non tanquam debitum, sed rogando, & non aliquo modo cogit, non incidit, secundùm Panormitanum. in clemen. quoniam. de immunita. ecclesia. Et hæc censura erat episcopalis. Nunc verò est in processu cœnæ, vbi dicitur, quod non solum exigentes prohibita, sed etiam noua imponentes ligantur. Sic enim inquit, Excommunicamus omnes, qui in terris suis noua pædagia imponunt, vel prohibita exigunt. Augentes etiam pedagia, & huiusmodi. secundum quosdam, hanc censuram videntur incurrere, quia augere, & de nouo ponere, par ratio censetur, vt in capitul. prohibemus. de cen. verum alij satius opositum tenent, quod textui quadrare videtur. Not. quòd si negotiationis causa deferunt, tenentur, & exigentes censuram non incurrunt. Item & coloni eorum, de his quæ colligunt in terris clericorum, tenentur soluere pro parte sua, secundum Cardinalem polt Felinum. Quando autem vniuersitas dicatur delinquere, vt merito huic interdicto suptradicto supponi queat. Vide suprà, Excommunicatio 3.

EXCOMMVNICATIO 12.

Innocentius tertius de crimine falsi. capit. ad falsatiorum. & c. dura. Contra falsatiòs literarum apostolicarum qui per se, vel per alium, vitium falsitatis exercent, cum defensoribus, & fautoribus suis. Not. subreptitiæ literæ, falsæ nõ dicuntur. Item non comprehenduntur hic vtentes falsis, sed exercentes falsas. Secundò, subiungitur alius canon contra laicos vtentes literis apostolicis falsis, non contra clericos, quia alia pœna pro hoc crimine plectuntur, scilicet priuationis ab officijs, & beneficijs, secundùm Panormitanum ibidem. Neutra harum excommunicationum secundum ius antiquum seruatur Papæ. Tamè quia est in processu cœnæ, nunc reseruatur prima, quæ prima etiam extenditur ad bullas. gratias, supplicationum signaturas, &c. secundum Caietanũ ibi. Et est hęc excommunicatio 2. indicto cap falsariorum. & intelligitur de vtentibus literis ab alijs falsificatis, & est episcopalis.

Aduertendum est etiam, quod absolutio tenentis literas, apostolicas falsas post viginti dies, si Episcopus tulit contra tales in communis excommunicationem seruatur Papę, per dictum capitulum dura. non autem tenendo simpliciter falsas, dummodo non vtatur, non incurrit, cùm non falsauerit, nisi per episcopum feratur sententia. Nullus etiam potest abradere, corrigere, addere saltem vnam figuram, nec complere literis apostolicis sine licentia illius, ad quem spectat. secundum Hostiensem, & doctores in capitulo ex literis. de fide instrumentorum. & Panormitanus ibi. Vide Archid. Floren. 3. par. tit. 25. capit. 16. aliter sunt excommunicati, & est Papalis.

EXCOMMVNICATIO 13.

ex processu curiæ, contra piratas. Excommunicamus, & anathematizamus omnes piratas, cursarios, latrunculos maritimos, & illos præcipuè, qui mare nostrum à monte argetario vsque ad terracinam discurrere, & nauigantes in illo deprædari, mutilare. interficere, ac rebus & bonis suis spoliare, præsumpserunt hactenus, & præsumunt, ac omnes receptatores eorũdem, & eis auxilium dantes, cõsilium, vel fauorem. & est Papalis. Si autem aliqui bellando spoliarent, non dicerentur piratæ: ideò non inciderent in hunc canonem, sed tãtùm illi, qui hoc officium exercent, huc illucq; discurrentes.

EXCOMMVNICATIO 14.

de Iud. & Sara. capit. ad liberandum. in extrauaganti Gregorij, Nicolai, in processu cœnæ. Excommunicamus, & anathematizamus illos, qui contra

contra Christum, & populum Christianum, Saracenis arma, ferrum, & lignamina deferunt galearum, eos etiam qui galeas eis vendunt, vel naues, quique in piraticis Saracenorum nauibus curam, vel gubernationem exercent, aut machinis, aut quibuslibet alijs aliquod eis impendunt consilium, auxiliumque in dispendium terræ sanctæ, ipsosque rerum suarum priuatione mulctari & capientium seruos fore censemus, &c. Not. quod deferendo quicquid sit illud, quo possint impugnari Christiani, vel se à Christianis tueri infideles, dicta excommunicatio incurritur. Et deferendo merces tempore belli, vt patet in cap. quod olim, de Iudæ. & sar. & deferendo omni tempore victualia, & quaslibet merces in Alexandriam, vel ad alia loca Saracenorum terræ Ægypti, vt patet in extrauaganti. Cle. 5. quæ incipit. Multa nimis. Hæc tertia cum prima sunt papales. Aliqui habent gratiam, vt possint portare merces etiam tempore belli, vt dicitur de Genuen. sunt tamen eorum priuilegia inspicienda, quomodò stant. In cœna Domini sic dicitur, Excommunicamus omnes illos, qui equos, arma, ferrum, lignamina, & alia prohibita deferunt saracenis, turcis, & alijs Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant. Tempore autem belli, excommunicati sunt deferentes quodcunque mercimonium: vt patet in dicto capitul. olim. Tertia verò excommunicatio, quatenus ab alijs duabus separatur, seruatur Episcopo. Appellatione armorum, veniunt secundum Caietanum nó solùm offensiua, sed & defensiua, ex quacunq; materia sint. Per ferrum verò, & lignamina, præcipuam materiam armorum intellige, & nauium, ac galearum. Et per alia prohibita accipe non solùm naues, ac galeas, sed quascunque secundarias proprias materias armorum, galearum, & nauium, vt sunt sarcinæ, vela, &c. & breuiter quæcunque ad hoc sunt, vt Christiani impugnentur ex eis. Sic enim processus cœnæ explicat. Victualia autem, & communis vsus merces, vt panni linei, vel lanei, & alia huiusmodi, non veniunt appellatione prohibitorum. Ex quo sequitur, quod excommunicatio cœnæ, non extenditur ad deferentes victualia, & merces communes. Vnde deferentes has merces extra tempus belli non sunt excommunicati, sed in tempore belli, aut nisi in Alexandriam, vel partes Ægypti deferant, cùm excommunicatio non inueniatur contra illos, nisi vbi dictum est. & vltra pœnam excommunicationis, est alia pœna, vt patet in canone allegato, quem benè notabis.

EXCOMMVNICATIO 15. in processu cœnæ. Excommunicamus, & anathematizamus omnes impedientes seu inuadentes victualia, seu alia ad vsum Romanæ curiæ necessaria adducentes, vel qui ne ad Romanam curiam ipsa adducantur, vel deferantur impediunt, seu perturbant, & qui talia fieri faciunt, vel defendunt, cuiuscunque fuerit ordinis, præeminentiæ, & ce. Est Papalis. No. quod si quis non, vt impediat, vel perturbet ea, quæ ad curiam deferenda sunt, sed vt consulat propriæ prouinciæ, vel ciuitati, prohibeat ne quis extrahat frumenta, & alia victualia de prouincia sua, propter hoc non incidit in hunc canonem: quia non ex proposito impedit. Item si quis tempore pestis prohibet ne quispiam vadat ad curiam Romanam, reuersurus, non incidit. Per se enim quærit salutem patriæ, sed per accidens sequitur damnum curiæ, iuxta quod per accidens censuræ non intelliguntur.

EXCOMMVNICATIO 16. in processu cœnæ. Excommunicamus & anathematizamus omnes illos qui per se, vel alium, seu alios, directè, vel indirectè sub quocunque titulo, vel colore occupant, detinent, vel hostiliter destruunt seu inuadunt, aut occupare, detinere, vel discurrere, vel inuadere

uadere hostiliter præsumunt in totum, vel in partem, almam vrbem, regna Sciliæ, seu Trinacriæ, insulas Sardiniæ, & Corsicæ, terram citrapharū, patrimonium beati Petri in Tuscia, ducatum Spoletanum, comitatū Venaysinum, Sabinensem, Marchiæ Anchonitanæ, Massiæ, Trebariæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas prouincias, ac terras specialis commissionis Arnaldorum, ciuitatésq; nostras, Bononiam, Ferrariam, Beneuentum, Perusium. Auinionem, ciuitatem castelli, Tudertū, & alias ciuitates, terras, & loca, vel iura ad ipsam Romanam ecclesiam spectantia & adhærentia, ac fautores, & defensores eorum, seu in his dantes auxilium, consilium vel fauorem. Est Papalis. Not. quòd quando vna pars ciuitatis est extrà, & vult intrare, & alteram expellere, & de facto intrat, quamuis non intendat auferre dominum à Papa, quia tamen hostiliter inuadunt partem, incidunt in canonem istum: secundum Caietan. ibi, licèt sub colore manendi in domo sua hoc faciant. Sic liberum ecclesiæ regimen videtur auferri.

EXCOMMVNICATIO 17. contra inquisitores & inferiores Episcopis, quibus officium inquisitionis committitur, si odio, gratia, vel amore lucri, vel commodi temporalis obtentu contra iustitiam, & contra conscientiam suam omiserint contra quē plam procedere vbi fuerat procedendum, Episcopi verò, & superiores, incurrunt suspensionem. Et est in capit. multorum. in clem. de hæreti. Item excommunicantur prædicti, si eodem obtentu prauitatem ipsam hæresis, vel impedimentum sui officij alicui imponendo præsumpserint aliquem quoquo modo vexare. Absolutio reseruatur Papæ, nisi in mortis articulo, & tunc præmissa satisfactione potest absolui. Not. contra iustitiam. & conscientiam copulatiuè, sine enim vtroque non incurritur sententia hæc. Not. quòd dimittentes propter timorem, vel scandalum, non sunt excommunicati: secundùm glossam: quia non odio, nec gratia, nec amore hoc faciunt.

EXCOMMVNICATIO 18. capitul. nulli fas. Contra asserentes contumaciter, ecclesiam Romanam non esse caput omnium ecclesiarum, & non posse condere canones, vel sibi tanquàm capiti non esse obediendum, & est Papalis, cùm tales sint hæretici, & schismatici, & consequenter in processu cænæ. Qui peccant transgrediendo præcepta Papæ, etiam ex contemptu, dummodò recognoscant ipsum pro capite, non incidunt.

EXCOMMVNICATIO 19. In processu cœnæ, contra omnes illos, qui sub quibusuis pœnis, quibuscunque personis in genere, & in specie, ne aliquas literas apostolicas, etiam in forma breuis, tàm gratiam, quàm iustitiam concernentes, & citationes, & executoriales, quæ à sede prædicta emanarunt, & pro tempore emanabunt, sine eorum, vel principum beneplacito, & examine executioni mandent, & inhibent, ac notarios executores, vel subexecutores literarum, monitoriorum, citationum, & inhibitionum huiusmodi capiunt, incarcerant, & detinent, vel capi, vel incarcerari, & detineri faciunt, & qui ex eorum officio, vel ad instantiam quorumcunque, personas ecclesiasticas, & capitula, conuentus, & collegia ecclesiarum quarumcunq; coram se ad suum tribunal, audientiam, cancellariam, concilium, vel parlamentum trahunt, ac præter iuris communis dispositionem trahi faciunt, vel procurant directè, vel indirectè, quouis quæsito ingenio, vel colore. Hæc est Papalis, tam ecclesiasticos, quàm dominos temporales contra facientes includens.

EXCOMMVNICATIO 20. de hæreticis. in clementina nolentes. Contra inquisitores, & vicarios ipsorum, vel Episcoporum, seu capitulorum sede vacante super hoc deputatos, si prætextu inquisitionis officij quibus-

quibuſuis modis illicitis ab aliquibus pecuniam extorquent, aut ſcienter attentant eccleſiarum bona ob clericorum delictum prædicti occaſione officij fiſco eccleſiæ applicare, nec abſolui poſſunt, præterquam in mortis articulo, donec illis à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic extorta. Hæc eſt Papalis ante ſatisfactionem, ſed poſt Epiſcopalis. Nota, quòd nomine pecuniæ venit quodcunque pecunia poteſt æſtimari, vt frumentum, vinum, pannum, & cætera. Not. etiam quòd ſi quid accipiunt inquiſitores debito modo, vt per viam muneris, non eſt locus huic pœnæ: quia ad hoc quod incidant: oportet quòd extorqueant, & illicitè.

EXCOMMVNICATIO 21. In proceſſu cœnæ, contra omnes, & ſingulos vicecancellarios, & conſiliarios, ordinarios, & extraordinarios quorumcunque regum & principum ac cancellariorum, conſiliorum, & parlamentorum: nec non procuratores generales eorundem, vel aliorum principum ſecularium, etiam ſi imperiali, regali, ducali, vel alia quacunque præfulgeant dignitate, nec non Archiepiſcopos, & Epiſcopos, Abbates, & cõmendatarios, eorumque vicarios, & officiales, qui per ſe vel aliũ, ſeu alios, quarumcunque exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum apoſtolicarum, nec non decimarum, & beneficiales, ac alias ſpirituales, & ſpiritualibus annexas cauſas, ab auditoribus, & commiſſarijs noſtris aduocant, ac excutiones monitoriorum, citationum, inhibitionum, ſequæſtrorum, executorialium, & aliarum literarum, apoſtolicarum tãm gratiam, quàm iuſtitiam concernentium, à nobis, necnon à camerario, & præſidentibus cameræ apoſtolicæ, ac auditoribus, & commiſſarijs apoſtolicis in eiſdem cauſis pro tempore emanatarum, illarumque curſum, & audientiam, ac perſonas, capitula, conuentus, & collegia, cauſas ipſas proſequi volentes authoritate laicali impediunt, & ſe de illarum cognitione tanquàm iudices intromittere, ac partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, ſeu reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos contra quos tales inhibitiones emanarunt, à cenſuris, & pœnis in illis contentis abſolui ordinant, vel compellunt. Hæc eſt Papalis. Aduertendum eſt, quòd in proceſſu cœnæ domini ſæpe dicto, ſub Adriano 6. excludunt excuſationes principum, vel, huiuſmodi, qui excuſant ſe dicentes, quòd pontifex tolerat iſta prædicta. Hæc excuſatio non valet: quia Papa poſt omnes cenſuras ſubinfert hæc verba. Declarantes nihilominùs, ac proteſtantes prout tenore præſentium declaramus, ac expreſſe proteſtamur abſolutionem hodie, vel aliàs etiam ſolenniter, per nos faciendam, præfatos vice cancellarios, conſiliarios, & procuratores, ac alios excommunicatos prædictos, niſi prius à præmiſſis cum vero propoſito vlterius ſimilia aon committendi deſtiterint, non comprehendere, nec illis aliter ſuffragaturam eſſe. Ac inſuper in præmiſſis omnibus, & ſingulis, ac alijs, quibuſcunque iuribus, ſedi apoſtolicæ, ac ſanctæ Romanæ eccleſiæ vndecunque, & quomodolibet quæſitis, ſeu quærendis per quoſcunque actus contrarios, aut quomodolibet præiudicantes, tacitos, vel expreſſos, à nobis, vel ſede apoſtolica, quomodolibet factos, aut faciendos, aut quemcunque temporis fluxum, ſeu patientiam, vel tolerantiam noſtram nullatenùs quomodolibet præiudicari debere, aut quomodolibet poſſe, & ſic noſtrę incommutabilis intentionis ſemper fuiſſe, fore, & eſſe.

EXCOMMVNICATIO 22. in capitul. conqueſtus. de ſententia excom. Contra expolientes eccleſias cum effractione vel portarum, vel parietum, vel clauſuræ, aut diſcooperiendo tectum, vel huiuſmodi. Tales enim ſunt excõmunicati, & poſt denuntia-

nuntiationem etiam in communi factam, à Papa tantùm absoluuntur. Not. quòd tantùm rapiens in ecclesia, vel frangens non est excommunicatus, sed faciens vtrunq;, vel cum furto incédit ecclesiam. Not. etiam quòd hîc non infertur sententia, sed supponitur lata. Sed vbi? In decretis à Lucio Papa. in canon. omnes ecclesiæ. 17. q. 4.

EXCOMMVNICATIO 23. in cap. tua. de sent. excom. Contra incendiarios locorum ecclesiasticorum, & religiosorum, siue quorumcunque locorum, secundum communiorem opinionem, vt etiam intelligit Caiet. ibi. Hi per hoc factum non sunt excommunicati: quia nullibi inuenitur, sed si per prælatos ecclesiæ excommunicentur, & publicentur, tunc post publicationem absolutio reseruatur Papæ, secundum Caie. ibi. Alij autem dicunt vt Tabu. ibi, quòd qui incendunt ecclesiam ipso iure sunt excommunicati, & ante publicationem Episcopus potest absoluere, sed qui alia loca incendunt, non sunt excommunicati, sed excommunicandi: & tunc à Papa tantùm absoluentur, secundum communiorẽ opinionem. Not. quòd incendiarij dicuntur, qui malo animo, & studiosè incendũt domum, segetem, huiusmodi. Et dicit Caieta. quòd diligenter quæsiuit canones, & non inuenit incendiarios ecclesiarum esse excommunicatos, & præcipuè per can. canonica, 12. q. 3. quia ille canon. non est Papæ, nec concilij vniuersalis, sed particularis synodi, videlicèt Autisiacensis: quæ ad vniuersas Christi ecclesias non extenditur, dantes etiam fauorem, auxilium, vel consilium scienter, & propria authoritate, sine causa, hîc comprehenduntur. Opinio Caietan. satis cõsona videtur, cùm simus in pœnis, propterea sequenda videtur.

EXCOMMVNICATIO 24. in cap. significauit. de sentent. excommunic. Contra clericos, qui scientes sponte participant in diuinis officijs excommunicato à Papa. & absolutio reseruatur Papæ. Intelligitur secundum Pet. de Palud. de excommunicatis nominatim, non autem per canones, vel sententias generales, nisi essent tales circunstantiæ, quibus proprium nomen exprimeretur. Item per diuina officia, intellige tàm de his quæ in ecclesia dicuntur quam extrà. Item quia canon. dicit. Et ipsos in officio recipiunt. dicit Caiet. ibi, quòd si clericus interesset diuinis cum talibus excommunicatis, sicut vnus de populo non tanquàm recipiens ad diuina, non esset excommunicatus.

EXCOMMVNICATIO. 25. in cap. nuper. de sentent. excommu. Si quis nominatim excommunicato scienter communicat in crimine criminoso, ei consilium impendendo, auxilium, vel fauorem, cum ratione damnati criminis videatur in eum delinquere, qui damnauit ab eo, vel eius superiore, meritò erit delicti absolutio requirenda. (Et infrà) verùm si difficile sit ex aliqua iusta causa, quòd ad ipsum excommunicatorem absoluendus accedat, concedimus indulgentiam, vt præstita iuxta formam ecclesiæ cautione, quod excommunicatoris mandato parebit, à suo absoluatur Episcopo vel proprio sacerdote. Not. quòd quis dicitur participare in crimine criminoso cum excommunicato, quando participat in eó pro quo quis fuit excommunicatus, vt si clericus fuit excommunicatus: quia commisit fornicationem, & aliqua mulier fornicetur cum eo, dicitur participare in crimine criminoso: quia pro tali crimine fuit damnatus. Si autem fuit excommunicatus: quia fornicatus est cum Berta, & postmodum Antonia cum illo fornicatur. Antonia non erit excommunicata: quia propter hoc crimen scilicet cum Antonia non fuit excommunicatus, sed pro crimine cum Berta. Ideò si Berta ictum fornicetur cum eo, erit excommunicata. Item qui participat cum aliquo

in

in crimine, propter quod talis incurrit excommunicationem, quam ante non incurrerat, non propter hoc participans est excommunicatus, nisi excommunicatio esset lata contra facientem tale quid cum participibus, vel quando esset lata contra dantes auxilium, consilium, & fauorem: vel quando extenderetur ad omnes cooperantes, vt de percussione clericorum suprà est dictũ. Absolutio huius reseruatur illi, qui intulit sententiam regulariter, vt Papæ, si Papa tulit, nisi ex aliqua causa, vt suprà dicitur in canone. Item not. quod si Papa excommunicaret aliquem, & ei participantes quomodocunque (quòd potest facere) tunc omnes participantes etiam loquentes cum eodem essent excommunicati. Vide in capit. si concubinæ. de senten. excommuni. vide etiam suprà, quomodò excommunicatio incurritur, excõmunicatio 49. 50. 51.

EXCOMMVNICATIO 26. in capitul. fundamenta. in 6. de elect. vbi excommunicantur omnes cuiuscunque nobilitatis, præeminentiæ, &c. qui sine licentia sedis apostolicæ, nominationi, electioni, vel assumptioni in senatorem, capitaneum, patritium, aut rectorem, vel ad regimen vrbis Romæ assentiunt, vel se intromittunt, per se, vel per alium. Excipiuntur Romani, ex ipsa vrbe naturaliter oriundi, vel ibi continuè habitantes, qui licèt sint prædictorum fratres, filij, vel nepotes, aut sub comitatu. vel baronię nomine extra territorium vrbis iurisdictionem perpetuam, vel temporalem obtineãt: possunt tamen in senatores Romanos, assumi ad vnum annum, dummodò non habeant extra territoriũ talẽ potestatem, quòd possent euacuare rationem huius constitutionis, scilicèt ecclesiæ libertatem. Item excommunicantur omnes alij à prædictis, qui assentiunt ad prædictum regimen vltra annum, sine licentia sedis Apostolicæ. Et intendentes, vel obedientes illis sic assumptis, & dantes auxilium, consilium, & fauorem publicè, vel occultè, tàm nominatoribus, & assumptoribus, quàm nominatis, & assumptis, & est reseruata Papæ: secundum veriorem opinionem, quamuis aliqui dicant, quòd est episcopalis. Caietan. dicit quod est Papalis, vt patet in fine canonis.

EXCOMMVNICATIO. 27. in extrauaganti Benedicti XI. vt refert Archidiaco. Florent. 3. parte. titu. 34. capitul. 68. contra impugnantes literas electi in Papam. antequàm coronetur, qui sunt ipso facto excommunicati.

EXCOMMVNICATIO. 28. in extrauaganti. Iulij II. susceptì regiminis, & Pij II. vbi præcipitur sub excommunicationis latæ sententiæ, & interdicti pœnis, ne qua persona cuiuscunquè dignitatis, siue etiam vniuersitatis, aut collegium, quouis quæsito colore ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis quibuscunque suis, & successorum suorum appellationem huiusmodi interponere audeant, & contra facientes vna cum fautoribus suis, & consilium auxiliũ ue præstantibus, siue tabelliones sint, siue testes, siue aduocati, siue alij quicunquè, non solùm pœnis prædictis, & censuris, sed etiam his, quæ læsæ maiestatis, & hæreticæ prauitatis reis imponuntur, obnoxios esse statuit. (Et infrà.) Dictasque pœnas, & earum quamlibet, omnes illos ipso facto incurrere volumus cuiuscunquè conditionis existant, & gradus prærogatiua præfulgeant, qui in senatu, concilijs, Parlamentis, congregationibus, etiam synodalibus, & prouincialibus, vel alias quomodolibet, tacitè, vel expressè, vocè, vel scripto, per se, vel per alium, cuiuscunquè timoris, vel reuerentiæ velamine, vel prætensa excusatione, & superioris mandato non obst. decreuerint, consulu erint, seu deliberauerint, vel aliorũ dicta approbauerint, consilium, aut vocem dederint, vt ad futurum vniuersale concilium à nobis, vel successoribus nostris, Romanis Pontificibus

contra

eõtra prædictam constitutioné appellare liceat, possit, vel debeat, dictas pœnas ad ipsos, & eorũ quemlibet cõtrauenientem in prœmissis, tenore præsentium extẽdentes, & locũ habere declarantes omni ambiguitate cessante.

EXCOMMVNICATIO 29. in extrauagãti Iulij II. Cùm tam diuino, approbata in concilio Lateranen. Inhibemus omnibus, & singulis sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalibus, qui pro tempore erunt, & eorum sacro collegio, ne apostolica sede vacante, prædictis scilicet de Romani Pontificis, præter simoniam facienda electione conuenire, vel contra prœmissa, vel aliquod prœmissorũ statuere disponere, ordinare, vel aliquo modo facere, seu attentare præsumant, quocunque exquisito colore, vel causa, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, quam ipso facto incurrãt, & à qua non nisi per Romanum Pontificẽ canonicè electum absolui possint, nisi in mortis articulo. Ex hoc habetur, quòd Cardinales contraueniẽtes contra ordinata de electione Papæ præter simoniam, vel statuentes, sunt excõmunicati, & est Papalis. Et nota, quòd post hanc constitutionem electus simoniacè, non est in veritate Papa, & Cardinales sede vacante iurant se seruaturos constitutionem.

EXCOMMVNICATIO 30. in ca. quicunque. de sent. excom. in. 6. Quicunq; pro eo, quòd in Reges. principes, & barones, nobiles, & baliuos, vel quoslibet ministros eorum, aut quoscunq; alios, excommunicationis, suspensionis, siue interdicti sententia fuerit promulgata, licẽtiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu alias in personis, aut in bonis suis, vel suorum grauandi eos, qui tales sententias protulerunt, siue quorum occasione sunt prolatæ, vel easdem sententias obseruantes, seu taliter excommunicatis communicare nolentes, nisi licentiam ipsam re integra reuocauerint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiæ sit processum, nisi bona ipsa fuerint, infrà septem dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Eadem quoque sententia sint innodati omnes, qui ausi fuerint prædicta licentia data vti, vel aliquid præmissorum ad quæ committenda dari licentiam prohibuimus aliàs committere suo motu. Qui autem in eadem sententia permanserint, duorum mensium spatio, ex tunc ab ea non possint, nisi per sedem Apostolicam absolutionis beneficium obtinere, ante duos menses est episcopalis, pòst verò Papalis. nota, quòd nomine suorum, veniunt omnes, siue propinqui, siue remoti, qui quacunque relatione, vt sui grauati sunt. Item nota, quòd grauati dicuntur aliqui, quando contra iustitiam agitur contra eos, secus autem si secundum iustitiam, licèt ex malo animo, vel propter hoc ageretur.

EXCOMMVNICATIO 31. in cap. nouerit, de sentent excom. Excommunicamꝰ omnes, qui de cætero seruari fecerint statuta edita, & consuetudines, vel potiùs abusiones introductas contra ecclesiasticam libertatem, nisi ea de capitularibus suis infra duos menses post huiusmodi publicationem sententiæ fecerint amoueri. Excommunicamus quoque statutarios, & scriptores statutorum ipsorum, necnon & potestates, & consules, rectores, & consiliarios locorũ, vbi de cætero huiusmodi, statuta, & consuetudines edita fuerint, vel obseruata, necnon & illos, qui secũdum ea præsumpserint iudicare, vel in publica forma scribere iudicata. S. c. Ioan. Andr. hæc est Episcopalis, sed ex processu curiæ est Papalis. nota, quòd illud est contra libertatem ecclesiæ, quòd vniuersaliter est contra omnem ecclesiam, vt quòd non soluantur decimæ. Et dicit Caietan. hîc, quòd iste canon respicit statuta, & cõsuetudines, tunc temporis edita, & introducta, scilicèt tẽpore Honorij III. & faciens prædicta seruari est excommunicatus, & nõ faciens deleri, dum-

modò non faciat seruari, non est excommunicatus. Item quò ad secundum canonem nota, quòd si consules, rectores, &c. non concurrunt ad alteram harum duarum actionum, videlicet ad edendum huiusmodi statuta, vel ad seruandum, non incurrunt hanc sententiam. Secus si concurrunt. Item statutarii, & alij nominati, si pura mente prædicta faciant, non intendentes aliquid contra libertatem ecclesiæ, sed secundum quòd à doctoribus consulti fuerunt, ita statuerunt, propter hoc non incidunt, & excusantur etiam â peccato, quia consuluerunt, & fecerunt quantum in ipsis fuit. Item nota, quod facere contra libertatem ecclesiæ, est eam arctare in his, in quibus non subijcitur, siue hoc habeat iure naturali, siuè spirituali, siue ex dono naturali, vel gratuito, siue ex iure communi, siue ex priuilegio vndecunque habeat, siue à Deo, siue à Papa, siue ab Imperatore: & sic canones intelligunt in capitul. libertatis. in sexto, de immunitate ecclesiarum. Et nomine ecclesiæ intellige de libertate communi omni ecclesiæ, & non vni tantùm vel pluribus, ita vt qui facit contra libertatem alicuius ecclesiæ, vt monachorũ, vel prædicatorum, non incurrit hunc canonem, suprà Emunitas. §. 26. Notat, hic secundum Caietanum, quòd statuentes circa mortuaria, imponendo modum ne fiant excessus in luminaribus, vestibus, indumentis equorum, multitudine crucium, religionum, &c. non incidunt in hunc canonem: quia hæc per se ad temporalem bonorum ordinantur, & si tangãt clericos, & ecclesias, quæ priuantur elemosinis, hoc est per accidens. Nec obstat c. fin. de reb. eccle. non alien. vbi decernitur esse contra libertatem ecclesiasticam statuere de mortuarijs, tãquàm de annexis ecclesiasticæ libertati, siue iurisdictioni: quia vt ipse Caiet. glosat: de mortuarijs intelligitur ordinatis per se ecclesiam, ad salutem defuncti, seu cultum diuinum: secus de ordinatis per se ad temporalé honorem. Determinationem huius quæstionis vide infrà, Exequiç. per totum, Tab. excommunicatio. 5. casu. 20. quia communior opinio est contra Caiet. quia tamen ex vtraq; parte fortes rationes sunt nullam volo damnare opinionem.

EXCOMMVNICATIO 32. in capi. vnico de iniur. & damna. in. 6. illi qui repræsalias aduersus personas ecclesiasticas, seu bona ipsorum concedunt, vel extendunt ad eas, nisi præsumptionem huiusmodi reuocauerint, à concessionis vel extensionis tempore infrà mensem, si persona singularis fuerit, sententiam excommunicationis incurrat, si vniuersalis ecclesiastico subiaceat interdicto, & est episcopalis. Quid si antè mensem processerunt ad actum? Dicit Gemnian. quòd incidunt. Caietanus autem dicit quòd non, & rationabiliùs dicere videtur: tamen bona clericorum infrà mensem debent restitui in integrum reuocando, &c. Si concedũtur repræsaliæ clerici debitoris solùm contra eius bona, præmissis ac seruatis his, quæ de iure præmittenda, & seruanda sunt, non est locus huic pœnæ: quia non propriè sunt repræsaliæ illæ, in quibus vnus pro alio grauari non potest.

EXCOMMVNICATIO 33. in capitulo hoc consultissimo. in. 6. de rebus ecclesiasticis non alienandis. Illi qui prælatos, vel personas ecclesiasticas, ad submittendum ecclesias, bona immobilia, seu iura ipsarum laicis, non concedendo bona ipsa, vel iura in emphyteosim, seu aliàs alienando in forma, & cãsibus à iure permissis, sed constituendo, vel recognoscendo, seu profitendo, à laicis ea tanquam â superioribus se tenere, seu ab ipsis eadem aduocando, vel ipsos patronos, vel aduocatos ecclesiarum seu bonorum ipsorum perpetuò, aut ad tempus non modicum statuendo compulerint, cuiuscunque conditionis sint, aut status, excommunicationis sententia sint innodati (Et infrà) Laici ex contractibus super præmissis consen-

consensu capituli, & licentia apostolica interuenientibus iuris seu occasione illorum vltra id quòd ex natura contractuum ipsorum, vel adhibita in illis lege permittitur aliquid vsurpantes, nisi legitimè moniti ab huiusmodi vsurpatione destiterint, restituendo etiam, quæ taliter vsurparunt, eo ipso sententiam excommunicationis incurrant. Iste duæ excommunicationes ambæ sunt Episcopales. Causa huius canonis fuit: quia prælati oppressi aliquando inuocabant nobiles, tanquam suos dominos defensores, qui aliquando procurabant talem oppressionem: vt ad eos profugerent, tanquam ad ecclesiæ patronos, vel dominos, & huic per hunc canonem prouisum est: secundum Guliel.

EXCOMMVNICATIO 34 in capitul. sciant cuncti. libro sexto, de electio. Sciant cuncti, qui clericos, vel quascunque personas ecclesiasticas, ad quos in aliquibus monasterijs, aut in alijs pijs locis spectat electio pro eo, quòd rogati, seu aliàs inducti, cù pro quo rogabantur, seu inducebantur, eligere noluerunt, vel consanguineos eorum, aut ipsas ecclesias, monasteria, seu loca cætera, beneficijs, seu alijs bonis suis, per se, vel per alios spoliando, seu aliàs iniustè persequendo, grauare præsumpserint, se (ipso facto) excommunicationis sententia innodatos. Est Episcopalis, includens etiam ipsos Episcopos: secundum gloss. Nota, quòd siue spolient auferendo publicè, vel occultè, siue per vim, siue per dolum, quomodocunque hoc faciant: secundum Ar. & Ge. incidunt. Nota etiam, quòd per consanguineos, hîc non veniunt affines: secundum Ge. Item si quis debet hanc sententiam incurrere, oportet quòd adsint omnes conditiones positæ in canone, quæ bene debent notari hîc, & in alijs. Et hîc nomen electionis nõ extenditur ad electiones, quæ fiunt in confraternitatibus, vel huiusmodi, quæ non sunt ecclesiasticæ personæ.

EXCOMMVNICATIO 35. in capit. quoniam. de immu. eccles. Statuimus ne quis impetratores literarum nostratum ad nos, vel ad forum ecclesiasticum recurrentes, super causis quæ ad idem forum de iure, vel antiqua consuetudine pertinere noscuntur, per se, vel per alium, ad desistendum, vel in foro seculari de quæstionibus huiusmodi litigandum per eorundum iudicium ecclesiasticorum vel impetrantium, aut litigantium, seu volentium litigare, aut propinquorum ipsorum, seu rerum illorum, seu ecclesiarum suarum, etiam captionem modis ne alijs quibuscunque compellat, seu compelli faciat, vel procuret, nec per se aliósue impediat, quò minus coram iudicibus ecclesiasticis delegatis, seu ordinarijs, querelantes de causis quæ (vt præmissum est) ad cognitionem pertinent, eorũdem possint liberè iustitiam obtinere, nec ad præmissa facienda det consilium, auxilium, vel fauorem. Si quis verò contra præsumpserit, se (ipso facto) excommunicationi nouerit subiacere, à qua nisi tam iudici, cuius cognitio fuerit impedita, vel iurisditio vsurpata, quàm parti, quæ in prosecutione sui iuris turbata fuerit, de iniuria, damnis, expensis, & interesse, prius per eundem fuerit integrè satisfactum, nullatenus absoluatur. Iste canon non arctatur ad curiam Romanam tantùm, sed in omni diœcesi fouet libertatem ecclesiasticam, & est Episcopalis præmissa satisfactione. Si quis tamen ante satisfactionem absoluetur, esset absolutus: secundum communiorem opinionem: vt dicit Tab. Absolutio secunda. §. 2. licèt esset malè factum. Nota, quòd pro quanto quis literas Apostolicas impediret contra processum curiæ, esset Papalis.

EXCOMMVNICATIO 36. in c. fin. de immu. eccles. Eos qui temporale dominium obtinentes, suis subditis, ne prælatis, aut clericis, seu personis ecclesiasticis quicquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem,

ne ipsis bladum molant, coquant panem, aut alia obsequia exhibere præsumant. aliquando interdicunt, cùm talia in derogationem ecclesiasticæ liberatis præsumantur, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Est Episcopalis: Tamen per processum curiæ aliter est. Not. si tales non habent dominium, licèt mandent, non incurrunt. Non enim pœnæ vltra limites extendi debent.

EXCOMMVNICATIO 37. in sexto, de electio. capitu. in generali. Vniuersos, & singulos, qui regalia, custodiam, siue guardiam, aduocationis, seu defensionis titulum, in ecclesijs, monasterijs, siue quibuslibet alijs pijs locis vacantibus, de nouo vsurpare conantes, bona ecclesiarum, monasteriorum, aut locorum ipsorũ vacantium occupare præsumunt, clericosque ecclesiarum, monachos monasteriorum, aut personas cæteras locorum eorundem, quæ hoc fieri procurant, eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Est Episcopalis. Nota, quòd qui conantur vsurpare huiusmodi dicta, non tamen præsumunt occupare prædicta bona, non incidunt, sed oportet vtrũque fieri. Item qui procurant, si non sequitur effectus, non incidunt: secundum Caietanum. Item nota secundum glos. Ly. de nouo, id est, à 40. annis citra.

EXCOMMVNICATIO 38. in capitul. aduersus. de immunit. eccles. Excommunicantur omnes officiales laici, vel habentes regimen quorumcunque locorum, qui angarias collectas, exactiones indebitas, ecclesijs, vel ecclesiasticis personis imponunt, vel eos pro huiusmodi affligũt, & qui authoritatem, & iurisdictionẽ (scilicet temporalem) prælatorum quam habent in suis hominibus euacuant (ita vt nihil potestatis videatur eis remansisse in suos) supradicti si moniti competenter non desistant, ipso facto tam ipsi, quàm fautores eorum, à iure sunt excommunicati, nec debent absolui donec satisfecerint. Et si successores prædictorum officialium, qui succedunt in honore, & onere, infra mensem excessum suorum prædecessorum non purgauerint, & satisfecerint, incidunt in hunc canonem. Et est Episcopalis præmissa satisfactione. & in capitul. non miusde immuni. eccl. Not. quòd hic sunt duo canones. & secundus supponit primum: & supponit, quòd officialis, cui alter succedit, sit excommunicatus, tanquam primi canonis transgressor. Ad incurrendum primum canonem requiritur monitio: ad incurrendum secundum, requiritur lapsus mensis. Item Not. quòd iste canon differt à canone de pedagijs, gabellis, &c. quia ibi ipso facto incurritur sententia, hic autem non nisi præmissa monitione. Aduerte etiam, quòd constitutio Bonifacij in 6. capit. clericis. de immu. eccles. cum tot censuris in hac materia est totaliter reuocata. in cle. quoniam. de immu. eccles. & reditur ad ius hoc antiquum.

EXCOMMVNICATIO 39. in c. fin de his quæ vi met. vel caus. & c. vnico. in sexto. Absolutionis beneficium ab excommunicationis sentẽtia, vel quãtumcunq; reuocationẽ ipsius, aut suspensionis, siue etiam interdicti (siue sentẽtia talis sit iusta, vel iniusta) per vim, vel metum (siue sit magnus, siue paruus) extortam, præsentis constitutionis authoritate, omnino viribus euacuamus. Ne autem sine vindicta violentiæ crescat authoritas, eos qui reuocationem, seu absolutionem huiusmodi, vi, vel metu extorquent (taliter quòd sequatur effectus) excommunicationis sententiæ decernimus subiacere. Et est Episcopalis. Not. quod siue excommunicatio talis sit contra reuocantem, siue cõtra alios siue lata ab homine, siue à iure, canon iste locũ habet, & ligat extorquẽtes, & metus debet esse illatus, & non innatus. Et dicitur metus sufficiẽs, mortis, vel grauis corporis cruciatus, vel qui possit in constantem virum cadere: secundum Petr. de Anchar.

EXCOM-

EXCOMMVNICATIO 40. in capit. grauis. de sentent. excommu. in clem. Præsumptores præfatos, qui in locis interdicto suppositis, quemquam de cætero diuina celebrare officia quomodolibet cogere, aut qui modo prædicto ad officia audienda aliquos excommunicationis præsertim, vel interdicti ligatos sententia euocare, seu qui de excommunicati publicè, aut interdicti, de ecclesijs, dum in ipsis missarum aguntur solennia, ac à celebrantibus moniti vt exeant prohibere, nec non excommunicatos publicè, & interdictos, qui in ipsis ecclesijs nominatim à celebrantibus vt exeant moniti remanere præsumpserint, excommunicationis sententia, à qua per sedem duntaxat Apostolicam possint absolui, sacro approbante concilio innodamus. Et est Papalis, primò contra Dominos temporales cogentes celebrare, & cætera: contra vocantes excommunicatos, vel interdictos ad diuina, voce, campanis, præconizatione, & cætera, prohibentes ne exeant dum missa celebratur particulariter. Alius casus communis est omnibus vtriusque sexus, qui publicè sunt excommunicati, vel interdicti, & nominatim moniti à celebrantibus: vt exeant.

EXCOMMVNICATIO 41. in clemen. vnica. de sequestra possess. Diffinimus, vt vna contra possessorem diffinitiua sententia super beneficio apud sedem Apostolicam, duntaxat in petitorio, vel possessorio promulgata, beneficium ipsum à possessore huiusmodi dum tamen triennio pacificè anteà possessum ab eo non fuerit, per loci ordinarium apud idoneam personam sequæstretur, & ce. Si quis autem sequæstrationem huiusmodi impedire, vel fructus sequæstratos quo quomodò præsumpserit occupare, excommunicationis sententiam incurrat ipso facto, à qua nisi impedimento prius amoto, & occupatis per eum fructibus restitutis, nullatenùs absoluantur. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 42. in capitul. attendentes. de statu monachor. in clemen. Si quis visitatores monialium, aut mulierum, quæ vulgò dicûtur canonicæ seculares, in præmissis, seu in aliquo præmissorum impedire præsumpserit, nisi monitus (post impedimentum) resipiscat, ipso facto excommunicationis sententiam se nouerit incursurum, priuilegijs, statutis, & consuetudinibus quibuscunque in contrarium non valituris. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO. 43. in capitul. quicunquè de hæret. libr. 6. Quicunque hæreticos, credentes, receptatores, vel fautores eorum scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ, vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere, necabsolutionis beneficium mereantur nisi proprijs manibus extumulêt publicè, & proijciant huiusmodi corpora damnatorum, & locus ille perpetuò careat sepultura. Censura hæc est episcopalis, saluis tamen conditionibus in litera positis. Not. quod credentes hæreticis dicuntur illi, qui plus credunt hæreticis quàm ecclesiæ, etiam si nesciunt quid credant hæretici: secundum Cajeta. deliberato tamen consensu. Iste canon omnes personas comprehêdit, actionem vnam circa quatuor hominum genera punit.

EXCOMMVNICATIO 44. in clem. 1. de sepul. Eos qui propriæ temeritatis audacia, defunctorum corpora non sine contemptu clauium ecclesiæ, in cœmiterijs, tempore interdicti, in casibus non concessit à iure, vel excommunicatos publicè, vel nominatim, vel manifestos vsurarios, scienter sepelire præsumunt, ipsos excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, à qua nullatenus absoluâtur, nisi prius ad arbitrium diœcesani Episcopi, eis, quibus per præmissa fuerit iniuria irrogata, satisfactionem exhibuerint competentem. Est Episcopalis, præmissa satisfactione: vt dicitur in litera. Not. Primò, quod si

non sepeliant in loco sacro, nó est locus huic pœnæ. Secundò, per excommunicationem publicè, intellige manifestationem rei, & notitiam publicam, & non secundum fictionem iuris, aut iudicis: secundum Caietanũ. Tertiò, tantùm sepelientes vsurarium publicum, & sciẽter, & præsumptuosè, incidunt, non autem mandãtes vel consulentes: quia pœnæ non sunt extendendæ: secundum Caieta. licèt aliqui dicant, quòd etiam mãdantes. infrà, interdictum §. 52.

EXCOMMVNICATIO. 45. in clementi. vnica, de consan. & affin. Eos qui diuino timore postposito, scienter in gradu consanguinitatis, vel affinitatis constitutione canonica, interdictis, aut cum monialibus, contrahere matrimonialiter non verentur, nec non religiosos, moniales, ac clericos in sacris ordinibus constitutos, matrimonium contrahentes, & inter eos scienter eadem celebrantes, ipsos excommunicationis sententiæ ipso facto decernimus subiacere. Est Episcopalis. Nota, quod ignorantia facti excusat. Item per sponsalia, vel simplicem coitum, non incurritur hæc sententia, nisi coitus post sponsalia sequeretur. Si autem ante contractum consanguinitas, vel affinitas erat ignota, postmodùm ante copulam fit nota, si simul coeant, sunt excommunicati. debent enim se quàm citiùs separare. Item sacerdos dicens verba, V. G. placet tibi, &c. est excommunicatus non autem si secularis. Item qui contraxerunt, & consummauerunt ignoranter, si in commixtione matrimoniali affectu perseuerant, non minus sunt excommunicati, quàm si à principio scienter contraxissent: si tamen scienter perseuerant. secus si adhuc ignorant impedimentum, secundum Caietanum, Dantes auxilium, consilium, &c. ad hoc nó incidunt, quia non veniunt nomine contrahentium, licèt mortaliter peccent: neque qui hortatur, ne à tali matrimonio recedat. Facit glos. in ea. clemen. in vers. scienter. quia clemen. non punit nisi solũ contractum, nec is dicitur participare in crimine, pro quo est excommunicatus, qui contraxit.

EXCOMMVNICATIO 46. in clemen. de deci. capitu. religiosi. vbi excommunicantur omnes religiosi non habentes administrationem, vel officia: habentes verò officia. sunt suspensi ab officijs, si decimas Ecclesijs debitas sibi vsurpant, vel appropriant, aut si de animalibus, quæ in fraudem ecclesiarum emunt, emptaque venditoribus, vel alijs ab ipsis tenenda tradunt, seu qui animalibus familiarum, aut pastorum suorum, vel aliorum etiam animalium immiscentium eorum gregibus, seu qui de terris quas tradunt alijs, excolendas decimas soluere non permittunt, aut prohibent, si post requisitionem factam ab eis, quorum interest non destiterint, infra mensem vel infra menses non fecerint sufficientem satisfactionem ecclesijs, vel damnis. Hæc non extenditur ad animalia, quæ ipsi religiosi habuerunt per eos, qui verè se, & sua obtulerunt, qui dicuntur oblati. Nota, quod nomine religiosi hîc veniunt etiam fœminæ. Est episcopalis, satisfactione præmissa.

EXCOMMVNICATIO 47. in clem. vltima de pœnis. §. vlti. Contra cogentes eligere sepulturam. Sanè temerarios violatores constitutionis illius, quæ religiosis, & clericis sæcularibus prohibet, ne aliquos ad vouendum, iurandum, vel fide interposita, seu aliàs promittendum inducant, vt sepulturas apud eorum ecclesias eligant, vel iam electam vlterius non immutent, similem sententiam pœna in ipsa constitutione contenta in suo perdurante robore incurrere volumus ipso facto, ab alio quàm à sed. apost. præterquàm in mortis articulo nullatenus absoluendos, nullis priuilegijs, aut statutis cuiuscunque tenoris existant in contrarium super his valituris. Est Papalis. Nota, quod si quis inducit ad prædicta, tamen

non

non sequitur effectus, non incurrit. similiter, si nō ex malitia hoc facit. Item si hortatur, non tamen inducit ad illa tria, scilicet vouendum, iurandum, vel promittendum, promissione nuda, vel fide allata, non incidit. Quæ autem pœnæ sequantur contrafacientes, si sepelant defuncta corpora contra dictam constitutionem, vide in capitul. plerique. de pac. & de sepult. ea. ex parte. elect. primo. & capit. verō. de sepult. in 6.

EXCOMMVNICATIO 48. in capitul. super Speculat. ne cleri. vel mona. contra religiosas personas de clausttris exeuntes ad audiēdum leges (scilicet ciuiles) vel physicam (id est, medicinam) Alexan. prædecessor noster olim statuit in concilio Turonen. vt nisi infrā duorum mēsium spatium redierint ad claustrum, sint excommunicati, & ab omnibus euitentur, & in nulla causa, si patrocinium præstare voluerint, audiantur. Reuersi autem in choro, mensa, capitulo, & cæteris locis, vltimi fratres existent, & nisi fortè ex misericordia sedis Apostolicæ spem promotionis amittant. Verum quoniam nonnulli ex talibus propter quorundam opiniones diuersas excusationis aliquid assumebant, nos volentes de cætero, vt excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, districtè præcipiendo mandamus, quatenus tā à diœcesanis & capitulis ipsorum, quàm à cæteris episcopis, in quorum diœcesibus huiusmodi studēt tales excommunicati, & prędictis pœnis obnoxij, publicè nuntiantur. Ad archidiaconos, plebanos, decanos, præpositos, cantores, & alios clericos personatus habentes, nec non presbyteros, nisi ab his infra spatium præscriptum destiterint, hoc extendi volumus, & appellatione postposita firmiter obseruari. Est episcopalis. Not. quòd si audiant in claustro huiusmodi, vel extra, dummodò reuertantur quotidie ad claustrum, non incidunt: & includuntur omnes professi quoquo modo, & omnes sacerdotes, & omnes in dignitate constituti, siue curata, sine non curata, & qui stallum honorificum habent in Ecclesia, etiam sine iurisdictione, vt sunt cantores, secundum Caietanum.

EXCOMMVNICATIO 49. in clēment. religiosi. de priuileg. Religiosi, qui clericis, aut laicis sacramentum vnctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, vel matrimonium solennizare, non habita super his parochialis presbyteri licentia, aut quemque excommunicatum à canone (præterquàm in casibus à iure expressis, vel per priuilegia sedis Apostol. concessis, eisdem, vel à sententijs per statuta prouincialia, aut synodalia promulgatis, seu à culpa, & pœna absoluere quemquam præsumpserint) excommunicationis sententiam incurrant ipso facto, à sede Apostolica duntaxat absoluendi. Nota, quòd si quis ex ignorantia, vel rati habitione faceret prædicta, non incidit, quia non præsumit. Item si religiosus aliuni religiosum exemptum communicet, non incurrit, quia in canone mentio fit tantùm de clericis, & laicis: & per hoc non fit iniuria parochiano presbytero, in cuius fauorem hic canon est editus, etiā quòd sint alterius religionis: licèt Archiepiscopus Florentinus videatur tenere oppositum, tertia parte, titulo vigesimoquinto, capitulo quinquagesimoquarto. tamen hoc magis est conforme textui, quia nomine clericorum in materia odiosa, vt hic, non veniunt religiosi, vt notat Panormita. in rubrica, de vita & honestate clericorum. in articulo tamen necessitatis, quando non est alius, qui ministret, & non potest haberi licentia, cōmuniter tenetur, quòd ista pœna locum non habet, secundum Innocent. & Hosti. in capitul omnis. de pœnit. & remiss. & per c. quod in te. de pœniten. & remiss. licèt Arc. Flor. vbi supra. dicat, quòd non debent ministrare. Primum tamen verius. Secundum, tutius. Nota, quòd qui absoluit excommunicatum ab homine siue

fit papa, siue alius, nõ incidit: quia hic non est excommunicatus à canone: nã canonis nomine intelligitur propriè, quòd à papa promulgatur, & de maiori tantùm excommunicatione intelligitur. Est Papalis.

EXCOMMVNICATIO 50. in capitul cupiétes. de pœnis cleri. religiosos qui aliqua, vt audientes à decimarum ecclesijs debitarum solutione retrahant, in suis sermonibus, vel alibi proferre præsumunt, excommunicationis sententiç subiacere decernimus ipso facto. Est episcopalis. Nota, quòd si desit inetntio retrahendi à dicta solutione, licèt verba proferat religiosus, non incurrit hanc pœnam. Item tantùm religiosi ligantur proferentes: verba quomodocunque, siue in prædicationibus, siue aliter, & facit præsumptuosè cum malitia, & intentione.

EXCOMMVNICATIO 51. in clemen. cupientes. de pœniten. Religiosi qui scienter post posuerunt cõfitentibus conscientiam facere de soluendis decimis Ecclesijs debitis, ab officio prædicationis tandiu maneant ipso facto suspensi, donec confitentibus ipsis, si hoc ipsum eis dicendi commodè facultatem habuerint, conscientiam fecerint, excommunicationis incursuri sententiam ipso facto, si prædicare præsumpserint, prædicta negligentia (vt præmittitur) non purgata. Ad religiosos tamen monasteriorum, vel ecclesiarum, decimas percipientes volumus extendi. Est Episcopalis. Nota, quòd ligat tantùm confessores religiosos prædicantes: quia si non prædicent, non est locus huic pœnæ, secundum Caietanum. Item intelligitur quod negligant requisiti. quòd si non requirantur, non possunt incurrere. Tempus verò quo debent requiri, est determinatum, videlicet. prima, quarta, & vltima dominica quadragesimæ. dies Ascensionis, Penthecostes, Natiuitatis Domini, Ioannis Baptist. Assumptionis beatæ Mariæ, & Natiuitatis eius. extra hoc tempus si requirantur, & negligant, non incurrunt. Vide tamen bene illam decretalem totum.

EXCOMMVNICATIO 52. in clemen. 1. de senten. excommu. Circa interdictorum obseruantiam generalium, authoritate sedis Apostol. vel à locorum ordinarijs positorum, de fratrum nostrorum consilio districtè præcipiendo mãdamus, quatenus religiosi quicunque tam exempti, quàm non exempti, cuiuscunque ordinis, vel conditionis existant, cùm cathedralem, vel matricem, seu parochialem loci ecclesiam, illa viderint, vel sciuerint obseruare, non obstãtibus quibuscunque appellationibus anteà etiã ad eandem, vel alium, seu alios interiectis, & alijs obiectionibus quibuscunque, absque dolo, & fraude, cum moderatione tamẽ decretalis, Alma. inuiolabiliter ea obseruent: alioquin non obseruantes, excommunicationis sententiæ hoc ipso volumus subiacere. Quod etiam in interdictis, & in cessationibus à diuinis indictis per prouincialium conciliorum statuta, vel ipsorum authoritate, volumus obseruari. Est episcopalis. Ligat etiam quod interdictum sit nullum, si interdictum sit verum & matrix Ecclesia non seruat, debent tamen religiosi seruare, quando sciunt id seruandum. Leo tamen X. concessit congregationi Lombardiæ fratrum prædicatorum, quòd quando matrix Ecclesia non seruat, etiam quòd sit verum interdictum, quod nec dicti fratres teneantur seruare. Nota, quòd si matrix Ecclesia seruat, quia ipsa specialiter est interdicta, non est locus huic pœnç religiosis. Item ecclesiam matricem secundum Panormitanum. & Ioan. Andr. vocamus baptismalem, vel loci maiorem. Quòd si in aliquo loco non est Ecclesia cathedralis, sed plures matrices, si omnes seruant, est locus huic pœnæ non seruantibus. Secus quando vna seruat, alia non.

EXCOMMVNICATIO 53. in cap. periculosa. in. 6. ne cler. vel mo.

Vt

Vt periculosa religiosis vagandi materia subtrahatur, districtiùs inhibemus, ne de cætero aliquis quancunq; religionem tacitè, vel expresè professus in scholis, vel alibi temerè habitũ suæ religionis dimittat, nec accedat ad quæuis studia literarum (etiam theologiç, vel iuris canonici) nisi à suo prælato, cum consilio sui conuentus, vel maioris partis eiusdem, sibi eundi studium licentia primitùs sit concessa. Si quis autem horum temerarius violator extiterit, excommunicationis sententiam ipso facto incurrat. Doctores quoq;, siue magistri, qui religiosos habitu suo dimisso, leges, vel physicam, (id est, leges ciuiles, vel medicinam) audientes scienter docere, aut in scholis suis præsumpserint tenere, simili eo ipso sint sententia inodati. Est episcopalis. Not. quòd dimittens habitum, vel occultans ex aliqua licita causa, non incidit. si autem sine causa dimittit, vel occultat habitum, & incedit taliter, quòd non cognoscatur religiosus ab his, cum quibus conuersatur, incidit, secundum Caietanũ: quia sic non aufertur materia vagandi, ob quam factus est iste canon. Et quia formaliter dicitur dimittere habitum, & si non materialiter: licèt aliqui canonistæ teneant, quòd occultando non incidit, quia pœna non est extendenda vltra literam. tu tamen tene primum, quia hoc in ratione literæ includitur. Item si dimittat suum habitum, & assumat habitum alterius religionis sine causa, incidit, nisi ad aliam religionem transeundo. Itẽ doctores huiusmodi tenentes tales religiosos, duplici iure sunt excommunicati. Primò per istum canonem. Secundò quia participant cum excõmunicato in crimine criminoso, siue damnato: quòd si dicti religiosi nolent ire, violenter possunt expelli sine metu excommunicationis. Not. etiam quod religiosus non incurrit audiendo, nisi habitu dimisso, secũdum Caieta.

EXCOMMVNICATIO 54. in clement. 1. de sta. mon. Hoc edicto perpetuò prohibemus, ne monachi, aut regulares canonici, administrationem aliquam non habentes, ad curias Principum absque speciali licentia Prælatorum suorum se conferant: quòd si vt damnum aliquòd inferant suis prælatis, vt monasterio, se conferre præsumpserint, excommunicationis sententiam eos incurrere volumus ipso facto. Prælatis eorum nihilominùs districtè iniungentes, vt ipsos à curiarum prædictarum accessu, & alijs quibuscunque vagationibus, & discursu diligenter compescere, ac super hoc non parentes eisdem seuerè corrigere non omittant. Est episcopalis. Siue ergo tales intrent cum licentia prælati, siue non, dummodò intendant damnum (vt præfertur) incurrunt sententiam, siue sequatur damnum intentũ, siue non, secundum Caietanum.

Quid si habentes administrationem animo damnificandi intrant? Tabul. ibi, credit quòd incurrant: quia videntur esse duæ prohibitiones, vna ne intrent sine licentia, & huic non apponitur sententia, alia ne intrent animo damnificandi, siue habeant administrationem, siue non, siue licentiam, siue non, & huic ponitur sententia excommunicationis. cõcordat Caietanus.

EXCOMMVNICATIO. 55. in clementina. 2. de statu monachor. Præfatæ quoque sententiæ monachos, infra septa monasterij sine licentia Abbatum suorum arma tenentes, decernimus subiacere (siue sint inuasiua, siue defensiua). Est Episcopalis. Monachos quoscunque includit, siue albos, siue nigros. Item si tenent formaliter, scilicet malo animo, & nolunt Abbatem scire. Secus autem si materialiter tantùm, sine malo animo, vel ex ignorantia huius canonis, vel quia credunt Abbatem contentum, &c. vel quando accipiunt vt exeant extra claustrum, tunc non incidunt, & solus ligat monachos, nõ autem alios religiosos, qui monachi nõ sunt.

EXCOMMVNICATIO 56. in capitu. quoniam in plerisque. de offic. ordinarijs cótra eos, qui vsurpant præfulatum in ciuitate, vel diœcesi, vbi est alius Episcopus, propter diuersitatem linguarum. Sed quoniam canone isto parùm, vel nihil videtur seruari: quia sed. apost. prouidet, ideò non me vltrà extendo. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 57. in cap. eos. de senten. excomm. libro 6. Eos, qui a sententia canonis, vel hominis, cùm ad illum, à quo alias de iure fuerant absoluendi, nequiuerunt propter imminentem mortis articulum, aut aliud impedimentum legitimum pro absolutionis beneficio habere recursum, ab alio absoluuntur, si cessante postea periculo, vel impedimento huiusmodi, se illi, à quo his cessantib⁹ absolui debebant, quàm citò commodè poterunt, contempserint præsentare mandatũ ipsius super illis, pro quibus excommunicati, erant humiliter recepturi, prout iustitia suadebit, decernimus in eãdem sententiam recidere ipso iure. Idẽ statuimus de his, quibus cùm à sede Apostol. vel legato ipsius absolutionis beneficium à quibusuis sententijs consequuntur, iniungitur, vt ordinariorum suorum, vel aliorum quorumliber suscepturi pœnitentiam, ab eisdem se conspectibus repræsentent, & passis iniuriam, seu his, quibus propter hoc ligati existunt, & satisfactionem exhibeant cópetentem, si hæc cùm primùm poterunt, non curauerint adimplere. Est Episcopalis, vel Papalis: secundum quòd erat illa, à qua fuerat absolutus. Not. quòd si non præsentat se corporaliter, sed vel per procuratorem, vel per scripturã, nõ videtur incidere in canonem: quia non contrafacit illi: secundum Caietanum. Not. secundò, quòd si impedimentum est perpetuum, non habet locum ista pœna: quia cessare non potest: quæ autem sint legitima impedimenta, vide Tab. absolutio. 1. & 2. §. 15. & 5. excommunicatio. 5. casu. 40. §. 3.

EXCOMMVNICATIO 58. in extrauaganti Bonif. VIII. de sepul. quæ incipit, Detestandæ. Si defuncti executor, vel executores, aut familiares eius, seu quiuis alij cuiuscunque gradus fuerint, aliquid contra nostri statuti, & ordinationis tenorem præsumpserint attentare, defunctorum corpora sic inhumaniter, & crudeliter pertractando, vel faciendo pertractari, excommunicationis sententiam quam ex nunc in ipsos proferimus, ipso facto se nouerint incursuros à qua, nisi per appell. se. præterquàm in mortis articulo possint absolutionis beneficium obtinere. Et nihilominùs ille, cuius corpus sic inhumanè tractatum fuerit, ecclesiastica careat sepultura. Est Papalis. Hæc non ligat, nisi mortuus sit in loco vbi cultus fidei viget, & si exenterant, incidunt in fruita, elixant, excutiunt carnes ab ossibus, & cum animi præsumptione contra huiusmodi statutum, ad hunc finem, vt huiusmodi corpora transferuntur ad alia loca. Si autem alia de causa fieret, non haberet locum excommunicatio, vt si fieret propter vindictam, vel chirurgiam, vel anatomiam, vel vt corpora minùs fœteant, vel huiusmodi. secundum Caiet.

EXCOMMVNICATIO 59. in extrauaganti Pauli II. in qua excommunicantur omnes quacunque dignitate præfulgeant: qui quomodolibet dando, vel recipiendo simoniam commiserint: aut qui fuerint mediatores, vt ipsa fiat in ordine, vel beneficio tantùm. Vnde omnes simoniaci in ordine, aut beneficio, siue in curia, siue extrà, sunt ipso facto excommunicati. Aliæ extrauagantes fuerint circa hoc factæ: sed quia sunt reuocatæ, ideò transeo. Et sic non inuenitur in iure excommunicatio contra simoniacos, nisi in ordine, & beneficio. Addidem est Sixtus in extrauagante, quæ incipit: Et si dominici Græcis. Et vult quòd sit Papalis absolutio. Cæteræ extrauagantes, vt illa Martì. Damnabile &

Eugen.

Eugen. detestabile, sunt omnes abrogatæ per non vsum, videlicèt quod scientes in curia aliquem commisisse simoniam reuelant,& cætera. Papa namque scit, quod non seruatur, & tolerat,& illa Bonif.in qua statuitur, quod qui facit, vel recipit prouisionem de aliqua re recuperanda, pro gratia impetranda, vel iustitia consequenda in Curia Romana est excommunicatus,& ext.est reuocata, secundum Ioann.Calde.& Ioan de Mig.in lectura super capitu.nemo.de simo. Et Pettus de palud.dicit, quod Clem. V.reuocauit.Appellatione autem beneficij hîc veniunt etiam prælationes,vt prioratus in ordine mendicantium,& officia pastoralia,& guardianatus, & similia quouis nomine vocentur, quamuis nõ computentur inter ecclesiastica beneficia,secundũ Caieta.

EXCOMMVNICATIO 60. in extrauaganti Vrbani V.Sanè, ne in vinea Domini,& cætera. Contra singulares personas, tam viros, quàm mulieres, quocunque nomine censeantur,qui tam à moribus, quàm à fœminis religionem ingredi volentibus, si antè, vel pòst ex pacto præsumunt dare, vel recipere quoscunque pastus,prandia, cœnas,pecunias, localia, aut res alias ad ecclesiasticum vsum,seu alium deputatas,vel deputandas, à qua excommunicatione citra Papam absolui non possint, nisi in mortis articulo. Et si collegium est,suspensioni subiaceat. Not.quod si pactum non interueniat, licèt sit mala intentio aliquid habendi faciendo,non habet locum iste canon.Item si aliquid petatur,non contra alia cuta edita circa hoc,non incurritur. Item si petatur aliquid secundum laudabiles consuetudines, non incurritur: quia non presumitur contra hoc ius. Vnde moniales petentes dari solitas dotes, lectisternia,vestes, & huiusmodi,instantes,vt parentes faciant sicut alij, etiam quòd monasterium non egeat,non incurrunt sententiam, cùm ibi non incurrat pactum. Sed instantia faciendi sicut faciunt alij. Si autem monasterium eget, possunt pacisci vt portet secum. Vnde possit sustentari, quoniam ius naturæ hoc requirit. Hęc secundum Caietanum ibi.

EXCOMMVNICATIO 61. in extrauaganti.Martini V. Viam ambitiosè,& cæ. In futurum nullus ex professoribus alicuius ex ordinibus mendicantium quorumcunque in aliquem monasticum ordinem tam S. Benedicti,quam Cistercien.Camadul. vallis vmbrosæ,canonicorum regularium Sancti Augustini, vel aliorum monasticorum ordinum, Carthusiẽ. duntaxat excepto,possit, aut debeat perquemcunque recipi, vel admitti virtute alicuius licentię, vel indulti, absque sedis apostolicę licentia speciali sub dictis pœnis(scilicèt excommunicationis latæ sententia,reseruatę Papæ)quas tã recipientes, quàm recepti ipso facto incurrant, & nihilominùs secus facta nõ teneant ipso iure,est Papalis.

EXCOMMVNICATIO 61. in extrauaganti Pauli II. Ambitiosè,& cætera. Omnium rerum, & bonorum ecclesiasticorum alienationem,omneque pactum, per quod ipsorum dominium transfertur, concessionem, hypotecam, locationem, & conductionem vltra triennium, necnon infeudationem, vel contractum emphyteoticum (præterquàm in casibus à iure permissis, aut de rebus, & bonis in emphyteosim ab antiquo concedi solitis, cum ecclesiarum euidenti vtilitate, ac de fructibus, & bonis, quæ seruando seruari non possunt pro instantis temporis exigentia) ac perpetuò valitura constitutione præsenti fieri prohibemus. Si quis autem contra huius nostræ prohibitionis seriem, de bonis eisdem quicquid alienare præsumpserit, alienatio, hypoteca,concessio, locatio, conductio, & infeudatio huiusmodi,nullius sit momenti: & tam qui alienat, quàm is, qui alienatas res, & bona prædicta receperit,

perit,sententiam excommunicationis incurrat. Et est episcopalis. Not. quod in locis vbi aliter habet consuetudo, vel decretalis, hæc non acceptata, non ligat: si autem est recepta quò ad aliquid, & quò ad aliquid non, quò ad receptum tenet, quò ad non receptũ non tenet: quia nisi cõsensu vtentium lex fuerit firmata, pro non lege habetur, secundum Ca. ibi Totus iste canõ recitatur à Sil. in fine suæ summę, de verbo ad verbum.

EXCOMMVNICATIO 63. in extrauaganti Bened. II. Quia nonnulli, &c. vbi excõmunicantur illi qui literas Papæ impugnant, hac occasione, quia ante coronationem suã potest officium suum exercere. vt in capit. in nomine domini. 23. distinct. Hanc excommunicationem ponit Arch. Florent. 3. parte. titul. 24. cap. 68. videas si placet.

EXCOMMVNICATIO 64. in extrauaganti Alexand. 4. Exalto, & ce. Contra eos, qui libellos famosos, cantilenas, aut rhithmos faciunt, detinent, vel publicant, in infamiam status ordinis prædicatorum, vel minorum. Item contra prædicantes, docentes, vel defensantes, quod prætatorum ordinum fratres, non sunt in statu perfectionis, vel quod non licet eis de eleemosynis viuere, aut quod non possunt prędicare, siue confessiones audire de licentia Rom. Pon seu aliorum prælatorum ordinariorum sine consensu curatorum. à quo non possunt absolui, niũ præsentent se, sed apposto. Item contra eos, qui faciunt violentiam damnabilem in locis prædictorum ordinum, & non possunt absolui, nisi à Papa, vel cõseruatoribꝰ dictorum ordinum. Item ex priuilegio Boni. IX. Sacræ religionis, &c. Idem habetur, in quo etiam excommunicantur impedientes eosdem fratres, ne possint in suis ecclesijs celebrare, recipere eleemosynas, vel prędicare.

EXCOMMVNICATIO 65. in bulla ordinis prædicatorum cõtra intrantes monasteria monialium ordinis prædicatorum in casu non concesso à constitutionibus earum, vel sine licentia magistri ordinis, vel alteriꝰ ab ipso magistro habẽtis super hoc potestatem, sunt ipso facto excommunicati, à qua excommunicatione nisi in mortis articulo, citra Papam, vel magistrum ordinis, possunt absolui minimè. Intrantes autem monasteria Sanct. Claræ, seu monialium ordinis minorum in casibus non concessis in regula ipsarũ, vel sine licentia eorum, qui dare possunt, ipso facto sunt excõmunicati, & Papę, vel earum generali reseruatur.

EXCOMMVNICATIO 66. in priuilegio Bonifa. Virtute, &c. contra omnes, qui in monasterio, vel ecclesijs suis detinẽt apostatas ordinis prædicatorũ, nisi eos ejecerint, postquàm eis per fratres prædicatores, ne detinerent, fuerit denuntiatum.

EXCOMMVNICATIO 67. Clemẽtis ad minores. Quos nos, &c. Contra fratres minores, qui præsumunt recipere ad habitum fratres ordinis prædicatorum professos, sine licentia summi Pon. faciente expressam de huiusmodi indulto mẽtionem, vel nisi priùs suorum priorum licẽtia fuerit petita, & obtenta. Idem hæremitanis, Alexand. ad hæremitas. Vestratũ. & ce.

EXCOMMVNICATIO 68. Alex. Exalto, & ce. contra rectores artistarum, & scholarium, & magistrorum studij Parisien. qui publicè vel occultè fratres prædicatores, vel minores, à consortio vniuersitatis Parisien. excludere moliuntur, ipso facto sunt excommunicati, nec possunt absolui, nisi personaliter sed. apo. se præsentent.

EXCOMMVNICATIO 69. quæ est in libro pœnitentiario (vt refert Archid. Flor. 3. par. tit. 5. c. 30. contra accedentes ad sepulchrũ Domini. etiam causa deuotionis, sine licentia Papæ, cui absolutio reseruatur, vel summo pœnitentiario.

EXCOMMVNICATIO 70. Sixti. Et si dominici. contra conspiran-

tes

tes in personam, aut statum Ro. Pon. seu cuiusuis offensæ, inobediétiæ, aut rebellionis eiusdem Papę, & dictæ sedis. & est Papalis. Item contra prohibẽtes deuolutionem causarum ad curiam Rom. & est Papalis, & cõfirmata per Inno. vltimum. Item violantes interdictum ab apostolica sede positũ, et est Papalis.

EXCOMMVNICATIO 71. in extrauaganti Sixti IIII. Graue nimis, &c. cõtra oẽs cuiuscunque status sint gradus, & conditionis, qui de cætero ausu temerario præsumpserint in suis sermonibus ad populum, seu aliâs quomodolibet affirmare, q̃ tenentes b. Virg. Mar. cõcepram esse in peccato originali in sua conceptione, polluantur labe hæresis, vel mortalis peccati, neque tenere libros, vel legere, aut habere pro veris hoc tenentes. Similiq; sententia etiam ligantur, qui ausi fuerint asserere tenentes contrariam opinionem, scilicèt q̃ sit concepta sine originali peccato, incurrãt hæresim, vel peccatum mortale. Et est Papalis. Si quis autem huiusmodi assereret simpliciter sine temeritate, vel ignoráter, non ligaretur: quia non ausu temerario hoc facit.

EXCOMMVNICATIO 72. in extrauaganti Ioan. XXII. Super gẽtes, &c. cõtra quoscunq; impedientes præsumptuosè legatos, seu nuntios apostolicos, ne recipiantur, & faciãt ea, ad quæ missi sunt, eo ipso sunt excommunicati. Est episcopalis quantùm ad hunc canonem.

EXCOMMVNICATIO 73. Pauli II. in extrauaganti. Munera, &c. in qua excommunicantur omnes officiales, & ministri Papæ, etiam si Pontificali fulgeant dignitate, præter Cardinales, qui in terris ecclesiæ exercent officium quodcunque, & accipiunt munera quæcunque præter comestibilia, & potabilia, quæ in biduo, id est, duobus diebus cõsumi possunt, & similiter dantes, & est Papalis, & tenentur illud, quod acceperunt, restituere. Nam contra prohibitionem accepta sunt.

EXCOMMVNICATIO 74. Leonis x. in consilio Lateranen. circa montem pietatis, vbi dicitur: Declaramus, & diffinimus montes pietatis per respub. institutos, & authoritate sed. apostol. hactenùs approbatos, & confirmatos, in quibus pro eorum impensis, & idẽnitate aliquid moderatũ ad solas ministrorũ impensas, & aliarũ rerum ad illorum cõseruationem pertinentium pro eorum idẽnitate duntaxàt, vltra sortem, absque lucro eorundem montiũ recipere, nec speciem mali præferre, neque peccandi incentiuum præstare, neque vllo pacto improbari. Quinimò meritorium esse, ac laudari, & probari debere tale mutuum minimè vsuratium putare, liceréque illorum pietatem & misericordiam populis prædicare, etiam cum indulgentijs. Multò tamen perfectiùs, multoque sanctiùs fore, si omninò tales montes gratuiti essent, &c. Qui cõtra huius formam prædicate, seu disputare verbo, vel scriptis ausus fuerit, excommunicationis pœnam latæ sententiæ (priuilegio nõ obstante) incurrere volumus.

EXCOMMVNICATIO 75. eiusdem Leonis ibidem. Excommunicantur imptimentes, vel imprimi facientes libros, nisi per diœcesanum, & inquisitorem videantur, & approbentur. Quomodo autẽ hæc, & quædam alię ligent, dicam immeditatè in excommunicatione 76. Item excõmunicantur omnes, qui vota in cõsistorio data, & quæcunque ibi gesta, aut dicta, quæ in odium, aut prẽiudiciũ. aut scandalum alicuius redundare possent, verbo, vel scripto, vel quouis alio modo reuelant, & omnes non tenentes silentium de quacunque re, de qua specialiter, & expressè Romanus Pontifex dixerit esse silendum. & sunt omnes Papales.

EXCOMMVNICATIO 76. contra omnes, qui in suis prædicationibus ad populum miracula falsa, aut incerta, vel prophetias, quæ ex sacra scriptura non constant, prædicate, seu Episcopus, aut suis superioribus

bus (scilicèt ecclesię prælatis) detrahere ausi fuerint, vltra pœnas contra tales à iure statutas, excommunicationis etiam sententiam, à qua non nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo absolui possint, eos incurrere volumus. Multę aliæ sunt excommunicationes particulares, vt illa de asserentibus Christum non conceptum in vtero Mariæ, & non natum per genitalia, &cę. quæ non ita manifestè sunt, de quibus dicam. Pro notitia dictarum immeditatè excommunicationum, not. quòd excommunicationem tria genera inueniuntur: quędam sunt notæ, non tamen sunt consensu vtentium approbatæ, quales sunt omnes contra non reuelantes simoniam, & contra dantes pro habenda gratia, vel iustitia in curia Romana, de quibus suprà est dictum, Excommunicatia 60. Aliæ sunt communiter ignotæ, quales sunt multæ, quæ dicuntur Ioan. XXII. quæ nō possunt consensu vtentium approbatæ esse, ex quo vt ignotæ, aut incertæ fuerunt. Et hæc duo genera non ligant: quia sunt infirmæ, & abrogatæ. Aliæ sunt notæ quidem, sed nouæ: vt sunt, quæ sub Iulio II. & Leone X. in concilio Lateraneñ. factæ sunt, de quibus nescitur an ligent. & dicit Caietanus ibi, quod est ambiguus, & eas præsumere glossare, est ibi vetitum, sub pœna excommunicationis latæ. Vna est contra Cardinales reuelantes, vt supra. Secunda contra impressiores librorū. Tertia contra prædicantes miracula, & cæt. vt supra. hæc secundum Caietanum ibi. Si tantus homo eas ambiguas habet, neque ego ausim eas ligare, asserere.

EXCOMMVNICATIO 77. in cap. pro humani. in 6. de homicidio. Statuimus, vt quicunque Princeps, prælatus, seu quæuis alia persona ecclesiastica, secularisue, quempiam Christianorum per Assassinos interfecerit, vel interfici mandauerit, quamuis mors forsitan ex hoc nō sequatur, aut eos receptauerit, defendetit, vel occultauerit, excommunicationis sententiam, & depositionis à dignitate, ordine, honore, officio, & beneficio ipso facto incurrant. Est Episcopalis. Assassini erant quoddam genus hominū infidelium, quod genus hodie ignotum est, suprà, Assassinus.

EXCOMMVNICATIO 78. in concilio Lateraneñ. de rapt. capitu. excommunicatione. Illi qui Christianos naufragium patientes spoliant rebus suis, nisi ablata reddiderint, excommunicationi nouerint se subiacere. Est Episcopalis. Qui autem capiunt, vel spoliant infideles ex iusta causa nauigantes, debent excommunicari. Tamen hodie isti piratę excommunicantur in processu curię. suprà. Excommunicatio 15. Nota, quòd si statim non restituant, etiam non precedente monitione, sunt excommunicati, quia determinatio temporis, quò ad statim restituendum ipso iure est determinata, secundum Caietanum ibi. Item aduertendum est, quòd non obstant leges, vel statuta aliquarū terrarum determinantia, quòd bona naufragantium sint capientium, quia non essent leges, sed corruptelæ contra iustitiam.

EXCOMMVNICATIO 79. in cle. 1. de vsur. Quicunque communitatum potestates, capitanei, rectores, consules, iudices, consiliarij, aut alij quicunque officiales, statuta huiusmodi de cætero facere, scribere, dictare, aut quòd soluantur vsuræ, vel quòd cùm solùm repetuntur, non restituantur plenè ac liberè, scienter iudicare præsumpserint, sententiam excommunicationis incurrant. Eandem etiam sententiam incursuri, nisi statuta huiusmodi hactenùs edita de libris communitatum ipsarum (si super hoc potestatem habuerint) infra tres menses deleuerint, aut si ipsa statuta, vel consuetudines, officium eorum habentes quoquo modo præsumpserint obseruare. Est Episcopalis. Alij autem à prædictis seruantes talia statuta, & communitates, non incidūt

in

in hunc canonem, quia solos officiales exprimit. Item scribentes prædicta, si non sunt officiales, non incidunt, secundum Paul. nec scribens sentẽtiam statuto conformem, etiam quòd sit officialis, nisi in sententia statuti tenor poneretur, tunc enim fortè ligare tur hac censura.

EXCOMMVNICATIO. 80. in c. vsurarũ. de vs. lib. 6. Hac perpetua cõstitutione sancimus, vt nec collegiũ nec alia vniuersitas, vel singularis persona cuiuscunq; sit dignitatis, conditionis, aut status alienigenas, & alibi non oriundos de terris ipsorũ, publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut alias habitare permittunt, sed huiusmodi vsurarios manifestos, omnes infra tres menses de terris suis expellãt, nunquàm tales de cætero admissuri. Nemo illis ad fœnus exercendum domos locet, vel sub alio quocunque titulo concedat. Qui verò cõtrafecerint, si personæ fuerint ecclesiasticæ, patriarchæ, episcopi, archiepiscopi, suspensionis: minores verò personæ singulares, excõmunicationis: si autem collegiũ, seu alia vniuersitas, interdicti sententiam ipso facto nouerint incursuros, quam si per mensem animo sustinuerint indurato, terræ ipsorum quandiu in eis ijdem vsurarij cõmorantur, ex tũc ecclesiastico subiaceant interdicto. Cæterùm si laici fuerint per suos ordinarios omni cessãte priuilegio, per cẽsuram ecclesiasticã compellãtur. Est Episcopalis. Not. quatuor casus, in quibus incurritur. Primò, permittere tales conducere domos, & cætera, ad exercendum vsuram, aliàs non. Secundò, non expellere tales, &c. Tertio, locare talib9 ad hoc fœnus exercendum, aliàs non. Quartò, alio quouis titulo cõcedere domos, vel vẽdendo, vel impignorãdo, vel donãdo, & huiusmodi ad hoc. Itẽ per alienigenas nõ cõprehenduntur oẽs alibi geniti, secundũ Caie ibi, sed illi, qui neque ipsi, neque patres eorũ sunt in illa terra geniti. Item in primo & secũdo casu intelligũtur clerici habẽtes aliquod dominium: in tertio verò & quarto, de quolibet minore Episcopo, vt patet infrà, Vsura. §. 53. de Iudeis iste canon non intelligit.

EXCOMMVNICATIO 81. in cap. vbi periculũ. in 6. de elect. vbi excommunicãtur omnes domini, rectores officiales illius ciuitatis, in qua Rom. Pontif. electio est celebranda, si non seruant diligenter, quæ seruanda sunt (maximè prout Clemens VI. modificauit) & si committant in his, vel circa ea. Et credo quòd sit attendendus vsus, qui longus est, & non reprehenditur ab electis Pontificibus. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 82. in c. vbi periculum. de elect. in 6. contra omnes, qui mittunt scripturam, vel nuntiũ, vel secretè loquuntur Cardinalibus, vel alicui eorum de existentibus in conclaui pro electione Papæ, Qui autem sunt intùs, possunt loqui ad inuicem secretè. De missione literarum quidam intelligunt secretè tantùm: quidam quoquo modo fiat, esse locum huic canoni asserunt. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 83. in c. 1. libr. 6. de excess. prælat. transgressores constitutionis, quæ religiosis mendicantibus prohibet ad habitandum domos, vel loca quæcunque de nouo recipere, seu hactenùs recepta mutare, vel ea transferre in alios vsus cuiusuis alienationis, titulo quocunque excommunicationis sentẽtiæ decernimus subiacere. Not. quòd non prohibetur restauratio destructorum locorum, qui non nouo iure acquiruntur, neque augmentatio loci iam habiti. Item loca ante hanc constitutionem, non possunt dimitti sine excommunicatione, quę autem sunt accepta pòst bene possunt dimitti: quia dicit hactenùs recepta. Item not. quòd hîc per domos nõ intelliguntur, quæ fratres aliquando accipiunt pro hospitio, vel ad huellum, neque de habitantibus in deserto solitariè. Est Episcopalis.

Ex-

EXCOMMVNICATIO 84. in cap. mulieres. in 6. de iudic. Contra fingentes fraudulenter casum, per quē iudex ad aliquam mulierem pro testimonio mittat, vel vadat personaliter: fictor ergo, vel fraudator sententiam excommunicationis incurrit ipso facto. Not. quòd si non sequitur effectus, quòd vadat, non est locus huic pœnæ. Etiam intelligitur de iudice laico: secundum Ioan. Andr. mittere autem ad mulieres pro testimonio, in hoc canone superiùs est concessum. Intelligitur etiam siue iudex sit fictor, siue alius, fictor enim hîc excommunicatur, quia si iudex vadat sine malitia, & simpliciter ignorans fictionem, non incidit. Archidiacon. Florentinus in tertia parte, titul. 25. cap. 45. intelligit, quòd incidit siue vadat, siue mittat, dicens quòd intentio legis est vitare nefanda, quæ interdum per nuntium meliùs procuratur, sed quia cōstitutio est pœnalis, meliùs est vt intelligatur tantùm si personaliter vadat, cui videtur consentire Caieta. ibi. est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 85. in 6. de offic. dele. c. Hac cōstitutione decernimus, vt si cōseruatores de alijs, quàm manifestis iniurijs, & violentijs scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ iudicialē indagationē (id est inquisitionem) exigūt, suam extenderint potestatem, eo ipso per vnum annum ab officio sint suspensi: pars verò, quæ hoc fieri procurabit, sententiam excōmunicationis incurrat, à qua nō possit absolui, nisi ei, quā sic fatigauit indebitè, primò satisfaciat integraliter de expensis. Est Episcopalis prœmissa satisfactione. Not. quòd ligat tantùm partem hoc procurantem: ideò si aliquis, qui non esset pars, hoc procuraret, nō incideret. Item si conseruator daretur ad tutelam, non solùm de manifestis, sed etiam de alijs posset se intromittere, vt communiter fit hodie: secundum Pet. de pal. & non habet locum hæc sententia. Item incurritur, quando sequitur effectus, pro quo sit satisfaciendum.

EXCOMMVNICATIO 86. in capitul. clericis. ne cle. vel monach. Inhibemus sub interminatione anathematis, ne quis Sacerdos officium habeat vicecomitis, aut præpositi secularis. Si quis autem contra hoc venire præsumpserit, & commonitus emendare noluerit, excommunicationi subiacebat. Et est Episcopalis. Communiter intelligitur de omnibus in sacris existentibus, vt dicit Tabul. ibi. quanuis Caiet. tantùm de sacerdotibus intelligat. Interdicitur ergo clericis in sacris existentibus, esse officiales principium secularium, licèt non infligant pœnam mortis: secundum quod notat Panormitanus in hoc capitulo, quando scilicèt vult hoc exercere tanquàm officialis principis: quia iniuria fit officio sacerdotij, secundum Caietanum. Possunt tamen tale officium exercere citra mortem, & mutilationem, quando est dignitati annexum, vel habet hoc proprio nomine: puta, ratione patrimonij. Si quis autem haberet officium vicecomitis, vel præpositi secularis (vt quia est potestas alicuius, & huiusmodi) & efficeretur sacerdos, secundum Caietan. vel in sacris, secundum alios, non potest hoc officium retinere. Et requiritur monitio, vt sit locus huic pœnæ. Caueant ergo clerici, & religiosi, qui sæpè volunt officium regum, ducum, marchionum, & aliorum dominorum exercere. Nomine enim principis secularis, veniunt generaliter omnes domini.

EXCOMMVNICATIO 87. in extrauaganti Sixti. Et si dominici, & cætera Authoritatis Apostolicę tenore præsentium statuimus, & ordinamus, quòd de cætero prætextu facultatum quarumcunque concessarum à nobis, vel authoritate nostra, & quas concedi quomodolibet continget in futurum, etiam cum clausula, quòd sola signatura sufficiat, etiam in fauorem fidei, & cruciatæ, nullus confessor, quamuis qui offensæ ecclesiasticæ libertatis, violationis, interdicti à sede Apostolica positi, seu hæ-

resis,

resis, postquam quis fuerit de ea sententialiter condemnatus, delatus, seu publicè diffamatus, conspirationis in personam aut statum Romani Pontificis, seu cuiusuis offensæ, inobedientiæ, aũt rebellionis eiusdem Pontificis, vel dictæ sedis, mutilationis membrorum, vel occisionis cuiuscunque in sacris ordinibus constituti, offensæ personalis in Episcopum, seu alium prælatum, inuasionis, deprædationis, occupationis, aut deuastationis terrarum Romanæ ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectorũ, ac inuasionis Romipetarum, seu quoruncunque aliorum ad Romanæ curiæ venientium, delationis armorum, & aliorum prohibitorum ad partes infidelium, impositionis nouorum onerum realium, vel personalium ecclesijs, vel ecclesiasticis personis, simoniæ super ordinibus, vel beneficijs consequẽdis in dicta curia, vel extra contractæ quomodolibet reus foret, & generaliter in casibus cõtentis in literis quæ consueuerunt in die cœnæ Domini publicari, prætextu huiusmodi facultatum absoluere, & per quosuis emissa peregrinationis Vltramarinæ, visitationis luminum Apostolorũ Petri, & Pauli, in Compostella, & castitatis, ac religionis vota, nisi ex speciali licentia, & certa scientia nostra (de qua demùm constare censeatur, cùm in signatura nostra desuper manu nostra scriptum, aut in literis nostris expressum fuerit. Nos ex certa scientia, & de speciali gratia id concedere, derogatione præsentis constitutionis illius de verbo ad verbum inserto tenore, non autem per clausulas id importantem) vel in articulo mortis cõstitutum, & tunc in casibus vbi satisfactio fuerit impendenda, facta satisfactione, vel idonea præstita cautione, commutare præsumant. Et si aliqui confessorum contra præsentem constitutionem quenquam absoluere, aut excepta vota prædicta commutare attentauerint, absolutio, & commutatio huiusmodi nullius sit roboris, vel momenti, & contra facientes eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, à qua nisi in mortis articulo constituti, ab alio, quàm à Romano Pontifice absolui non possint. Est Papalis hîc, & ex processu curiæ. Not. quòd in articulo, quando debet absolui: satisfaciat priùs si tenetur, & potest: si non potest, det pignus. si hoc nõ potest, det fideiussorem: si hoc etiam nõ potest, saltem det iuramentum de satisfactione: quod si non vult, non absoluatur. Hæc est forma canonis huius, caueant autem confessores, ne seipsos laqueant.

EXCOMMVNICATIO 88. in capitul. indemnitatibus. in sexto, de electionib. Hi quos ad dirigendas in electionibus moniales deinceps contigerit euocari, ab his prorsus abstineant, per quæ inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri possit discordia, vel extorta nutriri, aliâs eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. Not. quòd nõ vocati ad hoc, etiam quòd seminent vel nutriant discordias, non incurrunt. Et licèt dicatur in masculino genere, tamen si fœminæ ad hoc vocarentur, & nutrient discordias, & cætera, inciderent: secundum gloss. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 89. in capit. administratores. 23. q. 5. Administratores secularium dignitatum, qui ad ecclesiarũ tuitionem, pupillorũ ac viduarum protectionem, rapacium que refrenationem constituti proculdubiò esse debent, quotiens ab episcopis, & ecclesiasticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias attentiùs audiant, & secundum quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & diligenti studio corrigant, quòd si Dei timorem præ oculis non habentes, negligere post secundam, & tertiam monitionem inuenti fuerint, omni nouerint communione vsque ad condignam satisfactionem se priuatos. Videtur ergo, quòd princeps ipso iure excommunicatus, qui non facit iustitiam clerico, præmissâ tamen monitione

prædicta. Est Episcopalis.

EXCOMMVNICATIO 90. in cap. vnico. de reli. do. in sexto. & in extrauaganti Ioannis XXII. Sancta Romana, &c. vbi excommunicantur nouum ordinem vel religionem inuenientes, vel habitum nouæ religionis assumentes, viuentes simul, & tria vota vouentes. Nec Episcopus potest super hoc licentiam dare: secundū Docto. Item nomine religionis non veniunt hæremitæ commorantes soli, assumentes quem voluerint habitum vel isti discipuli, licèt faciant sibi superiores, dum tamen non faciant tria vota solennia. Vide tamen Tab. Excommunicatio. 5. casu. 35.

EXCOMMVNICATIO 91. in capit. 1. de loca. Contra magistros (id est, Doctores cuiuscunque facultatis) & scholares Bononienses, qui ante tempus conductionis, conducūt hospitia aliorum magistrorum, vel scholarium sine licentia, vel assensu eorū. Not. quòd nomine scholarium non veniunt existentes in studijs pro scholaribus, vt scriptores, chartarij, &c. licèt gaudeant priuilegijs scholarium: secundum communiorem opinionem. Inquilini dicuntur scholares, tunc ibi habitantes. Et secundum Ioan. And. hæc pœna tātùm tenet Bononiæ, licèt quidam teneant oppositum, tamen consuetudo approbat primam opinionem. Est Episcopalis, & latæ sententiæ.

EXCOMMVNICATIO 92. in cap. 1. de schisma. Ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæresiarchis factas, & ab ordinatis ab eis irritas esse censemus, adijcientes vt qui dignitates ecclesiasticas, seu beneficia, per dictos schismaticos acceperint, careāt impetratis. Alienationes quoque quę per eosdē schismaticos, seu per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesias sine omni onere reuertantur. Si quis autē contrà ire præsumpserit (dicendo, vel tenendo oppositum) excommunicationi nouerit se subiacere. Est Episcopalis secluso schismate. Not. hic per laicos intelligi non quoscunque, sed fultos schismate: quia de schismaticis est iste canon.

EXCOMMVNICATIO 93. in cap. licet. de elect. Contra eum, qui de tertiæ partis Cardinalium nominatione confisus, Papę sibi nomē vsurpat, & est contra eos, qui recipiunt, & in eū, qui à paucioribus, quàm à duabus partibus Cardinalium electus, ad apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, gerit se pro Papa. Est latæ sententiæ, & episcopalis, seclu so schismate.

EXCOMMVNICATIO 94. in extrauagenti Ioan. XXII. Sancta Romana. &c. Contra perseuerantes in secta fraticellorum, bisochorum, & biguinarū, & assumētes dictæ, sectę ritū, & prælatos quoscūque, qui prædictis personis, vel alijs ritum viuendi, & habitum supradictos præter speciālem Apostolicæ sedis authoritatem deinceps concesserint, & est latæ sententiæ, & Episcopalis: ex qua intelliguntur tres differentiæ personarum, scilicet perseuerantes in dicta secta. Secunda, assumentes habitum, &c. Tertia, concedentes dictum habitum, &c. Item nomine biguinarum intelliguntur, vel infideles, de quibus est cap. ad nostrum. in cle. de hæret. aut suspectæ de fide: vt in capitul. 1. de reli. do. non autem illæ mulieres, quæ demissæ dicuntur, manentes innuptæ in domibus parentum.

EXCOMMVNICATIO 95. Contra inquisitores ordinis prædicatorum, si procedant contra fratres minores, & econtrà, per extrauagantem Pauli II. Nunc autem secus est quia possunt procedere per breue Clemen. VII. quod incipit, Propter labem Luthetanam. seruato tamen ordine ibidem posito: vt primò moneantur eorum superiores, vbi dicitur sic. Districtè præcipiendo mandamus, quatenūs omnibus, & singulis, etiam Carmelitarum, & aliorum ordinum mendicantium religiosis, vel non mendicantibus huiusmodi peste diffamatis, aut aliter suspectis, præcipuè

què quæ tales errores in suis sermonibus, verbis, seu prædicationibus disseminantibus, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita super huiusmodi, ac qualibet alia hæresi silentium imponatis, & postquâ per vos, vel vicarios vestros, aut vestrum, vel eorundem vicariorum aliquos, siue aliquem, præsidentes monasteriorum, cõuentuum, & aliorum locorum, vbi hæresis huiusmodi, vel errores dissẽminati forent, aut inibi propinquorum præmoniti fuerint, nisi tales infra mensem à die admonitionis computandum, debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur. Aliter contra prædictos vsque ad sententiam diffinitiuam valent procedere. Hæc est materia excommunicationum. Credo tamen multas alias esse excommunicationes particulares in priuilegijs studiorum, religiosorum, collegiorum, ciuitatum, & aliorum locorum, quas omnes inuenire esset impossibile. Prudens ergo confessor, quãdo de nouo venit in vnam diœcesim, informet se an ibi sint aliquæ excommunicationes, siue Papales, siue synodales, quæ sint in vsu, & sic obseruet. Et quia multiplices sunt, & variæ difficileque est singulas memoriæ mandare, ideò prudens confessor cùm circa eas dubitat, videat bene canones, & illos diligenter examinet, & si per seipsum intelligere nequeat, peritos quærat, ne pœnitentiam absoluendo à quibus non potest, in præceps mittat: quem si censura ligatum inuenerit, si potest, ab ea prius absoluat, si non potest ad superiorẽ cõfestim mittat: quia sic ligatus à peccatis nequit absolui.

EXCVSATIO.

1 EXCVSATIO peccati est maximum vitium: secundum Thom. secunda secundæ. q. 13. a. 3. ad 3. quia est circunstantia quædam aggrauans omne peccatum, etiam blasphemiam Dei, quæ est maximum peccatum. Dicitur que maximum: quia quodlibet maius facit.

2 NVLLVS sequens hæresim excusatur: quia in dubijs, & periculosis nemo debet esse facilis ad credendum, & præcipuè pertinax: secundum Thom. in quol. tertio quæstion. 4. articul. 2. quæ pertinacia maximè hæreticum constituit cum errore intellectus.

3 OBLIVIO beneficij ex negligentia, vel impotentia recompensandi beneficium, non excusant à peccato ingratitudinis, secundum Tho. secunda secundæ. q. 107. ar. 1. ad 2.

4 QVI nihil audiuit de fide, excusatur à peccato infidelitatis, non autem ab alijs peccatis. Intendens autem bonum per se, excusatur à malo, quod sequitur præter intentionem, & raro, non autem quando semper, vel vt in plurimus, & sic Noe excusatur ab ebrietate, &c. Thom. 4. senten. di. 33. in expositione literæ, & in capitu. inebriauerunt 15. q. 2. Excusat etiam coactio absoluta. capi. non est. 15. q. 1. Necessitas etiam in capitu. discipulos. de consecrat. dist. 5. Pietas quoque. ca. conquestus. de feri. & obedientia. ca. dixit dominus. 14. quæst. 5. Non excusatur quis ab obedientia, allegans alios meliores se ad hoc esse. 23. q. 1. c. final.

5 TIMOR qui est secundum rationem excusat totaliter à peccato, nõ autem inordinatus, sed diminuit in quãtum est inuoluntarius. Thomas secunda secundæ. q. 125. ar. vltim. Thamar, & Iudas fornicans cum ea, à peccato non excusantur, secundum Tho. secunda secundæ, quæstio. 154. arg. 2. ad 3.

EXECVTOR.

1 EXECVTOR est propriè, qui ad effectum rem iudicatam deducit: secundum gloss. in capit. super quæstionum. de offic deleg. vel qui fictũ ab alio gestum exequitur: secundum Panormi in ca. nouit. de appel. col. 1. Executor etiam larga acceptione dicitur delegatus, secundum gloss. in ca. si super de offic. de leg. in 6.

2 EXECVTORES testamentorum possunt esse laici, clerici, & religiosi,

non tamen ordinis minorum, secundum Pa. in c. tua nobis. de testa. primo notabili. & c. 2. d. Testa. in 6. Fratribus enim minoribus est interdictum hoc. in Cle. exiui. de ver. signifi. Et possunt diuisim, & mixtim deputari ca. Ioannes de testa. & etiam fœminæ, si est consuetudo, secundum Ioan. Andr. in d. ca. 2. de testa. licèt quidam teneant contrarium.

3 EXECVTORE vno mortuo vel absente, alius potest exequi, quando plures sunt, nisi testator aliter in testamẽto expresserit, etiam quòd præsens esset alter, & nollet exequi. in d. ca. 2. de testa. & non est necesse alterum vocari, sicut in electione, secundum gl. ibidem intellige, quando multum distaret: secus quãdo parum. tunc enim vocari debet & expectari vsq; ad præfixũ sibi terminum.

4 OFFICIVM executorũ non transit ad hæredes, etiam re nõ integra, secundum glo. ibidem, in d. ca. 2. nisi testator hoc expresserit, licèt quidam dicant quòd transit. præcipuè re non integra: vt in c. in causis. de elect. sed primum est verius. Si verò eligatur sine nominis expressiõe, & qui nõ sit propinquis, tunc successor in dignitate, succedit etiam in executione secundum glos. in d. c. 2. & ca. quoniam requisisti. de offic. delegat. secus quando est propinquus, vel nominatur proprio nomine: quia videtur electa persona, & non officium. in dict. cap. requisisti.

5 ELECTVS in executorem non tenetur acceptare. secundum Pano. in c. Ioannes. de testa. etiam in legatis ad pias causas, nisi tacitè, vel expressè acceptasset, siue faciendo aliquid quod ad hoc pertinet, siue recipiendo literas scienter, quibus officium sibi deferebatur: tunc enim dicitur tacitè acceptare. arg. l. 1. ff. de procura. Si præsens fuit quando testator ipsum ad hoc deputauit, & tacuit, non propter hoc dicitur acceptasse. l. Pomponius. ff. de arbit. Secus quando consensit, Episcopus in legatis ad pias causas potest ipsum compellere ad acceptationem saltem tãquam delegatum, sicut in qualibet alia delegatione. ca. pastoralis. de offic. delega. C. qui pro sua iurisdi. l. vnica.

6 MERVS executor non habet actionem contra hæredem, secundum Panormi. in d. ca. Ioannes. sed potest implorare auxilium iudicis contra detinentes defuncti bona. ar. in l. hæreditas. in fin. ff. de peti. hæred. nisi in legatis ad pias causas, secundum Bart. si quis Titio. ff. de leg. 2. Si verò non est purus executor, sed legatarius, vt in hoc exemplo, Titius relinquit Antonio centum aureos restituẽdos Socrati, tunc poterit agere contra detinentem bona tanquam legatarius. Idem cùm est particeps ipsius relicti, secundum glo. in l. Lucius. §. Mæuia. ff. ad Trebel.

7 SI executor sit vniuersalis, vt ad distribuendum omnia bona in Christi pauperes, potest vendere bona hæreditaria pro executione vltimæ voluntatis, secundum Pan. in d. c. Ioannes. Secus si sit particularis, nisi testator sibi concesserit, secundum l. alio. ff. de ali. & cibo. leg. & sic hodie solet fieri, quia datur plena, & libera licentia executoribus vendendi de bonis hæreditatis pro executione.

8 EXECVTOR debet seruare tempus ad exequẽdum quod testator sibi prouidit, secundum Pan. in cap. nos quidem. de testam. in glos. in ver. annũ. & sic dicit a die mortis, intelligitur & sciẽtiæ, & aditæ hæreditatis, vt probat tex. l. statu. liberos. §. si quis hæredi. ff. de statu. li. Si testator non prouidit de tempore, & res legata est in patrimonio testatoris, potest solui sine mora, secundum Panorm. in c. si hæredes. de testa. quia dominium ilicò adita hæreditate transit in legatarium, & si nõ soluatur sine mora, hæres condemnatur ad præstãdum vsuram, & omnem vtilitatẽ, vt l. cùm res. ff. de legat. 1. idẽ si esset pecunia legata. l. si dominus. §. in pecunia. ff. de leg. 1. conceditur autem spatium decem dierum à præcepto iudicis. Vide ibi, & in l. si pecunia ff. de lega. 2.

9 SI.

9 Si executor negligat exequi, an deuoluatur ad Episcopum? Dico quod hodie episcopus per statuta disposuit, vt annus à die mortis admonendo generaliter quoscunque: & si sic, post annum deuoluetur, intelligendo à die mortis, & scientiæ & aditæ hæreditatis, vt suprà. Rich. in 4. sent. dist. 45. limitat, si habet in prõptu bona, de quibus possit infra annũ legata soluere: aliàs secus.

10 TITIVS reliquit decem aureos dandos pauperibus, quos nominabit Sempronius, transacto anno non nominatis dictis pauperibus per Sempronium, non propter hoc potestas nominandi dictos pauperes ad Episcopum deuoluetur, quia qui habet declarare, non est executor, imò multum differt declarator ab executore, ideò qui non potest esse excutor, potest esse declarator. l. executorem. C. de execu. rei iud. Prædicta deuolutio habet locum in legatis ad pias causas indubitatè: secundum Panormit. in c. si hæredes. de test. in alijs autem est diuersitas dost. Vide ibi quomodo Panor. concordat. Tab. ver. executor. §. 10.

11 Si testator in testamento prohibeat ne episcopus se intromittat quo ad cõpulsionem executoris, non valet talis prohibitio, secundum Panor. in c. tua nobis. de testam. quia sicut non poterat se subtrahere à foro Episcopi, sic nec executorem, vt patet in dicto capit. tua nobis. Si autem prohibeat quo ad deuolutionem, prouisio de alio executore, in casu quod primus negligat, valebit, quia ille exequetur, non Episcopus, secundum Panormitan. vbi suprà. quod si non prouidit de alio executore, Episcopus in legatis ad pias causas exequetur, prohibitione non obstante, non in alijs. in d. c. tua nobis.

12 Si testator reliquit in testamento mille restituenda pro malè ablatis, & non inueniuntur tot creditores, qui totam istam summam absorbeant, & prohibuit illam summam in aliud cõuerti, tunc quod residuũ remanet, debitur hæredi. Si aũt non prohibuit, sed simpliciter disposuit, dabitur quod supersit pauperibus, secũdum Panor. in d. cap. tua nobis. credendum est ipsum tantum debere, quãtum reliquit, licèt non inueniãtur creditores. Idem obseruandum est in cautione, quam faciunt vsurarij, vt not. in c. quamquã de vsur. lib. 6. secundum Panor. in d. c. tua nobis.

13 EXECVTOR, cui testator reliquit. ca. vt dispensẽt quomodò sibi videbitur, & placuerit, tenetur illa dispensare pauperibus, nisi aliud appareat de mente testatoris. Facit cap. cum tibi. de testa. Sic enim arbitrabitur bonus vir. & quia mentem testatoris in meliorem partem interpretari debemus iuxta regulam, cap. cùm dilecti. de donat. & quia nulla est melior, quàm vt in Christi pauperes dispensentur, sic fiet: & si aliter fiat, per Episcopũ reuocari poterit.

14 EXECVTOR religiosus exempt⁹ si in exequendo deliquit, ab ordinario puniri potest in clemen. vnica. de test. quod Richard. in 4. sentent. dist. 45. a. 5. quæst. 2. limitat in religiosis, qui habent exemptionem communem, qui tamen possent conueniri ratione contractus, vel delicti, seu rei; vt in capit. 1. de priuileg. in 6. secus in alijs, qui conueniri non possunt, quia nec puniri.

15 PRAELATVS, qui dedit licentiã religioso acceptandi executionem, potest eã reuocare, cùm religiosus neque velle, neq; nolle habeat, secundũ glos. in dict. clemen. vnica. & executio fiet per collegam, vel per Episcopum quã do alius deputatus non est.

16 DILATIO executionis piæ nocet defuncto: secundum Tho. quolib. 6. quæst. 8. a. 1. quia ei remedium nõ adhibetur, dum suffragia differuntur, ex quibus plurimùm pauperes, & ecclesia ad orandum pro eo excitarentur, ad faciẽdum suffragia pro eo. Ex quo patet, quod graviter tales peccant, & vocãtur egentium negatores. 23. quomodo. 2. cap. qui oblationes. el. 1. & dicit. Ioan. de Neapolit. in quol. quod

multum tardantes, siue ex auaritia, siue negligentia, mortaliter peccant: quia debent excommunicari, agunt enim & contra iustitiá, non exequentes prout debent, & cõtra charitatem proximi, potentes eum liberare de pœnis, & non liberantes, cùm tamen teneantur. Secus quando ex causa rationabili tardant, videlicet, vt melius vendãt res, & sic copiosiores eleemosinas faciant, vel quando pro modico tempore tardant: quia parum, pro nihilo computatur. In his prudens executor bene examinet, vt consideret tata temporis dilatione, & conditione personæ, quæ creditur citiùs vel tardiùs liberanda, & eleemosynæ augmento, faciat quod defuncto expedire videbit magis.

EXEMPTIO.

EXEMPTI dicuntur, qui ordinarij iurisdictioni non subsunt, vt expresse dicit glos. in ca. quod trãslationem de priuileg. & hoc de communi exemptione. & per solum Papam fit exemptio, secundum glos. in capitu. 1. de priuileg. lib. 6. quæ diuersimodè fieri potest. capitul. cum capella. de priuileg. Quomodo autem fiat exemptio, vel ratione loci, vel personæ, & huiusmodi. vide Panormitanum in capit. tuarum. de priuil. Alia est exemptio specialis, vt fratrum prædicatorum, & multorum aliorum, in quibus ordinarij nullam superioritatem habent. vt patet in priuilegio Sixti IIII. Regimini. & cę. vbi dicitur, Et ne prætextu constitutionis Innocen. IIII. prædecess. nostri. Volentes, & cę. locorum diœcesani, & alij ordinarij, in personas, & loca fratrum prædictorum contra Gregorij prædecess. nostri ordinationem sibi quancunq; iurisdictionem, & superioritatem vendicare præsumant, districtiùs inhibemus, ne quispiam absque sedis Apostol. commissione, & authoritate, in personas, domos. & loca dicti ordinis prędicatorum, vtpote prorsus exempta, aliquam excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententiá, specialiter vel generaliter, quomodolibet promulgare, aut in personas, domos, vel loca huiusmodi aliquam præeminentiam, superioritatẽ, & iurisditionem quomodolibet exercere præsumãt, etiam ratione contractus, vel delicti, seu rei, de qua cõtra ipsos ageretur, vbicunq; iniatur contractus, committatur delictum, & res ipsa consistat. Decernimus quoque ex nunc, quaslibet excõmunicationis, suspensionis, & interdicti sententias, & quoscunq; processus, quasuis pœnas, & sententias generales, vel speciales continẽtes, quos, vel quas promulgari, vel haberi, & omnia quæ cõtra fratres, domos, vel locadicti ordinis quo modolibet fieri contigerit, etiam eorum exemptione, vtpote notoria non aliter allegata, nullius roboris, vel momenti esse, & pro infectis haberi debere, &c. Vnde patet, quod nec etiam legati habent superioritatẽ in his. Not. quod si fratres huiusmodi citentur ab ordinario, non tenentur comparere, etiam ad allegandum priuilegium suum, vt dicit Panormitan. in capitul. cùm ordinem. de rescrip. quia iam notorie sunt exempti, & dudum tolerati in priuilegio exemptionis. Ideò citati non tenentur comparere etiam ad allegandum eorum priuilegium. & hoc not. quia multi iudices decipiuntur.

SI priuilegium non est notorium, & tales priuilegiati non sunt diu tolerati in tali priuilegio, si antequã ordinarius ferat sententiam excõmunicationis contra eos, allegant priuilegium, quod iudici est notum, credit Rich. 4. sen. dist. 18. q. 5. a. 5. hanc sententiam non tenere. ar. in c. fiduobus, in text. & in glos. de appellat. Secutiùs tamen esset, si non potest probare hoc iudici esse notum, comparere & ostendere priuilegiũ, quod si non est notum iudici, & petit sibi ostendi, tenentur secundum formam cap. cùm personæ. de priuileg. in 6. Si autem non petit, secus est: quia non tenebit sententia, si ante illam fuit allegatum priuilegium. Quòd si non allegatur priuilegium, nec est notorium

neque

neque notum iudici, neque diu tolerarum, tunc tenebit sententia: argum. in dict ca. si duobus. nisi in dict. priuilegio esset clausula irritans sententias latas: quia tunc non teneret secùdum Richar. suprà.

3 EXEMPTA ecclesia, intelliguntur exempti, & monachi, vel canonici, vel conuersi, & perpetuò oblati: non autem presbyter, quia parochianorum curam habet, quò ad ea, quę ad ipsam curam pertinent, nec parochiani.

4 SI eximantur canonici alicuius ecclesiæ, nõ propter hoc clerici sunt exempti, sed bene econtrà. cap. per exemptionem. de priuileg. li. 6. nec propter hoc ipsa ecclesia exempta est, vt ibi. Ex hoc habes, quòd nomine canonicorum, non veniunt clerici, sed bene econuersò.

5 PER monasterium exemptum, intelligitur etiam cœmiterium, domus monasterij, orti, prata, area, quæ sunt iuxta monasterium, seu ecclesiarum. argumen. cap. necessarium. 12. quæst. 1. & cap. nulla.

6 PENDENTE lite priuilegij super eius valitudine, vel concessione, non debet quis priuari, vel interdici vsu possessionis: secundum Panormita. in c. 1. vt lite pendente. etiam quòd possideat cõtra ius commune, nõ est turbandus, secundum Geminia. in capit. cùm personæ. de priuileg. lib. 6. dummodò adsit aliqua probatio etiam nõ sufficiens.

7 EXEMPTVS litigans coram ordinario, & non allegans exemptionem, non propter hoc perdit causam, secundum Panormitan. in capitul. 1. de senten. & re. iudica. nec tenet sententis, nec taciturnitas obstat: quia etiam si voluisset, poterat in eum non consentire, vt in iudicem. cr. cùm tempore. de arbi.

8 EXEMPTVS non potest renuntiare exemptioni, quia tanguit nedum fauor exempti, sed etiam superioris, qui eum exemit: secundum Panormi. in dict. capitu. cum tempore. Intellige de priuilegio iuris cõmunis: quia priuilegio speciali potest quis renuntiare: secundùm Alberic. in lib. si quis in distribuendo. C. de Episcop. & clerie. maximè quando ipse impetrauit, non autem quando superior motu proprio exemit, in quo locum habet prima opinio. Sil. in verb. exemptio. §. 10. dicit, quòd non potest simpliciter, licèt in aliquo casu: quia exemptio fit gratia exempti, & exemptoris. Die ergo, quòd quando est solum in præiudicium exempti, potest, non autem si sit etiam in præiudicium superioris. Vide Panormita. in capi. significasti. de foro compe. & Sil. in verb. absolutio. 5. §. 2.

9 EXEMPTVS non potest absolui ab excommunicatione, Episcopo reseruata in canone, ab Episcopo. secũdum Io. And. in regula, scienti. & Panor. in di. ca. significasti. quia non est suæ iurisdictionis, & sine licentia Papæ, non potest se ei submittere, ratione supradicta. Nec obstat. cap. religioso. de sent. excom. quia ibi loquitur de non exemptis, quos ante à non poterat absoluere propter capit. cum illorum. de senten. excom. Si enim de exemptis intellexisset, dixisset sicut dixit in clement. ex eod. de sentent. excom. Et hoc verum, licèt Fe. consi. 14. & Io. de Lign. oppositum teneãt, sequentes iura antiqua. Isti autem sequuntur noua.

10 EXEMPTI, oratoria, vel capellas, in locis non exemptis non possunt ædificare, nec in sic constructis celebrare, vel celebrari facere, sine licẽtia diœcesani loci, in ca. authoritate. de priuile. in 6. nisi habeant à Papa, vel in oratorijs priuatis hoc faciant, secundum glossi. ibi. Vide benedict. ca. authoritate. Cum licentia tamen Episcopi, vel eius, qui illius loci curã habet, possunt celebrare.

11 SI Papa dedit priuilegium alicui monasterio, quòd non teneatur soluere decimas quascunque, etiam si in literis eius diceretur, quod tàm exempti, quàm non exempti soluant, nisi de hoc indulto fiat specialis mentio de verbo ad verbum, deinde Papa concedit legato, vt possit decimas exi-

gere tam ab exemptis, quàm à non exemptis, non obstantibus priuilegijs quibuscunque, etiam si talia essent, de quibus specialis mentio fieri deberet de verbo ad verbum, quæ voluit in illis literis pro incertis haberi, & expressis, constat per has literas priuilegium reuocari: quia satis apparet de intentione Papæ volentis reuocare. Aliter dicendo, Papæ potestas minuetur: quia cum omnium memoriam habere non possit, omnia reuocare nō posset, quod est dicere absurdum, secundum Fed. in consi. 46. licèt alias contrarium tenuisset, vt dicit Pa. in c. cùm instantia. de sensib. Valet etiam hoc pro vltima voluntate cognoscenda testatoris, vt not. Car. in cle. 1. de sepult. vt si testator dicit, non obstante quocunque alio testamento, etiam si in eo sint verba derogatoria, talis expressio dicitur specialis, & sufficit ad reuocandum secundum Cardi. vbi suprà.

EXEQVIÆ.

EXEQVIAE mortuorum pompaticæ, potiùs sunt solatiū viuorum, quàm sublenatio mortuorū: secundum Th. 4. sen. d. 45. q. 3. & in ca. animæ. 13. q. 2.

AN statuentes circa exequias mortuorum, vt quòd non deferentur nisi tot cruces, dentur tot candelæ, & tanti ponderis, vocentur tantùm tot clerici, & huiusmodi, incurrant excommunicationem latam contra statuentes contra libertatem ecclesiasticam? propter capit. fin. de re. eccle. nō alien. Respōdeo, quod variæ sunt docto. sent. Cai. in ver. excommunicatio, contra offendentes ecclesiasticam libertatem. dicit, quòd aliqua sunt, quæ ex sua natura sunt contra ecclesiasticam libertatem, siue quis intendat ire contra libertatē huiusmodi, siue non, vt statuere, quòd non soluantur decimæ clericis, vel eleémosynæ, vel statuere quòd soluant gabellas, & huiusmodi, & sic statuere est prohibitum. Aliqua ex se non sunt contra libertatem huiusmodi, sed accidens, & statuere de huiusmodi non est prohibitum. Et quia sumptuosa sepulchra multitudo luminarium, crucium, varietas religionum, & huiusmodi, per se ad pompā temporalem pertinent, quamuis per accidens, vel ex intentione videantur esse contra libertatem ecclesiæ, ideò moderari hæc ad publicam potestatē pertinet, nec sunt tales statuentes excommunicati. quanuis ista moderatio clericis sit nociua, subtractiua eleémosynarum, & diminutiua cultus diuini. Panorm. verò in dicto capitul. fi. dicit, quòd circa concernentia cultum diuinum, & refrigerium animæ defuncti, non valent statura laicorum: quia illa propriè annexa sunt iuri spirituali, & ita generaliter intelligitur tex. dict. c. fin. & specificando valent de pannis nigris passim non vtendis: quia de mortuis non est multum dolendū, &c. Anto. quoque disertus Siculus in suo repertorio sic dicit, Statutum non possunt facere laici super mortuarijs: quia illa annexa sunt iuri spirituali. Nam de annexis idem est iudicium. capi. quāto. de iudic. Neque circa contingentia cultum diuinum, vel refrigerium animæ defuncti statutum valet laicorum. Facit capitu. quàm prosperum. 13. quol. secunda. Circa concernentia pompas, & cætera. valet. Ioā. de Imol. in dicto capitul. final. idem sentit, & Dominus Petr. de monte ibi dicens, quòd non valeat statutum ciuitatis disponens, quòd circa funus non debeant portari nisi tot luminaria, seu dupleria, vel debeant indui de nigro nisi tot, vel non debeant inuitari nisi tot clerici. hæc ille. Hoc videtur tenere Pet. de Palu. & Thom. 4. sentent. distinct. 18. quæstio. 3. argu. 1. vbi dicit, videtur esse contra ecclesiasticam libertatem, quòd rustici statuerunt, quòd nullus offerat nisi in magnis festis, aut nisi tantum aut quòd super mortuum non sit nisi talis pannus, vel tot cærei, & huiusmodi: quia liberæ ecclesiæ est habere libras oblationes. Hæc ille. In repertorio dict. Pet. de Monte, Episcopi Brixi. in verbo, statutum, sic refert, An valeat

statu-

statutum laicorũ, quòd pro exequijs mortuorum non expendatur nisi tantum, dico quòd non, per dict. capitul. fina. & per hunc text. magister Ioann. de Tabul. fecit Brixiæ reuocari quoddam statutum simile. Idem tenet Felin. in capitul ecclesia sanctæ Mariæ. de constitu. & Ludoui. Rom. Concludo ergo ex dictis. Primò, statuta laicorum circa illa quæ immediatè, & solùm dantur pro eleemosina, vel in refrigerium animæ defuncti, vt quòd nõ detur clericis nisi tanta pecunia, vel nisi in magnis festis offeratur, vel nisi tantum, est contra ecclesiasticam libertatem expressè. Secundò, statutum circa ea, quæ tantùm ad pompam, vel ad solatium viuorum sunt, vt quòd filij tantùm de nigro vestiantur, quòd non portentur insignia, & huiusmodi, ex quibus neque ecclesia, neque pauperes aliquid emolumenti recipiunt, valent, nec est contra ecclesiasticam libertatem secundùm Panormitanum, & alios suprà. Tertiò statutum circa ea, quæ concernunt vtrumque, scilicet pompam, & refrigerium animæ defuncti, vt quòd non portentur nisi tot cruces, vocẽtur tot clerici, induantur tot pauperes, & huiusmodi. Nam in his est mundalis pompa, & refrigeriũ animæ: quia fiunt plures eleemosinæ ex his, quæ remanent apud clericos, fiunt plures orationes, ex quibus omnibus anima defuncti iuuatur, nõ videtur valere, tũ quia est de annexis iuri spirituali, tũ quia indirectè saltẽ fit contra libertatem ecclesiasticam, secundum Fel. in d. c. nouerit, & cõsequenter incurritur excommunicatio per d. c. fin. de immun. eccle. in 6. tum quia plures Docto. tenent hoc, & sic ad hanc partem tanquam veriorem, & securiorem declino. Caueant igitur taliter statuentes.

EXHÆREDATIO.

EXHAEREDATIO importat exclusionem ab hæreditate. instit. de exhær. lib. per totum. Et nunc non habet locũ, nisi pater habeat iustam causam, quã debet in testamẽto scribere, C. de inof. testamẽt. authenti. sed hodie. Causæ pro quibus quis potest exhæredari, communiter 13. ponuntur. authẽt. vt cùm de appel. cog. §. causas. Prima, si filius manus in parentes intulit. in c. Quintauallis, in gloss. de iureiurand. Secunda, pro graui iniuria contra eosdem facta. Tertia, si eos criminaliter accusauit, dummodò causa non sit contra principẽ, vel rempub. Quarta, si cum maleficis conuersationem habet. Quinta, si maleficus efficitur. Sexta, si parentum vitæ insidiatur. Septima, si cum concubina patris, vel eius nouerca carnaliter se immiscuit, octaua, si pro persona patris vel debito eius incarceratì, prout potest, fidem iubere noluit, & hoc solùm de masculis intelligitur. Nona, si prohibuit eos testari. Decima, si contra parentum voluntatem inter histriones, & mimos perseuerauerit, cùm pater illius professionis non fuerit. Vndecima, si filia luxuriosam vitam duxerit, parentibus volentibus eam nuptui dare & dotare pro posse, nec neglexerint hoc facere vsque ad annum vigesimum quintum. Duodecima, si parentibus furiosis debitam non exhibuerint curam, quod etiam intelligitur de quolibet succedente ab intestato, & hærede instituto. Tertiadecima, si parentes è carceribus liberare potens neglexerit. Item potest addi, si vltimam voluntatem noluerit executioni dare vt in authentica amplius. C. de fideicommissis. Item si filius est hæreticus, cùm pater catholicus, in dicto. §. causas. & secundum Felinum in capitulo Rodulphus. de teseriptis, columna tertia, in principio. Si tamen pater exhæredauit filium ex iusta causa, & postmodùm reconciliauit se cũ illo, videtur talis exhæredatio adempta, secundum Bartolum in l. si quis ita. ff. de adimendis lega.

FILIAE correctę denegata alimẽta remittuntur, & profitens aliquam religionem restituitur, secundum Felinum. in capitul. pastoralis. de reseriptis. circa principium dicit, quod

in alijs causis similibus & grauioribus, idem intelligitur secundum Alexandr. concil. 343. quamuis non sint posite, nisi 14. vel. 15. causæ exhæredationis.

3 Si filius pœnitentiam agat de iniurijs factis patri, non propter hoc pater perdit authoritatem exhæredandi filium, secundum Felin. in d.c. Rodulphus.

4 Si filius sit furiosus, & nepos sani sensus, pater potest filium exhæredare, dummodo nepotem instituat. ff. de cu. furio. l. penult.

5 Potest filius patrem exhæredare in certis casibus, vt dicit auth. vt cũ de appel. cog. Primò, si pater filium accusauit de crimine, excepto crimine læsæ maiestatis, si vitæ filij fuerit insidiatus, si vxori, vel concubinæ filij immiscuerit, si testari in quo poterat, prohibuit, si cùm esset furiosus, curam eius non habuit, si de captiuitate Saracenorum non redemit, & si intestatus moriatur, non succederet pater, sed ecclesia: & bona illius pro captiuorum redemptione dabuntur. Omnes tamen istæ causæ tolluntur per religionis ingressum.

6 In illis casibus, in quibus quis potest exhæredari, possunt & eidem alimenta negari supra alimentum. § 8. limita tamen nisi agat pœnitentiam, pro quo facit glo. & tex. in. l. final. C. de episcop. & cleric. & in can. non liceat. 16. quæ. 3. dicitur quòd per religionis ingressum omnis ingratitudo purgatur. Si filia fornicetur, & pœniteat, pater non tantùm tenetur alere, vt dictũ est, sed etiam dotare, secundum Panorm. capit. ex literarum. de eo qui dux. in matrimo. quam polluit. quia causa dotis nõ minùs est fauorabilis, quàm alimentorum, vt notat. Cyn. in. l. non omni. C. de administr. tuto. & Bart. in authent. complexa. C. de incest. & inutil. nup.

7 Non licet filios exhæredare pro ecclesia facienda. in canon. quicunque. 17. quæstio. 4.

8 In tribus casibus frater à fratre potest exhæredari, videlicet si vitæ alterius fratris fuerit insidiatus. Si de crimine inscripserit contra eum. Si eum in bonis notabiliter læsit, & etiam locum habet si frater ab intestato moriatur, authen. de nupt. §. ingratitudine. quia frater non succedet, intellige si frater ignorauit fratris ingratitudinem, secus videtur si sciuit. in l. final. C. de reuocand. donat. Nec requiritur, quòd frater allegat causam exhæredationis. similiter vir vxorem, & econtrà, possunt exhæredare alterum coniugem, vt in dict. §. causas. Mater verò meretrix, filiam meretricem exhæredare non poterit, secundum Bartolum in l. 3. §. Iulia ff. de test. stament.

EXPENSÆ.

1 Expensæ debent fieri secundũ proportionem rerum, personarum, & temporum, & tunc sunt virtuosæ aliter ad vitium declinant auaritiæ, secundum Thomam secunda secundæ, quæstion 135. articulo primo. Qui aliquem iniustè verberauit, tenetur ad omnes expensas, quas procuratione facit, & etiam de damno, quod ex hoc patitur. Vide glossam in canone si quis membrorum 23. quæstione finali. & de iureiurando, c. 1. & ff. de his, qui deie. vel effu. l. vlt.

2 In æstimandis faeultatibus, expensarum ratio est habenda, vt not. glo. in capitulo quoniam, de vita & honestate clericorum. ita vt illi fructus æstimandi sunt, qui deductis expensis remanent. vt in l. 1. C. de fru. & li. ex.

3 Expensas factas in re aliena, possessor malæ fidei de rigore iuris habere non potest, nisi tantùm necessarias, vt quas facit gratia colligendorum fructuum, congregandorum, conseruandorum, & huiusmodi. ff. de petitione hæreditatis. l. si à patre. §. fructus. Alias expensas si quas fecit, perdit. l. ex argento. ff. de condictione furtiua. Vtiles verò voluntarias poterit aspottare, si sine læsione status prioris id potest fieri. l. domum C. de rei vendicatione. Expensas autem quas fecit conseruando rem. vt pascendo equum, curando animal morbo-

morbosum,in conscientia poterit habere,secundum Mona. titul. de viur. Item qui fecit aliquod melioran tum ,propter quod res vilior est domino,quàm prius, ad arbitrium boni viri in conscientia potest petere expensas, & dominus verus tenetur satisfacere,quia hoc ad iustitiam pertinet. Si fuit possessor bonæ fidei,poterit omnes expensas, quas facit tollere,si sine læsione rei potest fieri. l.iulianus.le.3 ff.de rei vendicatione . Si non possunt tolli,dominus fundi solvet l fundo.ff.de rei vendicati. Idem erit quando fecit vtiliter gerere negotium proximi. ff.de nego.gest.per totum.

4 EXPENSAE non veniunt nomine damnorum,vel interesse: & ideò, qui remittit vnum, non remittit aliud.c. in vestra.de iniur.& dam.

5 EXPENSAE dicuntur necessariæ, quando si non fuissent factæ , vel res ex toto perijsset , circa quam factæ sunt,vel in deterius deuenisset.Voluntariæ vero sunt, quæ rem tantùm ordinant , sed fructum non augent.l, impensas.ff. de verborum significati. & hæ possunt tolli,si sunt separatæ,vt pictura in tela , secus si in muro sit facta,quia rei status læderetur.

EXPOSITIO.

1 IN expositione legis siue canonicæ,siue ciuilis , siue consuetudinis, seruanda est mens, siue intentio legislatoris.c. intelligentia.de verbo . significat . quia verba deseruiunt intentioni, & non econtrà.c.is autem. 22. q.2.quæ si non est nota ex verbis , debet sumi ex causa , persona , loco, & tempore.vt in c.sciendum.26. distin. Nec quis præceps esse debet, quando verba clara non sunt ad iudicandum.

2 QVANDO lex est dubia, vel cõtrariæ opiniones,& dubium est omninò nouum,standũ est consuetudini loci, si de ea constat , est enim in hoc casu optima legum interpres,vt in cap.dilectus.de consuetu. Si verò non constat de consuetudine , & verba sunt clara,non debemus recedere à significatione verborum, nisi absurditatem continerent,vt in c.fi.de verbo.signifi. Si verò non sunt clara,& eorum intellectus est multiplex , benignior sensus est sequendus.cap. final.de translationib. Quod si non appareat via benignior , ac similibus ad similia procedendum est,vt in capitul.translato.de cõstitution.Sed si non est dare simile, & iudex nescit quid faciat,ad principem recurrendum est, quia eius est interpretari cuius est legem condere , vt in ca.inter alia.de sentent.excommu . Si autem dubium est in opinionibus doctorum,iudex non debet recedere à cõmuni opinione si datur,nisi posset talis opinio communis conuinci euidenter,vel probabilibus rationib⁹. Quod si non est dari communis opinio,tunc iudicet secundum quod vult, dũm.o. dò non agat contra cõscientiam,propter c.cum æterni.de re iudicat.lib.6. Vide tamen Panor.in c.1.circa finem. de constitution . per hoc enim habes quando iudex secundum sensum suũ iudicare possit.Et quid agendum, vbi opinionum varietas est.

EXPOSITI.

1 EXPOSITI dicẽtur infantes ,serui,liberti , & languidi,si sine cura dimittantur,vel alimenta eis à parentibus,patronis,vel dominis negentur. in cap.vnic.de infan.expositis. vt solent aliqui , relegato pietatis affectu, pueros ante ecclesiæ ianuas relinquere cum tanto periculo.

2 EXPOSITI filij à patre,vel ab alio, patre sciente,& ratum habente,eo ipso à patria potestate liberantur. Idem dic de seruis,& libertis erga dominos, quoniam à potestate dominica liberãtur,& de languidis. Si verò eo ignorãte,vel inuito hoc fiat,potest expositi repetere solutis expensis,& cætera. in dict.capitu.vnico.& c.fi 37.d.

3 EXPONENTES taliter filios, vel alios prædictos,etiam ex necessitate,vt quia alere non possunt, non excusantur à mortali , quia quantum in ipsis est occidunt , nisi tali modo exponerent

zent, quod de morte periculum esse non posset. Potiùs debent tales ad hospitale mittere. C. de cadu. tollend. l. vni. vel pro eis mendicare. Colligens taliter expositum in conscientia, si non intendebat donare, potest expensas repetere, ad quas non tenebatur.

ÆSTIMATIO.

1 AESTIMATIO rei fieri debet tempore contractus. cap. cùm dilecti. de emptio. & vendi. & debet fieri secũdum redditus, quos res æstimata affert, & debet tantùm valere, quàtum valet id, quod in 20. annis producit. auth. de non alien. §. quia verò Leonis. Si autem sit res, quæ ecclesiæ debetur. in 35. annis computatur. auth. de eccle. tit. §. si annuale. Quòd si res infructuosa sit, æstimanda est secundum quod communiter appreciatur. Hodie enim communiter hoc locum habet in omnibus rebus, quod res tãtum valet, quantum vendi potest. ff. ad Trebel. l. 1. §. si hæres. Vide aliquid in verb. Emptio. §. 3. & 2.

2 Æstimatio rei in duobus casibus facit venditionem. Primò, cum eo animo fit, vt ipsa præstetur, non autem si fiat vt sciatur, quantum sit deteriorata. C. de iure dot. l. si inter virum. & hoc cognoscitur, quando res æstimata traditur certo tempore finito restituenda. Secundus casus est, quando res datur æstimata in contractu, de cuius natura est, vt dominiũ transferatur ff. de iure dot. l. quotiens. vt si mulier rem æstimatam dedit viro suo censebitur vir emisse, secus quando natura contractus repugnat venditioni. in l. seruos. ff. famil. erciscun. vt cum A. & B. hæredes, faciunt æstimationem de hæreditate, tunc æstimatio venditionem non efficit.

FACTVM.

1 FACTVM legitimè, etiã quod superueniat casus, quo existẽte non potuisset fieri, non est retractandum, vt si contracto matrimonio, & perfecto, superueniat affinitas, non propter hoc dissoluitur, secundum quod in c. discretionem. de eo qui cognoconsang. dicitur. sed quando factum esset tantùm inchoatum, & non perfectum, tunc retractandum esset, vt si sponsalibus superueniat affinitas.

2 FACTVM illegitimè, dicitur non factum in cap. veniens. de præsby. nõ baptis. sicut inutile, & nullum, patia sunt. c. inter corporalia. de transl. præ. & plus est facto, quam verbo tãtùm consentire. glo. in c. in causis. de elect.

3 ID dicitur debere fieri, si cõmodè, & honestè fieri potest, & quod honestè fieri non potest, dicitur non posse. l. nepos Proculo. ff. de ver. sig. Quamuis homo totum suum posse Deo debeat, de necessitate tamen ab eo non exigitur, vt totum quod possit faciat, quia hoc secundum præsentis vitæ statum ei est impossibile, secundũ Tho 4. sent. d. 15. Non enim legislator totum de facto exigit.

FALSARIVS.

1 FALSARIVS est, qui crimine falsi tenetur, vel qui falsariorum crimen admittit. cap. ad falsariorum. de crimin. fals. Et ad hoc, quòd quis possit puniri de crimine falsi, oportet q̃ adsint hæc tria, videlicet, mutatio veritatis, dolus, & iactura, secundum Hostiens. nec in scriptura, quæ fidem non facit, committitur crimen falsi. vide Pan. in cap. quanto. de iureiur.

2 FALSIFICANTES literas apostolicas, quomodò sunt excommunicati. suprà, Excommunicatio. 12.

3 FALSARIVS dicitur, qui absentiũ nomina in instrumento ponit, vel furtiuè sigillum surripit, secundũ Panor. in d. c. quanto. & c. ca. de his quæ fiunt à prælat. Et falsitas non solùm cõmittitur dicendo falsum, sed etiam tacendo verum, secundum Bartol. in auth. presbyter. C. de sacrosan. eccle.

4 APERIENS alterius literas, vt legat, debet puniri tanquàm falsarius, secũdum glo. in ca. cùm olim. el. 2. de offi. de leg. Inno. tenet, quod talis minùs peccat, quàm si falsificasset, sigillum apponendo adulterinum, tamen falsarius est. Vide Panormitan. in dicto cap. cùm olim. Concludo tamen, quod talis aperiens alterius literas

teras non sibi missas, vt legato, mortaliter agit. Nisi quando est superior, vel sub ratihabitione facit, vel in aduertentur sine malitia: vel quando non sunt alicuius importantiæ, cùm talis sit puniendus tanquam falsarius, vel crimine stellionatus. Dicit tamen Arch. Floren. quòd si essent literæ alicuius manifestè aduersarij eius, & aperiret dubitans de aliquo graui malo contra se, non peccaret mortaliter infrà literæ. §. 1. Hoc enim non esset contra charitatem, plus enim tenetur quis sibi, quàm alteri.

5 APERIENS literas, & ostendens aduersario mittentis, potest puniri, vt falsarius, argu. in l. 1. §. is qui. ff. ad leg. Cornel. de falf. Qui deposita instrumenta ostendit aduersario (vt solent facere mali notarij, & procuratores) incidit in crimen, vt ibi. in d. l. 1.

6 APERIENS literas Papæ non est excommunicatus, cùm nô reperiatur, quia talis neque vitiat radendo, neq; apponendo sigillum adulterinum, de quibus iura alleg. loquuntur, ideò quia sumus in pœnis, non debet extensio fieri.

7 APERIENS testamentum clausum, punitur pœna falsi, secundû Pa. in d.c. cùm olim. quod est speciale in testamento, licèt non ostendat, quòd in alijs non est sic, vt in d.c. olim.

8 COMBVRENS, lacerâs, vel occultans scripturas publicas, vel priuatas, quæ ad alium spectant, ita quòd non ampliùs appareant, punitur crimine falsi, & falsarius est. Bart. in l. Paulus ff. de fal. & vltra pœnam, ad restitutionem totius interesse tenetur: in l. qui tabulas. ff. de furt. quia sufficientem damni causam proximo intulit.

9 FALSIFICANS monetâ est falsarius, & mortaliter peccat, secûdum Ioan. de Imo. in ca. quanto. de iureiu. & per tex. ibi, & tenetur satisfacere personç, vel communitati, vel populo damnificatis. Idem de eo, qui monetam falsam recipit, & postmodùm scienter eam expendit, tenetur restituere &c. Si verò expendit monetam plombeam, vel stanneam, debet puniti pœna leg. Cor. de fal. quæ est deportationis, & omnium bonorû publicationis, &c. De pœnis falsificantium monetas: vide Panor. in c. capit. quanto. Hæc enim non pertinent ad confessorem. At quomodo falsificetur, & quanti ponderis debeat esse, non est præsentis considerationis. Vide tamen Panor. in d. cap. quanto. Tab. ibi, §. 7.

10 RADENTES, vel tondentes monetas etiam subtiliter, sunt falsarij, & tenêtur de damno: secundum Panor. in d.c. quanto. in gloss.

11 FALSIFICANS mêsuras, vel pôdera, vltra mortale peccatum, tenetur restituere damnû. c. 2. de emp. & ven. idem die de vtente falsis scienter, & puniuntur in c. 2. de emp. & vendi. & l. Cornelia. ff. de fal.

12 INSTRVMENTA confecta per notarium falsarium, post eius condênationem commissâm in officio tabellionatus, non valent: secus ante condemnationem, etiam quòd esset falsus, sed non condemnatus, vel condemnâdus, sed non in tali officio: secundum Panor. in c. fraternitatis. de hære. & Bart. in l. 1. ff. ad leg. Iul. rep. Quomodò autem instrumentum factum à notario reputetur falsum, vel non. vide Panor. vbi suprà, & an per abrasionem vitietur instrumentum. vide gl. in d.c. fraternitatis. & Panor. ibi. non enim multum facit ad confessorem. Quid debeat facere notarius, quando in margine instrumenti oportet aliquid scribere: vide Tab. ver. falsarius. §. 13. Archi. §. is itaque. 35. q. 1.

FAMA.

1 FAMA à Bartol. sic diffinitur, est communis opinio voce manifesta ex suspitione proueniens. Intellige, probabili: quia si non esset probabilis, sed certa, aut visa à populo, non esset fama, sed notorium, & manifestum. Not. quòd nisi sit locutio, non est fama: quia dicitur à fando, vnde ad famam quatuor requirûtur. Primò, quòd sit communis opinio. Secundò, quòd sit ex suspitione probabili. Tertiò, quòd voce manifeste-

tur.

tur. Quartò, sit ab omnibus, vel maiori parte. Ideò dicta paucorum non infamant: secundum Panor. in d.c. tua. de spon. quamuis causent rumorem: qui in hoc differt à fama.

2 AD probandam famam duo testes sufficiunt. ff. de testi. l. 3. quamuis admittatur probatio in contrariũ, quæ si fuerit clarior, offuscatur effectus primæ. Infamia autem est læsæ dignitatis qualitas, vita, moribusque reprobata, per argumentũ à contrariò.

3 QVIA fama nõ est necessaria propter nos, sed propter alios, ideò eam appetere propter se, pertinet ad inanem gloriã, sed propter alios, ad charitatem pertinet. Ex S. Thom. secunda secundæ. q. 73 arg. 2. ne scandalizentur, & peccandi occasionem sumant.

4 QVANDO quis est inter tales, qui parati sunt prosequi diffamationem, & ex non defensione famæ, debet sequi magnum detrimentum, si non defendit famam suam cùm possit bono modo, videtur mortaliter peccare, & sic videtur loqui c. non sunt audiẽdi. 11. q. 2. & capit. iubemus. de conditio. distinctio 1. Si autem sumus inter tales, qui non sunt parati sequi diffamationem, sed tantùm reprehendere, sufficiat nobis conscientia nostra. Et sic intellige capitul. quod obest homini. 11. q. 3. Debet quilibet curare de bona fama, ne alij de eo scandalizentur, aliter peccat, maximè quando sunt tales personæ, quibus ex officio spectat prouidere saluti animarum: vt sunt prælati. infrà, vindicatio per totum. Vide aliquid in ver. scandalũ. §. 5. & 6. Quomodò debeat restitui fama, infrà, restitutio. §. 41. Quòd autem aliquod est certum, vel visum à populo, non est de eo fama, sed manifestum, & notorium dicitur, vt si quis publicè teneat mensam ad vsuram.

FAMILIA.

1 PATER FAMILIAS tenetur ad ministrare necessaria ad vitam, & ad disciplinam, tam verbo, quàm exẽplo morum. & nota. §. necesse 47. dist. aliter mortaliter peccat, nisi aliqua circunstantia excuset, vt necessitas, & huiusmodi. & sic intellige capit. duo ista. 23. q. 4. & eo modo tenetur ad disciplinam morum, sicut ad educationem corporalium, & non seruans, est infidelis: vt dicitur 1. Ti. 5. Qui curam suorum, & maxime domesticorum non habet, fidem negauit, & c. non solùm de filijs intelligitur, sed etiam de alijs, vt de vxore, & seruis.

2 PATER FAMILIAS nõ tenetur de expensis magnis famuli infirmãtis, quem salario conduxit: secundum Bartol. l. si cum dote. §. sui autem. ff. solut. matri. Si autem esset in extrema necessitate, teneretur ei, non vt famulo, sed vt pauperi ex præcepto charitatis. Quò autem ad salarium non tenetur secundum Ioann. Andr. Panor. & communiter Doctor. in c. 1. de cle. ægro. quia casus contingens in persona quæ locauit operas suas, liberat conductorem à præstatione mercedis. l. si vno. §. item cùm quidam. ff. locat. Quod tamen limitat Panormita. vbi suprà, quando salarium debetur tantùm ratione personæ, & non ratione aliorum: vt si iudex cui debetur salarium, nõ tantùm pro se, sed etiam ratione familiæ, quam tenet: etiam quòd infirmetur, debet habere salarium. l. pecunia. in prin. ff. de condict. ob caus. Si autem esset consuetudo vt etiam infirmanti famulo daretur salarium, secunda est: secũdum Sal. in. l. licèt. C. locat.

3 S. i promisit famulus seruire vno anno. & pro parte fuit infirmus, non tenebitur trãsacto anno supplere tempus: secundum glo. in cap. si propter. de rescript. lib. 6. ff. de statu lib. l. cùm hæres. §. Stichus.

4 TITIVS promisit stare per annũ cum sorte, & steterit tantùm per sex menses, non poterit habere medietatem salarij, si in hyeme steterit: secundum Bartol. in l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. matri. sed habebit ad arbitrium boni viri facta bona computatione. ergo si steterit in æstate tãtùm, habebit plus medietatis salarij ad arbitrium, &c. argumentum à contrario.

5 P A-

5 PATER FAMILIAS nō valens, verbo, nec verbere corrigere famulos, si expulsio, vel necessariorum negatio eis ad correctionem proficeret, debet illis vti argument. eorum quæ not. in capi. non omnis. 5. quæstio. 5. Secus si propter huiusmodi licētiùs peccaret, nō tenetur expellere, sed faciat quod potest: quia excusatur. capit. quantum licet. 47. distinctio. & capit. sequenti. Ad plus enim non tenetur quā sciat, & possit.

6 FAMVLVS requisitus per obedētiam superiorum, vt reuelet delictum domini sui, non tenetur, si criminaliter proceditur. capitul. lege iulia. el. 2. 4. q. 4 Secus si ciuiliter procedatur, dummodò ex hoc nullū malū sibi imminear: quia nullus tenetur, cum suo malo bonum tēporale proximi procurare. Aliter in denunciatione hæreticorum, vbi de bono spirituali agitur.

7 SI pater familiās crudelis, facit iurare familiam de veritate dicenda, nō est ei parendum: secundum Dur. & illicitum fuit iuramentum. Si verò est mansuetus, & probabiliter creditur, quòd non nisi rationabiliter procedet, tunc si potest probare, tenetur dicere veritatem, si verò non potest probare, non debet reuelare, nisi ei qui potest prodesse. & non obesse, & si alio modo iurauit, iuramentū non tenet. argu. c. quisquis. 23. q. 4. suprà. Correctio §. 7. & 8.

8 SI quis conuenit cū aliquo patrefamiliās coquere panes, vel lauare pannos, &c. pro tota familia determinata: vtputa pro 40. personis. aucta familia, vel diminuta, tenetur augere pretiū, vel diminuere. Si verò numerus erat indeterminatus: vt sunt conuentus fratrum, qui aliquando sunt plures, aliquando pauciores, non augebitur, neque minuetur salarium, licèt plures, vel pauciores sint. Facit c. quanto. de censi. & Panorm. ibi. Si tamen nimis grauaretur, per iudicis officium sibi prouidebitur, sed in conscientia non tenebitur prouidere tantæ multitudini, & econuerso, neque conuentus tantum soluere, si notabiliter minuatur: quia contrariorum eadem est disciplina.

9 SI famulus non conuenit cum domino de salario, & erat consuetus locare operas suas, & dominus conducere famulos salario, dominus soluet vsque ad summam salarij, quo alium fuisset conducturus. arg. l. si non sortem. §. libertus. ff. de condi. sed si conductus fuit pro mercede ad dominī arbitrium, sic iudicio boni viri taxabitur. vt not. Archi. in c. sunt nonnulli. 1. q. 1.

10 DOMINO nolente famulo debitam mercedem soluere, si famulus occultè surripiat tantum, quātum debet habere: secundum Ric in 4. sen. di. 15. licèt peccet in modo accipiendi: tamē non tenetur ad restitutionem. Ego autem dico, quod quando alio modo commodè non potest habere, si secretè sine scādalo, & periculo potest accipere, non peccat: quia nō alienum, sed suum accipit: debet tamen si potest agere, prout iustitia exigit, si nō potest, est excusatus. Ab huiusmodi tamen acceptionibus abstinendum est, propter scandala, quæ solent oriri ex his, & homo non seruat sic semper iustitiæ æqualitatem.

FAMILIARITAS.

1 FAMILIARITAS cum mulieribus clericis est prohibita. de coha. cle. & mul. per totum. & c. interdixit 32. di. tum propter periculum, tū propter scandalum.

2 CVM dæmonibus familiaritatem habere non licet: secundum Tho. secunda secundæ. q. 90. art. 2. & 3. quia semper decipere conantur: vt dicit idē 1. q. 89. a. 4.

3 PROPTER magnam familiaritatem iudex potest recusari: secundum Pan. in c. insinuante. de of. deleg. Feli. & Hostī. familiares dicuntur consanguinei, colonus ascriptitius, mercenarius, filius in potestate, & breuiter habitantes in domo. d. c. insinuante.

FAVTOR.

1 FAVTORES hæreticorum: secundum Petr. de Pa. in quarto senten. aliquando fauent eis facto, mitendo alimo-

alimoniã,vel huiuſmodi. Vel verbo, vt dicendo,iſti ſunt boni viri, iniuſtũ eſt eos perſequi, &c. vel omiſſione: vt quando hi qui poteſtate funguntur, omittunt eos capere,inquiſitore mandante, vel non fauendo inquiſitori, & omnes tales,ipſo facto ſunt excommunicati,ſicut hæretici, quando ſcilicet oſtendunt vitium ſuum per aliquem actum exteriorem, vel etiam ſi omittunt facere,quæ tenentur. ſecundum Archi.in c. quicunquè. de hære. libro ſexto.Item fautor eſt, qui ad requiſitionem inquiſitoris non reuelat, ſed celat,& qui habet iuramẽtum reuelandi, & non reuelat. Item qui eos aſſociant, viſitant, præſtant auxilium ad fugiendum opere, vel verbo, fundentes preces pro eis ne puniantur. intellige omnia ſupradicta, quando ſcienter faciunt,& ſunt omnes excommunicati.per capitu.vt inquiſitionis. de hæreti.libro ſexto.§. prohibemus. ſupra, Excommunicatio nona & decima. Vide Tabul. Excommunicatio 5.caſu 4. §.8. Fauere etiam criminoſis hominibus,ſine culpa eſſe non poteſt, quum illis audaciùs peccãdi præſtetur occaſio.

FOEMINA.

1 FOEMINA ingrediens religionẽ, poteſt tonſurari.nec obſtat c. vxoratus de conuer.coniug.quia conſuetudo eam excuſat.Illud capit. non loquitur de tonſura, quæ dicitur clerica, ſed de ea, quæ fit vſque ad aures capillos incidendo., & hoc prohibetur mulieribus volentibus in ſeculo remanere. c. ſi qua mulier.30. diſtin. De ingredientibus verò religionem, loquitur glo.in clem.attendentes. de ſtat.reg.& eas nititur ſaluare ob conſuetudinem, remanentes verò in ſeculo, ſi tonſurantur ex ſuperſtitione, vel alio malo fine, mortaliter peccãt. per c.quicunquè.diſtinct.30.vbi dicitur anathema ſit. ſecus quando faceret ex neceſſitate aliqua, vel leuitate: quia c. quicunquè. intelligitur ſecundum Archid.ibi. quando ex ſuperſtitione faciunt, vel alio fine malo, qui ſit mortalis.

2 FOEMINIS prohibetur vti veſte virili.in d.c.ſi qua mulier, & prohibetur non tanquam mortale de ſe,ſed ſi hoc facit malo fine, qui ſit peccatum mortale, vt ſcilicet licentiùs vacet libidini.& huiuſmodi tũc mortaliter peccat:& econuerſo, ſi vir veſte muliebri vtatur eodẽ modo.Etiam propter ſcãdalum poſſet eſſe mortale,à quo quilibet cauere ſemper tenetur.

3 FOEMINIS prohibetur primo prædicare.in c.mulier.diſt.32. & docere publicè, quãuis monialis in ſuo capitulo poſſit exhortationem facere ſedendo. Secundò, audire confeſſiones, & alijs benedicere. in c.noua. de pœnitent.& remiſ. Tertiò, tangere vaſa ſacra & ſacratas palas. capi. ſacratas.23.diſtinctio. quamuis Caiet. dicat, quòd poſt primam ſotionem poſſunt tangere, & repetiare ſupra corporale. Quartò,incenſum circa altare deferre. de conſecra. diſtinct.1. capitul.veſtimenta. Quintò, accedere ad altare, & miniſtrare presbytero, vel intra cancellos ſtare.capitul.1. de cohabitation.clericor.& mulier. Sexto, exercere actum alicuius ordinis.in dicto capitul.noua. iudicis, ſeu magiſtratus officium gerere, niſi in caſibus,de quibus glo.in.§.1.decimaquinta quæſtio tertia. Septimò, poſtulare, vel procurare, niſi in propria cauſa,vel ſuorum.in dicto.§.1. Octauò, teſtificari vel trahi ad iudicium cauſa ferendi teſtimonium contra eius voluutatem, in his quæ in iure non exprimuntur. Nonò, accuſare, niſi in certis caſibus, de quibus in dicto §.1.& multa alia prohibentur fœminis propter ſexus infirmitatem. & facilem peccandi occaſionem, quæ etiam nec detrudi pro aliquo debito, vel incarcerari poſſunt.

FESTVM SIVE *Feriæ.*

FESTA ſecũdum Ar. floren.2. paſtit.9.c.7.dicuntur feriæ, eò ſcilicet quod præſtant vacationem ab his, quę in foro iudiciali agi cõſueuerunt

2 FERIARVM quædã ſunt repentinæ,quædã tẽporaneæ, quædam ſolennes.

lennes. Temporaneæ pro colligendis fructibus dantur tardiùs, & citiùs, secundum diuersas regiones. in c. conquestus. de feri. & in his non potest esse processus iudicialis, nisi de partiũ consensu. in d. cap. conquestus in fin. Repentinæ dicuntur, quia repentè dicuntur à solo principe, vt in l. omnes. C. eod. titul. & hoc vel propter aliquam victoriam, vel aliud. Solennes sunt festa instituta ab Ecclesia, vt in di. cap. conquestus. vnde si princeps, vel ciuitas mandant festari aliquem diem sub certa pœna, possunt pœnam exigere, sed non ad peccatum obligare, quia ad eos non pertinet festa præcipere. Et his solennibus non fiunt iudicia, etiam de partium consensu, quia in honorem Dei facta sunt. secundum Pa. in c. fin. de feri. quæ autem per arbitratorem fiunt de amicabili compositione, possunt fieri in his ferijs. De feri. ca. 1. Talis enim pacis mediator est nec seruile opus exercet.

3 In his etiam solennibus ferijs, appellatio potest interponi, sed prosecutio non potest fieri secundum Bar. in libr. 1. C. eod. titul. possunt etiam fieri omnia, quę ad pacem pertinent, & pacta, & transiationes. Facit cap. 1. de feri. Item quando res celeritatem exigit, semper potest fieri. ff. de damno in fec. libr. 1. Item quando pietas suadet, vt quia causa est miserabilium personarum. in d. cap. conquestus. Item punitiones, & quæstiones circa latrones semper possunt fieri. l. prouinciarum. C. eod. titul. Idem quando periculum animarum est in mora. capit. præcipimus. 12. quæst. 1. Idem dicendum de inquisitionibus hæreticæ prauitatis. Item extra iudicialia. vbi cessat strepitus iudicij, maximè si periculũ animę immineat. Valent etiam instrumenta facta in talibus ferijs, & actus volũtariæ iurisditionis, vt emancipare, contractus inire, iustitiam facere, seu seri bere. & huiusmodi, secundum Pan. in c. fi. de fer. Iudex etiam potest absolue re, & excõmunicare, vbi causæ cognitio non requiritur. in l. actus. C. eod. titul. & quamuis huiusmodi tenent, tamen facientes peccant, si ex anaritia faciunt, vel dimittant diuina. non aũt si ex pietate, vel necessitate, quia sic nõ violatur festum.

4 Festa introducta in honorẽ Dei in quibus abstinendum est ab operibus seruilibus, ex dicto capit. conquestus. & multis alijs c. colliguntur, & sunt hæc, videlicet, Omnes dies dominicales, Natiuitatis Christi, Circũcisionis, Epiphaniæ, Resurrectionis, cum duobus diebus sequentibus immediatè, Ascensionis, Penthecostes, cum duobus sequentibus diebus, Corporis Christi, quatuor festa S. Mariæ. videlicet Purificationis. Annuntiationis, Assumptionis, & Natiuitatis Ioan. Baptist. duodecim Apostolorum, quò ad festa principalia, & non quo ad secundaria, vt est cathedra S. Petr. & Ioan. ante portam Latinam, &c. Stephani, & Laurentij, Martyrum, omninm sanctorum, Inuentionis sanctæ Crucis: & hæc vbi obseruari consuetum est.

5 In festis S. Michaelis de mense Septembris. S. Martini, S. Siluestri, Innocentum, Dedicationis ecclesiæ, & in quibuscunque alijs possumus nos consuetudini patrię conformare, quia quamuis prædicta sint præcepta, non videntur vbique obseruari. Hæc secundum Caietan. adde etiam illa festa, quæ Episcopus cum clero, & populo duxerit obseruanda, quia in illa diœcesi debent obseruari, non autem quando Episcopus cum clero ordinat contradicente populo ex rationabili causa, secundum Panormitan. in dicto captiul. conquestus. & de cõsec. d. 3. cap. 1.

6 Festa quæ in iure non præcipiuntur: tamen secundum communem consuetudinem vbique, vel alicubi seruantur, debent sub præcepto seruari, si clarum sit dictam consuetudinem introductam esse non ex deuotione tantùm, sed de obligatione præceptoria, quod difficile est scire. & consequenter de mortali iudicare, sicut ex consuetudine potest introduci, vt ea quæ sunt de præcepto, non sint

de præcepto, vt patet de tribus diebus rogationum, quæ præcipiuntur in dic. conquestus: tamen non seruantur ex consuetudine, & eodem modo de septimana Sancta. Nam consuetudo legem efficit, & obligat etiam in conscientia.

7 DE festo S. Martini, & inuentionis S. Crucis, dicit Tabul. quòd sunt de præcepto propter cap. 1. de conse. d. 3. & c. crucis ibidem, quæ per consuetudinem non sunt reprobata, sed magis declarata, & huic standum videtur.

8 CIRCA principium autem & finem festorum, patriæ consuetudo seruetur. Et licèt communiter festum de vespera ad vesperam seruetur: tamè si ars aliqua, vt sutoria, vel barbitõsoria consueuit à media nocte in aliam mediam noctem celebrare festa, talis consuetudo, secundum Caietan. ibi potest seruari. Concordare videtur Tabul. ibi. §. 15.

9 PECCATVR in die festo tripliciter, vel omittẽdo diuina præcepta pro tunc, vel faciendo opus seruile, vel cõmittẽdo aliquid de prohibitis fieri talibus diebus.

10 CIRCA primum, omittens missam in die festo de præcepto, &c. mortaliter peccat, si sine rationabili causa facit. & per rationabilem causam intellige omne motiuum rationi cõsentaneum, etiam quòd non sit vrgens, dummodò non adsit contemptus, & quando est minus sufficiens, peccatur venialiter. Non enim formaliter agitur contra præceptum, vt si omittatur missa propter seruitium infirmorum, vel pro custodia domus, vel puerorum, & huiusmodi, de quibus infrà. vet. Missa. § 29. 30. Et quia non solùm corpore, sed etiam mente præsentes esse debemus missæ in festo: ideò si quis durante missa occupat se mente ad alia cogitanda, vt de mercãtia, de venereis, & huiusmodi, aduertenter, & notabiliter, non satisfacit missæ, similitet fabulando cum alijs.

11 DICERE officium, vel aliá orationem, vel pœnitentiá, ad quæ quis tenetur ex præcepto, dum actualiter missa dicitur, non videtur satisfacere: quia sunt duæ obligationes requirentes mentis attentionem. Nam si vult attendere missæ, non potest officio attendere. Sed posito quòd non possit audire, vt quando dicit secreta, an tunc possit quis dicere dictum officium. Caieta. videtur dicere quòd potest satisfacere vtriúque obligationi, & quòd non peccat mortaliter, sicut dum pulsatur organum in missa, quis potest dicere aliquod officium pro illo tempore. Hoc tamen non videtur simile, quia qui dixit psalmum vnum in officio dum pulsatur organum, non tenetur attendere tali pulsationi, sed potest se occupare in alijs, vsque ad tempus, quo dicendus est alius psalmus, & ideo magis teneo cũ summa. Sil. in ver. missa. in fine. vbi dicit, quòd audiens missam, ad quam de præcepto tenetur, simul eodẽ tempore non potest dicere horas, &c. quia ibi sunt duæ obligationes, quarum quælibet attentionem, & deuotionem exteriorem requirit. arg. in capitul. ex literis, de proba. cum ibi not. in verb. vices duorum. Audire autem, vel nõ, aut si missa propria, vel de mortuis, vel in propria parochia, vel extrà, non cadit sub præcepto. infrà, Missa. §. 39.

12 DIE festo non tenetur quis conteri, neque vitatio peccatorum hoc præcepto mandatur, sed solus exterior cultus præcipitur, ideò circunstantia festi, nõn est circunstantia aliorũ peccatorum necessaria, secundum Caiet. ibi. nisi fierent in contemptum festi. tunc enim necessariò hæc circonstantia confitenda esset.

13 SECVNDO violatur per opus seruile corporale, & non mysticum. & dicitur seruile, quia ad hoc seruos deputatos habemus. Hçe enim opera impediunt appellationẽ hominis ad diuina, & mortale peccatum inducunt talia opera facta in die festo. Horum autem operum quædam sunt ex suo genere seruilia, propria seruis, vt mechanica, &c. arare, fuere, &c. quædam libera, vt artium liberalium exercitia,

vt

vt fonare, legere, scribere, quædam sunt communia liberis, & seruis, vt itinerare, &c.

14 PRIMA sola opera seruilia prohibentur, reliqua licent: adeò vt etiá opera seruilia, quando transeunt in communia, fiant licita. Transeunt autem propter necessitatem corporis, vel animæ, quandoque proprij, vel alterius, vt seruitia infirmariorum, medicorũ, aromatariorũ, & huiusmodi, & propter damnum vitandum, vt quia timentur milites, vel tempestas, & huiusmodi, ideò oportet laborare: hoc enim tam seruis, quàm liberis incumbit. Quantum verò ad tertium, quatuor ab ecclesia inueniuntur prohibita, quæ opera seruilia non sunt, videlicet mercatum, placitum, iudicium ad mortem, vel pœnam, iuramentum, nisi pro pace vel alia necessitate, vt in capitul. omnes de feri. De secundo, & tertio, suprà dictum est, quòd non solùm prohibentur (nisi vrgente necessitate, vel pietate) sed etiam processus, & sententia annullantur, in dicto capitul. conquestus. ex Caietano, vbi suprà.

15 QVOad primum, videlicet mercatum, duo possunt intelligi. Primò, nundinæ, quæ bis, vt semel in anno fiunt secundum diuersitatem terrarum, vel mercata, quæ semel, vel bis, in hebdomada fiunt. Secundò, actum mercandi, scilicet emendi, vel vendendi. Si primo modo intelligas nundinas, standum est cõsuetudini, per quã ius abrogatum est, cùm prælati hoc sciant, & tolerẽt. Si pro actu accipias, in multis attendenda est consuetudo, quæ quasi vbique habet, vt ea quæ dietim consumuntur ad minutum, vt panes, carnes, herbæ, & huiusmodi, passim venduntur, & emuntur, & licitum est, nisi Episcopus aliquid horum prohibeat, vel reprehendat, ex Caieta. suprà.

16 QVòautem ad placitum, excusantur iudices rurales ius dicentes rusticis, secundum quasdam consuetudines suas, ne perdant diurnum laborem eis necessarium ad vitam, cum pietatis causa hoc fit. De hoc suprà. §. 14.

17 DE iuramento intelligitur iudiciale esse prohibitum, nisi pro pace. vt suprà est dictum. §. 14. vt pro causa fidei, quæ etiam diebus festis agi potest, & consequenter iuramentum præstari.

18 AD cognoscẽdum peccatum mortale circa festa dantur quædam regulæ, quæ etiam seruiunt in multis alijs. Prima est. Attendatur an quis habuerit voluntatem, seu intentionem violandi festum: quia tunc proculdubio mortaliter egit. Si non habuit intentionem, nec etiam fuit tam negligens, vt non curauerit saltem implicitè de obseruatione festi, non peccat mortaliter, neque in omittendo, neque in committendo, quia non propriè contra præceptum facit. Et ex hoc regula multos à mortali excusabis.

19 SECVNDA est, vt quantitatem consideres operis, parum enim pro nihilo reputatur. Ideò laborate parum, vt fuere 20. puncta, & huiusmodi, nõ violat præceptum festi, & dimittendo aliquid missæ: parum, vt est introitus, vel respõsorium, vel simile. Ideò dicit Caieta. ibi, quòd recedentes communicato sacerdote ante benedictionem, non peccant mortaliter, quia iam doctrina & sacrificium missæ sunt completa, & non est pars notabilis missæ, quamuis quilibet benedictionem expectare deberet.

20 TERTIA regula est, vt considerentur causæ excusantes opera facta in die festo, quæ sunt sex. Primò, si opera sunt secundum se ordinata ad diuinum cultum, vt portare cruces, sonare campanas: si autem non sunt per se ordinata ad diuinum cultum, sed per accidens, vt colere terras, vel ædificare domos ecclesiæ, ex hac causa non fiunt licita, vt consuetudo Christianorum testatur, nisi hoc fiat licitum propter paupertatem, & necessitatem alicuius ecclesiæ. de consensu Episcopi, non tamen hoc consulendum secundum Caieta. ibi. Secundò, quando ex pietate fiunt, vt exercere

pro miserabilibus iudicialia, sicut suprà dictum est. Alia autem opera pietatis, vt sepelire mortuos, &c. omni tempore fieri possunt. Quæ verò non sunt per se opera pietatis, in tantum sunt licita, in quantum ad pietatem ordinantur, & necessitas exigit, vt dictum est. Tertiò, ex necessitate sui ipsius, vel proximi, siue animę, siue corporis, siue reipub. siue damni vitandi. de quibus supra §. 14. Hi omnes excusantur si audita missa, & vitato scandalo, laborant. Quartò, ex coactione, quando coguntur à superioribus liborare, aliter eis grauc malum, vel damnum, vel malum immineț propter quæ excusantur. Si tamen cogerentur ad laborandum in vituperium, & iniuriam festi, vel Dei, non excusarentur: quia potiùs quis mori tenetur, quàm iniuriam Deo facere. Hoc enim esset sacrilegium. Quintò, ex lucro transitorio, vt in capitu. licèt. de fer. siue fit pro capiendis piscibus, qui transeunt, siue pro alijs rebus repentè occurrentibus, quæ alio tempore haberi nō possent, dummodò pars lucri ecclesiæ & Christi pauperibus detur. vt in dict. capitul. licèt. dicitur. intellige quando causa lucri fit: si autem fiat piscatio gratia recreandi, non requiritur licentia. Quòd autem de lucri parte fiat eleémosina, est consilium, non præceptum, vt dicit Tab. ibi §. 45.

21 SEXTO, ex hoc, quòd corporale opus, exercitium est actus spiritualis, nec est opus seruile, neque ab Ecclesia prohibitum: vnde scribere ad discendum, docendum, consulendum, vel significandum alteri, legere theologiam, philosophiam, & alia, quæ non sunt prohibita, concilia facere, electiones, studere, disputare, & reliqua, quę ita mentis opera sunt, vt nō ad exteriorem materiam perficiendam sint, licita sunt in festo fieri. Ex hoc excusa pectores, qui vt addiscant figuras ab alijs tractas pingunt, & puellas, quæ recamaturas faciunt, & addiscant, & qui designant in chartis, quæ postmodùm volunt fabricare vel phantasticantur de siendis. Demum ex consuetudine generali, vel speciali populi Christiani in aliqua patria scita, tolerata, & non repræhensa à superioribus, vt suprà dictum est excusantur multi, vt coqui, tabernarij, nautæ, &c. quia consuetudo potest facere licitum de illicito, & econtra quo ad tempus, secundum Caietanum, ibi.

22 QVARTA regula. Caueas ne iudices opus factum in festo licitum, vel illicitum, ex eo, quòd sit, vel non sit mercenariè? quia multa opera possunt fieri in die festo ob aliquam causam de antè dictis, quòd si veniale est, potest mercenariè fieri, nec propter hoc redditur seruile: vt diffusè declarat Caietanus. secunda secundæ. quæst. 122.

23 QVINTA regula. Licèt ad euitandum mortale sufficiat audire missam, & cauere à seruili opere: tamen qui audit tantùm missam in festo, reliquum autem tempus totum exponit in ludis venationibus, & huiusmodi, grauiter peccat, secundum Caieta. ibi. in summa, quia quantum in se est festa Christiana ridiculo, exponit. quòd maximè tangit viros graues maiores, & dominos.

24 QVANDO transferuntur festa, vt in dominicis quadragesimæ. transferuntur quo ad officium solùm, non autem quò ad cessationem ab operibus seruilibus, secundū Archidia. Flo. quia Ecclesia statuit ea obseruanda illa die, qua occurrunt.

25 SI Episcopus excommunicet omnes laborantes in aliquo festo, excommunicatio debet intelligi in casibus non licitis, & si exprimat neque etiam in casibus licitis, tunc excommunicatio est nulla: quia continet intollerabilem errorem, vt suprà dictum est. Excommunicatio. §. 16. & est contra ius. de feri. capit. si contra. quòd præcipere non potest.

26 TABIENA in verb. Charitas. §. 20. dicit, quòd quilibet existens in mortali tenetur in die festo saltem semel cōteri de peccatis suis, aliter mortaliter

raliter pæccat,& existens in gratia, referre se actualiter in Deum ex præcepto. Sil. verò in verb. dominica. §. 6. tenet contrarium, & rationabilius, vt suprà hic est determinatum, ideò sic tenendum, vt etiam Ca. ibi.

27 SABBATVM non est feriandum, ne videamur iudaizare, nisi propter aliquod festum occurrens, vt patet in ca. peruenit. de cons. d. 3. contra quod quidam diebus nostris, sub fictione reuelationis factæ à beata Maria virgine, efficere volebant.

FEVDVM.

FEVDVM: quia est materia pertinens potiùs ad forum seculare, quàm ad confessores, prætermitto. Si quis tamen voluerit de hoc informari, vadat ad rubricas de feudis, videat summistas in suis locis. An religiosus succedat in feudũ, vide Od. in authen. ingressi. C. de sac. sanct. eccle.

FICTIO.

1 FINGERE aliquid, id est, ostendere dicto, vel facto, quod non est rei veritate, est speciale peccatum virtuti veritatis oppositum, si ex hac intentione fiat: secundum Thom. 4. sentent. distinct. 4. q. 3. arg. 2. quolib. 2. ad 1. Et potest esse peccatum mortale secundum intentionem fingentis, & nocumentum, sibi, vel proximo illatum, sicut de mendacio dicetur. infrà, Simulatio. §. 1.

2 FICTIO in sacramentis peccatum mortale est, quia sacrilegium cõmittitur, cùm fiat notabilis iniuria sacramento, vt cùm quis fingit confiteri, vel consecrare.

3 FINGERE ad aliquid significandum maximè vtile animæ, non est cõtra veritatem, & consequẽter nec peccatum, sicut quando Christus finxit se longiùs ire, & vt sæpè faciunt prædicatores: infrà Simulatio. §. 1. Non est idem fictio iuris, & præsumptio: quia primum cum veritate stare non potest, secundum verò sic. C. de rei. vxo. act. l. vnica.

FIDEIVSSOR.

1 FIDEIVSSOR est: qui alienam obligationem in suam fidem recipit principali tamen manente obligato. Inst. eod. tit. in prin.

2 FIDEM iubere potest quilibet habens suorum bonorum liberam administrationem: vnde mulier non potest pro viro fidem iubere. ff. ad se. consu. velle. libr. 2. in gloss. neq; etiam pro altero. l. quamuis. ff. ad Velle. nisi in sex casibus, qui ibi ponuntur à Tabul. ibi. §. 1.

3 CLERICVS nullo modo secundũ veriorem opinionem potest pro laico fidem iubere. capitul. 1. eod. tit. & 11. q. 1. can. te quidem in tex. & in gloss. nisi in casu necessitatis, in quo obligaretur subuenire indigenti. cap. videntes. 12. q. 1. Pro ecclesia tamen, vel pro alio clerico potest, vt inca. 2. eod titul. & si fidem iubeat obligatur. ca. peruenit eod. titul. tamen de proprio patrimonio, vel reditibus beneficij. quos fecit suos: non autem in præiudicium ecclesiæ, vt limitat Host.

4 FIDEM iubere non potest religiosus. insc. pe. eod. titul. etiam si esset Abbas, nisi hoc fiat de licentia abbatis, & assensu maioris partis capituli, vt ibid. Non enim habent aliquod proprium de quo possint disponere.

5 HAERES fideiussoris obligatur, sicut & fideiussor. l. potest accipi. ff. de fideiuss. Et quia successor prælati, non est eius hæres, ideò non tenetur. arg. eorum quæ dicuntur, secundum Hostien. suprà, quia non in præiudicium ecclesiæ.

6 SOCRATES promiserat præsentare Titium sub pœna c. ducatorum: postmodum Titius commisit crimen, pro quo fuit damnatus ad mortem, vel bannitus, & ipse fugit, si Socrates fuit in dolo, vel lata culpa respectu maleficij posteà perpetrati, in conscientia tenebitur damno proximi: secus sinõ fuit in culpa. Talis casus Bononiæ accidit, & ita fuit conclusum, vt not. Tabul. ibi. §. 5. Et est casus in l. sed & si quis rei. ff. si quis cau. in principio.

7 SI reus decapitandus fugiat, qui pro eo fidem iussit, non decapitabitur si non fuit in dolo, sed pecunialiter punietur,

nietur,secundum Cyn. in l.ad commentariensem.C.de custo. reo.si autē fuit in dolo,punietur pœna arbitraria glos.in can.cùm homo.23.q.5. sed si habuerit ex officio custodiam,eadem pœna punietur,si est in dolo,vel si ex eius nimia negligentia fugit,vt in d.l. commentariensem.

8 In causa criminali, in qua pœna corporalis venit imponenda, nullus potest interponere fideiussorem:secundum Pan.in rub.de fideiuss. & sic intelligitur cap.si clericos.de senten. excom.lib.6. secus quando talis pœna non venit imponēda.Et est bonus tex. in d.c.cum homo.& in gloss.

9 Cvm plures sunt fideiussores in solidum,si sunt omnes præsentes, & soluendo,& postulent inter eos debitum diuidi ante litem cōtestatam, possunt hoc beneficio Adriani posito.C.de cōsti.pecu.l.diui Adriani.vti, nisi illi renunciauerint,secundū Pan.in ca.peruenit.eod.titu.ff.eod.l.si dubitet.§.1. Insti.eod.§.si plures.

10 Praesente debitore principali,& indiscusso, fideiussor non potest conueniri:secundum Pan.in d.ca.pereunt.nisi debitor notoriè sit non soluendo,vel non possit conueniri.auth. præsente.C.eod.& nisi renuntiauerit huic beneficio:vt C.de duob.re.sti.authen.hoc ita.

11 Creditor tenetur credere fideiussori actiones suas,quas habet cōtra eum,pro quo fidem iussit,aliter potest ei denegare solutionem debiti.l. modestissimus.ff de solut.& l.fideiussoribus.ff.eod.titul.

12 Debitor tenetur fideiussori de omni damno, quod ei euenit ex sua culpa propter fideiussionem. de for. compe.c.si.& c.2.& 3.eo.tit.quia officium suum nulli debet esse damnosum.ff.de furt.l.si seruus communis.

13 Si fideiussor soluat creditori vsuras sine obligatione, & consensu debitoris,& coactione,non poterit repetere à debitore. Sibi enim imputetur si fecit quod non debuit facere: secundum Pan.in d.c.2.Si autem fideiussit, vel cū iuramento,vel sine, soluere vsuras,sciente,& consentiēte debitore,in conscientia repetere potest à debitore, siue soluerit coactè,siue spōtè,nisi soluerint in fraudem, vt scilicet faueret vsurario, & imputetur ipsi debitori, qui sic fidē iubere fecit de vsuris,quicquid sit in foro ciuili.Debuit enim opponere exceptionem,quando cogebatur soluere.

14 Si fideiussor vsque ad certum terminum promisit pro debitore, & creditor prolonget terminum debitori absque noua promissione fideiussoris,transacto illo certo termino,fideiussor liberatur: secundum Panormita.in c.constitutus.eod. Secus si obligatio absoluta: quia tenebitur etiam prorogato termino debiti. argumen. in c.cum dilecti.de do.& l. Celsus.ff. de arbitris.

15 Licitvm est fideiussori aliquid moderatum accipere à debitore vltra sortem,ratione periculi,vel laboris,sine nota vsuræ:quia hîc nō est mutuū non autem ratione facti,scilicet quia fidem iubet:quia tunc esset res iniqua & multo minus licet,si adsit fraus, vt quando conuenit cum creditore, ne credat sine fideiussore,vt ex hoc fidem iubendo lucretur aliquid, quod proculdubiò dolum innuit.

16 Fideivssor in tribus casibus potest agere contra debitorē,vt liberet eum ante solutionem:vt elicit glos.ex text.d.c.fin.eod.titu.vt si diu in debiti solutione stetit. Si debitor bona sua dissipare incipit,si condemnatus super fideiussione fuit,sique ab initio sic conuentum est.

FIDES.

1 Fides quomodo sit necessaria ad salutem, & quid explicitè de necessitate sit credendum.suprà,Credere.§. 1.& 2.

2 Nvllvs potest se excusare si non credit, quia non habet instructorem, quia si faceret quod in se est, Deus, qui non deficit in necessarijs, mitteret iustructorem aliquem:sed quia nō facit quod potest,ideò peccat,& sic,si non credit,imputetur sibi,quia posuit obicem peccando,non faciendoquod

facere

facere debuit, secundum Tho. ad Ro. c. 10 lect. 3. col. 2.

3 AD fidem pertinent articuli fidei directè, secundum Thom. secunda secundæ. q. 11. a. 2. & omnia, quæ sunt in sacra scriptura per accidens, tanquàm prædictorum declaratiua. ibid. a. 6. ad 1. & omnia, quæ sunt in doctrina ecclesiæ. ibid. q. 1. quia ecclesia vniuersalis in his, quæ sunt fidei, errare non potest, vt dicit Panorm. in c. à nobis. de senten. excō. scriptum est enim. Ego rogaui pro te Petre ne deficiat fides tua. In alijs autem errare potest ecclesia vniuersalis, id est concilium, vt est text. clarus in d. c. à nobis. vnde dictum Hieronymi prælatum fuit sententiæ concilij, vt patet in c. tria. 36. q. 2. & ca. placuit. Non autem circa mores bonos potest finaliter errare statuendo, & ordinando decreta, secundum Tho. quol. 9. quæst. vltima. Errare etiam potest in particularibus factis hominum, & iudicijs.

4 EDERE symbola fidei contra insurgentes hæreses, & determinare dubia in fide, ad Papam pertinet, vt dicit Thom. secunda secundæ. q. 1. & Ar. Floren. 4. par. titul. 8. quia ipse toti ecclesiæ præest, cuius authoritate congregatur synodus, & eius sententia firmatur, & sine eo congregari non potest. Thom. in opusculo contra impu. reli.

5 ERRARE potest etiam Papa, quia potest effici hæreticus, sicut Anastasius. d. 19. cap. Anastasius. Et de facto errauit Nicolaus Papa, in illa constitutione, Exijt. de verb. sig. dicens Christum, & Apostolos nihil habuisse in communi, quantum ad dominium. Quæ constitutio postmodū fuit reuocata per Ioan. XXII. per extrauagantem, quæ incipit. Quia nonnunquam & cætera. tamen Papa vt caput ecclesiæ, id est, vt vtens suorum membrorum auxilio, per cōsilia, & orationes, & faciendo quod in se est, errare nō potest, quia sic sequitur motum spiritus sancti, à quo mouetur, qui spiritus sanctus errare nō potest, & consequēter ecclesia, quam regit.

6 ERRANS in his, quę sunt fidei, etiā subtilitatibus cum pertinacia, mortaliter peccat, & est hæreticus, & sic intelligit Specular. in titul. de hæreti. & ca. schisma. 24. q. 1. Si autem errat sine pertinacia, paratus corrigi circa ea, quę non tenetur explicitè credere, non peccat mortaliter, nec est hæreticus, & sic intelligit S. Thom. secunda secundæ q. 2. a. 6. ad 2.

7 FIDEI confessio cùm sit præceptū affirmatiuum, obligat pro loco, & tempore, & non semper. Obligat quando propter eius omissionem debitus Deo honor, vel vtilitas proximis impendenda subtraheretur, vt cùm quis interrogatus de fide taceret, & propter hoc crederetur, quòd ipse non esset Christianus, vel quòd fides non esset vera, vel alij à fide auerterentur, secundum Thom. secunda secundæ. quol. 3. a. 2. in quo casu tenetur quis confiteri, etiam morte imminente.

8 SI turbatio infidelium oriatur de confessione fidei manifesta, absque aliqua vtilitate fidei, vel fidelium, in tali casu fidem publicè confiteri non est laudabile: secus quandò aliqua speratur vtilitas, vel adest necessitas iuxta illud Matth. 25. Sinite illos (scilicet turbari) quia cæci sunt, & duces cæcorum. Facit. c. in mandatis 43. distinctione.

9 FACIENS ex aliquo timore actum significantem distinctè infidelitatem, vt immolando idolo, vel portando vestem designatam ad aliquod determinatum signum infidelitatis, & huiusmodi peccat mortaliter, vt in c. sicut sarius est moti, quàm vti idolothyto. Secus quando non determinatè significaret infidelitatem, sicut S. Sebastianus ex bono zelo, chlamyde militari vtebatur. Concordat Caietan. secunda secundæ. q. 12. ar. 1. ad 2. suprà, Apostasia. §. 4. infrà. Infidelitas. § 11. nullus timor etiam cadens in constantem excusat à confessione fidei modo dicto: nam propter Dei honorem, vitam quilibet tenetur exponere.

FILIVS.

1 FILII contra parentes communiter peccant. Primò, per irreuerentiam, quæ si notabilis est, peccatũ impietatis, & mortale est. Secundò, per inobedientiam, dum contemnũt obedire in his, in quibus parentibus subijciuntur, vt quo ad domesticam gubernationem, & morum instructionem, & si de re importanti sit, mortaliter peccant. Tertiò omittendo subuenire parentibus in necessitatis articulo, si possunt. tunc enim mortaliter & impiè agunt. Hæc secundum Caietanum, ibi. in summa. Peccant quando parentes propter paupertarem, vel huiusmodi pro parentibus non recognoscunt.

2 FILIORVM quidam, secundum Pan. in c. tanta. qui filij sint. sunt legitimi tantùm, vt adoptiui, & arrogati: quidam legitimi & naturales. vt nati ex legitimo, vel putato legitimo matrimonio: quidam spirituales & legitimi, qui scilicèt suscipiuntur de baptismo, vel chrismate: quidam sunt naturales tantùm, vt nati ex concubina retenta in domo, loco vxoris, & hi secundum leges non dicuntur spurij. Quidam dicuntur spurij. qui scilicèt aliter ex damnato concubitu nascuntur.

3 PRIMI, scilicèt adoptiui filij, si emãcipientur à patre legitimo, id est, adoptante legitimè, in nullo ipsi patri succedunt vnà cum alijs legitimis, & naturalibus. ff. de adoption. l. si pater. suprà. Adoptio. §. 2. 11.

4 SECVNDI autem, scilicet filij legitimi, & naturales parentibus succedũt ab intestato, & ipsi præferuntur, &c. auth. de hære. quæ ab inte. defer.

5 TERTII scilicet spirituales, & legitimi, in nihilo parentibus spiritualibus succedunt, cùm hoc nullo iure sit cautum, nec sit in vsu.

6 QVARTI, scilicet filij naturales tantùm, succedunt patri ab intestato in duabus vncijs totius hæreditatis, id est. in sexta parte, ex quibus matri medietas debetur, dũmodò non constent filij legitimi, &c. auth. licèt patri. C. de nat. libe. Si autem filij legitimi existãt quid possit eis relinqui, vide C. de nat. liber. l. matre.

7 QVINTI, scilicet filij spurij nati ex coitu damnato, lege ciuili in nihilo patri succedunt, & secundum leges ciuiles eis denegantur alimenta, non autem de iure canonico. suprà, Alimentum. §. 6. Not. secundum Azo. quia ratio par est filiorum ad patres, & patrum ad filios, & eadem pietas, quòd quando, & in quantum filij naturales parentibus succedunt, ita & in tãtum, & toties parentes naturales filijs debent succedere.

8 SPVRIIS potest aliquid relinqui à patre propter alimenta, & dotem, secundem Pan. suprà.

9 FILII nati ex concubina etiam illustri, succedunt matri pariter cum legitimis. Instit. de succes. cogna. & l. si qua illustris. C. ad Orfic. Si verò non sunt nati ex concubina, sed vulgò quæsiti, & non ex dãnato coitu, succedũt matri cũ alijs legitimis, nisi mater sit illustris, vt in dict. l. si qua illustris. Si autem sunt nati ex coitu damnato, in nihilo succedũt etiam matri. authen. ex complexu. C. de incest. nuptijs. & idem dic econuerso, quòd parẽtes nõ succedunt filijs, eo casu, quo filij non succedunt parentibus, secundum Bar. in l. si gener. ff. di his quib. vt in. & Pa. in d. c. tanta.

10 PARENTES non possunt relinquere hæredes filios spurios secũdum gl. in c. per venerabilem. qui filij sunt legit. extranei tamen possunt eos instituere, secundum Pan. in c. cùm haberet. de eo qui dux. in matrimo. quam pol. per adulte. quia non prohibentur nisi parentes, vt not. gloss. authen. quib. mod. na. effi. sui. Omnia namque quæ prohibita non sunt expresè licent.

11 FILIVS naturalis tantùm, siue ex concubina, siue ex alia genitus, si tempore quo fuit genitus, inter parentes poterat esse matrimonium absq; omni impedimento, etiam non reuocabili, siue dispensatione ecclesiæ, per sequens matrimoniũ erit legitimus,

secun-

secundum Panormitan.in dicto capitulo,tanta.Imò etiam si tempore generationis non potuit esse matrimonium,propter aliquod impedimentum, quo tempore natiuitatis fuerat sublatum,vt in cano. caue.28. quæst. 1. Nec requiritur instrumentum dotale,vt videtur innuere text. Instit. de nupt.§. aliquando & perd.c.tanta. & sic practicatur. nec obstat, si tempore intermedio cum alia matrimoniũ cõtraheret.vt not.ibi Pa. Et non repellitur ab hæreditate,per capitu.causam. eod.titu. & est legitimus quò ad omnia,secundum glo.in d.c.tanta.Et succedit in feudum,secũdum Pæ.in dict. gloss.1. non autem sic de legitimatis per rescriptum.vt inc.per naturales.in lib.feu.tit.si de fue.con.quod & Pan. placet.

12 Si filius naturalis tantùm nascatur, & antequam per sequens matrimonium legitimetur, nascatur legitimus,& naturalis,& in hęreditate nõ succedat,nisi primus,secundum Ioan. And.succedet legitimè natus, quia antequàm alius fuisset legitimatus, iam erat acquisitum ius legitimè nato,qui quamuis sit secũdus,quò ad natiuitatem.est tamen primus quò ad legitimationem.

13 Si quis ignoranter cum coniugata matrimonium cõtraxit, filij nati erũt legitimi, vt in c.ex timore,qui fil.sint legitim. Secus si nõ interuenit matrimonium,quia in primo casu dabat operam rei licitæ, non autem in secundo,etiam quòd postmodùm sequatur matrimonium inter eos: quia tempore quo nati sunt,non potuit esse coniugium inter eos.

14 Nati ex matrimonio clandestino,nullo existente impedimento, post approbationem erunt legitimi. Probatur in c.2.de clan.despons. Aliqui tenent,quòd etiam sunt legitimi, existente impedimento, post publicationem remoto impedimento, quia tempore intermedio probatum est filios esse legitimos. Vide tamen cap. fin. de cland.despon.§. si quis. quia videtur ibi text.expressus. Hoc tenent Ioan. And.& But.r.Sil.ibi §.8.

15 Natvs de sponsa de fururo,nullo existente impedimento, est legitimus,secundum Pa.in.ca.per tuas,qui fil.sint legitim.aliter si sit impedimentum. Intellige post publicationem. Vide Sil.ver.legitimus.in princ.& ver. filius.§.8.

16 Filivs, qui cõmuniter reputatur legitimus, an teneatur credere matri dicenti illum esse spuriũ, vt cedat hæreditati?suprà,Adulterium.§.9.

17 Si parentes nominent aliquem,& tractent vt filium, etiam quòd natus sit extra domũ, huiusmodi nominatio & tractatio constituit eum in possessionem filiationis,secundum Pa.in d.c.per tuas. & probant filiationem, imò sola fama,secundum But.in cap. transmissę.qui fil.sint leg.si nihil probetur in contrarium, sufficit ad probandum filiationem.

18 Si probetur matrem Titij commisisse adulterium tempore quo Titius est generatus,non propter hoc Titius reputabitur illegitimus.si maritus eius secum habitabat,secundum Pa.in d.c. per tuas.& c.transmissæ.quia cùm possit esse legitimus,debemus fauore filij præsumere,quod sit filius mariti, seeus si erat absens tãto tempore, quòd non potuisset generare. Idem dic de filio concubinæ in domo retentæ: quia præsumitur filius concubinarij, secundum gloss.in ca. Michaël. de fil. presb. nisi cõtrarium sufficienter probetur.

19 Filivs & filia possunt nubere sine licentia patris,quamuis nõ deceat, secundum Th.4.sent.d.29.art.4.& 2. 2.q.104.a.5.suprà,Dos.§.6.

20 Filivs familias viuẽte matre emancipatus,acquirit vsumfructũ in maternis bonis pro media parte, si est vnus filius,& pater pro alia, post mortem matris.c.de bonis maternis. l. si viua mater.Idem dic de nepotib9, & pronepotibus. Idem dic etiam si sint plures filij,quia pro medietate simul cum patre, sed non emancipatorũm vsusfructus apud patrem remanebit,vt in dicta l. si viua.& hoc non

habet locum in bonis aduentitijs: secundum glo. in d.l.si viua, sed maternis tantùm.

21 QVOMODO filius possit agere cõtra patrem, vide Pa. in cap. non est de spon. & glo. in c. quæritur. 2. q. 7. concluditur, quòd sic, ratione peccati, alias non est admittendus.

22 FILII tenentur parentes amare, non solùm corde, sed etiam signo extrinseco: necà mortali excusantur, qui nunquàm parentibus signum amoris ostendunt, sed semper duré loquũtur, & videntur eos odisse: quia dicit Hieronymus lib. de honore parentũ: Red de amoris vicem. Nam sic agendo, cõtristant parentes, quod est contra charitatem, & pietatem.

23 SI filius de voluntate patris tacita, vel expressa incipiat studere, cogetur pater etiam nolens subuenire in necessarijs ad studium, secundum glo. c. ad Macedoniam. l. Macedoniam. nisi ingenij obtusitas obstet, secundum Bal. ibi. Secus si expresè eum causa rationabili prohibuisset.

24 BERTA hodie remãsit vidua, viro eius interfecto, altera die accepit maritum, & tempore nouem mensium, vel circà peperit filium: quæritur cui succederet, vel primo marito, vel secundo, cùm æqualiter vtriusque esse possit. Ego dicerem cum Iaco. de bel. quòd succedet illi, cui magis assimilatur, quia vt in pluribus, filij parentibus assimilantur, & sic per bonas coniecturas proceditur. Si verò nullo probabili modo in notitiam veritatis veniri potest, erit eius, in cuius domo natus est: vel fortè posset dici, quòd hæreditas vtraque æqualiter pertinebit ad arbitrium principis, cùm non appareat cui magis succedere debeat. Bartolus autem reprobat responsionem de assimilatione 1 dicerem tamen, quòd ex omnibus coniecturis simul iunctis iudicandum esset. Silu. ibi. §. 17.

FORNICATIO.

1 FORNICATIO tripliciter capitur. Vno modo pro omni peccato, secundum Thomam secunda secundæ quæst. 151. ar. 2. Alio modo spiritualiter pro idololatria. Ierem. 5. Tu autem fornicata es, &c. Tertio pro omni illicito coitu. canone meretrices. ttige simo secundo, quæstione quarta. Propriè tamen accipitur, vt distinguitur contra alias species luxuriæ, & est concubitus naturalis soluti cũ soluta omni vinculo, etiam ordinis & voti: & est peccatum mortale, quia separat à regno Dei, vt dicitur Galat. 5. Est tamen minùs alijs speciebus luxuriæ. Quia minùs de inordinato, & in naturali habet.

2 NVLLVS fornicando excusari potest ex ignorantia, cùm hoc sit contra ius naturale, cuius ignorantia neminẽ excusat. prima quæst. quarta per totũ. & toties, quoties quis ad meretricem accedit, peccat mortaliter. Similiter inducens aliquem ad hoc, mortaliter agit, infrà, Luxuria. §. 1. de clerico fornic. suprà, Clericus. §. 12. & 13. Quomodo filij ex fornicatione nati legitimentur per sequens matrimoniũ. suprà, Filius. §. 11.

FORVS.

1 FORVS masculini generis, locus est vbi iudiciũ exercetur. c. forus. de reg. iur. & sic communiter in iure capitur. Quando verò est generis neutri, vt forum signat territoriũ iudicis vbi habet potestatem in sceleratos. li. pupuillus. §. territorium. ff. eod. Quandoquè notat locum nundinarum, secundum Pa. in c. forus. Vnde dicitur forum rerum venalium.

2 FORVM sortitur regulariter quis: secundum glo. in cap. 1. 3. q. 6. vel per contractũ. ff. de iudi. l. hæres. vel propter crimen. in dict. c. 1. vel quia reus: quia actor debet sequi forum rei. cap. neminem. 3. q. 6. vel propter rem, cap. sanè. de foro compet. vel propter religionem: vt causa iuris patronatus, & decimarum. c. quanto. de iud. vel propter virum: quia vxor forum viri sequitur. l. pe. ff. de iurisd. omn. iudic. & propter multa alia. Vide. 3. q. 6. & de for. comp. ibi sunt multa. c. ad hoc Vn

de ver-

de versus: Contractus, crimen, reus, & res, religioq;, Vir, ratio similis, vel provocat, atque recusat.

FRAVS.

1 FRAVS ad modum mendacij peccatum dicit, quę si sit perniciosa in damnum proximi notabile, est mortalis. Secus si circa minimum, aut sit iocosa, vel officiosa, vel præter intentionem, tunc in his est venialis. Cùm tamen aduertit, tenetur damnum resarcire, & remedium apponere, si potest, famæ propriæ, ne de eo, tanquam de doloso, scandalizentur. Aliter grauiter peccaret prębendo scandali materiam proximo.

2 FRAVS & dolus nemini debét patrocinari. in capitul. ex timore. de restitut.

3 FRAVS commissa in legem, vt de persona ad personam, de vna re ad aliam, de vno cõtractu ad alium, & huiusmodi, non est sine peccato: quia præuaricatur lex. Facit not. in c. intelligentia. de verbo. signifi. & c. quanto. de priuileg.

4 FRAVS fieri non dicitur scienti, & cõsentienti. l. nemo. ff. de re. iu. suprà. Dolus. vide aliquid de hac materia, quia parùm differunt. Nam fraus principaliter in factis est, dolus in verbis.

FRIGIDVS.

FRIGIDITAS quomodo impediat matrimõnium, vide infrà, Matrimonium. §. 47. 45. siue sit secũdum temporis conditionem, vt in sene, siue secundum materię complexionem.

FRVCTVS.

1 FRVCTVS in corporalib⁹, de quo loquuntur canonistæ: quidam secundum Bartol. in l. ex diuerso. c. de rei vendicatio. sunt naturales: vt nuces, pira, & cę. alij sunt partim naturales, partim industriales: vt lana, segetes, &c. alij dicuntur industriales, vt qui acquiruntur ex negotiatione, vel artificio: alij verò, qui non proueniũt ex re, dicũtur ciuiles: vt est pensio domus, vel huiusmodi. l. si naues. ff. de rei ven. Et horũ quidã sunt honestè percepti, quidam inhonestè: vt si. locauit domum meretrici, vel publico vsurario ad talia officia exercenda. l. ancillarũ. ff. de pet. hære.

2 FRVCTVS percepti bona fide (vt colligitur ex c. grauis. de restit. spoliat) siue naturales, siue industriales. siue cũ titulo, siue sine titulo, in conscientia debent restitui, si extant. Si autem quis eos consumpsit, tenetur restituere tantum, inquantum locupletior factus est: vt puta, quia in eam rem expẽdit, in quam oportuisset expẽdere tantum de suo, vel aliqua emit, ex quibus patrimonium suum ampliauit: tamen de fructibus industrialibus rei lucrosæ diminuet, quantùm industria sua æstimanda est in dicto negotio exercitata, in vtilitatem, seu augmentum dictorum fructuum accipiendorum: quia nemo suis stipendijs militat. Si verò non est factus locupletior, de rebus consumptis non tenetur. l. vtrum. ff. de petitio. hæred. De lucro facto ex re non lucrosa, vt ex pecunia, non tenetur, nisi de interesse expresso, & nõ de possibili.

3 FRVCTVS dicuntur, qui deductis expensis factis colligendorum, congregandorum, & conseruandorum fructuum gratia supersunt, tam in bonę, quàm in malæ fidei possessoribus. l. si ãte. §. fructus. ff. de petitio. hæredit. Quanto tempore possessor bonę fidei possint vsucapere dictos fructus. vide Sil. ibi. §. 2.

FVGERE.

1 FVGERE sine peccato potest, qui iustè quæritur, vt capiatur, siue data sit contra eum sententia, siue nõ, dummodo non interueniat violentia contra officiales, qui vellent eum capere: quia ipsi habent iustum bellum cõtra eum. c. resistit. 11. q. 3. & ex parte fugientis est iniustum, ideò mortaliter peccaret. Et idem est de auxiliantibus.

2 FVGERE licet incarcerato iniustè, vt patet. Si vero iustè detinetur, & nõ propter mortem, vel membri abscisionem inferẽdam, sed propter aliud, puta ad punitionem, nõ licet fugere. Facit quod not. gloss. in c. ius gẽtium, d. 1.

d.1. Si propter mortem, vel abciſionem, poteſt fugere, ſiue peccatum ſit publicum, ſiue non, ſiue ſententia ſit lata, ſiue non: ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ.qu.69.artic.4. ſine tamen alicuius offenſa, & ſine fractione carceris, vel vinculorum: ſecũdum Henr. de Gan.quolib.9. Si tamen relinquitur ſine vinculis, & clauſura, poteſt fugere, etiam quod iudex præcepiſſet, ne fugeret. Idem dicas de auxiliantibus, qui ſine violentia & ſcandalo poſſunt auxilari.

3 NOTA tamen, quod licèt damnat⁹ ad mortem poſſit fugere, vt dictũ eſt, non tamen ad hoc tenetur, ſed poteſt patienter mori. ſuprà, Accuſatio §.15. 17.21.carcer. §.3. Caieta.tamen dicit, quod poteſt carcerem frãgere. carcer. §.3.4. Quomodo Epiſcopus non poteſt fugere. ſuprà, Epiſcopus.§.4.5. Sil. ibi.circa fi. videtur tenere, quod non poſſit vincula frangere, nec teneatur fugere, quod ſuprà ex ratione Caie. improbatum eſt.

FVNERALIA, ſuprà Exequiæ per totum.

FVRIOSVS.

FVRIOSVS non poteſt profiteri, nec obligare ſe Deo, vel hominib⁹: quia hæc ſanam mentem requirunt, quam ipſe non habet. ſecundum Pan. in c.ſicut tenor.de reg.2.not. Nec eius teſtamentum valet, neque ſi daret omnia bona pro anima ſua. Facit cap.fin de ſucceſ.ab inteſt. Neque quod facit, imputatur ſibi ad pœnam, vel culpam argum. in clemen.vnica.de homi. An autem poſſit baptizari, communicari, ordinari. ſuprà, in locis ſuis, &c. Furioſus non facere, ſed pati iniuriam poteſt. ff. de iniur. l. illud relatum .15.q. 1.can.illud.

FVRTVM.

1 FVRTVM, quod ſecundũ Tho. ſecunda ſecundæ. q. 66. articul. 3. dicitur occulta acceptatio rei alienæ inuito domino. ex ſuo genere peccatum mortale eſt: quia cõtra iuſtitiam, & proximi bonum fit. Si autem eſſet pro re modica, vel in primo motu, eſſet veniale, niſi furando modicum haberet volũtatem furandi multum: quia tunc ex animo damnificãdi proximum, notabiliter, mortaliter peccaret.

2 SI quis rem accipiat ab aliquo domino, qui tamẽ dominus vult ipſum habere rem illam, ſed non occultè: vt parentes erga filios: talis occultè accipiens, non peccat mortaliter: quia nõ fit inuito domino, licèt non vellet eũ habere illo modo. Talis enim modus accipiendi, ad mortale non trahit.

3 SI quis accipit alienum inuito domino: tamen vidente, & tacente, vel diſſimulante, vel præverecundia, vel timore, furtum committit: perinde enim eſt, ac ſi contradiceret. ff. de furti l.penult. ſecus ceſſante timore, vel verecundia: quia videtur conſentire. ar. c.error.83.d.

4 SI quis rem propriam, alteri tamen pignoratã, occultè ſurripit, inuito domino cuſtodiẽte, furtum committit: ſecundum Caieta. ibi: debet enim iuris ordinem ſeruare. Res enim aliena eſt quò ad cuſtodiam, licèt non quò ad dominium.

5 QVI rem ſuam habere non poteſt aliter, niſi furtiuè accipiat, remoto ſcãdali periculo, ſine peccato poteſt accipere. Non enim tunc ius ſibi dicit, ſed ius naturale exequitur, ex quo ius ciuile ei impeditur. Tenebitur poſtmodùm facere: vt is, qui rem ſuam iniuſtè detinebat, ſciat ſe non amplius teneri ad reſtitutionem, ſi bono modo fieri poteſt, ne ipſe, vel eius hæres, ſi vellent reſtituere, damnum incurrerent reſtituendo, quod contra iuſtitiã eſſet.

6 INVENTA accipi poſſunt cum intentione reddendi: quod ſi certus eorum dominus, facta diligenti inquiſitione, inueniatur, illi reſtituenda ſunt, alioquin furtum committitur: ſecundum Panormitã. c.ex literis.de furt. Si autem inueniri non poteſt, reddantur in bonis ſpiritualibus: ſecundum Caiet. ibi. ex quo in temporalibus reddi non poteſt. Si autem carent domino, quia habentur pro derelictis: vt lapides

pides pretiosi inuẽti in littore maris, tunc sunt inuentoris. De thesauris tamen seruanda est iuris dispositio, vbi disponit de hoc infrà, inuenta. §. 2.

Qui inuenta non denuntiat, in suspitionem cadit: vt dicit Panorm. in d. c. ex literis.

7 BONA naufragantiũ inuenta debẽt restitui, non obstantibus aliquibus legibus in contrarium, quæ si sint, nõ leges sunt, sed corruptiones, & tyrannides: vt dicit Caiet. ibi. nec tales à rapina excusantur: vt patet in c. excommunicationi. de rapt. & sunt excommunicati. Excommunicatio 78. infrà, Inuenta. §. 3. nisi haberentur pro derelictis, tunc essent capientium, nec alicui fieret iniuria.

8 DE pœna furum, vide Panormitan. in capitulo finali eodem. transeo: quia ad confessorem non attinet, sed ad iudicem secularem. Sed de iure canonico, clericus committens furtum, debet deponi, & in carcerem detrudi ad agendam pœnitentiam: vt in cap. cùm non ab homine. de iud. &c. tuæ. de pœn.

9 PATIENS extremam necessitatẽ, & non valẽs sibi aliter prouidere, si accipit rem alienam palam, vel occultè, vt subueniat tali necessitati, nõ peccat: quia tunc, cùm omnia sint communia, nõ alienum, sed suum accipit: & non solùm vt subueniat sibi, potest accipere in tali casu, sed etiam proximo. cùm aliter subuenire nõ potest secundum Tho. suprà. a. 7. & Pan. in c. quoniam. de fimo. Si autem nõ sit extrema talis necessitas, accipiens alienũ, peccat quidem, sed non tantum. Nec sequitur ex hoc, quòd propter necessitatem possit peccatum mortale committere.

10 ACCIPIENS alienũ in extrema necessitate, si venerit ad pinguiorem fortunam, non tenebitur restituere: quia non alienum propriè accepit: sed quod iure naturæ sibi debebatur, & maximè si res est consumpta. per not. in cap. suggestum. de decimis. Consentit Scotus in quarto sententiarum, & est cõmunis opinio. Neque etiam tenetur restituere, qui in magna necessitate accipit, in qua alius tenebatur subuenire. Quòd si non tenebatur, vel restituere tenebitur, vel ieiunare tribus hebdomadibus. capitulo, si quis, de furt. Intellige tamen, nisi is à quo accipit, esset in æquali necessitate, à quo auferri non licet, & ablatum restitutioni est obnoxium: quia in pari causa potior debet esse conditio possidentis. lib. si ob turpem. §. porrò. ff. de condictione ob turpem causam.

11 NOT. secundum Panor. ibi suprà, quòd paupertas non ita excusat adulterium, vel alia peccata, quæ de se mala sunt, sicut excusat ab acceptatione: quia accipere modo prędicto, non est furtum: quia alienum non accipitur. Similiter accipere ab vsurario, vt restituatur proprio domino, quòd ipse facere tenebatur, vel à diuite auaro, vt det pauperi, quod ipse tenebatur facere, non est peccatum, si sine scandalo fiat bono modo: quia tunc geritur negotium vsurarij, & diuitis argum. l. bona fides. ff. depo. Deberet enim hoc rarum habere secundum rectam rationem.

12 FVRANS Christianos detentos à paganis, vt eos liberet tempore belli: secundum Archidiaconum Florentinum, 2. par. titulo 1. cap. 15. §. primo. in nullo tenetur: tempore verò treugę tenetur pagano restituere non hominem, propter periculum animę, sed æstimationem. Idem de alijs malè ablatis. in capitul. noli. articulo vigesimotertio, quæstione prima. nisi paganus Christianum compulisset ad aliquod mortale. quia tunc est factus penitùs liber. Quidam tamen dicunt, quòd semper possunt liberari: quia semper iniustè detinentur, sed primũ dictum fundat se super treuga, & fide data, quæ etiam hosti est seruanda: vt in dicto capitulo, noli. Secus si non fuisset data fides, & consequenter peccat, & non videtur teneri ad restitutionem, nisi fortè inquantùm in treuga est conuentum, quę violari nõ debuit.

13 MVLIER.

13 MVLIER habens virum prodigum, vel lusorem, si abscõdit de bonis viri cõtra eius prohibitionem, vt prouideat tempore necessitatis domui, nõ committit furtum, nec tenetur in hoc ei obedire, quia esset quasi dare gladiũ furioso: imò bene facit, negotium enim mariti prudenter agit.

14 SI religiosus, vxor, filius familiâs rem aliquam furati sunt, possunt contra voluntatem superiorum illam restituere, si res extat. cap. de fur. l. in ciuilem rem. nisi maius scandalum immineret. Si verò non extat, sed ipsa res, vel pretium est versum in vtilitatem domini, etiam si filius se vestiuit decenter, ad quod pater tenebatur, debet de bonis illius tantum restituere, etiam ipso contradicente. Si verò expendit inutiliter in aliquibus, ad quæ superior non tenebatur, vt in vanitatibus, contra eius voluntatem, non potest restituere, sed si de proprio habet, restituat, aliter restituẽdo furtum cõtra superiorem committeret. An fur possit repetere expensas factas in re furata, suprà. Expensæ. §. quarto. Pœna furis in legibus taxata in conscientia soluenda non est. Sat est enim restitutio cum pœnitentia, & damno, nisi per sententiam sit damnatus.

15 SI excommunicantur, qui acceperunt tale quid Ciceronis, nisi restituant, & sub pœna excommunicationis, qui sciunt, reuelent, nunquid Petrus, qui accepit illud sub titulo recõpensationis, vel quia erat in necessitate extrema, tenetur restituere, & qui sciunt reuelare? Respondetur quòd si per verba generalia fiat hæc excõmunicatio, non tenetur, quia alienum nõ habet: si autem apponitur etiam sub titulo recompensationis, tunc vel Petrus timet reuelando cogi ad restituendum, & sic non tenetur, quia sic excommunicatio contineret intolerabilem errorem: si autem non timet, debet reuelare secretè tanquàm patri, quia sic non habet errorem intolerabilem: quia in tali casu non intendit, nisi scire. De scientibus, vide suprà. Excommunicatio. §. 31. & 32. & infrà, Inquisitio. §. 10. Aliqui tamen aliter dicunt, sed hanc determinationem sequere tu.

16 CONSENTIENS furto, sine cuius consensu furtum non fuisset commissum, nõ solùm mortaliter peccat, sed tenetur ad restitutionem, si alij nõ restituant. Secus si sine consensu furtum cõmissum fuisset, quia licèt mortaliter peccauerit consentiendo, non tamen tenetur restitutioni, secundum Rich. 4. senten. distinct. 15. & intelligitur capitulo votum. secũdo, quæstione prima. Qui verò non consentit, tamen habet ratum, & ex hoc non fit restitutio, vltra mortale tenetur restitutioni, quia licèt non fuerit furti causa, est tamen causa non restitutionis. Idem dic, quando res non fuisset furata, nisi præsumpsisset fur talem habere ratum: si tamen ratum non habet, non credo teneri, sed furi imputetur tantùm.

17 FVRES suspendendi, si eos pœnitet, possunt recipere ecclesiastica sacramenta, & humari in loco sacro, quia hoc in iure non prohibetur. Si tamen in aliquo loco specialiter hoc esset prohibitum, de licentia principis potest fieri. suprà, Duellum. §. 6. De materia furti, vide multa in ver. restitutio. per totum. An vtens re depositi committat furtum. suprà. Depositũ. §. 10. Non licet furari pro faciẽda eleemosyna. c. forrè aliquis. decimoquarto, quæstione quinta. nisi in extrema necessitate, vt suprà. §. 9.

GABELLA.

1 GABELLA, pedagiũ, guidagium, vectigal, taliia, collecta, pensio, cẽsus, præstantia, impositio, duana, angaria, & perangaria, exactionem publicam important: aliquando iustam, aliquando non: licèt differant inter se. De his distinctè vide Sil. ver. Gabella. 1. in princi.

2 GABELLA, quæ & vectigal dicitur, id est, exactio pro rebus, quæ vehuntur de loco ad locum, multipliciter iniqua est, secundum Caietanum, ver.

ver. vectigal. Primò, si imponitur à non habentibus potestatem, vt à tyrannis. Secundò, quando plus grauant minùs grauandos, & non seruant æqualitatem proportionis: & hæc apparent, quando exigitur prohis, quæ ad vsum proprium vehuntur, ideò tales sunt iniquæ, & exigentes vectigalia tam pro his, quæ ad vsum proprium, quàm pro seminibus deferuntur, & ad fiscum, pœna capitis puniri debent. cap. de vectigali. l. vniuersi. & ad horum solutionem nul lus tenetur.

3 SVNT iniqua, quando nõ exiguntur pro vtilitate publica, sed pro bono proprio principis sunt imposita, & cõsequenter non obligant ad solutionẽ in conscientia.

4 QVARTO, sunt iniqua. quãdo imposita fuerunt pro aliqua necessitate: vt pro muris reparandis, & cessante tali causa, adhuc exigũtur: quia princeps vult sic: vel si pro aliquo fiendo, & illud non fit. Sunt enim manifestæ, & violentæ rapinę, nec in cõscientia obligant non soluentes.

5 QVINTO si imponatur tã super alijs, quàm super his, quæ vehuntur negotiationis causa, ex l. omniũ. ca. de vectig. reputantur iniqua vectigalia ipso iure.

6 GABELLAS, quæ iustæ sunt ex omni parte, fraudare, ex genere suo mortale est, quia reipub. nocumentum infertur, & non tantùm ex inobedientia, vel ex pœna apposita contra transgressores. Neque defraudantes huiusmodi, quando iusta sunt, excusantur à peccato, propter pœnam appositam, neque propter hoc, q; ementes gabellas sciunt, quòd multi fraudant, ideò vilius emunt: quia neq; Iudas excusatur à furto, licèt Christus sciret. Et licèt fiant multę fraudes, tamen dicitur: Væ autem homini, per quem scandalum venit. Propterea tales tenentur restitutioni: & si nolunt restituere, non absoluantur.

7 VECTIGALIA, salinaria, pedagia, & huiusmodi institui non possunt, nisi ab Imperatore, Rege, Concilio, Papa etiam solo, antiqua consuetudine, cuius principij non extat memoria. capitulo, super quibusdam. de verborum significat. à ciuitate etiam habente merum & mixtum imperium, non recognoscente superiorem aliquem in temporalibus: quia eadem ratio videtur de istis, & de Regibus.

8 IMPONENTES noua pedagia, vel augentes aliqua sine legitima authoritate, mortaliter peccant peccato rapinæ. & sunt excõmunicati quò ad noua imponentes, non autem quò ad augentes. Excommunicatio vndecima.

9 EXIGENTES gabellas, seu vectigalia iniusta manifestè, mortaliter peccant, etiam si ex obedientia hoc faciant. Si autem dubium sit an sint iniusta, excusantur exigentes ex obedientia: non autem alij, quia expõnunt se periculo, secundum Caietanum. vbi suprà. Quomodo sunt excommunicati, suprà, Excommunicatio 11. contra exigentes iniusta pedagia.

10 GABELLAE huiusmodi à clericis, & personis ecclesiasticis, de rebus, quas nõ negotiationis causa deferunt, nõ possunt exigi. c. quanquàm. decem. lib. 6. & contra exigentes est lata excommunicatio. suprà, Excõmunicatio 11. & communitas est interdicta. vide ibi. Et dicit Caiet. ibi suprà, quòd tot requiruntur ad hoc, quòd gabellæ seu vectigalia sint iusta, quòd vix vlla iusta sunt, & propter hoc dicitur, in dicto cap. quanquam. quòd dictæ exactiones meritò sunt damnatæ, quia iniustæ.

11 SVNT etiam iniustæ quando exigunt sub nomine collectarum, vt excusationem habeant. non enim iustum est pro rebus, quæ ad vsum vehuntur, collectam accipere. Si tamen communitas aliqua, pro pace, & quiete suorum ciuium, collectam suis ciuibus, vel hominibus (non autem forensibus) imponit, seruata iustitia distributiua, potest tolerari. Ex quo ipsi sic volunt, nulli fit iniuria.

Et collectæ à sólis subiectis exigi debent, gabellæ autem, & vectigalia ab omnibus trãseũtibus per portam, vel passum. Vnde aliquando licet accipere gabellam, & non collectam. Et in impositione collectarum ad hoc quod iustæ sint, & durent, debent adesse cautelæ suprà dictæ, ex parte finis, & vsus: & sine illis non sunt iustæ, nec obligant in foro conscientiæ. ex Caietan. suprà.

12 CAVSA iusta ponendi huiusmodi grauamina, sunt publicæ necessitates, quas Bartol. in leg. vniuersis. ca. de vectig. nominat stipendia, pontes, publicas domos, defensiones stratarũ publicarum contra prædones, vel piratas in mari, vel fidei, vel patriæ, contra infideles, & hæreticos, & similia. Facit. capitul. Si quis Romipetas. 24. quæstione tertia. quæ tamen onera debẽt esse moderata: Contra quod communiter hodie fit in Italia, cùm ferè omnia sine moderamine, aut iniustè exigantur.

13 QVI homines conducũt per vias, locãtes operas suas, de suo guidagio possunt mercedem accipere, & exigere: secundum Panor. in d. c. super quibusdam. non autem qui tenentur ad hoc, vt domini terrarum, qui tenentur territorium securum tenere, & cũ non faciunt iniustè, impositiones recipiunt.

14 LICITAE huiusmodi gabellę, pedagia, &c. iustè imposita, possunt, & debent solui, si fiat id propter quod sunt posita: secus si non fiat. secundũ Tho. secund. lib. de re. princi. Et dicuntur immoderata, quando soluitur vltra tertiã octauę partis: secundũ Bald. c. de iur. anul. aur. l. 2. & qui huiusmodi iniusta non soluunt, non peccãt in conscientia.

15 FRAVDANTES iustas gabellas peccãt, vt dictum est, & licèt teneãtur restituere, quod fraudarunt, non tamen tenẽtur soluere pœnam, nisi postquam fuerint condemnati. infrà, Pœna. §. 1.

16 EXIGENTES huiusmodi gabellas, &c. vel exigi facientes, tenentur de furtis, quæ ex eorum incuriã fiunt in territorijs suis, dum non faciunt, quæ facere tenentur. c. dominus. 23. quæstione secunda. aut tenentur malefactorem exhibere. l. ne quid. ff. de incẽ. rui. naufrag.

17 AN conducens gabellas, & huiusmodi propter guerras superuenientes remissionem mereatur accipere, vide Sil. gabella. tert. §. 13. infrà, Locatio. §. 16.

18 QVANDO gabellę sunt dubię, an sint iustæ, sicut cõmuniter hodie sunt, vt diximus, cõfessores non debent cogere cõfitentes ad restitutionem, quia exponerent se periculo surripiẽdi à pœnitente, quod suum est.

19 ANGARIA, & perangaria sunt iniustæ compulsiones, siue coactiones secundum omnes, siue sint obsequia personalia, siue personalia, & realia, vt quis proprijs expensis laboret. de immu. eccl. c. non munus.

20 MVNERA dicũtur, quæ necessariò subimus, lege, vel imperio. l. munus. ff. de verborum significatiõe, quę aliquãdo labore tantùm corporali explicantur, aliquando sumptibus proprijs, aliquando vtroque modo simul. ff. de muneribus, & honoribus. l. final §. patrimoniorum. Aduertere debent, qui collectas, & huiusmodi onera imponunt, vt pro necessitate faciant, & iustitiæ distributiuæ seruetur proportio.

GENERALIS *clausula.*

1 GENERALIS clausula continet omnia, nisi testatoris sentẽtia contraria appareat. ff. de pen. legat. li. qui penum. Nec videtur generaliter quis concedere, quod specialiter non est concessurus. c. quæ res pignori obligari possunt. l. 1. in gloss. Et generali per speciale derogatur. de rescript. c. pastoralis.

2 IN generali mandato multa sunt, quæ nõ intelliguntur, nisi exprimantur. capitulo 1. in glossa de officio legari. Et in generali locutione persona loquẽs intelligitur excepta. ca. petitio. in gloss.

in gloss. de iureiuran. vide aliquid in verb. Vicarius. §. 8. & 9. Si promitto dare Titio aliquid contra velle omnium hominum, non intelligitur contra velle meum.

GLORIA.

1 GLORIAM humanam apparere non est ex se malum, sicut neque appetere diuitias, & alia bona, si rationabiliter appetantur: secundum Tho. secunda secundæ. quæstio. 132. sed vanam appetere gloriam, peccatum est, vt quando appetitur gloria, & honor, de eo, quod non habetur, vel de eo, de quo non est gloriandum, vt de malo, vel de eo, quod quis à Deo habet, ac si à se haberet, vel quando non refertur ad debitum finem, vel in Deum, aut in proximum, secundum eundem. Non tamen semper est mortale, sed tantùm quando charitati repugnat, vt quando quis gloriatur de aliquo mortali peccato, cùm præfert opinionem suã, vel aliorum hominum sacræ scripturæ, vt appareat, & huiusmodi, cùm in illam vltimum finem ponit, & hoc est quando propter gloriam mundi dimittit id, ad quod tenetur ex præcepto Dei, vel superioris, vel contra tale præceptum facit: sicut, cùm mulier, ne infametur, cõsentit adulterio, vt de Lucretia dicitur. ex Thom. suprà. a. 3. & Cai. in summa ibi. Si verò ordinatè & ad debitum finem gloria appetatur, actus virtutis erit.

2 VANA gloria secundum quòd imporrat appetitum, ponitur à Greg. lib. 13. mor. vitiũ capitale, cuius filiæ sunt inobedientia, iactantia, hypocrysis, contentio, pertinatia, discordia. & nouitatũ præsumptio. Has declarat Th. secunda secundæ. suprà in fin. Dicuntur enim hæc vitia filiæ inanis gloriæ: quia apta sunt ordinari ad eundem finem, qui est manifestatio propriæ excellentiæ.

GRATIA.

1 BANNITVS propter dilectũ, cuius bona sunt confiscata, si à domino recipiatur ad gratiam, non propter hoc ad omnia restituitur, secundum Salyc. & Cyn. in l. 1. §. fin. ff. de quæstio. contra Bart. sed remittitur culpa, & restituuntur fauores, quando ad plenitudinem gratiæ recipiuntur, secundum Bald. ibi.

2 HABENS legitimè de bonis alicuius damnati propter eius crimen, & posteà restituti per principẽ ad bona sua, non tenetur restituere, secundum Geminia. in capitul. quanuis. de reseri. libr. 6. quia iam huic acquisitum est ius. Si verò per talem restitutionem non præiudicetur tertiò, sed tantùm concedenti, omnia sunt restituenda ei. argu. in capi. cùm dilecti. de dona. Ex hoc sequitur, quòd legitimatus post mortem testatoris, non præiudicat venientibus ab intestato, etiam quòd nõ audierint hæreditatem: quia talis legitimatio est quædam restitutio naturalis, vt in l. fina. C. de natu. Secus si ante mortem testatoris: quia non præiudicat, eò quòd nullum adhuc eius habeat. l. post emancipationem. ff. de liber. lega.

3 SCRIPTVRA, secundum communiter docto. non est de substantia gratiæ, vel legis, licèt variè sint opiniones. vide Panormita in rubrica de constit. in fin. Feli. tamen dicit in capit. ex diligenti. de simon. in glo. fina. in fi. quòd gratia probatur per scripturam. An autem possit probari per testes, est longa quæstio: tamen concludit quòd cõmuniter tenetur de stylo curiæ, non posse probari nisi per scripturam, nisi in foro conscientiæ. Vide. Tab. verb. gratia. §. 5.

4 GRATIA non expirat, etiam mortuo Papa, etiam sine literis: secundum Ioann. Andræ. in prolo. sext. in nouella.

5 SI Papa concessit alicui, vt dispenset cum A. non expirat gratia, etiam quòd ante mortem concedentis non dispensauerit, secundum Feder. concil. 68. Similiter dic de eo, cum quo dispensatum est, vt faciat aliquid, si non facit ante mortem dispensantis, potest facere pòst. capit. si cui. de præben. libr. 6.

6 GRATIA cõcessa si reũocetur, nõ expirat ante certificationem de reuo-

cationē, nisi quādo Papa expressē vellet statim non valere. secundum Geminia capitul. 1. de cōcess. prębend. li. 6. aliter de concessione ab inferiori, maximè quando alteri præiudicatur, & cōmittitur sine cognitione causæ.

7 QVANDO alteri est ius acquisitum non reuocatur gratia. Et sic intelligitur regula, mutare. de regulis iuris lib. 6.

8 QVANDO data est gratia alicui de immunitate propter multitudinē filiorum, si aliqui moriantur, non reuocatur gratia: secundum Ioan. Andræ in regula decet. de regul. iur. libr. 6. in merc. quia ius erat iam sibi acquisitum.

9 GRATIA facta cum conditione, quousq; aliter ordinauero, durat post mortem concedentis: secundum Geminia in capitul. si gratiosè. de reseri. lib. 6. non autem si dicat quousque placuerit nobis. infrà, voluntas. §. 1. De gratia diuina, sine qua opera nostra meritoria esse nequeunt, dicendum est, quòd quilibet tenetur illam habere, & si non habet, imputandum est ei, & non Deo.

GVLA.

1 GVLA, secundum Thom. secunda secundæ. quæstio. 148. importat inordinatum appetitum, vel actū delectationis cibi, & potus, & tunc mortale peccatum est, quando ibi finis vltimus cōstituitur. iuxta illud Apostoli. Quorum Deus venter est. Propter quòd non seruatur ieiunium de præcepto, comeduntur carnes diebus prohibitis, & cætera, vel si quis aliquod prohibitum faciat, vel faciendum de præcepto omittat.

2 SECVNDO, quādo quis comedit, vel bibit in graue nocumentū corporis, vel animæ scienter, vel probabiliter: secus si ignoranter, vel pro modico detrimento, tunc est veniale.

3 TERTIO, si vsque ad vomitū, vel ebrietatem comedit, vel bibit aduertenter: secundum quod suprà dictum est, Ebrietas. §. 1. mortale est. Agit enim contra naturam.

4 QVARTO, si hoc fiat propter finem, qui sit peccatum mortale, vt ad luxuriandum, est mortale peccatum, aliter communiter est veniale, cùm non sit contra charitatem Dei, vel proximi.

5 GVLA capitale vitium est: secundū Gre. cuius species sunt. 5. in 30. li. mor. scilicet, properè, lautè, nimis ardenter, & studiosè. Properè, id est, ante tēpus. in canon. solent. de con. distinct. 1. Lautè, quia cibos delicatiores quærunt. capitul. distinctione 41. Nimis, scilicet comedendo, quò ad quantitatem. Ardenter æstuando immenso desiderio. in dicto capitulo. Studiosè, id est, nimis accurate præparando capitulo 3. 41. distinctione.

6 FILIAE gulæ sunt, secūdum Gre. 31. lib. mor. hæ videlicet, ebrietas, hebetudo mentis, inepta lętitia, multiloquium, scurrilitas, & immundicia. de quibus vide in locis suis. Dicuntur enim huiusmodi vitia gulæ filiæ, eò quòd ex ea ortum habent. Nam gulæ vitium rationem perturbat, ex quo irrationales motus interius, & exterius consequuntur.

HABITVS.

1 HABITVM debitum omittere, vel occultare, cùm sit contra, vel præter rationem, peccatum est, quod multis modis contingit. Primò, si mulier veste virili vtatur, vel econtrà, quod prohibetur Deut. 22. & 30. dicto capitulo, si qua mulier, vbi dicitur, Anathema sit mulier induens vestem virilem, quæ si faciat superstitiosè, vel propter luxuriam, mortale est si ex vanitate, vt in laruis, & repræsentationibus: secus est. Quòd si quis hoc in vsu habuerit, non debet pati: sed ab Episcopo admoneri sub excōmunicationis pœna. quòd si non desistat, debet excommunicari, suprà. Fœmina. §. 2. sic enim licentiot ad peccandum faciliter fieret mulier. Clerici vrentes habitu laicorum, vel prohibito, peccant, suprà, Clericus. §. 10.

2 RELIGIOSI dimittētes habitū

suæ

suæ religionis, quomodo sunt excommunicati, suprà. Excommunicatio 53. Apostasia. §. 6. ex causa tamen rationabili potest quis dimittere, vt dum vult se balneare, vel honestè recreare, & postmodùm assùmere. Aliter dimittens, vel occultans dum procedit in publicum, ita vt non cognoscatur religiosus, mortaliter peccat, & incidit in canonem. cleri. vt periculosa. ne clerici vel monachi. Et licèt inter doctores sit magna diuersitas: tamen, quia talis ita occultans habitum, vt à conuersantibus cum illo non reputetur religiosus, vagàndi materiam habet, ac si materialiter habitum dimisisset, quæ vagandi occasio pro ratione ponitur in canone, ideò talem nõ euadere sententiam, etiam quòd materialiter non deponat, crediderim, & ita tenet Caietanus verb. excommunicatio. canone 61. Et Sil. videtur idem sentire. verbo, excommunicatio nona. §. vigesimoquarto. notabili. quarto. & in verbo, habitus. §. tertio dicit allegans Archipresby. quòd monachus vtens habitu clericorum secularium, vt non appareat monachus, vel non cognoscatur vel propter verecundiam, vel propter vanitatem, non euadit mortale, nec sententiam. suprà, Excõmunicatio quinquagesimatertia. Caueant itaque religiosi ab habitus occultatione.

3 SECVLARES vtentes veste religiosa, siue masculorum, siue fœminarum causa ludi, ex leuitate, siue irrisione, & turpitudine, non videntur mortaliter peccare: quia nullo iure hoc est probabile. Si autem hoc faciant causa vitupetij: secundum glossam in capitulo, cum decorum. de vita & honestate clericorum cùm prohibitum sit vti habitu monachali, vel alio religioso, & hoc faciens grauiter punitur. in authentica de sanctis Episcopis. §. vltimo, columna 9. consequẽter mortaliter videntur peccare. Imò etiam quòd non fiat hac de causa. si tamen fiat cum ludibrio, vt cùm deferuntur lasciuè, verè, vel apparenter, vt in mascaris, seu laruis, videtur omnino mortale: quia est magna irrisio Dei in suis sanctis. Similiter cùm deferuntur à mimis, & histrionibus vituperosa exercentibus. C. de Episcoporum audientia. l. mimæ. Panormitanus in dicto capitulo cùm decorem, dicit ludibria esse rerum inhonestarum narrationes. An Christianus assùmens habitum infidelium peccet. suprà. fides, infrà. infidelitas. §. 13 Seculares non vtentes habitu secundum morem patriæ, peccant, vel non: secundum eorum statũ, infrà, Ornatus. §. 1. Monachus ad cutà ecclesiæ secularis assùmptus, ab habitu monachali non absoluitur, nisi ob scandalum vitandum. c. Deus. de vit. & ho. clericor.

HASTILVDIVM.

HASTILVDIVM, quod fit, quãdo duo milites currunt cum lanceis, vnus contra alium: quia ibi communiter nõ interuenit mors, seu mutilatio, non est ex suo genere mortale peccatum, & similiter quicunq; alius ludus militaris, similem habens conditionem. Si tamen verum est ibi: vt in pluribus, non adesse periculum personale, propter quod torneamenta damnantur. de tor. c. felicis. infrà, torneamentum. per totum. Et cùm hoc mortale non sit, licebit dominis permittere huiusmodi, & alijs cum delectatione inspicere.

HÆREDITAS.

1 HÆREDITAS est successio in ius vniuersum, quod defunctus habuit tempore mortis: secundũ Barto. in rub. de acqui. hæred. ff. & ea data, vel vẽdita, trãsit in ius patronatus, & omnia iura, secundum Innoc. in c. ex literis. de iur. patro.

2 SECVNDVM ius gentium, hæres non succedebat in ius vniuersum defuncti, sed capiebat bona tãquam vacãtia, ex hoc sequitur. quòd hæres nõ tenetur in conscientia (quæ sequitur hoc ius) vltra vires hæreditatis. C. de iur. deli. l. fin.

3 QVANDO defunctus ab intestato

moritur, vel inualidè testatus est, qui & quomodo succedãt, vide Sil. Hæreditas. §. 1. & Tabul. ibi. §. 2. 3. & 4. hæc enim ad confessorem nó spectant, sed ad causidicos potiùs.

4 CLERICO mortuo ab intestato, habenti bona propria, de quibus poterat disponere, succedent in talibus agnati, prout iura disponunt. Si verò non habebat huiusmodi bona, succederet Ecclesia, cui tempore mortis seruiebat, vel altare, cui tantùm seruiebat, quòd altare habeat bona distincta ab Ecclesia ipsi deputata. no. in capitul. fina 12. quæstio. vlti. nisi sit presbyter ex seruitute promotus ad sacerdotium, cum consensu dominorum. de cuius bonis si ab intestato decedat, quatuor fiunt partes, de quibus vna episcopo, vna pauperibus, vna ecclesiæ, & vna parentibus dabitur, nisi esset talis hæreticus, quia tunc succedit Ecclesia. vt in capit. 1. de succes. ab intest.

5 CLERICI succedunt laicis eo ordine, quo alij, quia iura eos non excipiunt: imò & religiosi, qui possunt habere proprium in communi, non obstante vitio ingratitudinis commisso in seculo. per capitul. fin. 19. q. fina. & fratres prædicatores etiam ex priuilegio (vt dicit Arch. Flor. quamuis sint mendicantes.) Sexti IIII. quod incipit, Considerantes. Quomodo autem succedant, vel non, in feudo, vel emphyteosi, vide Tabul. feudum. §. sexto & nono. & Emphyteosis. §. 2. & 3.

6 A B hæreditate patris excluditur filius vel alius propter quinque. Primò, si pater fuit hæreticus. nam hæreticorum bona ipso iure sunt confiscata. capitulo. cum secundum. de hæreticis, libro. 6. Secundò, quando pater læsæ maiestatis crimen commisit. C. ad legem Iuliam maiestat. l. quicquid. Intellige hoc etiamen, quando commissum est in eum, qui superiorem non cognoscit tantùm, secũdum Salicetũ in dicta. l. quicquid. & quòd talis esset eius subditus. clementi. pastoralis. de iudicis. Tertiò, si pater occidit, vel mutilauit rectorem illius ecclesiæ, in qũa feudum habebat, quod deberet ad filios transire. capitulo in qũibusdam. de pœnis. propter quod nec eius filij, vsque ad quartam generationem, in collegio clericorum debent admitti, nec ad prælaturam in aliqua religione, vt in dicto capitul. quibusdam. Episcopus tamen potest dispensare, ex quo conditor canonis non sibi reser. argumentum in capitul. nuper. de sententia excommunicat. Quartò, si filius, vel alius qui potest succedere, furioso debitam curam non impendit, si tamen in scriptis fuit monitus, vt curam eius haberet. authentic. vt cum de appellation. cognos. §. causas. sed succedet ille, qui in domo sua proprijs sumptibus vsque ad mortem procurauit, euacuata institutione eius, qui neglexit. Quintò, si eos, quibus succedere debebat, in captiuitatem mori per suam negligentiam permisi. in dict. §. causas. & etiam in casibus, quibus potest exhæredari. suprà. Exhæredatio. §. 1. Quomodò filij naturales, vel legitimi succedunt, suprà, Filius. per totum.

7 CONSVETVDO, quæ est in aliqua terra, quòd mortuo aliquo sine liberis, dominus terræ totum, quod illius erat, accipit, cùm sit præscripta, eum excusat, qui hoc pactum ab initio fuit se allegare potest.

8 BONA ingredientis religionem ab intestato, veniunt religioni, siue sit mendicantium, siue non. per capitul. in præsentia. de probationib. & prædicatores habent priuilegium Sexti, vt suprà, & aliud eiusdem, quod incipit, Nuper per nostras. Panormitan. dicit in dicto capitulo in præsentia. quo ad minores non, tamen credo eos etiam priuilegia habere, & secundum Panormitan. suprà, non succedet aliquod monasterium particulare, sed erit in potestate superioris prouidere, sicut sibi videbitur. Consuetudo tamen in ordine prædicatorum est, vt ille conuentus succedat, cuius frater dicitur esse filius profes-

sus,

sus,nisi transferatur filiatio per generalem.

9 SI ingrediens erat tantùm vsufructuarius,transibit vsusfructus in monasterium vsq; ad mortem ingredientis,& non vltrà, secundum Panormitan. vbi suprà.

10 IN collatis tali ingredienti ea lege, vt non alienentur , sed in familia remaneant, nihilominus succedet monasterium,vt tenet Ioan Andr. & est argument.in l.t.ff.de fund.instru. Si autem prohibitum est,vt ad extraneũ perueniant , non succedet secundum Pan.suprà.

11 HAERES institutus solũ certa parte,qui non propriè dicitur hæres , sed legatarius,vt in l.quoties. C.de hęred. inst.secundum Pan.in c.quia ingredientibus.de testament. & Feder.conci. 126.alio non dato hærede,totam hæreditatem adire potest , cessante dolo testatorem ducente ad hoc.

12 SI A.instituat B.hæredem in certa parte,& dicat , nolo q; de bonis meis plus possit habere , sed sit contentus, &c.& alius hæres vniuersalis institutus nolit hæreditatem adire,B.nõ poterit illam adire,vt in l.quoties. ff. de hæred.instit.§.sed si duo . sed veniunt succedentes ab intestato,quia testamẽtum non reperitur hæredem habere, cùm non possit quis pro parte decedere intestatus , & pro parte testatus.l. ius nostrum.ff.de regul.iu.

13 HAERES quantum est de iure canonico,& in conscientia,tenetur pro delicto defuncti,quando agitur cõtra eum pro satisfactione, & hoc sequuntur communiter doct.& sic intelligẽdæ sunt glo.in c.ex presentium.de pigno.& ca.1.de solutio.& de vsur.cap. tua nos.inquantum scilicet hæreditas se extendit,quicquid sit secundum ius ciuile.Panor.verò in cap.fin.de sepul. dicit hoc verum,quando defunctum pœnituit,sed in conscientia,siue pœnituit,siue non,tenetur.

14 HAERES tenetur in conscientia soluere legata relicta,etiam sine debita solennitate,dummodò constet de voluntate defuncti,secundum Panorm. in c.quia pleriq;.de immunita.eccl. quia ex sola voluntate defuncti oritur obligatio naturalis,vt tenent Cismontani doctor. Et hanc opinionem dicit Alber.in l.cùm quis.C.de iur. & fact. igno.esse tenendam.

15 HAERES non tenetur satisfacere vltra vires hęreditarias,his quibus defunctus erat obligatus,si fecit inuentarium,si verò non fecit,tenetur in foro contentioso,vt in l.fi.C. de iur.deliberan.non aũt in conscientia.secundum Ioan.Andr.& Panor.in d.c.plerique. licèt Federi.in consi.21.dicat,quod in conscientia etiam teneatur:primũ tamen melius,quia æquius.

16 SI sunt plures hæredes,quilibet nõ tenetur in solidum soluere debita, vel legata,sed ordinariè quilibet pro parte sua hæreditaria tenetur. C .de act. hæredita.l.pro hæreditarijs. Fallit tamen in 7.casibus,quos vide in Tabiẽ. hæres.§.6.

17 SI hæres est pupillus, non propter hoc differretur solutio debitorum.vel legatorum,vt in l.sub prætextu. C.de acti.hæred.Hoc enim tenere alienum inuito domino esset.

18 AN hæres rogatus restituere hæreditatem, possit aliquid de ea vendere. & in quibus casibus.Tabien.ibid.§.S. Sil.,hæreditas.4.§.2.

19 IN bonis ingredientis religionem non capacem hæreditatis, succedunt venientes ab intestato,secundum cõmunem opinionem.argum . authen. bona. C.de bon.præsert .nisi prædicta bona fuerint ei relicta sub conditione , vt si decesserit sine liberis , restituantur,quia tunc in pias causas erogari debent. Casus est in §. sed hoc in præsenti.authen. de sanct.episcop .in fin.& hoc sequitur Angel.in quadam disputatiõne.

20 SVBSTITVTIO facta de aliquo in defectu liberorum , expirat per ingressum religionis,per glo.in c.in præsentia.de probat. Si talis est priuatus, vel rogatus restituere priuato . intellige postquàm tenuit monachatus,secundum gloss.in §.hac præsenti . authen.de sanct.episco. Si autem subsli-

tuitur ecclesia, vel locus religiosus, vel alia pia causa, non expirat substitutio, vel fidei commissum. in dict. §. sed & hoc concor. Pan. in dict. c. in præsentia. Quod si talis non ingreditur monasterium, sed efficitur clericus, non euanescit substitutio, per gloss. in dict. c. in præsentia nisi efficiatur clericus, vt in ecclesia perpetuò remaneat, vel vt reditus expendantur in pias causas vt in d. authenti. dicitur. Si autem dedicat se, & sua ecclesiæ seculari, & nõ fit clericus, nõ euacuatur substitutio. in dict. gloss.

21 Si quis religionem ingreditur in fraudem substituti, non euacuatur, secundum Panor. in d. cap. in præsentia. & probabitur fraus, probando cõminationes factas substituto per hæredẽ. 20. quæst. 3. c. fin. sed si non intrauit, sed monasterium hæredem instituit. non expirat, secundum Ar. in canõ. si qua. 19. quæstio. fin. & hæc via communior est sequenda, etiam secũdum Rosel. verb. legare. §. 24.

22 Si ad illam clausulam generalem, si sine liberis, addatur ex se legitimè descendentibus, vel ex suo corpore natis, per religionis ingressum expirat substitutio, secundum Bart. cuius rationes vide in Arch. Floren. 3. part. titul. 10 capitul. 4. §. antepenultim. licèt quidam alij contrarium teneant. Sed si fiat substitutio cum ista conditione, quod monasterium non ingrediatur, per ingressum illius non expirat, secundum Panormitan. in d. capit. in præsentia, quia conditio impediens matrimonium spirituale, vel corporale, habetur pro non adiecta. l. cùm tale. ff. de con. & demon. Vnde mulier non tenetur restituere relictum sibi cum onere restituendi si non nupserit. l. quotiens. ff. de cond & demon. & legatum factum si non nupserit, tenet, etiam quod nubat. ff. eod. l. filiæ. Et si relinquitur puellæ 200. si nupserit, 100. verò si intret monasterium, habebit nihilominùs 200. secundum Albert. in l. Deo nobis. C. de episc. & cle. & Richar. Malumbra. in l. quoniam in prioribus. C. de inof. testa. & non facit differẽtiam vtrum sit filia, vel extranea. non enim peioris est conditionis religionem intrando, quàm nubẽdo, imò melioris.

23 In quadam ciuitate est statutum, quod existentibus masculis, fœminæ non succedant, sed solum dotentur de bonis paternis. Petrus habet filium Ioan. & filiam Bertam, sed antequam dotetur, Berta mortuo patre, moritur & Ioan. relicta filia Antonia tantùm, quis succedet? Antonia, vel Berta eius amita? Respondet Vgolinus de fontana, quod succedet Antonia, & non Berta, quia ex morte Petri ius fuit acquisitum Ioan. filio, cui succedit filia, cum non sint masculi. & Berta dote contentabitur sua tantum: secus si Ioan. filius esset mortuus ante patrem, relicta filia Antonia. Facit ad hunc casum. l. empta: C. de hæred. vel actio. vend.

24 Hæres tenetur priùs debita defuncti quàm legata soluere, quia debita sunt anteriores obligationes. Si tamen sine dolo venientibus legatarijs prius soluisset, si nihil amplius habet de hæreditate, non poterit molestari à creditoribus, sed ipsi creditores habebunt regressum cõtra legatarios, quia ipsi habent quos illis debebatur. infrà, Restitutio §. 35.

25 Hæres instituí potest quilibet non prohibitus à lege, vt in capit. cùm apud de spon.

26 Multæ personæ prohibentur instituí hæredes. Et primò hæreticus, seu paganus. c. 6 quis episcopo. de hære. Secundò, credentes, receptatores, & defensores hæreticorum. eodem, capi. excommunicamus ele. prim. Tertiò, apostata. Quartò, collegium illicitum. Quintò, deportatus. C. de hæredi. instit. l. 1. Sextò, damnatus ob crimen famosum. Septimò, infecuror cardinalium. de pœni. capit fœlicis. in sexto. Octauò, excommunicatus tempore institutionis, vel mortis, vel aditionis hæreditatis. ff. de hæredib. instituend. l. sed si in conditione. §. solemus. Nonò, spurij nati ex damnato coitu. suprà Filius. §. 7. Decimò, incestuos

stuosi cum monacha. cano. si quis sollicitauerit. in glo. 27. quęstione. 1. Vndecimò, committens læsæ maiestatis crimen. canon. si quis. de pœniten. distinction .1. Duodecimò, Simoniaci secundum aliquos, quia videntur pares lædentibus maiestatem. Tertiodecimò, qui non possunt habere neque in proprio, neq; in communi, vt erant minores. clemen. exiui. de verb. signi. §. cupientes. Hæres quomodo tenetur ad vota defuncti implenda. infrà. Votum .§. 24. De generibus, & speciebus substitutionum hæredis. vide Sil. hæreditas. §. 4.

EREMITA.

1 EREMITA est, qui verè, & purè solitariam vitam eligit. in can. qui verè. 16. quæstion. 1. in glo. & ad prælaturam potest vocari tantùm authoritate Papæ. in c. cùm monasterium. de elect. Et hi non habent determinatā regulam, vel vitam, secundum glos. in dict. ca. qui verè. Nec vita eorum strictior est vita monachorum.

2 EREMITAE qui elegerunt vitam solitariam in spiritu libertatis, habent solenne votum castitatis, non autem obedientiæ, secundum Tho. secunda secundæ. quæstion. 186. ar. 5. & proprium habere possunt.

3 EREMITAE huiusmodi gaudēt priuilegio clericali secūdum veriorem opinionem, licèt aliqui oppositum dicant. Vide suprà, Excommunicatio .1. §. 8. dummodò alicui regulæ sint astricti, vt limitat Arch. vel gaudent hoc priuilegio.

4 RELIGIOSI cum licentia suorū prælatorum possunt eligere vitam eremiticam, id est, solitariam: tamen semper sunt religiosi habentes tria vota, nec expedit, quod prælatus talem licentiam tribuat, nisi valdè perfectis, qui aliorum regimine non egent: secundum Thom. secunda secundæ .q. 188. a. vlti. Periculosissimum enim est habitare solitariè.

HÆRESIS.

1 HÆRESIS crimen infidelitatis est ex tribus constans, scilicèt errore in his, quę ad Christianam fidem pertinent, & pertinacia. Aduerte tamē propter ly pertinacia: quorum quædam sunt credenda vt iam ab ecclesia determinata (vt quòd spiritus sanctus procedat à patre, & à filio) & in huiusmodi non requiritur alia pertinacia, nisi non credere, quia satis videtur pertinax, qui dictis sacrę scripturę, vel determinationi ecclesiæ non acquiescit. Aliqua autem sunt ambigua non dum determinata ab ecclesia, nec clara in sacra scriptura, & qui non credit illa, non est hæreticus, nisi sit adeò pertinax, quòd etiam si ecclesia hoc determinaret, nollet credere. Aduerte secūdò, quòd licèt quis sit tantùm mente hæreticus, non est excommunicatus, quia ecclesia non iudicat actum mentis nudum, sed si adiungatur aliquis actus exterior, etiam si sibi tantùm loquatur, incidit Caie. ibi concor.

2 SI quis autem non crederet etiam quæ sunt determinata per concilia, vel sacram scripturam ex ignorantia, vel simplicitate, licèt erraret, non tamen esset hęreticus: quia pertinax non est. Requiritur autem, quòd sit baptizatus, & aliquid fidei teneat, aliter censeretur infidelis, vel apostata: secundum Archi. Floren. & omnes huiusmodi sunt excommunicati suprà, Excommunicatio. 9.

3 SVSPECTI de hæresi, nisi ad arbitrium Episcopi se purgarint, possunt excommunicari. capit. ad abolendam. de hære. & si excōmunicationem animo indurato sustinuerint, tunc velut hæretici sunt condemnandi. c. excommunicamus ele. 1. de hęre. lib. 6. Si tamen prius specialiter fuerint requisiti ad respondendum de fide, & se de tali suspitione purgent. c. cum contumacia. de hære. libr. 6. Et si pro contumacia in causa hæresis fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, pro hæretico habetur: secundum Panor. in cap. fin. de pœni. in glos. & vt hæreticus punitur. d. c. cum contumacia. Si autē pro alia causa fuit excommunicatus, & per annum sustinuit, non pro hæretico, vel de hæresi conuicto damnandus est; vt in d. c. cum contu-

macia. sed pro suspecto habendus est: vt est text. in d. capit. fin. nec hæc suspitio est violenta, sed tantùm probabilis secundum Inno. & poterit sibi purgatio canonica indici, in qua si defecerit: pro conuicto habeatur, in capit. inter. de put. ca. & d. c. excommunicamus præsumitur enim malè sentire de sacramentis ecclesiæ: secundum Panormit. ibi, & de potestate ecclesię: quia non curat de excommunicatione. d. c. fin.

4 QVI propter metum osculatur sepulchrum Mahumeti, vel vtitur signo Iudeorum, vel infidelium, & huiusmodi, & non credit sic mente, non est hæreticus, vel excommunicatus, licèt mortaliter peccet: vt suprà, Apostata. §. 4. Fides. §. 6. infrà Infidelitas. §. 1. Occultare autem propriam fidem, quando quis non tenetur confiteri, & propter rationabilem causam, nõ est malum: secus in casu, quo quis tenetur confiteri. Cùm hæreticis nullus debet commercium habere: vel eos in propria domo recipere, & magis sunt cauendi hęretici, quàm alij propter periculum: secus si pro bono animæ illorum periculo cessante. extrà, de hæreti. capitu. sicut ait. Et ibi Panormita.

5 HÆRETICORVM bona sunt ipso iure confiscata, & statim commisso crimine, hodie perdũt dominium. capit. vt inquisitionis. de hære. §. prohibem⁹. in sexto. intellige quãdo sunt damnati: vt in dict. capitul. ad abolẽdam, sed si ad misericordiam acceptãtur, debent eis bona dimitti. capitul. accusatus. §. porrò. de hæreti. Et licèt filij sint catholici, tamen propter patris delictum hæreditate priuantur. capitul. vergentis. de hæred. & capitu. cùm secundum leges. eod. libr. sexto, nisi filij reuelassent patris delictum, vel ex longa possessione dicta bona præscripsissent. capitul. fin libr. sexto de præscrip. vxor tamen dotem suam non perdet, nisi ipsa scienter cum hæretico contraxisse. capit. decreuit. eo. libro sexto. nec mãcipatio post crimis perpetrationem valet vt excusentur. capitul. quæcunque. eod. titul. bona tamen ecclesiarum non confiscantur, sed ecclesijs applicantur clem. nolentes. eod. & contrafacientes excommunicantur ibi.

6 QVAMVIS de confiscatione huiusmodi bonorum multa sint statuta & ordinationes, tamen hodie fit, & fieri debet, vt inquisitor, qui habet prouidere omnibus, quæ ad inquisitionem pertinent, habeat omnia. Nam Ioan. in extrauaganti iubet omnia diuidi, & dari in adiutoriũ officij. Ideò neque camera Apostolica, neque imperialis, neque communitas, nec officiales habebunt aliquid secundũ iura noua, neq; Episcopus, sed solus inquisitor, & quo ipse habet prouidere de carceribus, & alijs. De hoc extat consilium Domini Ludouici Bolignini. Vide hanc quæstionem bene determinatam à magistro Ioan. Tab. ibi. §. 6. circa medium.

7 HÆRETICI, credentes, receptores, defensores, fautores, ipsorumq; filij vsque ad secundam generationem nullum ecclesiasticũ beneficium, vel officium publicum adipisci possunt: vt in d. c. quæcunquè, intelligit secundum lineam paternam, quo ad secundam generationem in masculis, in fœminis quo ad primam. Vide. c. statutum el. 2. eod. li. 6. Et si clericus ad preces horum pestilentiũ, dignitates, personatus, vel alia quæcunq; ecclesiastica beneficia scienter est adeptus, ipso facto illis est priuatus, & ad similia inhabilis. si ignoranter, tãtùm de illo est priuatus sic habito. in dict. c. quæcunque. de hære. eod. titul.

8 HÆRETICORVM filij, declarata sententia de hæresi contra parentes eorum, sui iuris efficiuntur. Et intelliguntur effecti à die commissi criminis, & emancipatio facta pòst, non tenet. in d. c. quæcunquè. vt suprà. §. 5. dictum est. Hæretici credentes, &c. appellare non possunt. per d. c. vt inquisitionis.

9 CONTRA hæreticum mortuum, contra quẽ in vita nõ fuit, processum, potest procedi, & condemnatio fieri, quod

quod est speciale in hoc crimine c. sanè.24.q.2. Quomodo autem proceda tur, vide Tab. ibi.§. 11. Et inquisitor ossa eius poterit exhumari facere,& comburi,si discerni ab alijs possunt.c. 2. de hæret.li.6.& hoc infra quinquênium debet fieri,quod tutius est,&nõ vltrà: vt ca.de appostà.li.si quis defunctum.vel vsque ad vigesimum, secundum alios,& vltrà.

[10] CONTRA hæreticos credentes, & huiusmodi, ad testificandum admittuntur etiam excommunicati,participes,& socij criminis.c.in fidei fauorẽ. eod.ti.lib.6.& officiales excommunicati,contra eos suũ officium possunt exercere requisiti ab inquisitore,vel ab alio,qui possit requirere.ca. præsidentes.eod.tit.lib.6.neque eis aliquid relinquendum est in testamentis,nec hęredes instituendi sunt.per.c. si quis Episcopus.de hære.lib.6.& Episcopus, vel clericus oppositum faciens,est excommunicatus in.d.c. si quis Episcopus, quod est argumentum detestãdi valdè criminis.

[11] FAMVLI, serui,liberti, & alij aliqua obligatione hæreticis astricti.si tamen sunt manifesti,vt ad probationẽ processum est,ipso facto liberantur.c. fi.eo.tit.etiam à promissione solutionis iuramento firmata, vel pœna: vt not.gl.ibi.Intellige tamen,si non acceptatur ad misericordiam.

[12] HÆRETICI quomodo puniantur pœna ignis, & secularibus iudicibus relinquantur: vide cap.excommunicamus.el primo.eodem tit. & quomodo degradantur. Vide Tab.ibi.§. 15. Sunt etiam priuati ecclesiastica sepultura.c.sicut.eo.ti.& qui eos sepulturæ ecclesiasticæ dant,ipso iure sunt excommunicati.c.quicunque. eod.ti. lib.6.Intellige prædicta,nisi pœniteat eos,quo casu etiam quòd forent relapsi.possunt eis dari sacramenta.c. super eo.eod.lib.6.

[13] PRO huiusmodi hæreticis credentibus,&c. nullus tabellio publica instrumenta, vel scripturas facere potest, nec aduocatus in aliqua causa, vel facto potest patrocinium præstare eis,nec litigantibus sub eorum examine,aliter ab officio sunt suspensi,& perpetuò infames.cap.si aduersus. de hæretic.

[14] DE pœna fautorum, receptatorũ, &c. vide cap.excommunicamus. el 1. eod.quomodò admittuntur ad abiurationem. cano. ego Berengarius. de conse.d.2.& dicto capitul.ad abolendam,post debent absolui,& quomodo.capitul. cùm desideres .de sentent. excommunica. & posteà imponatur, quod solet iniungi. d.c.ego Berengarius. Sine tamen huiusmodi impositione ex causa potest absolui: secundum Innoc.in c.à nobis.el 2.de sent. excommun. Potest etiam inquisitor pœnitentiam pecuniariam imponere: quia arbitraria est, vt dicit capitul. ad abolendam. & Innocent.IIII. declarauit in quadam extrauaganti, quæ incipit:Super extirpatione,quòd possunt eas imponere, & expendere in sustentationem officij inquisitionis, etiam clericis,si habent patrimonium proprium,aliàs non:quia ecclesiarum bona non debent minui.cap.2.de hære. Alias etiam pœnas potest imponere. in dicto capitul.ad abolendam. & capitulo,excommunicamus. quas si non perficiat, est damnandus. in dicto capitul. excommunicamus.§.si quis.

[15] POENA imposita tradito brachio seculari, non potest per inquisitorem mitigari,vel mutari: quia iã post sententiam desinit esse iudex.in capitulo, cùm literis.de offic.delega.secus si acceptauit ad misericordiam.c. vt commissi.§.illorum.eod.libro.6.quia non desinit esse iudex, & istæ pœnæ arbitrariæ sunt.

[16] QVI nõ credit sacræ scripturæ acceptatæ ab ecclesia,est hæreticus.Nam ex hoc sequitur,quod spiritus sanctus nõ sit locutus per prophetas,vel quòd falsum dixerit: vel quòd ecclesia erret circa ea,quę sunt fidei,quod(vt suprà Concilium.§. 3. diximus,) esse non potest.

[17] QVI non credit determinatis ab ecclesia circa fidem,vel bonos mores,

sed oppositū pertinaciter affirmat, est hæreticus, quæ pertinacia deprehenditur, quando declarato errore, stat quis pertinax, quando deprehensus à iudice in huiusmodi nō vult abiurare, nec resilire, modo suprà dicto. Dubitare etiam de huiusmodi cum consensu rationis, est hæresis, & mortale peccatum: quia dubius in fide dicitur infidelis. c. dubius eod. Debet igitur Christianus in credendis firmus esse, nec dubitare.

[28] HAERESIS ad vitium superbiæ potest reduci, & est magnum peccatū: quia subuertit fundamentum totius boni operis, sine quo salus esse non potest.

[29] DE inuentoribus hæresum, vide directorium inquisitorum. Tab. ibi. §. 27. vsque 53. Quomodo inquisitores se debent habere erga hæreticos, vide Sil. ver. hæresis. 2. & de lamijs ibi. 3. Si hæreticus fecit aliquem actū exteriorem, vel dixit verbum hæreticū etiam sibi soli secretè, est excommunicatus in cœna Domini, &c.

HERMAPHRODITVS.

[1] HERMAPHRODITVS habens vtrumque sexum, qui magis ad fœmineum declinat, non potest esse testis in testamento, sicut nec mulier: secundùm glos. in capit. si testes. 4. q. 3. secus, si magis ad masculinum vergit. Si est paritas: secundum Guliel. censetur vt mulier: & ita non admittendus, nisi vt mulier: sed d. glos. non determinat.

[2] SI virilis sexus magis incaluerit, non tamen debet ordinari: quia est quid monstruosum. argu. in c. illiteratos. d. 36. si ordinetur, characterem recipit, non autem si est sexus par, vel fœmineus magis: secundum d. Guliel. quo autem ad contrahendum, debet considerari sexus validior, quòd sit sit par, eius electioni stabitur: secundum dict. glos. & Bald. in l. quæritur ff. de stat. hom. & hanc dicit esse Gulielm. determinationem, quæ etiam rationabilis satis videtur.

HYPOCRISIS, suprà, Fictio, id est, simulatio.

HISTRIO.

[1] HISTRIONVM ars consistit in dando delectationem alijs, in dictis, vel factis: ideò si debitis circūstantijs exerceatur, non est peccatum: secundum Th. secunda secundę. q. 169. a. 3. Respectu materiæ potest esse peccatum: vt si versetur circa dicta, vel facta inhonesta, vel ponendo diuina, vel scripturam sacram in locū, vel dicendo iniuriosa, despectiua, adulatoria, & huiusmodi. Peccatur etiam respectu loci, temporis, negotij, personarū, dū horum aliquid non obseruant. Ex fine etiam contingit peccare, dum nimis cupiunt hominibus placere. Et communiter est veniale, nisi quando interuenit materia ex suo genere mortalis: vt iniuria proximi, contemptus diuinorum, & similia. Et propter hæc annexa, hęc ars damnatur cum dantibus. c. donate. dist. 86. Istis negatur cōmunio. c. per dilectionem. de consecr. distinct. 2. quod tamen non fieret, nisi propter mortale.

[2] DANTES eis aliquid, vt in tali crimine, vel officio damnato perseuerēt, mortaliter peccant: secus si dant: quia sunt in extrema miseria, vel ne eos diffament, vel alio pio respectu. Et d. ca. donate. debet intelligi de illicitis modis. Dicit Gul. quòd qui dant huiusmodi histrionib⁹, vel maledicis, ne de ipsis mala euomant, eosque infamēt, non peccare eos credit.

HOMICIDIVM.

[1] HOMICIDIVM, id est iniusta hominis occisio, mortale peccatum est, quia contra iustitiam, & proximi charitatem. Aliquando est per se intentum, aliquando per accidens. Occidens autem aliquem innocētem voluntariè, mortaliter peccat. Excusantur tamen iudex, & ministri, innocētem occidentes, secundū allegata, & probata: quia licèt sit innocens in cōscieutia, non tamen in foro exteriori, & apud homines. Excusantur etiam milites ex obedientia euntes ad bellū, quod reputatur iustum, si ibi aliquos occidunt, etiam in veritate innocentes, licèt non reputentur: secundum

Caieta-

Caietanum ibi.in summa.suprà, Bellum.§.4. Excusatur & carnifex exequens iniustam sententiam,non continentem errorem manifestum propter eandem rationem, officium enim suum exequitur.

2 OCCIDENS hominem ex intentione,& non habens publicam authoritatem,semper mortaliter peccat,siue mereatur mortem,siue non. Eodem modo occidentes non zelo iustitiæ,sed odio,vel alia mala intentione,mortaliter peccant.Similiter reus est homicidij, qui se defendendo alium occidit, quando scilicèt se defendit vt occidat, vel non est defensione contentus, nisi occîdat.Secus si qui occîdunt, quia se defendunt,nec intendût occidere, sed seipsos tueri. Peccant etiam occidentes aliquos, etiam si mereâtur occîdi, non seruato iuris ordine, de his quæ sunt de substantia. Ex hoc sequitur, quod nunquàm liceat se ipsum occidere,quia nemo sui iudex est:secundû Caietan. ibi suprà. ideò hoc mortale censetur.

3 OCCIDENS aliquem,& credens ipsum esse in mortale, & cõsequenter damnati, dummodò non interficiat contra iustitiam, etiam quod se defendendo hoc agat,non peccat: quia non intendit eius damnationem,sed suam defensionem,vel iustitiæ executionem. Similiter quis potest defendere proximum inuasum ab aliquo,vel libertatê membrorum propriorum, ne scilicèt mutiletur,vel turpiter vulneretur,vel pro necessarijs ad vitam, & virtutem, ne perdat res suas,vel suorû,cum moderamine semper.Caieta.ibi, & Tho. secunda secundæ.q.64.a.6.ad 2.Quãdo quis non potest res suas aliter defendere,quin defendêdo sequatur in uasoris occisio,licitè occiditur:plus enim quis tenetur curam rerum suarû habere, quæ sunt adminicula vitæ suæ,virtutis,& fœlicitatis,quàm alienæ vitæ: non tamen debet mortem intendere,sed defensionem,nec homo modò inuasorem occîdens sit irregulatis.de homic.cle.vnica. Caietan.vbi suprà.

4 QVANDO latrones inueniuntur in crimine notorio,vt in vijs,possunt sine alijs testibus,& citatione suspêdi à iudice, quia factû notorium est ibi loco accusatoris,& testiû, faciens publicam scientiam,& excitans publicam voluntatem ad publicum actû:secundum Caie.ibi.

5 SI quis immoderatè se vel alios,vel res suas, vel huiusmodi defendendo hominê interficit, mortaliter peccat: vt proijciendo immoderatè sagittam, lapidem,vel huiusmodi,relaxando vt sum,dando medicinam,tenendo pueros in lecto cum periculo suffocationis,&c. & cum ex aliquo opere indiscreto, & inaduertentia, quam quis debebat attendere,interuenit homicidium.Item homicidæ sunt, qui cùm possint, & teneantur prohibere homicidium, negligunt, vt sunt officiales domini,&c.

6 ITEM negligentia medicorum, si eum, cuius curam susceperunt, mori permittunt ex negligentia in studendo, vel visitando, & huiusmodi, est mortalis. Item qui non occurrunt alicui patienti extremam necessitatem, si possunt sine periculo propriæ vitę,rei sunt mortis illius,vt non pascentes morientes fame, & huiusmodi. suprà,Eleemosyna.§.2.& 3. Omnes enim huiusmodi sunt causa homicidij per accidens. Eodem modo qui non tuetur inuasum, cùm possit, vel non auisat eum, contra quem tractatum est de morte: & hæc omnia cum moderamine fieri debent. Et notandum, quod si quis prædicta faceret, vel omitteret, licèt mors, quæ timebatur, non interueniret, cùm tamen intenderet mortem, faciens,vel emittens per se,vel per accidens,mortaliter peccauit: per accidês enim fuit, quod non sit secuta mors.An liceat vnicuique bannitum occidere,suprà,Bannitus.§.1.

7 SI quis inuasus,potest fugere: quia fuga esset sibi iniuriosa, & magnum dedecus,non vult fugere, sed se tueri: & sic defendendo inuasorem interficit, non peccat mortaliter secundùm aliquos.

aliquos. Et hoc mihi placet: quia si proiactura rerum licet defendendo occidere, vt dictum est, multò magis pro honore. Vnde secundum Archid. Florentin. licitum est mulieri se tuenti ne opprimatur, occidere opprimere volẽtem, quando aliter facere non potest, quanquàm ad hoc non teneatur, potest enim patienter tolerare, & voluntate reniti, sicut inuasus potest fugere, si vult, non tamen tenetur. Pro vita tamen spirituali alterius quis tenetur mortis periculũ subire: vt si puer peste laborans sine baptismo esset moritur⁹ quilibet potens teneretur in hoc casu exponere se morti, ne sine baptismo decederet: secus de communione, quia si ne illa posset saluari. Tenemur enim plùs animâ proximi diligere, quàm vitam nostram corporalem. Prælati autem, quibus animarum cura commissa est, ad plus tenentur. supra, Episcopus. §. 3.

⁸ SVNT aliqui casus, in quibus permissum est impunè occidere, vt nocturnum depopulatorem, vxorem in adulterio deprehensam, & huiusmodi, de quibus dico, quod si lex tantũ permittat, tales occidentes pœnam legis euadunt, sed non culpam mortalẽ. Si autem lex concedat, vt occidantur, tunc non peccat occidens, quia factus est legis minister quilibet, vt communiter facit circa bannitos: dummodò hoc faciant zelo iustitiæ, & vt eius executores: & sic intellige glos. in c. cùm homo. 23. q. 5.

⁹ SI quis inuaditur ab aliquo, occidendus, nisi tãtam pecunię summam dederit, an teneatur dare. Glo. in princip. dist. 83. dicit esse diuersas opiniones, & ipsa videtur tenere quod non nisi esset prælatus: charitas tamen videtur cogere, quod si habet talis vltra necessitatem vitæ suę, & suorum, quibus tenetur prouidere, tenetur dare talem pecuniam, & saluare vitam, quia tunc est in extrema necessitate, non valens aliter euadere mortem. Idem dic de proximo posito in extrema necessitate, quod habens de superfluo, tenetur eum à morte liberare, quando mors est sibi iniusta, & præcipuè si habet publicam potestatem. supra, Eleemosyna. §. 3. De irregularitate, quæ ex homicidio oritur, infrà, Irregularitas. §. 2. vsque ad 64. de homicidio puerorum suffocatorum, infrà, Irregularitas §. 51.

HOMO.

1 HOMO liber non potest impignorari, nec dari in subsidium aliarũ rerum deficientium. Facit ca. lator. de pignor. Imò recipiens eũ, perdit debitum. vt not. glos. in c. ex rescripto. de iur. iu.

2 HOMO liber, nunc ex consuetudine potest dari obses, nõ solùm à Papa & Imperatore, sed etiam ab alijs dominis, ciuitatibus, quamuis superioté recognoscant, secundũ glos. in l. 2. ca. de patri. qui fi. dis. & præcipuè pro pace seruanda, secundum gl. in capitulo, vt pridem. 23. qu. 8. non autem pro pecunia, cùm non possit in pignus dari, vt suprà. Quomodo potest vendi, suprà, Emptio. §. 12. Potest etiam vendi, vt filius à patre ob paupertatem vict⁹. capit. de pa. fil. distra. l. 2.

HONOR.

1 HONORARI debent principes, patentes, & senes, etiam q, sint vitiosi, vel quia repræsentant virtutem alterius, vel quia sunt signum virtutis. secundum Thom. secunda secundæ. q. 63. a. 3. Si autem sunt virtuosi, duplici honore sunt digni. honor enim virtuti debetur. Ideò tales nõ honorans peccat, quando adest tempus: sed magis qui eos spernit, cùm scriptũ sit: Qui vos spernit, me spernit. Et quando fit notabilis irreuerentia, vel fit cum Dei contemptu, est mortalis, infrà, Obedientia. §. 12. licèt sola virt⁹ honorari debeat, iuxta Philosophum. 4. Ethi. lib.

2 DIVITES honorandi sunt, non propter diuitias, sed quia maiorem locum in cõmunitatibus tenent, aliter esset peccatum acceptionis personarũ: secundum Tho. ibi suprà, si vt diuites honorentur.

15 QVOMODO appetitus honoris sit peccatũ, suprà, Ambitio. §. 1. Et quãdo licet desiderare, licet etiam oblatũ acceptare, quum hoc negare esset ridiculum valdè, & irrationale.

HORÆ CANONICÆ.

1 HORÆ canonicæ sunt 7. prima, tertia, sexta, nona, vesperæ, completorium, & matutinæ. c. 1. de cel. miss. ad quas non tantùm presbyteri, sed & omnes clerici in sacris existentes tenẽtur de præcepto. arg. de præb. ca. cũ secundum Apostolum. & 91. d. c. 1. etiam quòd non habeant beneficiũ ratione ordinis sacri. Concor. doct. Et si nõ sint in sacris, tamen sunt beneficiati, tenẽtur. 92. d. c. fina. & Pan. in d. c. 1. intellige dummodò possunt fructus percipere beneficij: quia qui de altari non viuit, altari seruire non tenetur, etiam quòd beneficium sit modicum, tenentur. secundum Cardi. in clemen. 1. de cele. miss. etiam si beneficium sit factum ex patrimonio. Hoc idem Th. ql. 6. q. 5. & omittentes sine rationabili causa, mortaliter peccant, quia recipiens temporalia, ad spiritualia obligatur.

2 QVI autẽ haberet simplicem præbendam sine aliqua spiritualitate, quæ etiam potest laico dari, si non sit in sacris, nõ tenetur propter hoc dicere officium, quia hoc datur ei pro alijs meritis, & non dicitur simpliciter beneficiatus, sicut qui habet reditus ab ecclesia pro officio matriculari, vt magister in theologia, & huiusmodi. Tales enim non sunt clerici, nec in choro recipiuntur.

3 BENEFICIATI existẽtes in minoribus, non possunt horas, ad quas tenentur, dicere per alium: secundum Panormitanum in capitulo 1. de cele. missę. quia hoc est onus personale. Idem Ioann. Andr. qui in cap presbyter. de celebrat. missę. dicit hoc tenere theologos, quamuis Landul. oppositum tenuerit. Possunt tamen officiare ecclesiam suam per alium idoneum, iusta causa interueniente. Tenentur etiam ad officium mortuorum, quod ordinariè dicitur in ecclesia, vbi sunt beneficiati, secundum Thom. quol. 6. quæst. 5. a. 2. quolib. 1. quęstione 7. a. 1. siue sint in sacris, siue nõn.

4 RELIGIOSI professi, nõ existẽtes in sacris, secũdum Caietanum ibi, non tenẽtur de iure dicere officium, neque ex professione, neque ex victu, quia eis debetur, ex quo dedicati sunt perpetuo seruitio Dei, fortè ex consuetudine tenentur, de qua dicit se nil scire: contrarium tenent communiter alij: vt Petrus de palu. D. Archid. Florenti. Tabu. tamen hoc nullo iure probant, ideò opinio Caietan. melior videtur. De conuersis dicit Caietan. quòd non est dubitandum illos non teneri, neque qui sunt de tertio habitu, sed eis ex suis constitutionibus iniunguntur quædam orationes, & non ex præcepto ecclesię: quia vt dicit magister Vicen. Bandel. in constitutionibus. in cap. de conuersis, recipiuntur ad opera seruilia, & secundum Pano. in capitulo, non est. de reg. circa princip. sunt famuli monasteriorum. Tutiùs tamen est, vt clerici professi dicant, propter c. licèt. de voto. *Nouitij* autem non tenentur, quamuis Petrus de palud. videatur tenere oppositum. primum tamen tene, quia verum: nõdum enim sunt religiosi, neque voto astricti.

5 DE monialibus dic pariformiter, sicut de religiosis professis tãtùm, quia non videntur teneri, nisi ratione consuetudinis. De alijs autem, vt sunt lesuati, Eremitæ, & huiusmodi, licèt habeant votum, & non possint redire ad seculum, non credo eos magis teneri, quàm clericos religiosos nõ existentes in sacris, vel conuersos. Possent tamen ex consuetudine, quę esset inter eos de officio dicendo, ex qua crederent se ex præcepto obligatos, teneri. Tab. tamẽ ibi. §. 8. videtur dicere quòd tenentur, quando non possunt ad seculum redire. Hæc ratio nihil valet, aliter & cõuersi tenerentur.

6 CLERICI autẽ non beneficiati, nec in sacris, ad aliquod officiũ ex præcepto

cepto non tenentur,& ad hoc satis valet communis consuetudo. Nam doctores quando loquuntur de clericis in sacris,vel beneficiatis teneri, vel de non beneficiatis,& nõ existentibus in sacris dicunt,licèt Panor. in d.c.1. videatur dicere (secũdum quod credit) quòd teneantur.Verius tamen est non teneri.

7 PRO officio debent dicere 7. horas canonicas de præcepto,de consuetudine autem quilibet dicat officiũ secundum ordinem suæ ecclesiæ, vel suę religionis, ita quòd ista consuetudo nõ obligat ad mortale.Nam si monachus diceret officium secundum curiam, vel diceret nonam ante sextam, vel faceret de sanctis, quando debet fieri de feria,non propter hoc mortaliter peccaret,secundum Caietanum ibi: quia non mutat substantialia officij , sed accidentalia tantùm : graviter tamen delinquit , quando ex negligentia facit, mutans officium pro libito. Fratres tamen prædicatores ex suis constitutionibus habent , quòd sint contenti officijs ecclesiarum, ad quas declinant.

8 AD officium b. Mar. quando regulariter dicitur in choro,tenentur omnes ex consuetudine ecclesię, quæ consuetudo ad præceptum obligat , sicut ad aliud officium : secus quando non dicitur in choro, licèt bonũ sit vt priuatè tunc dicatur. Hæc secundum Panormitanum,& Ioannem de ligna.in capitulo 1.de celebratione missarum. & clementina 1.eod.Petrus de pal.4. sententiarum , distinct.15.quæstio.5, argum.6.

9 DE officio mortuorum quando in die animarum dicitur , tenentur omnes,sicut ad aliud officium:quando autem aliàs dicitur , tenentur secundum consuetudinem suæ Ecclesiæ, vel religionis: secundum Petrum 4. distinctione 15. & Thom. quolibet 6. suprà . In ordine prædicatorum est consuetudo , quod dicitur semel in hebdomada totum officium mortuorum, nisi sit impedimentum, & omnes ad hoc tenentur , alijs autem diebus dicuntur tantùm tres lectiones, & ad hoc non teuentur, nisi hebdomadarius , diaconus , subdiaconus,& ille, qui notatus est in tabula pro missa defunctorum,& isti non possunt propria authoritate committere alteri , vt pro eis dicat , sed bene cum licẽtia prçiati, vel cãtoris,qui in choro vices prælati gerit.& ratio horum est: quia hoc videtur esse onus personale. Et huic concordat Archidiaconus Florentinus: Sil. verò. versi. hora.§.6.dicit,quòd nõ videtur onus personale , ideò possunt committere. Primum tamen videtur melius , sed in similibus consuetudo multum facit, ideò seruanda , quando de ea constat.

10 LAETANIAS autem dicere quando fit de feria, secundum Silu.ibi, suprà , non est de præcepto: nec septem psalmos pœnitentiales,vel psalterium in die Paraseeues non existentibus in choro : quia patres nostri noluerunt nos ad præceptum obligare in huiusmodi. Magister tamen Vincenti, Bandel. vbi suprà,dicit fratres ad lætanias teneri, licèt post quamcunque horam possint dici,& hoc securius videtur.

11 PAPA secundum Panormitanum in d.c.1.non potest dispensare , quòd qui tenetur dicere officium , non dicãt,cùm hoc sit de iure diuino. Potest tamen dispensare , quòd non dicant hoc,vel illud.Alij dicũt quod potest, dummodò per aliquod aliud recompẽsent beneficium,vel alio modo laudent Deum, non beneficiati . Et hoc magis placet Sil.& Land.& Ioann. de ligna.in dicta clemen.contra quos arguit Panorm.

12 EXCOMMVNICATVS minori excommunicatione tenetur dicere officium, & cum alijs potest dicere,secundum omnes . Si verò maiori tenetur , debet dicere , sed non in ecclesia, vel cum alio , aut quasi in officio suo : sed per modum orationis. sine Dominus vobiscum.capitulo , si quis Episcopus damnatus. 11.quæstione 3. excommunicatio enim non liberat

eum

cum ab hoc onere, etiam si sit degradatus, & fuit in sacris: vel si non fuit in sacris, tamen beneficiatus quandiu tenet beneficiū, tenetur: quia hoc est onus, & non honor. argu. in c. legi. 16. qù. 1.

15 PRAELATI possunt mutare officium quò ad accidentalia, vt si debeat fieri de feria, fiat de sancto, & huiusmodi: non autem quò ad substantialia: secundum Magistrum Vincent. in constitution. fratrum prædicatorum distinctione 1. capitul. 1. quia secundum Archidiaconū Florentinum præceptum huiusmodi non est determinatum circa modum. Peccant tamen mutantes sine rationabili causa: non tamen secundum eundem Magistrum Vincentium possunt innouare aliquid ad perpetuò durandum per modum constitutionis, vel consuetudinis generalis. circa diuinum officium. Sicut non possunt tollere consuetudines communiter approbatas.

14 NON est iniungendū illi, qui prætermisit officium, vt illudmet repetat: sed aliquid aliud, vt septem psalmos, vel psalterium, secundum quantitatem officij dimissi, vt congruitas officij quò ad tempus non tollatur: secundum Thomam quolibet tertio, argum. 79. Talis tamen pœnitentia est arbitraria, secundum omnes, & præcipuè secundum Innocentiū, & Archidiaconum.

15 QVI dimisit aliquid in medio, vel in principio officij, non oportet repetere totum officium: secundum id quod omissum est, vel aliquid aliud dicere: secundum Vul. Si autem partem notabilem dimisit: secūdum Ar. reincipiat totum, si vult mortale euadere. Et si dixit nonam ante sextam, non est opus replicare, sed sufficit dicere omissam: secundum Petrum de palud. Similiter qui propter aliquod legitimum impedimentum dimisit horas: vt propter infirmitatem, vel prædicationem, non tenetur altera die illud replicare, sicut de ieiunio omisso, propter rationem iam dictam: secus quando eodem die potest satisfacere. Et qui audit legi lectiones, vel antiphonas, & huiusmodi in choro, non oportet quòd ipse replicet, sufficit attentè audire, nisi exerceat se in choro, qui non potest ita attendere: charitas enim facit, vt quod vnus facit, alteri tribuatur: quod est bene notandum.

16 DIMITTENS officium ex infirmitate multùm infesta, vel quādo dicendo multùm conturbatur, nō peccat mortaliter: & in hoc statur iudicio medici: secus quādo esset modica infirmitas. Panor. in d. c. 1. Nec tenetur illud audire, vel repetere postmodùm: secundū Inn. & Pa. c. ex parte. de obse. re. Similiter non dicens officiū: quia sine culpa sua caret libro, vel nō videt, vel huiusmodi, non peccat mortaliter. Debet tamē satisfacere dicendo aliquid aliud loco officij, cū hoc sit ex naturali lege. Prædicatores autem, & lectores, qui propter vitandum magnum scandalum, vel non impediendū magnum fructum, nō dicunt officiū, non peccant mortaliter, nisi fortè fuerint negligentes, cùm potuissent priùs dicere, & noluissent. Similiter ex obliuione excusantur. nec repetere tenentur, transacto tempore congruo, vt dictum est suprà.

17 TEMPVS, quo debet dici officiū priuatè, secundum Caiet. ibi, est totus dies à vespere præcedentis diei, vsque ad mediam noctē diei sequentis: ita tamen, quòd solas matutinas liceat dicere in vespere diei præcedentis, reliquas autem horas vsque ad mediam noctem diei sequentis. Multùm tamen tardare ex negligentia, licèt non sit mortale, graue tamen veniale est, si sine rationabili causa fiat. Possunt tamen præuenire horam consuetam, dicendo matutinas in sero, vt quietiùs & commodiùs dicāt, vel ob aliquam honestam causam, vt consulitur in iure. in cap. presby. de celeb. miss. De officio autē, quod collegialiter dicitur, est sancitum in lege. clem. 1. de celebr. miss. quod dicatur debitis horis secundum consuetudinem, & ordinationes

ecclesia-

ecclesiarum. Prætermittere autem tales rubricas etiam ex negligẽtia, dummodò communiter seruetur cõsuetudo, nõ videtur mortale, remoto contemptu. Dicit tamen Sil. ibi. §. 8. quòd prælati ecclesiarum collegiatarum, & cathedralium, mortaliter peccarent, si notabiliter sine rationabili causa horas proprijs horis nò dici facerẽt, propter illud verbum cle. c. sancimus. Hora autem debita non debet accipi punctualiter, alioquin post primam immediatè non posset dici tertia: sed secundum communem cõsuetudinem, nisi aliquo imminente scandalo.

28 DICERE missam ante matutinas, secundum Arch. Flor. est mortale: quia contra consuetudinem totius ecclesiæ, dist. 2. c. his rebus. Si tamen aliquis casus, vel rationabilis causa adesset, vt pro vitando scandalo, & nõ inuenitur qui celebret, & simile, nõ credo esse mortale: & ita tenet Silu. verb. miss. 1. §. 6. Neque etiam mortale est cantare missam collegialiter ante primam, ex simili causa: secundum eundem Sil. ibi.

29 MODVS vacandi officio, & illud dicendi præcipitur: in cap. dolentes de celebrat. miss. videlicèt quòd studiosè, & deuotè dicatur diuinũ officiũ, tam diurnum, quàm nocturnum, estque præceptum non de officio dicendo: sed de modo, in quo præcepto nihil aliud exigitur, nisi quòd quis animo vacandi Deo horas inchoet, & in contrarium iste animus non mutetur dum soluit diuinum officium. Ideò qui in officio aduertit se cogitare hoc, vel illud, quæ sunt ab officio extranea: sed non aduertit, quòd ab officio distrahatur, quamuis voluntariè illa meditetur, non propter hoc animus habitus à principio vacandi officio est mutatus in contrarium: quia nunquam habuit iste animũ recedendi à vacando Deo in illo officio. Est etiam hoc facile: quia sufficit, quòd intendat vnum de his quatuor: videlicèt, vel ne erret in verbis, dicendo vnum pro alio: vel quòd attendat ad sensum verborum, applicando affectum ad id, quod verbis significati vel ad gratiam petitam in oratione, vel officio, vt ad charitatem, vel simile, vel ad Deum, seu Christum. Vnde nunquàm mortaliter peccatur in hoc remanẽte primo proposito, vt dictum est. secundum Caiet. ibi. supra. Quando autem quis actualiter remoueret talem attentionem, vt cum intentione nolendi amplius attendere officio, vel occuparet se in aliquo, quod requirit attentionem, vt numerando pecunias, vel huiusmodi, mortaliter peccaret, quia contra hoc præceptum ageret. Secus si tale opus non requirit attentionem, vt est ambulatio. Talis autem attentio potest esse actualis, virtualis, & habitualis. Habitualis sola non sufficit, secundum Tho. in 4. sententiar. dist. 15. Actualis est valdè difficilis, & non est necessaria: secundum eundem Thom. Virtualis autem est necessaria, & hæc præcipitur in d. ca. dolentes, quando dicitur, quòd dicatur deuotè.

30 SVFFICIT ergo: vt cùm quis incipit dicere officiũ, vel quòd antè habeat aliqualem actualem intentionẽ satisfaciendi, vel dicendi officium, & quòd non diuertat voluntariè ab illa intentione, nec se occupet in aliquo exercitio, quod multùm mentem occupet, & quando sentit mentem ad cogitandum alia conuersam, studeat reuocare, vel saltem non deliberet animo prosequi talem cogitationem contrariam intentioni primæ, & hoc est facile. Quis enim vult dicere officiũ. & non aliqualiter cogitat actu quid vult facere? profectò nemo, nisi qui fatuus est. Ex dictis S. Thom. & Pet. vbi suprà, elicita sunt prædicta. Ex multis enim ab illis dictis hæc pauca collegimus.

31 QVO ad locum, officium debet dici in ecclesijs collegiatis, regularibus, & cathedralibus in choro: vt in dict. clementi. 1. Et prælati, vel illi, ad quos pertinet facere hoc obseruari, si sine causa rationabili non faciunt, mortaliter agunt. d. cle. 1. Illi autem qui deputati sunt ad chorum, tam beneficiati,

neficiati, quàm religiosi, debent dicere in choro, nisi ex iusta causa dispensentur. 92.d.c.vlt. & quando ex contemptu, vel quãdo ecclesia multum, vel notabile damnum incurreret, ex eorum absentia, & non haberent legitimam causam, mortaliter peccarent, per dict. capitu. fina. vbi dicitur, quòd qui non conuenerit, deponatur à cleto, quod nõ fit, nisi propter mortale. Si autem sine contemptu, & ex causa hoc faciant, mortaliter non peccant, ex qua causa, prælati possunt dispensare in hoc, dummodò in priuato dicant.

22 QVI in choro existens, suũ versum submissa voce dicit, alterum autem audit, secundum Caietanum, ibi, nõ satisfacit: ergo mortaliter peccat, si non replicat. Tabu. autem ibi. §. vlti. tenet, quòd satisfacit. Prima tamen opinio innititur bonæ rationi, quia talis sic dicens non communicat cum alijs in choro, & consequenter totum officium non dicit, vt præcipitur in d.c. presbyter. de cele. miss. Alij fundant se super consuetudine, quæ sic extat, nescio, imò videtur oppositum, quòd ferè omnes alta voce dicunt, qui possunt. Mihi magis consonat opinio Caiet. quia super melioti ratione fundari videtur, vt præcepto satisfaciat.

HOSPITALE.

HOSPITALE constructum absque authoritate Episcopi, & deputatũ ad hospitalitatem viuente ædificatore, potest ad humanũ vsum redire, secundũ Pan. id c. ad hæc. de religio. domi. Licet enim cuicunque de domo sua facere hospitale, & si placet, trahere ad statum pristinum. Ad hoc facit c. inter dilectos. de donatio. Secus autem est, mortuo ædificatore. authentic. de ecclesiastic. titul. §. si quis ædificationem. Intellige nisi aliter ante mortem ordinasset constructor, quod executioni mandari debet, vt in dicto. §. si quis. Hospitale sine authoritate põtificis, etiam cum oratorio construi potest, secundum Hostiensem, sed non debet ibi celebrari sine authoritate episcopi. argument. in capitulo vnicuique. de consecratione. distinctione prima. & hoc putat verius. Panormitanus allegat textum capitul. inter dilectos. de donationibus, secundum vnam lecturam. Et idem Ioannes Andræas post Vincen. & Tancre. An hospitalia ad episcopos pertineant, & quis eorum possit esse rector, quia hoc magis ad forum exterius pertinet, quàm animæ. vide Tabu. & Sil. ibi, quia copiosiùs tractant. Ego autem pertranseo. Hospitalium rectores, si redditus hospitalium in pios vsus non expendũt, excusationem non habent. Ad hoc enim deputati sunt.

IACTANTIA.

IActantiæ peccatũ incurritur, quando quis se plus quàm sit, vt appareat verbis extollit, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 112. Est enim species mendacij, ideò iuxta naturam mendacij, mortale, vel veniale iudicandum est. Similiter quia iactator non solùm mentitur, sed se laudat, ideò attendendum est, an talis laus sit pernicioſa, iocosa, vel officiosa. Tertiò, est arrogantia, quam similiter oportet considerare, an sit pernicioſa. Quartò, est lucrum, quod quandoquè quæritur, & tunc considerare oportet, an sit proximo nociuum notabiliter. Quintò, est gloria, de qua oportet videre, an in ea constituatur finis. Sextò, est vanitas, quæ communiter venialis est. Quando ergo iactantia pernicioſa est notabiliter proximo ex intentione, aut de aliqua materia contra Deum, vel proximum mortalis est. aliàs venialis, secundum Caietan. ibi. Et secundum Greg. ponitur inter species superbiæ. Et si iactantia propriè in dictis consistet, tamen quandoqnè in factis inuenitur, quando scilicet facta vim verborum habent.

IDOLOLATRIA.

IDOLOLATRIA, qua per exteriora signa alteri quàm vero Deo diuinus cultus exhibetur, peccatũ mortale est, quia creaturam creatori çqua-

lem facit: estque superstitionis species, de qua in loco suo dicetur, cùm de superstitione erit sermo. Idololatrare ex metu, etiam quòd quis non libenter, neque infideli animo faciat, mortale est: quia contra honorem Dei, & mendacium pernicioſum est.

2 DANS alicui hostiam non consecratam pro consecrata, idololatriam committit, non autem adorantes, secundum Thomam quolib. 5. quæstio. 6. articulo 2. credunt enim consecratam esse.

3 IDOLOLATRIA est grauissimũ peccatum secundum se, contra præceptum primum primę tabulæ. Tho. secunda secundæ. quæstion. 84. artic. 1. sicut in terrena republica grauissimũ esse videtur, quòd honorem regium quis alteri det, quàm regi, quia quantum in se est, totum reipublicæ ordinem conturbat: sic grauissimum esse videtur, quòd aliquis diuinum honorem creaturæ attribuat. Potest tamen esse minùs graue hæresi, cùm idololatria ignoranter peccet, hæreticus scienter fidem corrumpat.

IEIVNIVM.

1 IEIVNIVM, quantum ad necessitatem, primò, requirit qualitatem ciborum, scilicet abstinentiam abesu carnium. In quibusdam ieiunijs vltrà hoc, abstinendum est ab ouis, & lacticinijs. vt in quadragesima: in alijs autem ieiunijs, mos patriæ seruandus est. Si autem in aliquibus locis etiam consuetum esset in quadragesima vti butyro, ex quo ecclesia scit, & tolerat, excusantur vtentes à mortali. Secundò, quantum ad horam conuenientem, dico, quòd ante nonam, id est meridiem, ieiunantes, non debet comedere, secundum Thomam secunda secundæ. quæstio. 147. articulo. 7. Panormitanus in rubric. de ieiun. & nona. grosso modo computatur, nisi aliter obstet consuetudo: quia si consuetum esset hora tertia, vel sexta comedere tempore ieiunij, potest seruari, secundum Caieta. ibi. Sicut nunc multi religiosi consuerunt comedere ante meridiem, per multum spacium: & tempore S. Thomæ, nona erat hora tertia post meridiem. quia dicit, quòd hora nona est, quando Christus emisit spiritum, vt patet secunda secundæ, suprà. Tertiò, quantum ad comestionem, necessaria est vna tantùm comestio, secundum Thomam vbi suprà. & sic habet consuetudo. Sumere autem aliquid in sero, vel vltrà prandium, ad sustentationem naturæ, est bis comedere, & consequenter frangere ieiunium, secundum Thomam suprà. Sumere autem aliquid extra prandium potiùs ratione medicinæ, ne vinum noceat, vel vt quis possit dormire, vel propter choleram, vel credentiam, vel huiusmodi, quando non fit in fraudem ieiunij, non frangitur ieiunium, etiam sumendo sine siti ex consuetudine videtur tolerabile. quia parum, pro nihilo reputatur. Sumere etiam modicũ panis propter eandem rationem, non damno, maximè quando sic habet consuetudo. Panormitanus in dicta rubrica. In manè autem sumere collationem, quia non est consuetum, non puto licere, nisi ex aliqua causa legitima, vt ratione complexionis, negotij, vel huiusmodi, adeò quòd sit per modum medicinæ, & non comestionis.

2 SECVNDO, quantũ ad dies, quibus est ieiunandum, dico quòd huiusmodi dies magis noti sunt ex consuetudine, quàm ex iure, secundum Caietanũ ibi, & sunt isti, quadragesima, quatuor tempora, quæ quater in anno veniunt, videlicet, Post pent. cru. lu. ci. sunt tempora quatuor anni, vigiliæ Natiuitatis Domini, Pentecostes, Assumprionis Sanct. Mariæ, omnium sanctorum, omnium Apostolorum, nisi Ioannis, Iacobi & Philippi, & natiuitatis Sancti Ioannis Baptistæ, Laurentij, & non plures, nisi consuetudo stet in contrarium. Ista quæ dicta sunt esse de præcepto, partim sunt de iure, partim sunt de consuetudine habente vim iuris. Ideò secundum Petrum de Palud. in 4. dis.

15. Archi. Flor. & alios doctores frangens dicta ieiunia sine causa rationabili, siue ex negligentia, siue ex gula, etiam remoto contemptu, mortaliter peccat. Vide Thomam secunda secundæ, suprà, artic. 3. ex quo idem concluditur. Hanc viam sequitur etiam Caietanus ibi, circa finem, dicens, quòd ex communi interpretatione, videtur vinculũ præcepti obligantis ad mortale transgressores, ex inobedientia, vel contemptu, quando sine causa rationabili, vera, vel æstimata, vel authorizata, non habita, speciali, aut generali gratia summi pontificis, quia tunc scienter ageretur contra opus præceptum. Et dicit, quòd hoc non asserit secundum ius scriptum, sed secundum communem interpretationem, quæ præcepto æquipollet.

3 TERTIO quantum ad obligationem, dico omnes ad hoc generale præceptum teneri, nisi causa rationabilis eos excuset, quæ est vel impotentia, vel necessitas, vel pietas melioris boni. Et reputatur rationabilis, siue sit vera causa, siue æstimata, vel authorizata (vt diximus) vt cùm quis dubitat infirmari si ieiunet, etiam quòd sit falsum, habetur pro rationabili causa, cùm sic existimat, & ratione huius credit se excusari, vel si dubitat, facit cum licentia episcopi, vt possit frangere ieiunium. Ex impotentia, excusa pueros, vsque ad vigesimumprimum annum completum, senes, vt sexagenarios, & alios qui non possunt. Tempus enim senectutis indeterminatum est. Infirmos, & manifestè debiles, ex consilio medicorum habentium Dei timorem, prægnantes, & lactantes, paupers, qui hora prandij sufficientem cibum habere non possunt, secus si possunt: tunc tenentur & ipsi ieiunare, nisi aliud impedimentũ existat.

4 NECESSITAS etiã excusat quoscunque oportet facere aliquod opus necessarium ad salutem corporis, vel animæ, vel ad statum temporalem, vel ad vitandum damnum, vel ad acquirendum aliquid de raro euenientibus, vel oportet laborare quantùm potest, cùm quibus nõ stat ieiunium, aliter non potest se, suamque familiam decenter alere, vestire, dotare, tenere filios in studio, &c. Hinc excusantur omnes, qui ex necessitate cuiuscunque debiti operis, non possunt ieiunare. Lex enim ieiunij, non impedit opera necessaria, nec debita. Et breuiter quicunque non potest officium sibi debitum perficere ieiunando, potest sine mortali soluere ieiunium, vt prædicatores, lectores, aduocati, & cætera. Etiam vxor, si ob ieiunium non posset debitum viro reddere, vel exosa ob turpitudinem efficeretur, & similiter vir erga vxorem, non tenetur ieiunare, secundum Caietan. ibi.

5 QVARTO quia ieiunium præcipitur, vt ad maius bonum inductiuũ propterea excusantur, qui incumbentes alicui bono maiori, quàm sit ieiunium, vt sunt opera misericordiæ corporalia, vel spiritualia, si propter ieiunium oportet hac dimittere. In illo enim casu maius bonum impediretur, quod ecclesia non intendit. Ex hoc patet, quòd quis non potest assumere peregrinationem dimisso ieiunio, quia maius bonum est ieiunium quàm peregrinatio, quæ corporalis exercitatio est. Si tamen talis peregrinatio esset necessaria, vel ex ea maximè Dei honor augeretur, vel adesset magnus feruor in peregrinatione, quæ omnia maius bonum iudicarentur, & cùm hoc non posset ieiunare, liceret dimisso ieiunio peregrinationem assumere. Concordat Caietanus ibi, & facit canon non mediocriter. de cõsecratione, distinctione quinta. Prudens ergo confessor ex his iudicare poterit.

6 QVIA dictum est quòd rationabilis causa excusans est, quãdo quis existimat sine magno periculo vel infirmitatis, vel alterius nocumenti, non posse ieiunare, vel suadetur à timoratis, & credit sic esse, licèt non sit & nisi hoc crederet, non frangeret

ieiunium : & ex hoc non immineret scandalum, nec alteri periculum. Ideò multæ personæ à transgressione huius præcepti excusantur non ieiunantes. Propter quod confessor sit prudens, ne tales damnet, sed excusationem illarum accipiat . maximè quando dicunt, quòd libenter ieiunarent si possent , & quando ieiunant ter in hebdomada credentes nó plus posse facere, satisfaciunt. Et quando causa est dubia, recurrendum est ad authoritatem superioris, videlicèt episcopi, si aditi potest, vel parochiani, cùm episcopus non potest adiri , qui episcopus non solùm poterit dispensare iudicando causam rationabilem, sed etiam commutare in aliquod aliud. causa non existente rationabili. Potest etiam idem episcopus mutare vigiliam alicuius festi, si in aliquo solenni festo euenerit. vt vigilia Ioannis Baptistæ, si in festo corporis Christi veniat, potest facere quòd in vigilia corporis Christi ieiunetur , & pòst in vigilia S. Ioanis comedantur carnes. Idem de alijs vigilijs sanctorum, quia ecclesia non consueuit ieiunare vigilias sanctorum in solénnitatibus, sicut non ieiunat vigiliam Ioannis euangelistæ, non est autem sic de vigilijs quatuor temporum. Concord. Panor. & Innoc. in dict. rubri. & hoc euenit 1519. & sic fuit factum per ordinatium.

7 AN hoc præceptum de ieiunio obliget ad mortale. Dicit Caietan. ibi, quòd non inuenit in iure præceptum aliquod, quòd sit antonomasicè præceptum obligans ad mortale, licèt sit præceptum quod distinguitur contra concilium. Dicit tamen quòd ex cómuni interpretatione videtur vinculum præcepti obligantis ad mortale transgressores ex inobedientia, vt suprà dictum est. Vnde non negat transgressores mortaliter peccare, etiam remoto contemptu, sed dicit ex iure scripto, se non cognoscere, quòd in fractione ieiunij quis incurrat mortale absque contemptu. Et quia communis sententia doctorum est, quòd est præceptum ad mortale obligans. ideò hoc indubitanter tenendum, cùm & hoc habeat vniuersalis ecclesiæ consuetudo, cuius principij non extat memoria.

8 QVI non ieiunauit vno die, quo tenebatur, non tenetur alio die ieiunare, secundum Panormitanum in capitulo primo. eodem. sicut de horis canonicis dictum est, nisi aliquando ratione voti, vt cùm votum est de ieiunio principaliter, & secundariò de die, vt si infra mensem voui ieiunare, & non ieiuno transacto mense, adhuc teneor. vel si iniungatur à confessore per annum omni sexta feria ieiunium, si non ieiunauit feria sexta, tenetur sabbato ieiunare. Si autem votum principaliter est de tempore, vt ob deuotionem, vel celebritatem, vt de ieiunando in vigilijs beatæ Mariæ, vel huiusmodi, transacta vigilia, non tenetur: factus est enim impotens ad votum implendum. Onus enim erat temporis, sicut sunt ieiunia ecclesiæ, infrà, votum. §. decimoseptimo.

9 QVOAD dispensationem, dictum est, quòd Episcopus dispensare potest ex causa, vt infrà dicetur, secundum Caietanum ibi. Tabien. autem dicit secundum mentem Panormitæ in dicta rubri. post Innocen. & S. Thom. 4. sent. d. 15. quæ. 3. a. 2. ql. 2. quòd solus Papa dispensat in ieiunijs per ecclesiam inductis, nisi ex causa in debente ieiunare, ex qua potest Episcopus dispensare. In ieiunijs autem ex voto, Episcopus potest dispensare, etiam sine causa existente in eo, qui vonit: secundum Panorm. vbi suprà. Et si causa est nota, non indiget dispensatione: sed si non est nota, indiget declaratione, quæ potest fieri per quemcunque habentem iuris notitiam: quia non est dispensatio. In ieiunijs impositis per pœnitentiam, sit dispensatio: vel per superiorem, vel per æqualem confessorem.

10 QVI dispensatur in ieiunio, non propter hoc dispensatur vt comedat cibos prohibitos : ideò comedendo

sine

sine rationabili causa, vel alia dispensatione, peccaret mortaliter: quia contra præceptum, vel consuetudinem ageret. Idem dicit Archidiac. Floren. quia duplex est præceptum: vnum de non comedendo vetita: aliud de ieiunio.

11 IEIVNIVM factum in mortali, et si non valeat ad vitam æternam secundum Alb. valet tamē quò ad satisfactionem mandantis ecclesiæ, vel cōfessoris: vt nouum peccatum non incurratur, quod fieret non ieiunando. Et quia prodest castitati, & relinquit post se effectum bonum.

12 FACIENTES collationem grossam secundum cōsuetudinem Romanæ curiæ, vel tinelli, non frangunt ieiuniū: quia tales videntur generaliter dispensari. secundum Caiet. ibi, quia Papa scit, & tolerat: & quia seruant suam consuetudinem antiquam, quæ consuetudo legem videtur interpretari, ideò excusantur.

13 COMEDERE carnes feria sexta sine rationabili causa, mortale est, cōtra præceptum in cap. de esu carnium de consecra. distinct. 3. nisi in die natiuitatis Domini, in quo licet, nisi quis habeat ex voto, vel regulari obseruantia: vt in c. fin. de ob. ieiu. & multò magis si venerit in sabbato, licebit. Vnde prælatus potest dispensare cum fratre, quod comedat carnes, potest etiā dispensare, quod comedat in die Natiuitatis, si feria sexta venerit, vel sabbato: secundùm Sil. ver. ieiunium. circa finem. & fundamentum huius ponitur à Panor. in capi. fi. eod. quia per illud capitul. tollitur ius commune, & remanet votum, & religio, sed in religione, vt puta prædicatorum, potest prælatus dispensare. ergo, & ce. Sic etiam Tabul. credit. Qui autem vouit non comedere oua feria sexta, tunc non poterit comedere carnes, cùm plus sit quàm comedere oua.

Quidam tamen dicunt, quod oportet ad intentionem vouentis recurrere, & hoc credo melius. Neque sabbato comedēdæ sunt carnes: vbi est consuetudo: secus si non est consuetū: vt in Catalonia.

14 QVI frangit ieiunium, semel tantùm peccat, quando scilicet frangit, nō toties quoties comedit. quia postquā fregit, factus est impotens ad seruandum pro illo die, sed qui quotidiè in quadragesima frangit, quotidiè peccat quia potest quālibet diem seruare: sic tenet etiam Caietan. ibi, circa finem. In votis factis de ieiunio, recurrendū est ad intentionem vouentis, sicut in alijs votis.

IGNORANTIA.

1 IGNORANTIAE peccatum incurritur, cùm quis potest, & debet scire aliquid, siue iuris, siue facti, & non facit, quod potest vt sciat, siue hoc negligat: vt liberiùs sine scrupulo peccet, siue per solam negligentiam hoc fiat: quia negligit id, ad quod tenetur, quod si sit de necessarijs ad salutem, mortale est.

2 QVILIBET mentis compos tenetur scire communia fidei, & iuris, quę communiter à fidelibus Christianis, communiter instructis à parentibus, & prædicatoribus, & conuersatione Christiana sciuntur. vt sunt articuli fidei in ecclesia solennizati: vt articulus de Trinitatē, de Incarnatione, Passione, & huiusmodi. suprà. Credete. §. 2. Decē præcepta, præceptum de confessione, communione, ieiunio ecclesiæ saltem in cōmuni, quod non est periurandum, furādum, & ce. quod quadragesima, vigiliæ de præcepto sunt ieiunandæ, quamuis nesciat quæ sint illæ. ex Sanct. Thom. secunda secundæ. q. 73. artic. 2. concor. Caiet. ibi.

3 ITEM quilibet tenetur scire ea, quę ad officium suum, aut gradum, aut votum spectāt, quoniam his ignoratis, nesciret se rectè habere in occurrentibus: vt dicit Caietan. ibi. Sicut si ignarus officium cōfessoris assumat, vel huiusmodi.

4 IGNORANTIA affectata dicitur quādo quis nō vult scire quæ tenetur scire, sed placet ei nescire: vt liberius peccet, & hæc ignorantia non excu-

sat à quacunque pœna, nec minuit peccatum: quia non minuit voluntarium, sed auget: ideò aggrauat peccatũ, ex intẽtione voluntatis ad peccandum: quod cõstat, quia noluit, vt malè ageret, intelligere.

5 IGNORANTIA inuincibilis est, quando quis non potest scire, vel ex grossitia intellectus, vel ex maxima difficultate, vel quia rectè consulẽtem non habet. Et hæc peccatum non habet: quia nemo peccat in eo, quod vitare non potest. nisi vellet officium assumere contrarium suæ ignorantiæ.

6 IGNORANTIA crassa, vel supina est: quãdo homo nescit etiam ea, quæ sunt communiter scita ab omnibus, quando de facili potuit aliquid scire, & non curauit indagare: secundum Panormitan. in capitul. Apostolicæ. de sentent. excommunic. min. & hæc excusat non à toto, sed à tanto, id est, non à mortali, si est circa præcepta legis diuinæ, vel iuris naturalis. capitu. si quis oderit, vigesimoquarto, quæstione prima. & capitul. qui ea distinctio. 38. quod intellige, quando negligentia est lata: vt quia est contra contenta in dictis legibus expresse, & non subtiliter vel reductiuè. Not. quod non quolibet tempore ignorãs actu peccat: sed quãdo tempus est acquirendi scientiam, quam non habet, sicut in alijs peccatis omissionis contingit.

7 CONCLVDE ex dictis, quod ignorantia secundum Thomam secũda secundæ, quæstio. suprà, omninò inuoluntaria, siue sit inuincibilis, siue eorum, quæ quis non tenetur scire, omnino à peccato excusat. Ignorantia autem quæ non tollit voluntariũ, sed minuit: vt est crassa, & supina, minuit peccatum, non tamen à mortali excusat. Similiter ignorantia, quæ est causa peccati: vt cùm quis volens occidere inimicum, patrem occidit, quem si cognouisset, non occidisset, non excusat ab homicidio, sed à patricidij circunstantia. Ignorantia affectata auget peccatum: vt dictũ est.

8 DICO ergo, quod faciens aliquid ex ignorantia, quod non est contra legem Dei, vel naturæ, credens illud nulla lege prohibitum, licèt sit prohibitum, si talis ignorantia non sit affectata, nec crassa: quia laborat pro viribus scire necessaria sibi. ideò libenter audit prædicationes, & disputationes vbi hæc solent declarari, & facit quod communiter faciunt alij sibi similes: si est religiosus, libenter studet, & interrogat, excusatur in foro animæ ab omni culpa, & excommunicatione in conscientia capi. cognoscentes. de constit. non enim plus exigitur, quàm possit homo: secundum autem forum exterius aliter iudicabitur, nisi forte ignorantiam probauerit quia in dict. capi. cognoscentes. determinatur, quod volens ignorantiam suam probare ad euitãdam pœnam, audiendus est. Concord. Sil. ver. ignorantia. §. 7.

9 PROICIENS sagittam vt volucrem interficiat, & trãseuntem hominem interficit, si fecit debitam diligẽtiam, & posuit signũ, ne quis transeat, vel clamauit vt aduerterent, si aliquis ibi fuisset, vel erat in tali loco, in quo non erat verisimile aliquem esse: vt in deserto, & aduertit si quis fuisset, excusatur in foro animæ. quia fecit totum ad quod tenebatur, & hoc homicidium fuit penitus inuoluntariũ. Si verò in his fuit negligens, non excusatur, & tunc secundum notabilem negligentiam, vel non notabilem, plus, vel minus iudicabis. Nam quilibet debet aduertere quæ facit, aliter si sit inconsideratus, sibi imputabitur.

10 SI ebrius aliquem interficiat, mortaliter peccat, si in potestate eius fuit inebriari, & non, & tamen noluit cauere, tunc omne sequens ex tali ebrietate illi imputabitur: secus si sine culpa sua factus est ebrius, & non potuit se facere custodiri, vt futurum periculum caueret. Tunc enim quia talis ebrietas illi non imputatur, nec consequenter malum sequens, quod vitare non potest, cum non sit sui compos.

Quan

Quando autem lex, vel statutũ ignorantes puniat, vide Panor. in capit. 2. de constitut. in glos. fin. Cyn. in l. si quis non dicam. C. de episcop. & clericis.

ILLEGITIMI.

1 ILLEGITIMI filij qui sunt, & quomodò legitimentur suprà, Filius. §. 11. infrà. Legitimus. §. 2. Ignorantia promotoris, & promoti illegitimi ad ordines, excusat eos. Nam omnes illegitimi, mances, spurij, nothi, prohibentur ordinari. ca. innotuit. de electio. Filij autem sacerdotum geniti antequàm pater ordines sacros susciperet, possunt promoueri ad ordines quoscunquè & ad dignitates, nisi in illa ecclesia, in qua patres eorum fuerunt prelati, vel canonici: secundum Raym. quòd intellige adeasdem dignitates, vel præbendas, quas eorum patres tenuerunt. Ad alias autem etiam in eadem ecclesia poterunt canonicari, & promoueri, etiam viuentibus eorum patribus, & in eadem ecclesia in officio suo manentibus. capitul. ad hoc, de filijs presbyterorum. suprà, Beneficium. §. vigesimoprimo. Quomodò cum eo potest dispensare Episcopus. suprà, Beneficium. §. 23. vsque ad 14. multa ibi circa huiusmodi dicuntur.

2 SI quis pòst contractum matrimonium ordinetur ad sacros ordines, vxore inuita, vel ignorante, filij erunt legitimi: secus autem ipsa consentiente, vel sciente, & non reclamante. cap. seriatim. d. 32. Et ita iuxta distinctionem hanc, opiniones Ray. & Goffr. quæ videntur contrariæ, possunt concordari. Sil. ibi. §. 4.

IMAGO.

1 IMAGINIBVS cælestibus, siue purè astronomicis vti, ad effectũ quosdã subiectos corporibus cælestibus, omni remota superstitione: vt fumigationum, characterum, & huiusmodi, quæ ad cælestis influxus nil faciũt, non est peccatum. Huiusmodi enim characteres, fumigationes, &c. ad secreta dæmonum, quorũ societas nobis prohibetur, videntur pertinere: secundum Caiet. ibi, in summa.

2 ZVINGLIVS hæreticus, & Felicianus, dicebant sanctorum imagines destruendas, nec Christianos eis vti debere: sed dico vsum imaginũ approbatum fuisse in concilio secundo Niceno in Cõstantinopolitano sub Hierone, in alijs tribus concilijs Lateranen. sub Gre. 2. & 3. sub Stephano, & in cõcilio Francfordien. & fuit dãnata hæc hæresis Feliciana. Nam imagines pinguntur pro idiotis: vt qui literas nesciunt, ibi addiscant, quod imitentur: vt de consec. d. 3. in. c. perlatũ. Quomodò autem adorari debeãt. suprà, Adoratio. §. 6.

3 IMAGINES sanctorum non sunt violandę. in dict. ca. perlatũ. sed adorandæ: ibi, in capitul. venerabilis. Et prohibitum est eas in terram prosternere, lapidibus obruere, & huiusmodi, c. si canonici de offic. ordin. libr. 6. Irreuetentiam enim hoc continet.

4 IMAGO Christi non est pingenda sub forma agni, sed hominis. capitul. sanctam synodum. de consec. distin. 3. quia præsente veritate, cessare debent figuræ, quòd etiam credit glossa ibi.

5 QVOMODÒ imago crucis est adoranda. suprà, Adoratio. §. 7. quam sculpi in marmore, vel lapide in terrà positis, non licet, & videtur mortale: quia grauissima pœna lex contra facientes punit. C. nemini licet. fig. sal. l. vnica. Ideò valdè sunt reprehensibiles, qui in sepulchris in terra positis cruces sculpunt. Qua autem adoratione sit crux adoranda. suprà, Adoratio. §. 7. similiter quomodò sanctorum imagines sint venerandæ, ibi. §. sexto.

IMMVNDITIA.

1 IMMVNDITIA in effusione seminis contra ius matrimonij volũtariè, peccatum mortale est: quia Apostolus dicit tales excludi à regno Dei. Immunditia verò in emissione superflui in vomitu, & similium ex gula procedentium, communiter

est veniale, mortale autem, quando propter delectationem quis prouocat se ad vomitum, nulla alia ratione, nisi vt iterum comedat: secundum Tabul. Videtur enim contra naturam turpiter agere, & notabiliter gulosus, vel quando exponit se periculo alicuius notabilis mali corporalis, vel spiritualis. Videtur enim tunc ponere vltimum finem in delectatione gulæ.

2 IMMVNDITIA corporalis, quãdo quis immundè, & sordidè comedit, & viuit, peccatum est: quia rectę rationi dissonat, sed communiter veniale in rebus non sacris, in sacris verò si notabilis est, mortaliter agitur, quia diuina reuerẽtia offenditur, & sub præcepto prohibetur iure canonico, in capit. relinqui. de custo. eu. suprà, Corporalia. §. 5. Aduertant hîc sacerdores, vt in sacris, & præsertim in his, quæ circa missam sunt, vt immunditiam vitent.

IMMVNITAS, suprà, Emunitas.

IMPEDIMENTVM, infrà, Matrimonium.

IMPVBES.

1 IMPVBES dicitur homo vsque ad annum 14. completum in masculo, in fœmina vsque ad 12. inclusiuè. C. quando tur. vel cur. l. vlt. & quantum ad determinationem ecclesiæ. licèt secundum naturalem dispositionem quandoquè in tali ætate non sint apti ad generandum, & sic non dicerentur impuberes, vt in cap. puberes. de despon. impu. quia tamen in hac ætate communiter pubescere incipiunt, ideò ecclesia sic statuit, & tũc possunt contrahere matrimonium, vt in cap. impuberes. &c. continebatur. de despon. impuber. non autem antè, nisi proximi essent pubertati, & malitia suppleret ætatem in c. de illis el. 1. eo.

2 IMPVBES testis esse non potest in maleficijs. ff. de testib. l. in testimonium, quantum ad plenam probationem, sed ad indicium potest examinati, & dictum eius est sufficiens ad indicium, secundum Bartol. in l. talis. C. de his quibus vt indig. non tamen debet torqueri, licèt soleat terreri, & habena, vel ferula cædi. ff. ad Senatusc on. Sylleia. l. 1. §. impuberes. Nec possunt impuberes, & furiosi capitalem committere fraudem, id est, pœnam pro qua capite sint puniendi. ff. de ædil. edict. l. cum autem. Quamuis in aliquibus ante hoc tempus incipiat pubertas, tamen hoc est tempus in iure decretum. Pubes namque propriè lanugo est, quæ maribus in anno 14. in fœminis 12. circa pudenda nasci consueuit.

INANIS gloria, suprà, Gloria.

IMPIETAS.

1 IMPIETAS, quia parẽtibus, & cõsanguineis, & conciuibus debitus cultus subtrahitur, aut iniuria irrogatur mortale peccatum est ex suo genere, & valde graue, contra primum præceptum secundæ tabulæ, & hoc si fiat animo nocendi, vel inhonorandi talem, vt talis est, nisi quando esset pro re minima, & in primis motibus animi. Si autem non sit animus despiciendi beneficium, patriam, parentes, vel huiusmodi, sed ex alia causa, tunc iudica mortale, vel veniale, secundum materiam, circa quam versatur impietas, & adde peccato maiorem grauitatem, sicut fit in peccato ingratitudinis, secundum Caietanum ibi. Pariter etiam peccatur cõtra supradictos in omittendo ea, quæ quis exhibere tenetur.

IMPVDICITIA.

1 IMPVDICITIA vitiũ est quãdo quis vacat actibus, tactibus, osculis, & amplexibus libidinosè, hoc est, causa delectationis sensibilis, quæ ibi sentitur, etiam si nullum opus aliud intendat, & si fiat à non coniugibus, mortale est, secundum Caietanum ibi. quia huiusmodi delectatio, ad generationem est ordinata, sicut & cæteri actus venerei, & propterea nisi fiat propter generationem licitam, peccatum est, ob priuationem proprij finis, quia dicit Apostolus Gal. 5. quòd impudicitiam agentes, regnum

tegnum Dei non consequentur. Dicit enim quod huiusmodi actus impudici, eiusdem sunt moris, cuius esset coitus consummatus inter illos, ita quòd si fiant inter consanguineos, ad incestum spectant, & sic de alijs. Et concludit, quòd si fiant inter coniuges, erunt venales si inter alios, mortales. quia hi actus multò viciniores sunt actui consummato, quàm cogitatio morosa, quæ in sola mente consistit. Si autem fiant huiusmodi ex benevolentia vt quando visitant se inuicem homines secundum morem patriæ, remota omni mala intentione, non sunt peccata. Vnde concludit licitum esse delectari in visu pulchræ mulieris, non autem in tactu, quia visus de natura sua non ordinatur ad coitum, sicut tactus. Ex his autem dictis videtur valdè periculosa vita hominis, qui dum se tangit, vel fricando, vel mingendo, & sentit aliqualem delectationem, & placet sibi, mortaliter peccaret. Ego autem sic intelligo, quòd quando homo aduertit, & perfectè deliberat delectari in huiusmodi tactibus venereis, vel in seipso, vel cum alio, etiam quòd nolit consummare actum extra matrimonium, mortaliter peccat, quia delectatio talis ex se mortalis est, nec propter hoc vita hominis est periculosa, quia hoc facere contra naturam est, ideò naturaliter à ratione extraneum esse debet. Concordat Tab. in verbo, osculum, & cogitatio morosa. Sil. ver. delectatio. Sed in hoc videntur à Caiet. dissentire: quia ipse Caiet. non vult esse simile de visu, sicut de tactu, illi autem videntur includere, tam visum quàm tactum, & etiam verba. Dicerem tamen, quòd si homo videndo pulchrùm mulierem, non solùm delectatur de eius pulchritudine, sed etiam deliberat delectari de illa delectatione libidinosa, quæ ordinatur ad actum de se, licèt non intendat actum illum, mortaliter peccat. Similiter quando in verbis turpibus idem intendit, & in visione rerum pudendarum. Hæc enim omnia excitant motus carnis, & concupiscentiam, ex quibus talis delectatio oritur. Nec credo quamlibet delectationé modicam, esse mortalem, propter imperfectionem actus, sicut in alijs peccatis est.

2 SI hæc prædicta fiant à cõiugibus, vel sponsis, de præsenti excusantur: si autem sint sponsi de futuro, & credũt eis ista licere, quia sic cõsuetum est, poterunt aliquo modo excusari. Si autem huiusmodi tactus fiant causa affabilitatis, secundum morem patriæ, & sine mala intentione, licebunt, dummodo non fiant in partibus pudendis. Si autem mulier sciret se osculari ab aliquo malo animo, & posset vitare sine scandalo, tenetur hoc facere, ne occasionem ruinæ ei præbeat: si autem non potest, non peccat, sed ei imputetur, si scandalizetur, sicut pharisæorum scandalum. Idem dico de viro erga mulierem. Tunc enim non est scandalum actiuum, sed passiuum.

3 QVID si mulier nupta seipsum tãgat inhonestè? Dicerem quòd si hoc facit vt præparet se ad actum matrimonij cum viro suo, dummodo non sit periculum de pollutione extra actum matrimonij, non peccat mortaliter. Et idem de viro, quia hoc ordinatum est ad id, quod licet. Si autem faciat tantùm ob delectationem, vt quia virum tunc non habet, & vult delectari saltem in tactu, mortaliter agit, peccato mollitiei, quia pro tunc hoc sibi non licet, quia non ordinatur ad actum matrimonij, cùm virum non habeat. Caiet. autem in verbo, matrimonium, dicit, quòd tactus coniugũ inter se ob delectationem tantùm, nó sunt mortales, nisi propter periculum pollutionis extra vas, sicut de ebrietate. Vt cùm quis multum bibit cum periculo inebriandi, &c. Si autem intendant explicitè pollutionem, vel nõ curant etiam si eueniat, sed essent contenti quòd eueniret, etiam quòd non intendant, mortaliter agunt, secundum Caie. suprà, exponunt enim seipsos periculo mortalis culpę, quam ostendunt sibi non displicere, vt debet.

INCENTATIO.

1 INCANTATIO omnis, ex genere suo mortale peccatum est. nam ibi semper est dæmonis expressa, vel tacita inuocatio, ex aliqua superstitione adinuenta, ad aliquem dæmonis cultum. Vnde exercens huiusmodi incantationes, non excusatur à mortali, nisi ex imperfectione actus, vt quia non credit ibi interuenire dæmonis inuocationem, sed bona fide arbitratur dare operam rei licitæ, quæ quidem ignorantia videtur tãtùm habere locum in personis idiotis, quandiu non sunt monitæ. Post monitionem autem si non desistant, non excusantur: quia cessat bona fides. Nec excusantur, qui ignoranter fecerunt, qui tamen si sciuissent, nihilominùs fecissent. Concordat Caiet. ibi in summa. Quia ignorantia, causa peccati nequaquam extitit.

2 OCCVLTA dæmonis inuocatio, ex multis cognoscitur. Primò, ex aliqua conditione vana adiuncta tanquam necessaria: vt cùm dicitur, quòd oportet talia verba esse scripta in charta caprina, vel manu sinistra vel à virgine, & huiusmodi. Hoc enim nihil facit ad verborum virtutem. Secundò, quando ad effectus naturales adhibentur aliqui characteres significatiui, quos dæmones ipsi intelligunt. Tertiò quando ponuntur nomina, vel omninò incognita, vel nescitur ad quid pertineant. Quartò, quando effectus expectatus ex huiusmodi, excedit virtutem naturalium agentium, vt nosse cogitationes cordis, sanari statim hominem, vel aliud animal, & huiusmodi, quò ad medicinalia. Quintò, quando quæritur effectus vanus ex verbis sacris, vt si dicendo versiculum psalmi mouetur annulus, est manifestum quòd Deus non operatur ad huiusmodi vana, sed dæmon, qui gaudet honorari verbis, & rebus sacris. Sextò, ex adiunctis quibusdam verbis falsis, vt quòd Iesus dixit vxori suæ, vel quòd habuit psalmũ, vel febres, &c. vel quando adiunguntur apocrypha, vel incerta. Est enim mirabile, quòd Christus, qui tantam virtutem dedit Apostolis ad miracula facienda, hæc secreta eis non reuelauerit, quibus vetulæ, & hi pessimi homines videntur dotati. Omnia ergo hæc relinquenda sunt penitùs, quia superstitiosa, & mala censentur. Caieta. ibi concordat in sententia. Inuocatio, per totum. Superstitio. §. 3. Diuinatio, per totũ. Augustium. §. 2. Vide ibi aliquid. Qui autem huiusmodi superstitiosa nolunt dimittere ad consilium confessoris, etiam quod simpliciter fecerint, non absoluantur.

INCENDIARII.

1 INCENDIARII dicuntur, qui malo animo, authoritate propria incendunt aliena, vt domum, villã, segetes, & huiusmodi. 12. quæstio. 2. cũ deuotissimam. & mortaliter peccant, non solùm ex iniuria lata proximo, sed etiam propter damnum. Si verò præter intentionem ex negligẽtia hoc eueniat, erit mortale, vel veniale, iuxta negligentiam incedentis, de qua negligentia infrà, Negligentia, pro totum. Si enim dabat operam quis rei licitæ, adhibita debita diligentia, vt quia proprium agrum incendebat, & casu euenit quòd ventus portauit ignem vltrà quàm suspicari potuisset, in culpa non erit. Si verò voluntarie, vel lata culpa hoc fecit, tenebitur restituere totum damnum. capitul. si egressus. de iniuri. Si autem culpa leuis, vel leuissima fuit, licèt mortaliter non peccauerit, tamen secundum ius tenetur ad restitutionem, dũmodò teneatur de leui, & leuissima culpa: quòd si sine aliqua eius culpa fuit, ad nihil tenebitur, quia sine culpa pœna non infertur, aliter iniquum esset.

2 INCENDIARII nõ solùm tenentur de rebus incensis, sed de rebus perditis propter incendium. ca. fin. de iniu. fuerunt enim causa amissionis harum rerum ob incendium.

3 RAPIENTES bona illorum, qui incendium patiuntur, restitutioni tenentur, nisi haberentur pro derelicto. c. si quis domum. de iniu. contra enim

volun

voluntatem possessoris rapiunt.

4 Qui iusto metu timet propriã domum incendi, ex domo vicini iam incensa, & eam diruit, non tenetur ad restitutionem secundum leges, quia nec iniuriam illi nec damnum facere videtur, cum res esset æquè petitura. ff. ad leg. Aquil. l. si quis fumo. §. quod dicitur. Si autem non fuit iustus metus, ad simplum damnum tenebitur, secũdum Hosti. debebat enim bene aduertere.

5 Incendiarii sunt excõmunicandi, & post denunciationem absolui non possunt, nisi ab Apostolica sede. de senten. excommunica. ca. tua. suprà. Excõmunicatio. 23. De iure verò ciuili puniuntur pœna ignis, vel deportantur, proijciuntur bestijs, vel aliter. ff. de incen. l. qui ædes. Incendiarij locorum sacrorum, vel priuilegiatorum ipso iure sunt excõmunicati. vide Excommunicatio 23.

INCERTA, infrà, Restitutio, §. 20.

INCESTVS.

1 Incestvs, peccatum mortale est quod committitur ex commixtione carnali, sine dispensatione, inter affines, & consanguineos, vsq; ad quartum gradum inclusiuè, & tantò grauius, quantò contra naturalem reuerentiã debitam est. Et ad idem peccatum spectant consensus, cogitatio, tactus, & huiusmodi, erga affines & cõsanguineos, etiã si non sit voluntas cõsummãdi, vel potentia naturalis, vt in impuberibus. Vnde bonum est, quod pueri non dormiant cum puellis consanguineis: quia licèt non possint consummare actum, possunt tamen mortaliter peccare, se mutuò tangendo, vt dictũ est suprà, Impudicitia. §. 1. hoc consilium affert Arch. Flor.

2 Qvomodo incestus impediat matrimonium, infrà, matrimonium. §. 57. Est etiam hoc peccatum grauius adulterio: quia magis cõtra naturam, & leuius vitio contra naturam, & sacrilegio: secundum Tho. secunda secũdæ. quæstione. 15. ar. 12. &. §. sunt enim. 32. quæst. 7. can. quemadmodũ, &c. sequenti. Accedens ad monialem, incestum committit. quia sponsa patris nostri est, & adulterium: quia alterius sponsa est, & sacrilegium. c. virginibus. 27. quæst. 1.

INCONSIDERATIO.

1 Inconsideratio volũtaria, quando scilicèt quis non vult actu considerare priuatè, vel vult considerare: sed non quod debet, videlicèt ea, quæ sunt necessariò facienda pro salute, vel dicenda, vel apperenda, vel cauenda, est peccatum mortale: quia notabilis negligentia circa salutem animæ, vel propriè, vel alterius est. Si aũt contingat facere aliquem actũ, quem scit esse prohibitum, & tamen tunc actualiter non considerat ex sola inconsideratione, quod si consideraret, non faceret: vt qui comedit carnes, nõ aduertens quod sit feria sexta, non peccat mortaliter, quia non videtur esse in nostra potestate, vt occurrant nobis omnia, quæ scimus: & multo minus peccat, quia quæsiuit, & considerauit, & post factum, se deceptum inuenit. Peccatum enim mortale contra intentionem accidere non potest, iuxta mẽtem. Caie. ibi.

2 Inconsideratio aliquãdo etiam dicitur impedimentum rationis à bono iudicio agendorum, propter delectationem veneream: & tunc est filia luxuriæ. Quando sit mortalis vide suprà, Cæcitas mentis, per totũ. Consideratio secundum Thom. secunda secundæ quæst. 54. ar. vltim. pertinet ad iudicium: ideò defectus rectiu dicij ad vitium inconsiderationis spectat.

INCONSTANTIA.

1 Inconstantia peccatum est, quod incurritur, cum homo à bono, ac debito proposito recedit, non exequendo illud, quia ab ordine rectæ rationis deuiat. Et est mortale: quando dimittit necessaria ad salutem, aliàs veniale. Et secundum Tho. 2. secundæ. q. 153. est filia luxuriæ, in quantum præceptum bonum impeditur propter delectationem veneream, cùm ex impetu concupiscentiæ impeditur ne exequa-

exequatur id,quod decreuit esse faciẽdũ. Hi enim & si animo decreuerint carnalia relinquere, ad lachrymulam fœminæ molleſcunt.

INCONTINENTIA.

INcontinentia peccatum est , quod incurrit homo habens rectam intentionem,cum vincitur à passionib⁹ luxuriæ,iræ,aut honoris appetitu . Et inuenitur in personis , quæ non sunt multum bonæ , nec multum malæ, quæ passiones non habent plenè domatas. Et tunc mortale peccatum est, cùm permittit se aliquis vinci à passione: ita quod in aliquod mortale consentit,aliàs veniale,conformiter.Caietan.ibi,in summa:de qua & Thom.secunda secundæ.q.156. Et hæc maximè dominatur cholericis & melancholicis secundum Thomam vbi suprà. a. 1. post philosophum in 7.lib. Ethicorum.& ratio S.Thom.ibi affertur.

INDICIVM.

1 INDICIVM plenum,est rei diuinatio per signa sufficientia, per quæ animus in aliquo tanquam verò quiescit , & plus inuestigare non curat. Bal.in l.ea quidem. C .de accusa. Semiplenum verò est præsumptio fortiter mouens animum ad aliquid credendum.ff.de probationi.l.cùm probatio .quod probatur ad minus duobus testibus : vt dicunt docto.in l.final.familiæ erciscun.& Bar.in l.finali.ff.dequæstionib. qui testes citabuntur , & interrabunt,aliter non præiudicabunt:vt notatur in l.si quis.ff.de adulte.

2 INDICIVM est triplex, scilicet leue,quod est abijciendum,nisi in causa fidei:violentum, quod probationem non requirit : & probabile siue vehemens, quod semiplenam probationẽ facit,& sufficit ad torturam . Vnum tamen indicium regulariter non sufficit,secundum Bart.in.l.1 .§. occisorum.ff.ad Syllcia.Tenet tamẽ processus si non opponatur,non tamen reus damnari potest : etiam per tormenta confessus,& pòst ratificans,vt est textus,cum gloss.& ibi Bart.in l.penulti. ff.de quæstio.secus quando sponte,& sine tortura confitetur: secũdum Per. de Anchar.in clem.1.de homici. Vnũ tamen aliquando sufficeret,vt si testis vnus integer , & bonæ famæ,de visu testificaretur super facto,& non super indicio:quia tunc posset poni ad torturam ad inquirendum , secundum Bartol.in di l.penult.& not.per doct. & gloss.in lib.si quis C. ad legem Iul. maiesta.

3 NON potest dari certa regula , quæ indicia sufficiunt : sed dimittendum est iudicis arbitrio: secundum Panormit.in c .cùm in contemplatione. de regulis iu.Similiter relinquendum est eius iudicio , quando sufficiat vnum, vel plura requirantur:secundum Angel.in lib.de maleficijs.Duo etiam leuia constituunt vnum sufficiens ad torturam,secundum Bartol.in l.fina. ff.de quæstio.

4 INDICIA non sufficiunt,nisi reo & aduocato suo detur copia : secundum Barto in l custodias ff. de publi. iudic . nisi quando iudex procedit ex mero officio,& nõ ad querelam. Angel.in l.si vacantia. C.de bo.vacanti. & dom.Anto.in c.qualiter ,& quando.el.2.de accu.

5 INDICIVM sufficiens sola fama non facit ,secundum Bartol.in li .1. §. idem Cornelio .ff. de quæsti.nisi coniungantur alia indicia.In ciuilibus tamen iuncta cum vno teste, plenã probationem facit.vt in c.veniens. el.1.de testi.Secus in criminalibus. Aliquãdo etiam ipsa sola purgationem canonicã inducit.

6 CONFESSIO participantis in crimine , non facit indicium contra socium:secundum Barto.in l.1.§.si seruus ff.de quæstio. Similiter nec pater nec filius,nec alij commensales.vt no. Bartol.in d. § idem Cornel. quando scilicet nulla alia indicia vrgentia præcedunt . Ideò socius de socio non est interrogandus.in l.fi.C.de accus . nisi in quibusdam criminibus ,vt est hæresis,assassinatio,&c. Bart.in l.reperi.ff. de quæst.infrà,Inquisitio.§.4. Vide tamen Panor.in c.quoniam .de testi &

in

in ea.1.de confes.quãdo socij possunt interrogari:quia aliquando faciunt in dicium,Vide etiam Sil.ibi.§.5.De indicijs vide Caietan. secunda secundæ. quæstion.69.argumen.1.& 2.vbi dicit,quòd indicium debet manifestare factum,& personam & debet manifestari teo,vt sciat in quo atticulo sit.

INDIGNATIO.

[1] INDIGNATIO est filia iræ, ex qua homo afficitur contra aliquẽ: quia indignum existimat, vt sibi tale quid fecerit, propter quod reputat illum indignum sua conuersatione, & affabilitate,ex quo sequitur, quòd nõ vult illum audire,nec ei loqui, vel videre, & propter inordinatam passionem est peccatum, & communiter veniale, nisi per accidens, vt ratione scandali:vel quia non vult loqui ei in casu,quo sub præcepto tenetur, secundum Tho.secunda secundæ.q.158.a. 7.Potest etiam esse sine peccato, quando ex iusto rationis iudicio procedit: secundum illud Cræ.Indignantur iusti,sed non dedignantes. Hoc est non habentes inordinatum affectũ. Secus si propter hoc subtraherent aliquod de necessitate impendendũ: quia mortalis esset.

INDVLGENTIA.

[1] INDVLGENTIA ptout importat remissionem pœnæ: secundum Fel.in quodam sermone de indulgentia, est remissio pœnæ temporalis pro peccatis actualibus pœnitentiam,non remissis in absolutione sacramentali, facta à Prælato ecclesiæ, ex causa rationabili, pro recompensattone de pœna indebita Christi,& sanctorum, quæ nõ valet existenti in peccato mortali:vt dicit S.Tho.4.sent. d. 20.ar.5. ql.1. Vnde in omnibus indulgentijs dicitur,contritis, & confessis: saltẽm in forma ecclesiæ. Et quia sunt respectu pœnæ,& non culpæ, licèt aliquando in aliqua indulgentia contineatur remissio à pœna,& à culpa,tamen tali tenore nunquam à sede apostol. emanat,vt dicit Fel.in di. tract. Et secundum eundem Feli.vbi.suprà, sufficit quòd sit sine peccato mortali, quãdo accipit indulgentiam, & non quando impetrat, vel quando vadit pro accipienda indulgentia, vel quando facit illud, pro quo datur indulgentia, vt eleémosina, ieiunium, vel huiusmodi.Hoc non placet Caieta. vt infrà.§.14.

[2] QVILIBET sacerdos confessior, secundum Innocen.in c. quòd autem Zamb. in cle. religiosi. Panormitan. in cap.sicut dignum.de homici.col.1. & alios in foro conscientiæ potest dare indulgentiam sibi confitentibus: ideò bonum est, vt sacerdos in impositione pœnitentiæ dispenset cum confitente circa residuum pœnæ, si maior esset imponenda, vt ibi dicit Pan. Nec obstat cap. accedentes.cum similibus capitulis, quibus prohibetur dare indulgentias: quia aliud est dare indulgentias per literas, aliud in foro conscientiæ in absolutione pœnitentis per sacerdotem, cui non est restricta potestas in indulgentijs in foro pœnitentiali: licèt sit restricta in foro exteriori per bullas,vel publicè concedere indulgentias, vt prælati faciunt, vt dicit Innocent.ibi suprà.Potest igitur hoc modo sacerdos indulgere dies & annos prout vult, dummodò iustè & discretè faciat. Idem respondeas ad authoritatem Sanct.Thom.4.sententia.distinctio.20.ar.4 quol.1. Et hoc potest facere sacerdos vi clauium. Sil. in ver.indulgentia.§.5. dicit quòd sacerdos potest pœnitentiam debitam minuere peccatori, non applicando merita per modum indulgentiæ, sed augendo erubescentiam,& contritionem virtute clauium, & exhibendo ministerium in sacramento, in quo Deus aliquid remittit, & orando pro peccatore, & etiam minuẽdo pœnam canonum,& ab alio iniunctam in casu,quo minui,& mutari potest,quantum ad aliquid particulatiter iniunctum,sed non sic, quin verè peccator teneatur ad illud, aut ad æquiualens, si illud meruit, hîc,vel in purgatorio, quod facit indulgentia.

[3] PAPA solus secundum Thom. vbi suprà,

suprà, potest vniuersaliter per totum mundum indulgentias vniuersales, vel particulares dare, secundum quòd sibi placet: dummodò det rationabiliter, vt infrà dicemus. Habet enim plenitudinem potestatis pōtificalis, quasi rex in regno. Ad hoc est cap. quòdcunque. 24. q. 1. Item legatus in termi nis suæ legationis potest facere indulgētias perpetuas, sicut & perpetua statuta. per cap. fin. de offic. legat. in sua prouincia, etiam archiepiscopi Episcopi verò, & alij à Papa possunt facere indulgentias: & secundùm quod eis est taxatum, & concessum: secundùm Thom. suprà. Quantum autem possunt. est capitul. cum ex eo. de pœ. & remis. Taxatum est, quod Episcopi possunt dare indulgétiam quadraginta dierum, in dedicatione vero ecclesiæ vnum annum. capitul. cùm ex eo. & capitu. nostro. de pœn. & remis. Felin. in dict. tract. dicit, quod legatus Papæ, etiam non sacerdos, Archiepiscopus, & Episcopus sunt pares in dando indulgentias. Vicarius Episcopi nō potest dare, nisi habeat specialem licentiam. Concilium generale potest dare indulgentias plenarias: vt dicit Ab. in quodam sermone, non autem capitulum, sede vacante. In his, quæ sunt de iure positiuo, decretis stare oportet.

4 NON sacerdos, & existens in peccato mortali, dummodo habeat iurisdictionem ecclesiasticam, potest dare indulgentias: secundum Th. suprà: quia potestas faciendi indulgentias sequitur iurisdictionē, quæ nō tollitur per peccatum mortale. Ideo æquè valet indulgentia data à peccatore, sicut à iusto.

5 AD hoc, quod indulgentia valeat, quatuor communiter requiruntur. Primò, causa rationabilis, vt scilicet detur pro honore Dei, vel vtilitate, aut necessitate ecclesiæ. Secundò, authoritas dantis. Tertiò, dispositio recipientis. Et hæc tria in bullis Papæ signantur. Quartò, quòd fiat id, pro quo datur indulgentia. Et communiter docto. dicunt, quòd non debet dari sine importanti causa, secundum Felinum in dicto tractatu, ne thesaurus ecclesiæ vilescat. Facit canon legimus. nonagematertia distinctione. Sed quia ista materia est multùm difficilis, ideò quædam, quæ notaui ex Caietano in quolibet. tomo primo, adducam, vt clarior hæc materia de indulgentijs fiat.

6 QVONIVM certum est indulgentias succedere loco pœnitentiarum iunctarum (testante ecclesia) consequens est, vt effectus indulgentiæ sit idem, qui futurus erat ex satisfactione pœnitentiæ iniunctæ. Constat autem, quòd per satisfactionem pœnitentialem injunctam dignè executam pœna temporalis pro actuali peccato debita apud diuinam clemētiam soluitur, sicut credit vniuersalis ecclesia. Igitur per indulgentiam loco satisfactionis succedentem, si veraciter, ac dignè acquisita fuerit, soluetur tantùm de pœna temporali, pro actuali peccato debita, apud diuinam iustitiam, quantùm apud eandem æquiualet ac quisita indulgentia. Et hinc sumenda est necessitas thesauri. Pro quo nota, quòd remissio peccatorum est effectus passionis Christi, ita quòd cuicunque remittitur peccatum siue quoad culpam, siue quoad pœnam, fit ex virtute passionis Christi. In remissione reperitur misericordia, & iustitia: misericordia in hoc, quòd miseriam peccatoris cōputat Christus quasi suam: iustitia autem, in quantum meritum passionis Christi communicatur peccatori, quasi ipse peccator pateretur: & sic peccator debitū Deo soluit quasi de suo: non per seipsum, sed per Christi communionem acquisito: vt patet in baptismo, in quo fit plenaria peccatorum remissio, qua plenissimè commoritur, & consepelitur Christo. Fiat ergo talis ratio. Ad remissionem peccatorum, siue quoad culpam, siue quoad pœnam, per sacramenta habendam, requiritur aliquis thesaurus, vtputa meritorū passionis Christi remanentium in diuina acceptatione: ergo à fortiori ad remissionem

pecca-

peccatorum, quò ad pœnam tantùm, per indulgentiam exigitur aliquis similis thesaurus. Est igitur ad efficaciã indulgẽtiarum necessarius aliquis thesaurus, nõ minus quàm ad efficaciam sacramẽtorum. Sed posset quis quærere, ex quibus constet iste thesaurus, ex quo fiunt indulgentiç, quç à prælatis conceduntur.

7 RESPONDETVR, quòd ex quo indulgentia pura succedit satisfactioni pœnitentiali, solummodò quò ad vim satisfactiuam, manifestè sequitur quòd thesaurus indulgentiarum sit thesaurus satisfactionũ, quæ per opera pœnitẽtialia, & meritoria fiũt: ideò idem dicitur thesaurus passionum, & meritorũ, quatenùs satisfactoria sunt, & ex eo quòd vnus pro alio in tẽporalibus, & in spiritualibus potest satisfacere, ideò ea quæ sunt reposita in hoc thesauro, satisfactiones sunt: non quçcunq; satisfactiones, sed solç superfluæ ibi sunt reconditæ. Satisfactiones enim, quibus satisfacientes indiguerunt pro seipsis, iam cesserunt in solutionem pœnarum debitarũ pro proprijs peccatis, & propterea nõ possunt pro alijs soluere. Et simile est iudicium pro alijs satisfactionibus, quæ pro quibusdam determinatè fiunt, oblatæ sunt, quia & ipsæ effectum suum sortitç sunt, & quia satisfactiones in thesauro repositas oportet pro alienis soluendis posse offerri, ideò huiusmodi satisfactiones oportet esse superfluas. At nunc quæritur quorum sint istæ superfluç satisfactiones, quia quidam dicunt nec in Christo, nec in sanctis esse tales superfluas satisfactiones, vt Franciscus de Mairo. quarto sententiarum d. 19. quia tales satisfactiones fuerunt remuneratæ in Christo, & in Sanctis. Durandus verò dicit quòd Christi fuerunt merita superflua. de Sanctis verò dubitat. quarto sententiar. d. 26. quia fuerunt remunerata. Secundò, quia non habebant intentionem satisfaciendi pro alio, quç requiritur ad hoc, quòd meritum alteri applicetur, vt dicunt doctores.

8 HVIVSMODI autem opinione[s] falsas esse reputo, & dico quòd thesaurus iste sit ex superabundantia meritorum, & passionum Christi, & Sanctorum, & ex hoc thesauro fiunt indulgentiæ, & hoc iam ab ecclesia determinatum est, & per rationem, & authoritatem potest probari. Primò, quoad Christum, quòd est caput ecclesiæ, & gratia eius est gratia capitalis: ideò meritum Christi se habet ad membra eius, sicut meritum priuati hominis se habet ad corpus suum. Et propterea sicut quilibet homo meretur non solùm animæ, sed etiam corpori suo: ita Christus non solùm sibi, sed etiam alijs meruit, & magis quam sibi: quia nobis meruit beatitudinem animæ, quam sibi non meruit, cùm à principio conceptionis fuerit beatus. Et hæc merita Christi nõ fuerunt plenè remunerata. Merita autem sanctorum, secundùm quòd sunt satisfactoria pro pœna temporali peccatis actualibus debita, remunerari non possunt in ipso sancto, qui non est debitor alicuius pœnæ temporalis pro suo actuali peccato. Et quia multi sancti plus satisfecerunt, quàm propria peccata exigerent, oportet dicere, quòd satisfactiones suæ inquantùm excedunt sua debita, non sunt remuneratæ in ipsis sanctis. Et licèt huiusmodi merita sint remunerata in ipsis quoad præmium essentiale, & accidentale, tamen dicuntur aliquo modo non remunerata, quoad solutionem pœnæ, quia prima remuneratio non tollit, vel non minuit vim satisfactiuam. Quòd autem sancti plus satisfecerint, quàm demeruerint, patet Iob sexto. vbi dicitur. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quàm patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Quòd autem sancti intenderent pati pro alijs, patet Colossẽn. primo. vbi dicitur, Adimplebo ea, quæ sunt passionum Christi in carne mea, pro corpore eius, quod est ecclesia. Vnde sancti passi sunt secundum Dei ordinationem, disponentem-

tem sanctos pati pro membris Christi. Est ergo thesaurus iste ex meritis Christi, & sanctorum superfluis, vt dictum est. Neque iste thesaurus post diem iudicij erit vanus, sed ad gloriam Christi, & sanctorum, & ad commendandam liberalitatem salutionis electorum: & quòd reprobis non defuit salutionis remedium. & quamuis solũ meritũ Christi esset sufficiens pro pœna omnium purganda: tamen vt sancti Christo assimilentur, conueniens est, vt eorum merita ponantur in hoc thesauro indulgentiarum.

9 QVOD autem ad prælatos ecclesiæ huius thesauri dispensatio pertineat, patet per determinationem Leonis decimi, qui determinauit, quòd dispensatio huius thesauri conuenit prælatis ecclesiæ, & maximè Papæ, etiam sine sacramentis, quia bona communia ecclesiæ, quæ possunt dispensari aliter quàm per sacramenta, à præside ecclesiæ communicari possunt. Huiusmodi autem sunt merita Christi, & sanctorum, in hoc thesauro reposita. Nã sancti potuissent huiusmodi bona cõmunicare membris ecclesiæ, si voluissent absque sacramẽtis, ergo sunt sine sacramentis communicabilia ex natura sua. Et licèt Papa non habeat potestatem excellentiæ, & consequenter non possit conferre totalem effectum sacramenti sine sacramento, tamen bene potest partialem effectum conferre, cuiusmodi est remissio pœne temporalis pro actuali peccato debitæ. Propterea sine sacramentis potest dare indulgentiam.

10 AD hoc autem, quòd huiusmodi indulgentiæ valeant, requiritur causa rationabilis, sine qua non essent validæ, sed indiscretæ, & sic eneruarent satisfactionem pœnitentialem. capit. cùm ex eo. de pœnitenti. & remission. Et si darentur pro causa prophana, vt pro nutriendis mereuicibus, nullę essent. Similiter ad efficaciam tantæ indulgentiæ, puta annorum centum, vel mille, exigitur rationabilis causa, non solùm indulgentiæ, sed etiam tantæ quantitatis, qua non existente indulgentia est inualida. Nam sicut Papa non potest ex solo imperio voluntatis bona temporalia donare, sed ex causa rationabili, ita neque hæc bona spiritualia, quæ cariora sunt temporalibus: aliter esset non dispensator, sed dilapidator. Ex hoc sequitur, quòd tanta causa sit pro tanta indulgentia, & maior pro maiori, secundum proportionem, aliter causa non esset rationabilis, & consequenter indulgentia inualida. Non enim esset rationabile, quòd iste pro vno ieiunio haberet centum dies de indulgẽtia, & alius vt sic haberet mille annos.

11 ET quoniam posset esse dubium, an causa expressa in bulla esset rationabilis, & homines semper in ambiguo esse: ideò dico, quòd causa indulgentiæ expressa in bulla, nisi manifestum contineat errorem, semper debet præsumi rationabilis, sicut sententia lata à iudice iusta præsumitur, nisi contineat manifestum errorem. Non tamen causa expressa in bulla in veritate est rationabilis semper: quia Papa in istis potest errare, cùm non sint de his quæ pertinent ad sententiam iudicialem fidei. licèt ad fidẽ pertineat, quòd indulgentia ritè data valeat, non tamen in particulari, quòd hæc valeat, nisi supposito quòd ritè sit data. Non tamen discutiendum à nobis est, an causa rationabilis vel non, nisi error manifestus appareat, & quoad causam, & quoad quantitatem indulgentiæ. Et prædicatores nunquàm debent assertiuè prædicare huiusmodi sed recitatiuè, vel opinatiuè, ne falsas prædicent, & alios in errorem inducant. Et quando dicitur quòd indulgentię tantum valent, quantum sonant, intelligendum est negatiuè, id est, non plus valent, quàm sonant. Vel intelligitur in foro exteriori, in quo statur præsumptioni iuris: & sic populus in huiusmodi non decipitur ab ecclesia, sed vel à dante, vel aliunde, si falsæ sint.

12 AN autem sit benè factum accipere huiusmodi indulgentias? Respõdetur, quòd in pœnitẽtiali satisfactione

dignè

dignè executa, vt in ieiunio, quadruplex effectus consideratur. Hoc enim opus primò bonificat operantem, & ad alia bona opera disponit. Secundò medetur ex eo quod est tale opus, vt ieiunium, quod est medicina contra carnis concupiscentias, & eleemosyna contra auaritiam. Tertiò, ex eo, quod ex charitate procedit, meritorium est vitæ æternæ. Quartò, ex eo, quod pœnale est, satisfactorum etiam pro pœna temporali, pro peccato debito inuenitur. Indulgentia autem non succedit loco satisfactionis pœnitentialis, nisi quò ad vltimum effectum, scilicèt satisfactionis. Non enim ex vi indulgentiæ homo fit bonus, nec medicatur, nec meretur, sed tantùm soluit pœnam, quam per pœnitentiam soluisset. Et propter hoc Doctores consulunt assequentibus indulgentias, adimplere nihilominus suas pœnitétias, & meritum longè melius prædicant, quàm indulgentias. Vnde dico indulgentias causam siue occasionem esse sæpiùs multorum malorum: maximè quando dantur in tãta abundantia: quia propter istas homines negligunt bona opera, & pœnitentias facere, & magis ad peccandum fiunt procliui: & multi ieiunarent, & abstinerent à carnibus in quadragesima, sed quia per vnũ carolinum habent indulgentiam, non abstinent, & sic ex indiscretis indulgentijs venit ruina ecclesiæ. Non tamen propter hoc vilipendendæ sunt indulgentiæ, quæ tollunt pœnam, quæ nos impediret ab ingressu patriæ cælestis. Sed quando indulgentia mixta est cum opere bono, vtputa cum ieiunio, potest esse melior, quàm satisfactio pœnitentialis, quoniam habet vltra indulgentiam omnia quatuor officia, quæ opus bonum (vt diximus) efficiunt.

13 Ad hoc, quòd indulgentia prosit alicui, non sufficit, quòd sit in gratia, sed aliquid aliter requiritur. Pro quo not. quòd pœnitentes sunt in duplici differentia. Quidam libenter recipiunt pœnitentias à confessoribus, & implent per se ipsos, & istis bene dispositis prosunt indulgentiæ. Aliqui autem sunt tepidi, qui licèt sint in gratia, rogant tamen sibi dari minimam pœnitentiam, & gaudent cùm parua datur, & cùm illam minimam executi fuerint, non curant aliam facere, & cùm possent satisfacere pro pœna peccatorum, negligunt: & istis sic negligentibus, non prosunt indulgentiæ: ex quo patet, quòd quasi omnes remanent decepti. Quòd autem istis non prosint, patet, quia indignus aliena satisfactione pro pœna sibi debita, non consequitur veraciter fructum indulgentiæ. Distributio enim donorum diuinorum in solis dispositis locum habet, quæ dispositio non inuenitur in indignis: sed quilibet in gratia constitutus, negligens satisfacere per seipsum, est indignus: ergo tali non prodest indulgentia, licèt sit in gratia. Vnde in antiqua forma bullarum, vel indulgentiarum, dicitur (verè pœnitentibus) in quo verbo intelligitur, quòd vis effectus pœnitentialis in pœnitente vigeat secundum veritatem, & non tantùm per exclusionem contrarij. & sic verè pœnitens hoc modo, non potest esse nisi sollicitus ad satisfaciendum per seipsum. Ex quo patet, quòd negligentes non consequuntur indulgentiam. Constat etiam per aliud verbum, cùm dicitur (de iunctis sibi pœnitentijs.) Nam pœnitentia non iniungitur nisi parato satisfacere, ex quo duo sequuntur ex tali forma verborum, videlicèt, quòd indulgentia non absoluit, nisi ab iunctis pœnitentijs, & tantùm paratos ad satisfaciendum. Ex quo sequitur, quòd quis frustrà faceret sibi imponi magnã pœnitẽtiam, non intendens per se soluere, sed per indulgentias. Intellige tamen præparatum ad satisfaciendũ per id quod imponitur, vel per aliud æquiualens, vel maius.

14 An autem requiratur, quòd opus factum pro indulgentia obtinenda, fiat in gratia, sunt opiniones. Vna Felin. de qua suprà. §. 1. alia Caietan. vbi

suprà dicentis, quòd requiritur gratia in faciente opus, pro quo datur indulgentia, siue sit idem tempus operis, & indulgentiæ: vt cùm datur indulgentia visitantibus aliquam ecclesiam: vel tempus sit diuersum: vt cùm datur indulgentia semel in vita, & semel in morte, accipientibus crucem, & huiusmodi. Et hoc patet ex forma consueta indulgentiarum, in quibus dicitur, omnibus confessis, & verè pœnitentibus, qui visitauerint, & manus adiutrices porrexerint, & cæ. ex qua forma constat coexigi ad tale opus gratiam. Vnde opus, pro quo datur indulgentia, debet esse viuum. & non solùm quando indulgentia accipitur pro se, sed etiam quando accipitur pro alia existente in gratia. Et si dicatur, quòd sicut eleemosyna facta in peccato mortali pro aliquo existente in purgatorio valet, ita & indulgentia debet valere, &c. respondetur, quòd eleemosyna tali modo facta, non valet defuncto per modum satisfactionis, sed per modum supplicationis, iuxta quod scriptum est: Abscondite eleemosynam in sinu pauperis, & ipsa orat pro vobis: non tamen valet pro indulgentia acquirēda, quoniam indulgentia habet vim satisfactionis viuæ: supplicatio autem mortua soli innititur misericordiæ Dei.

Quidam verò dicunt, vt Archiep. & Tabu. ibi. §. 4. quòd sufficit esse in gratia, quando indulgentia suscipitur. & adducit Tho. in ql. 2. a. vlt. qui tamen non dicit hoc. Opinio igitur Caiet. videtur securior.

15 INDVLGENTIA non datur nisi pro peccatis actualib⁹ post baptismā: quia peccatū originale, & alia ante baptismum perpetrata, per baptismū tol luntur quò ad culpam, & quò ad pœnam, si in adulto contritio adsit.

16 INDVLGENTIA pro merè temporali dari non debet, nec potest, sine simonia: secundum Th. vbi suprà. sed bene pro temporali ordinato ad spirituale: vt pro eleemosyna data pro ędificatione ecclesiæ, & huiusmodi: & hoc ex communi consuetudine patet. Pro purè etiam spirituali dari potest sicut Innoc. III. dedit indulgentiam omnibus orantibus pro Rege Francię & id pro quo datur indulgētia, debet esse voluntarium, & nō necessarium: vt est remissio iniuriarum, solutio debitorum, & huiusmodi. Et debet esse etiam aliquo modo pœnale: vt ieiunium, &c.

17 PER indulgentias, quò ad forum Dei, & ecclesiæ fit remissio pœnæ residuæ, post contritionem, confessionem, & absolutionem, & satisfactionem qualemcunque, quæ priùs fuisset facta, siue fuerit iniuncta, siue non, quod quidem residuum pœnarum quis deberet pati hic in præsenti vita, vel in purgatorio pro actualibus peccatis, siue sit à confessore posita, siue à lege, siue à iusto Dei iudicio. Aliquando totaliter remittitur: vt cùm indulgentia est plenaria, aliquando secundum partem iuxta indulgentiæ formam: vt in dict. capitul cùm ex eo. Hanc opinionem sequitur Felin. post Landul. vnde secundum Thom. suprà. non est de necessitate, quòd qui accepit hanc indulgētiam plenariam, faciat pœnitentiam taxatam à confessore, quanquàm expediat, & hæc quantùm ad forum pœnitentiale habent intelligi: quia per indulgentiam non remittitur pœna data a prælatis, in capitulo, quia forum hoc iudiciale est magis, quàm pœnitentiale. Oporret etiam, quòd fiat id, quod dicit bulla, vel dans indulgentiam: aliter indulgentiam non consequitur.

Not. ea quæ suprà diximus ex Caieta. de pœnitentijs iniunctis. Quando autem datur indulgentia tot dierum, vel tot annorum, varij variè intelligunt: & credo paucos veritatem huius scire. Quidam communiter intelligunt non dies. vel annos purgatorij: quia aliud est forum in vita, aliud post mortem: sed sunt anni, vel dies huius mundi: vt si est indulgentia decem dierum, tanta pœna remittatur, quanta remitti posset per pœnitentiam communiter factam spatio decem dierum, secundum taxationem

factam

factam à iure, vel à sacerdote, vel à diuina iustitia. Alij dicunt, quòd valent sic, vt si quis debeat pœnitere quadraginta diebus ieiunando, vel aliquid à liud faciẽdo, & Episcopus det illi quadraginta dies de indulgentia, non amplius tenetur ad talem pœnitentiam. Panormit. tamen in dict. cap. cùm ex eo. dicit, quòd valent pro pœna purgatorij, & pro pœnitentia iuncta.

Quicquid sit, Deo totum committo. Vide tamen Sil. ibi. §. 4. & Tab. §. 13. & Pan. vbi suprà.

18 NON requiritur actualis confessio in recipiente indulgentiam, licèt dicatur in bulla confessis, & contritis: secundum Panormita. in capit. omnis vtriusque. de pœ. & remiss. sed sufficit contritio, cum proposito confitendi tempore debito, secundum formam ecclesiæ: quia tales dicuntur confessi iuxta dictam formam, bonum tamen est confiteri. Nam ex vi huius sacramenti multoties ex attrito fit quis cõtritus, & magis ad indulgentiam dispositus.

19 VNVS pro alio potest accipere indulgentiam, si ambo sint in charitate, & in bulla dicatur, quòd qui facit tale opus pro aliquo, habeat indulgentiam: secundum Thom. suprà. Potest etiam quis accipere indulgentiam pro mortuis existentibus in purgatorio, si bulla hoc contineat, & accipiens sit in gratia, existente causa rationabili: hoc enim consueuit facere ecclesia. Concordat Sanct. Thom. 4. sent. d. 45. q. 2. a. 3. ql. 2. Possunt etiam religiosis valere indulgentiæ: secundum Tho. suprà. d. 20. a. vlt. ql. 2. dummodò faciant ea, quæ dicit indulgentia, cum licentia prælati, si exigitur: vt date eleemosynam, exite claustrum, & huiusmodi. Nõ enim sunt minus adiuuabiles meritis aliorum, quàm seculares. Vicini quoque, & clerici ecclesiæ visitandæ ob indulgentiam, licèt parùm laborent, visitando illam propter indulgentiam habendam, cõsequuntur tamen tantam, quantam hi, qui à centum miliaribus veniunt: secundum Thom. suprà, quia remissio non proportionatur labori, sed intentioni dispensantis illa merita. Et qui veniunt, sed propter multitudinem ingredi non possunt, dummodò faciunt alia, quæ dicit bulla, habent indulgentiam concessam. Regula generalis in indulgentijs est. quod tantùm valent, quantum sonant: vt dictum est suprà §. vndecimo. ideò seruandus est, & attendendus tenor bullæ: vt fiant quæ ibi continentur, & eo modo quo dicitur. Ingredientes religionem approbatam, & profitentes animo perseuerandi in bono, consequuntur plenariam indulgentiam: secundum Tho. secunda secundæ. quæstion. 189. a. 3. ad 3. cùm se ipsos Deo offerant.

20 PRAELATI possunt vti indulgentia alteri facta ex rationabili causa, quanquam non possint sibi ipsis facere: secundum Thomam quarto sentẽ. distinctione vigesima, articulo quinto. quolib. quarto. vbi rationem addu cit bonam.

21 SI quis exbursauit pecuniam: vt habeat indulgentiam mittendo pro subsidio ad terram sanctam, vel alibi, & isto interim reuocatur talis indulgentia, in qua reuocatione non apparet expressè voluntas Papę cõtraria, quod nõ velit à die bullationis valere, quod tamen communiter non fit, talis habebit indulgentiam: secus si appareat de voluntate contraria: secundum Doctor. capit. primo. de concess. præbend. libr. 6.

22 INDVLGENTIAE indiscretę nõ debent prædicari sub præcepto, & interminatione Anathematis: vt in cle. religiosi, de priuileg. ideò contrafaciens mortaliter peccat. Et dicuntur indiscretæ, secundum gl. quando non sunt concessę, id est, non sunt verę, vel validæ, vel secundum Cate. ibi, si sunt concessæ, tamen indiscretæ. Secundum autem Panormita. dicuntur indiscretæ, quando excedunt quantitatem: vt quis plus det quàm possit: vel quando probari non possunt. argum. de probationibus. capitulo, quoniam. Videntur tamen tunc tantùm morta-

liter peccare: quando pronuntiant non veras, vel non validas indulgentias. Quomodo absoluentes à pœna, & à culpa sint excommunicati, suprà, Excommunicatio 49. & in dicta clementin. Religiosi. Si tamen quis à Papa haberet, posset plenariè absoluere.

23 Si quis habet indultũ, quòd possit absolui plenariè in articulo mortis, articulus mortis intelligitur præsumptus, etiam quòd non sit verus: vt quãdo communiter præsumitur, quòd quis moriturus sit, tunc potest fieri talis absolutio: & si non moriatur, tunc spirat indultum, & remanet absolutus de factis, vsque ad illam horam. Si autem forma indulti dicat, quòd consequatur effectum indulgentiæ in casu quo moriatur, tunc si non moriatur, non consequitur effectum, nec per absolutionem illam spirat indultũ, ideò dicat absoluens: absoluo te si hac vice moriêtis. Idem dic si in forma indulti fiat mentio de vero articulo mortis: quia non consequitur, si non moriatur? quia intentio concedentis est reseruare vsque ad mortem: secundum d. Fel. post Arch. Flor.

24 Forma huius absolutionis generalis non est sacramentalis: ideò alij vno modo, alij alio modo faciunt. Si est determinata in bulla, facito illam: si nõ, vide Sil. & Ta. verbo, indulgẽtia. quia ibi ponunt, quę tamẽ mutari potest per alia verba. Vide Arch. Florent. in 3. part. titul. 10. c. 3. ibi multa circa hoc dicuntur.

INFAMIA.

1 Infamia secundum Panorm in c. testimonium. de testi. est triplex. videlicèt iuris, quę dicitur ciuilis, canonica, & facti. Prima dicitur quæ irrogatur per sententiam, vel ipso facto in casibus, in quibus iure cauetur dum taxàt: vt qui de furto cõuictus est per sententiam: vel qui pro lucro pugnat in arena. per text. & gl. can. porrò. 3. q. 7. Omnis infamis secundum leges, est infamis secundum canones. per text. in can. omnes verò. 6. q. 1. & per Inn. in c. qualiter. & quando. de accusatio. Et propter hanc infamiam quis repellitur à testimonio: quia fides est fundamentum testimonij. in ca. forus. de verb. signif. in fin. quia iste iuris dispositione priuatur.

2 Infamia iuris incurritur. Primò si imperator alicui militi aufert insignia, vel aliquem mittat in exilium. ff. de his qui notant, infrà. l. quod ait. §. ignominiosa. Secundò. exercendo, & exigendo vsuras. c. vsurarum. 3. q. 7. Tertiò, si quis deprehendatur in adulterio. ff. de ritu nupt. l. palàm. vel si contrahit cum duabus, vel simul habet duas. ff. de his qui not. infrà. l. quid igitur. & c. nuper à nobis. de bigam. Quartò, per lænocinium, vel prostituendo filias, vel neptes. l. Athletas. ff. eod. titul. Quintò, pugnando cum fera. ff. de postulat. l. 1. & in d. l. Athletas. Sextò. faciendo ludibrium sui corporis ioculando, maximè in ludis periculosis. per glo. l. 2. ff. de his qui not. infam. Et qui bis exercet actum alicuius artis, dicitur talis: vt si mulier bis admisit adulterum, dicitur adultera: secundum Pa. in cap. cùm decorem. de vita & honesta. clericor. Et secundũ Archid. in can. illud. d. 12. in malis actibus, & delictis, binus actus sufficit ad probandam consuetudinem, quam vis Innocen. in d. c. cùm decorem. videatur dicere, quòd non. Huius quæstionis decisionem ponit Pan. in cap. fin. de cõsue. col. 11. & Barto. in. l. quibus. ff. de leg.

3 Ex confessione delicti in iudicio, non redditur quis infamis infamia iuris, sed requiritur sententia: vt not. Panormitan. in capitulo. at si clerici. de iudi.

4 Infamia iuris secundum Pano. in c. Heli. de simo. tollit executionem ordinum, exercitium cuiuscunque dignitatis, & honorem quæsitũ, & querendum: vt dicit text. l. infamia. ca. de decurio. Et ideò prælatus sententiam non expectet, sed resignet spõte à principio, & sic euitabit infamiam, quæ infamia priuat dignitatibus, & honoribus citra titulos beneficiales: secun-

dum

dum quod putat Panor. in c. querelam.de iur.iu.& collatio facta infami ipso iure est nulla,per regulam , infamib⁹,de regu.iur.lib.6. & l.2. c.de dignit.Facit capit.inter dilectos .de excess.prælat.

5 CONDEMNATVS directè à iudice ordinario de falso commisso in officio testificandi,est infamis:vt in capitulo,cum dilectus de ord. cognitio. circa finem.secus si directè non fuit actum contra eum,sed vt à testimonio repelleretur argumen.in dict.capitul. cùm dilectus. Sententia tamen arbitri non infamat.ff.de his .qui not.inf.lege.quid ergo.

6 SOLVS princeps à sibi subiectis potest infamiam tollere, & Papa similiter à suis subiectis directè,secundum Panor.in c.cùm te.de sent. & re iudi. indirectè autem aliquando Episcopus dispensat in casibus sibi à iure permissis,vt super infamia adulterij,cùm super adulterio dispensat.

7 RESTITVTVS per Imperatorem non eget alia dispensatione vt promoueatur,secundum Pan.in dicto capit. cùm te . dummodo egerit pœnitentiam. Idem dic de restituto per Regé non recognoscentem superiorem.Vel si crimen fuerit notorium, episcopus dispensare poterit.

8 INFAMIA canonica per quodcũque peccatũ mortale incurritur,vt in c.infames.6 .q.1. & cùm datur perseuerantia in crimine,indubitãter repellit ab accusatione,& testimonio : sed sublato crimine,secus est,vt communiter tenetur.gl.in c.illi qui.6.q 1. Pa. in d.c.testimonium.

9 INFAMIA facti incurritur aliquando à crimine , aliquando ex aliquo alio,vt quia fuit incarceratus,vel quia fuit propter crimen à testimonio repulsus:vt in dict.cap. testimonium. & alijs multis modis . Vide Tab. ibi. §. vltim . Vel quando apud graues,& bonos viros ex aliquo facto infamatus est.

10 INFAMIA facti in criminalibus repellit indubiè à testimonio,& in causis grauioribus, secundum Bald. nisi quò ad præsumptionẽ in alijs admitti creditur, plus, & minus, secundum quantitatem infamiæ, iuxta text.c.licet.de proba. Et tollitur hæc infamia quò ad iuris effectum per emendationem, cùm tollatur per purgationem, quod minus est.per c.decretũ.5.quæstion.5.& in cap.cùm in iuuentute.de præsumpt.

11 INFAMIAM non faciunt dicta paucorum,& leuiũ.Et not.quod omnis infamis,siue iuris,siue facti,repelli debet à promotione ,siue sit dignitas, siue ordo, quia portę dignitatis infamibus patere non debent , per regulam,infamibus.de re.iu.lib. 6.nec tales possunt esse iudices,vel procuratores.per d.regulam, quamuis possint esse arbitri.c.tria.3.q.7 Repelluntur ab accusatione.l.qui accusare.ff.de accus. & à postulando.l.1.ff.de postul. Inducit querelam inofficiosi testamenti :l. fratres.cap.de inoffic.testam. Inducit purgationem canonicam , si videtur iudici.capitu.veniens.de accus.Et quãuis collatio facta talibus ipso iure sit nulla,per d.regulam,infamibus.tamẽ quod debeant priuari beneficio , non est text.

INFERNVS.

INFERNVS damnatorum secundum Tho.4.sent.d.45.probabiliter creditur esse in medio terræ , ideò si quis hoc negaret,non videretur hæreticus:negare tamen infernum esse,& Christum ad inferos descendisse, hæreticum esset:quia contra sacram scripturam expresse est. Dicitur enim de diuite in Euangelio : Mortuus est diues,& sepultus est in inferno,&c. Et in Symbolo dicitur: Descendit ad inferos,& cę. Fortè etiam esset hæreticũ pertinaciter tenere Christum non descendisse ad limbum patrũ,nisi secundum virtutem,& nõ secundum essentiam, propter illud Apostoli ad Ephe. 4. Quid est quod ascendit,nisi quia descendit primùm in inferiores partes terræ? ideò sicut secundum essentiam verè ascendit , ita anima Christi secundum essentiam descendit,& hoc

fide tenendum. Ita tenet Tho. 3. part. q. 52. a. 2. Non tamé scio hoc esse adhuc ab ecclesia statutum.

INFIDELITAS.

1 INFIDELITAS oppositа fidei, quæ theologica virtus est, secundũ Tho. secunda secundæ. q. 10. a. 1. dupliciter potest sumi, scilicet pure, negatiuè, & contrariè. Primo modo non est peccatum, sed magis habet rationem pœnæ, quia talis ignorantia diuinorũ ex peccato primi parentis secuta est: tamen taliter infideles damnãtur propter alia peccata, quę sine fide remitti non possunt. Si autem sit infidelitas non solùm purę negationis, sicut est in pueris, sed priuationis, vt est in multis, qui possent habere fidẽ si vellẽt, & negligunt audire, tunc est peccatum, iuxta illud Ioã. 15. Si non venissem, & locutus eis non fuissem, peccatum nõ haberent, scilicẽt infidelitatis: secundũ August. ibi. Cõtrariè enim sumpta, distinguitur in tres generales species, scilicet eorum, qui nunquàm crediderunt in Christo, vt sunt Pagani: eorũ, qui crediderunt in figura, vt sunt Iudęi: & eorum, qui crediderunt in veritate nuda, vt sunt Christiani hæretici. Et quamuis species infidelitatis sint quasi infinitæ, secundum quod sunt diuersorum hæreticorum, non oportet confessorem de huiusmodi solicitum esse, sed tantum curare medicamen afferre pœnitenti, & ab errore remouere, & in fine illum firmare.

2 INCVRRITVR autem hoc peccatum primò ex intentione, cùm scilicẽt quis in his, quæ ad necessitatem fidei spectare nouit, ab ecclesia diffinẽtit, deliberatè credendo oppositum: & hoc est mortale maximum. Et si talis Christianus est, dicitur hæreticus, & est excommunicatus, suprà, Excommunicatio 9. Secundò accidit, quò ad primos animi motus, vt cùm ex aliqua tentatione, vel aliquo occurrenti articulo quis aliqualiter videtur vacillare circa his, quę ad fidem pertinent, non tamen deliberatè consentit: tunc veniale est peccatum propter imperfectionem actus. Tertiò, ex parte ignorantiæ, vt quia scit quidem hoc ad fidem spectare, sed nescit se in hoc errare: vel quia nescit hoc ad fidem spectare, ideò affirmat, & asserit errorem, quem tamen non credit errorem. Tunc si talis intendit stare in his, quæ sunt fidei, non incurrit peccatũ mortale: quia non formaliter, sed tantùm materialiter errat. In tali errore fuit Cyprianus martyr, vt in can. prętęr hoc. 32. d. Posset tamen contingere peccatum ex nimia adhæsione, vel pertinacia, vel superbia, & huiusmodi. Consentit Caieta. in summa ibi. Ideò à tali pertinacia maximè cauendum est omnibus: quoniam huiusmodi hominem hæreticum constitueret.

3 OMNI factio infidelium quęcunque sit relata ad finem suæ infidelitatis, vt si iciunent gratia seruãdi legem suam, peccatum est, secũdum Thom. vbi suprà. & per gloss. ad Ro. 14. super illud: Omne quod non est ex fide, peccatum est. Vbi dicit gloss. Omnis infidelium vita est peccatum. Et sequitur, quia omnis infideliter viuens vel agens, vehementer peccat, ideò est peccatum mortale, aliter vehemens non diceretur.

4 INFIDELITAS hæreticorũ, grauius peccatum est simpliciter loquendo, omnibus peccatis ad infidelitatem pertinentibus, secundum Tho. vbi suprà: quia promissæ & cognitę fidei renititur, & quia plus alijs peccatis nocet, dum fundamentum omnium bonorum subuerit.

5 AN liceat de fide disputare, suprà, Disputatio Hæretici, qui semel fidem receperunt, & postmodùm retrocesserunt, sunt ad fidem compellendi, & corporaliter puniendi arg. 45. d. c. de Iudæis. Alij autem fideles non: quia credere volũtarium est. Sunt tamen compescendi, ne fidem blasphement, vel illi iniuriam faciant, aut eam quoquomodò impediant: secundum Thom. suprà. & per principes puniendi sunt, per ea. in nonnullis de

sis.de Iudæis .& per Hostien.ibi. An pueri infidelium, inuitis parentibus, sint baptizandi. suprà, Baptismus .§. 68.quoniam doct.sunt opiniones variè,concluditur tamen negatiuè. Vide ibi.

6 CONVERSARI possunt cum infidelibus,secundum Tho.suprà, fideles firmi in fide,quando ex eorum cõuersatione magis speratur infidelium conuersio, quam fidelium subuersio. Simplices autem sunt prohibendi, ne sine magna necessitate cum eis conuersentur, maximè nimis familiariter, & præcipuè in his,quæ prohibentur. in c.nullus.28.q.1. videlicèt quòd nó manducent de azimo, non habitent cum eis,non vocent aliquem infidelem in suis infirmitatibus, non accipiant ab eis medicinam, non se balneent cum eis,& contrafaciens si clericus est,deponatur,si laicus, excommunicetur. Igitur videntur mortaliter peccare, si sine necessitate, vel dispensatione Papę faciant. Non enim sine graui peccato tãta pœna infligeretur,intrà,Iudæus.§ 2.

7 IN his autem, quæ ad cultum suæ infidelitatis spectant, nullo modo communicare licet: vt dare, vel vendere aliquid pro vsu sacrificiorum: tunc enim quis esset particeps criminis, & consequenter peccaret mortaliter. Quomodo autem non possunt habere officia publica super fideles,vide in cap.nulla.54.& cap. constituit. 17.qu.4.

8 INFIDELIVM ritus possunt tolerari,licèt ipsi in eis semper peccent:tamen tolerantur,ne peiora eueniãt,vel aliqua bona impediantur, quibus remotis,tolerandi non essent: secũdum Tho.suprà.art.in dicto capitulo,consuluit.de Iudæ. vnde secundum Pan. in c.quòd super.de voto. post Innoc. non licet Christianis expellere eos de regnis suis, & eorum bona auferre, quando non sunt Christianis infesti, nec delinquunt contra legem naturalem, nec legem datam. Et maximè hoc non licet priuatis Christianis: secundum Oldra.conci.51. principibus verò licet,quando imminet periculum fidei,aliàs non. Vide tamen quæ dicit Tho.in opusc.ad ducissam Lotharingiæ.

9 INFIDELES possunt molestari, & priuari dominijs suis, si sint molesti Christianis,vel delinquant in legẽ, vt dictum est:secundum Innoc.vt dicit Panorm.in dict.cap.quod super. Excipere videtur terram sanctam. Itẽ si non recognoscant dominum ecclesiæ:quia omnis potestas data est Christo.Matth.vlt.cuius Papa est vicarius: secundum Host.vide Th. secunda secundæ.q.66.a.8.ad 2.Infideles maximè Turcæ, quia Christianis infesti sunt,& multa bona acceperũt à Christianis,possunt priuari.De Iudæis autem vide Epistolam Thom.ad ducissam Lotharingiæ vbi concluditur, q̃ propter peccatum sunt addicti seruituti,& sic res eorum domini possunt accipere tanquàm suas Quomodò autem expediat, ibi dicitur. Vide extrà, de Iudęis. & dict. 54.cap.nec solùm ecclesia.

10 SI infideles delinquunt in criminibus ecclesiasticis,puniuntur per Papam:si in alijs, per Imperatorem: in mixtis verò,locus erit pręuenientis, vt cõmuniter tenetur, licèt ibi videatur attribuere totam iurisdictionem Papę. Not.tamen Pa.in d.c.quòd super.post Inno. qui dicit, quòd omnes infideles ad ouile Petri,qui est vicarius Christi, pertinent.

11 CHRISTIANIS licitum est in bello iusto vti auxilio infidelium: secundum Pa.in d.c.quod super.& Old.cõci.67.quia & Machabæi viti sancti inierẽt fœdus cũ Romanis,qui erant gentiles,& fideles iustè adiuuant dominũ infidelẽ in bello iusto .11.q.3.c. Iulianus.suprà,Bellum.§.41.

12 INFIDELES nó admittantur in testes contra Christianos.ca. non potest.2.qu.7.& Pa.inca 1.de hæte. infrà,Iudæus .§.13. quia si sunt infideles Deo,etiam hominibus erunt infideles.

13 INFIDELIVM habirũ licet aliquãdo ex causa rationabili Christianis,

assumere, sicut fecit sanctus Sebastianus, dummodò in tali habitu non sit aliquod principaliter institutum, ad discernêdum professores alicuius infidelitatis: tunc non liceret, suprà, Apostata. §. 4. Fides. §. vlt. quia tunc mentiretur contra suam professionem. An liceat disputare cum infidelibus, suprà, Disputare. §. 1. An ille qui nunquàm audiuit de fide, possit excusari, suprà, Fides §. 2. nam si in naturalibus existẽte necessitate Deus non deficit: multò minùs in his, quæ ad hominis salutẽ pertinent.

INFIRMITAS.

1 INFIRMITAS animæ dicitur, quando impeditur anima à propria operatione propter inordinationem partium ipsius, vt quando irascibilis, & concupiscibilis affectæ passionibus, non subduntur rationi. Tho. prima secundæ. quæst. 77. a. 3. & tunc peccatur.

2 PECCATVM ex tali infirmitate tunc mortale dicitur, quando est cum deliberato cõsensu rationis circa mortalia, vel procedit ad actum peccati mortalis, vt homicidij, vel huiusmodi: secus in subitis motibus, quibus ratio non potest occurrere. Tho. vbi suprà. ibi enim non est rationis deliberatio, cuius est ordinare.

3 INFIRMITAS animæ quãdo totaliter inuoluntaria est, excusat à mortali penitùs: quia non potest esse peccatum, quod omninò est inuoluntarium: vt si quis bibendo, & vini potentiam non cognoscendo inebrietur, & postmodùm percuriat aliquem, excusatur à mortali: quia talis passio fuit inuoluntaria. Si autem infirmitas hæc sit voluntaria directè, vel indirectè, non excusat. Dicitur voluntaria directa, quando voluntas fertur in illud, vt quando quis intendit inebriari. Indirectè, quando voluntas fertur in causam: vt cùm quis non vult inebriari, vult tamen vinum immoderatè bibere, timens tamen, & non curans de ebrietate. Ideò qui ex aliqua passione aliquem interficit, vel fornicatur quod tamen non intendebat à principio: tamen quia potuit prohibere talem passionẽ, & debuit, & non fecit, indirectè voluit id. quod secutum, videlicèt homicidium vel fornicationem. Thom. prima secundæ, suprà, de ma. qu. 3. art. 10. ad quartum.

4 PASSIO præcedens iudicium rationis: secundum Th. qũ. de ma. q. 3. a. 11. aliqualiter peccatum alleuiat, sequens autem aggrauat: sicut in benefaciendo passio præcedens minuit meritum, sequens autem auget. Signũ est enim quòd motus voluntatis est fortior: ideò magis in benefaciendo meretur, & in malè agendo peccat: vnde passio non est meriti, vel peccari maioris causa, sed motus voluntatis, cuius passio signum dicitur.

5 AN famulus infirmus debeat habere salarium, vide suprà, Familia. §. 2. Infirmi à ieiunio, & multis alijs obligationibus de consilio medici timorati excusantur.

INGRATITVDO.

1 INGRATITVDO secundum Th. secunda secundę. q. 107. & Archid. Flor. secunda parte. titu. 3. ca. 9. est vitium, quod committitur, quando beneficiatus non retribuit suo benefactori id, quod debet: habetque tres gradus. Primus, quando non retribuit, sed malum pro bono accepto dat. Secundus, quandò dissimulat, vel beneficium vituperat. Tertius, quando non recognoscit beneficium, sed maleficium reputat: & opponitur virtuti gratitudinis, quæ ad iustitiam pertinet: ideò semper est peccatum, cùm virtuti opponatur. MATERIALITER autem sumpta, peccatum generale est, quia in omni peccato inuenitur, cùm omne peccatum sit contra Deum benefactorem nostrum. Formaliter verò est speciale peccatũ, & etiam mortale in omittendo, quæ necessariò sunt facienda, non retribuendo, quæ necessario sunt retribuenda, non regratiando, & non recognoscendo in casu, in quo hęc sunt necessariò facienda. Mortale est etiam

si haut

si fiant aliqua, quæ necessariò erant omittenda, vel si ex animo interiori conténatur beneficium: hoc enim directè contrariatur charitati debitę benefactori. Posset tamen hoc esse veniale ratione actus imperfecti, quia tunc contemptus non esset perfectè cõtemptus. Aliàs ingratitudo veniale peccatum est, plus & minus: secũdum maiora, & minora beneficia recepta.

2 CIRCVNSTANTIA ingratitudinis, non est necessario explicãda in cõfessione, nisi quãdo aggrauat infinitè, licèt non mutet speciem: secundum Caiet. ibi in summa. vt quando offensa in benefactorem est notabilis.

3 PROPTER ingratitudinem peccata dimissa redire dicuntur ad hũc sensum: quia peccatum sequẽs, maius est cæteris paribus, quam si aliquod nunquam fuisset remissum. Ideò bonum est confiteri circunstantiam ingratitudinis, vt peccati grauitas appareat: vt dicit Gul. de pœn. d. 2. ca. illa peccata. sed non de necessitate: secũdum Tho. 4. senten. d. 22. Benefacieus à beneficio cessare debet, quãdo ex beneficio quis peior efficitur: secundum Thom. secũda secundæ, suprà, &c. omnis. 5. q. 1. sic enim beneficium mali occasio fieret. Quando propter ingratitudinẽ reuocatur donatio. supra, Donatio. §. 14.

INHVMANITAS.

1 INHVMANITAS peccatũ est duritiei cordis, quòd misericordiæ virtutem tollit, nec alteri compatitur, & habet duas pessimas radices: videlicèt superbiam: quia tanti homo se existimat, vt credat se à malo lędi nõ posse. Quandoq; autem auaritiam, cùm propter auaritiam tenuit quis subuenire in miseria positis. Thom. secũda secundæ q. 11. 8. ar. 8. Est autem peccatum mortale, quando in articulo necessitatis quis potest alteri succurrere, & non vult: vt dictum est suprà, Eleemosina. §. 2. & 3. Vnde inhumanus curandus est à superbia, auaritia, & omissione, quæ eum opprimunt.

INIVRIA.

1 INIVRIA propriè, & secundum vsum loquendi, est id, quod fit contra alicuius honorem. ff. eod. l. 3. Et fit primò re, vt cùm manus violenta infertur. 17. q. 4. ca. si quis suadente. Secundò fit verbis conuitiando, vel contumeliam dicẽdo. cap. olim, de iniur. Tertiò, literis, cùm librum, chartam, vel historiam, ad alicuius infamiam pertinẽtem quis scribit, componit, vel malo dolo fieri facit: vt cùm permittit scripturam cadere in terram: vt inueniatur. ff. de verbor. signifi. l. latè, vel appendit in muro, aut huiusmodi: siue hoc faciat proprio, nomine, siue alieno. vel si prędicta fecerit per aliud quàm per scripturam, vt per picturã, vel aliud signum vergens in dedecus proximi. 5. quæstion. 1. capitul. quidam. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. ait prætor. ne quid infamandi causa fiat.

2 INIVRIAS animo iniuriandi formaliter, & lædendi proximũ notabiliter in fama, sine dubio mortaliter peccat: agit enim contra charitatem: secus pro re parua. Si autem non habet animum iniuriandi, tamen vel facto, vel verbo, vel aliter facit aliquid non aduertens quod debuit aduertere, vt si iocosè posuit schædulam: in qua continebantur infamationes: licèt nõ hoc intenderet, tamẽ peccauit mortaliter: quia debuit cõsidetare quid ageret, & quod hoc ex se malum erat: sicut de eo, qui occidit inaduertẽter, quòd debebat aduertere. Si autem dixit, vel fecit aliquid, quod de se nõ importabat nisi paruam infamiam, vel nullam: habens tamen animum satis iniuriandi mortaliter peccauit: sicut qui parũ furatur animo furandi multum, si posset. Plus enim pensatur animus apud Deum, quàm actus: quia voluntas pro facto habetur apud ipsum, de pœn. d. 1. ca. omnis. & can. nolì. Si autem facit aliquod nõ aptum de se generare magnam infamiam, & sine animo malo, vt puta, ex ioco, tamẽ sequitur magna infamia, non propter hoc mortaliter peccat: quia animus malus non fuit, & factum non per se erat malum grauc, ex quo verisimiliter sequi posset grauis infamia.

3 IMPVTANS aliquem de aliquo crimine, vel dicendo ipsum esse spurium, vel infamem, accusando, vel denuntiando, vel testificando secundum iuris formam, sine malo animo, sed vt iustitia locum habeat, non peccat, cùm faciat quod facere debet, nec tenetur de iniuria. ff. eod. l. eum qui. Idem si facit excipiendo, vt repellat a testimonio. capi. ex parte. de testi. vel ab ordine, vel beneficio. cap. super his. de accusat. quia nemo vtens iure suo alteri dicitur facere iniuriam. de elect. capi. cùm ecclesia. Si autem hæc dicat tantùm ad infamandum, quòd præsumitur, quando nò habet iustam causam dicendi, tunc facit iniuriam, & condemnandus est, per capi. ex merito. 6. q. 1. Si autem habet causam, tamen non mouetur propter hoc, sed ex odio, vel ira, intendens principaliter illius infamiam, & non iustitiam, non euadit peccatum mortale, cù agat contra charitatem proximi, & adsit animi malignitas.

4 INIVRIAS remittere, quò ad affectum animi, quilibet tenetur sub præcepto: quia est præceptum Christi dicentis, Dimitte, & dimittemini. & sine tali remissione, proximus amari non posset: sicut præcipitur in euangelio. Licèt tamen aliquando vendicare iniuriam zelo iustitiæ, & nò liuore vindictæ: vt pro emendatione peccatoris vel ad cohibendum eum, vel pro pace aliorum, vel pro iustitiæ conseruatione, vel pro honore Dei. vel alijs bonis respectibus. Thom. q. vnica, de virtu. & secunda secundæ. qu. 25. infra. Vindicatio. per totum. Quæ iniuriæ dicantur enormes, suprà, enormis. §. 3.

5 AN liceat pro iniuria repellanda se tueri, & iniuriantem percutere inconsinenter? Respondent doctores quod sic. Panormitan. in capitul. olim. de restitutio. spolia. elect. 1. post Bartol. quia si pro rebus potest persutere, à fortiori pro fama. Tamen si percuteret clericum occidendo, vel mutilando, licèt non esset excommunicatus, efficeretur tamen irregularis, in clemen. si furiosus. de homici. intelige prædicta cum moderatione, suprà, Homicidium. §. 5. Infrà, Irregularitas. §. 43. non tamen licet post percutionem repercutere: quia non esset defensio, sed vindicta, quæ reseruatur iudici: secundum Innocent. in dict. capitul. olim. nisi fortè timeretur geminata percutio: secùndum eundem Innocent. licèt quidam oppositum tenuerint.

6 INIVRIATOR tenetur satisfacere iniuriato de damno dato, siue in rebus, siue in fama: hoc enim est de lege naturę. & vltra hoc, de iniuria tenetur veniam petere, nisi esset prælatus, qui in corrigendo modum excessisset, vel nisi ex hoc maius malum timeretur: tunc aliter nolens hoc modo satisfacere, nò debet absolui: quia est in mortali, & incontritus: nisi iniuriatus liberaliter iniuriç actionem remittat quo ad conscientiam, vt dicit Sil. verb. iniuria. §. 5.

INIVSTITIA.

INIVSTITIA, qua quis opus iniustum committit, ex suo genere est peccatum mortale: secundum Thom. secunda secundæ. quæstion. 59. arg. vltim: in quacunque materia inuenitur: quia nocumentum proximo infert: quod est contra charitatem. Si autem per accidens committatur iniustitia, vt cùm non intendit quis proximum offendere, nec scit se quenquam lædere, non est mortale, nisi nocumenti magnitudo, aut negligentia sciédi reducat actum ad suum genus: vt si quis ex loquacitate aliquem notabiliter infamat, etiam quod talem infamiam non intenderet. Debebat enim aduertere quid poterat sequi. Vel si quis proiecit saxum quò solent transire homines, & interfecit aliquem: quia tenebatur considerare casum. Alias est peccatum veniale: vt pro re parua, vel in primis motibus. Quando autem ignorantia potest excusare, vide suprà, Ignorantia. §. 1. 8. & 9. Sicut omne opus virtuosum potest dici actus iustitiç, ita omne peccatum, actus iniustitiæ: quia contra Deum est, cui secùndum iustitiam obe

dite

dire tenemur.

INOBEDIENTIA.

INOBEDIENTIA, qua quis suo superiori in his, in quibus subijcitur, non obedit, si hoc fiat ex intentione non obediendi, est peccatum mortale ex genere suo: quia iniuriam facit superiori, cõtemnens eius præceptum. Nam idem est contemnere præceptũ, & nolle ex intentione obedire præcepto. Sic enim patet, quod præcepto nó vult subdi. Et quia paria sunt, nolle ex intentione obedire, & cõtemnere, & contemptus vbiquè damnabilis censetur, ideò mortale peccatum est. Et hîc intellige per præceptum, non tantum illud præceptum formale obligans ad mortale: vt cũ dicitur in virtute spiritus sancti, &c. vel præcipiendo mãdamus, & huiusmodi, sed omne mãdatum quomodocunquè obligans subditum ad obediendum, prout præceptum in mortalibus distinguitur contra consilium. Intellige etiam inobedientiam formaliter, scilicet ex intentione. Aliter veniale est, vt pro re minima, vel ratione actus imperfecti. Si autem non obediat non ex intentione non obediendi, sed ex negligentia, vel alia causa, tunc peccatum iudicandum est secundum materiam circa quam est. Nam si circa præcepta Dei, vel præcepta formalia superiorum, peccatur mortaliter, nisi impotentia, vel causa sufficiens excuset. infrà, Obedientia. §. 12. Præceptum. §. quarto.

NON obedire legis præcepto, quando lex est iusta, acceptata, & non abrogata per contrariam cõsuetudinem est peccatum mortale, etiam quod talis lex sit pœnalis, continens tantum vnum præceptum: vt dicẽdo, qui percusserit aliquem vulnere, soluat 10. aureos: nisi adsit ignorantia non crassa, & non affectata, quæ possit excusare, vel nisi probabiliter crederet, quod si adesset legislator, non vellet in tali casu obligare, vel nisi quando contrafaciens legi, non credit contrafacere intentioni statuentis, etiam quod secundum veritatem contrafaceret, quod tamen existimat non esse. Et hæc determinatio est secundum mentem S. Thom. 4. senten. distinct. 15. & secunda secundæ. q. 147. vbi loquitur de ieiunio. & Pa. in rub. de obser. ie. Et sicut dictum est de præceptis statutorum: ita dicendũ est de præceptis prælatorum, quò ad culpam, quia obligãt siue sint pœnalia, siue non: nisi quando lex vel præceptum declararet non obligare ad culpam, sed tantùm ad pœnam, sicut fit in constitutionibus fratrum prædicatorum, infrà lex. §. 4. Distinctio. quam ponit Hen. de Gan. in quol. de præceptis statutorũ, est inutilis.

INQVIETVDO.

INQVIETVDO mentis, est filia auaritiæ. Nã ex hoc quod quis valdè ad aliquid afficitur, circa illud mentẽ occupatam tenet, vel circa negotia sæcularia ex affectu auaritiæ, vel circa venerea, vel circa alia, secundum diuersum affectum hominum. Et communiter veniale peccatum est, quando versatur circa materiam venialiter malã. Si verò circa materiam malam mortaliter, vt esset fornicatio, vel huiusmodi, & cum animo deliberato, tunc mortale esset peccatum, secundum Caietanum in summa, ibi. Si ob mentis inquietudinem quis omittat, quæ ad salutem necessaria sunt, vt confessionem, & similia, talis inquietudo mortalis est.

INQVISITIO.

INQVISITIO, per quam iudicialiter proceditur ad inquirẽda crimina, si sit specialis contra certam personam, ad pœnam imponendam, requirit clamorosam infamiam præcedentem, in cap. qualiter & quando el. secundo. de accusat. non autem quando est generalissima, vel generalis super aliqua prouincia vel loco. de accusation. cap. sicut olim. Sed si fiat cõtra specialem personam, aut fit contra prælatum secularem, & tunc non debet fieri, nisi tanta præcedat infamia, vt sine scandalo, vel periculo dissimulari non possit, vt in dict. c. qualiter & quãdo. vel fit contra subditum

secula

secularem , & tunc sufficit præcessio clamorosæ infamiæ,etiam sine scádalo,& periculo,vt in dict.cap. qualiter & quando.Aut fit contra regularem, & tunc aut agitur ad pœnitẽtiam,vel correctionem,& nó est necesse seruare hunc ordinem , sed de facili procedi potest ,vt in c.reprehensibilis . de appellatio. Aut inquiritur contra prælatum regularem, & debet iste ordo seruari,sed non ad vnguem,sicut nõ seruatur in prælatis qui remouentur ab administratione secundum voluntatem abbatis:vt in capitul.cùm ad monasterium.de statu regùla. Quædam verò fit inquisitio non ad pœnam imponendam , sed ex debito officij , vt puta , quod quis non contrahat matrimonium, propter aliquod impedimentum , vel non promoueatur ad prælaturam , vel electus non confirmetur si reperiatur vitiosus,&c.& sic non præexigitur talis infamia ,ex quo fit ex debito officij. Ad hoc facit capi. postquàm,cum multis similib.de electio.Et quod dictum est infamiam debere præcedere , limitat Panormitanus quando fit inquisitio per ordinarium de suo mero officio ,tunc nó est necesse recipi testes super infamia,sed satis est sibi constare, vt in dicto capitul . qualiter & quando.vbi tantùm exigitur, vt ad aures superioris peruenerit à viris prouidis,& honestis. Secus in delegato, vel ordinario procedente ad instantiam partis. Panormitanus in capitulo cùm oporteat , de accusationi.& capit.dilecti.Dequibus possit inquisitio fieri,vide Silu.ibi primo.quæstio. 2.

2 QVILIBET prælatus potest & tenetur cõtra subditum inquirere, ne subditorum sanguis de manibus eius exquiratur in die iudicij, de offic.ordin.capitulo irrefragabili. Quomodò autem practicè procedatur in inquisitione.vide Tab.ibi.§.primo,& secundo & Sil.verb.inquisitio.1. quæstion. 5.& Archi.Floren.3.par.titul.9.capi. 7.8.& 9.

3 AN inquisitus de aliquo crimine.& confessus, possit de omnibus alijs inquiri,suprà,Accusatio.§.10.quia Calsta.tenet contra Pet.vel Pal.

4 INQVISITVS , & confessus crimen,non debet interrogari ad hoc, q̃ sit testis,quia cùm sit infamis iam, nó potest facere sufficiens indicium,secũdum Baldum suprà,Indicium.§.6.sed interrogatur, vt per eius dictum veritas ab alijs possit inueniri.

5 INQVISITVS potest recusare iudicem,si habeat eum suspectum.c.cum speciali.de appellatio. vt quia ex odio procedit,vel quia est criminosus argu. canon.iudicet.15.q.7. Potest etiá negare infamiam præcessisse ,& cõsequẽter iudicem hoc primò cognoscere oportebit.

6 IVDEX non debet procedere contra personam singularem inquirendo, sine instantia partis, secundum Panormitan.in capitul.ad nostram ele. 2.de iureiurand sed libello dato, & seruato ordine iuris, etiam si factum sit notorium ,nec valet citatio , nisi partem petente ; nisi sit causa miserabilium personarum , quæ se tueri non possunt, vt limitat Bartolus ff.de damn. infect. l. 4. §. hoc autem iudicium. Semper debet adesse accusator,secundum Thom.secunda secundæ. q. 67. a.3.& publica infamia , locum accusatoris tenet , secundum Thom. ibi, ad 2.& euidentia facti . In denunciatione verò,quia non intenditur peccantis punitio,sed emendatio, & non agitur contra reum, sed pro eo , non est necessarius accusator , vt dicit Thom.vbi supra.infrà,Iudex.§.3.Denunciatio.§.2.

7 IVDEX procedens ex mero officio recipit iuramentum ab illis , contra quos fienda est inquisitio, non autem quando procedit ad instantiam alterius,ne instruat aduersarium , qui habet probare ea,quæ denunciauit. Secundò non tenetur recipere probationem super famam , satis est enim quod constet , vt dictum est, secus si procedit ad instantiam partis. de accusa.capit.cùm oporteat. Tertiò non admittit probationes contrarias super bona fama, secus si ad instantiam partis

partis:non enim ita præsumitur contra iudicem,sicut contra partem:vt in capitul.nostra. de procuratoribus. & in capit.ad audientiam.de præscripti. Quartò, non fit litis contestatio, sicut quando proceditur parte petente. capitu.cum dilectus.de pur.ca. Quintò, possunt recipi testes publicatis attestationibus, quia cessat timor subornationis: secus quando proceditur parte petente. Hæc Panormita.in dicto capitulo qualiter & quando.el.secundo.in glos.1.

8 QVID si prælatus mandet sub præcepto, excommunicatione, vel iuramento, vt quicunque scit aliquem,vel aliquos fecisse tale maleficium, teneatur hoc manifestare. Respondeo secundum Bartolum in l.in ciuilem.C. de furt.& Panormitan.in ca.qui cum fure.de furt.Sit prima cõclusio.Si potest manifestare furtum sine manifestatione furis, & sine præiudicio proprio, quando mandatur in communi,in omni euentu tenetur sciens reuelare,aliter peccat. Secunda conclusio. Quando notoriũ est,talem fecisse hoc maleficium, tenetur reuelare. Tertia conclusio, Quando non est publicum,tamẽ potest probare per duos testes, sine ipso tenetur reualere, non tamen proprijs expensis, nec ei, qui passus est iniuriam, sed iudici,secundum Hosti.in c.episcopus.15. q.6.vel illi,cui iudex præceperit reuelandum. Quarta conclusio, Si hoc non est notorium,nec possum probare per duos testes, non teneor, imò non possum reuelare tanquam iudici.per cap. plerunque.2.q.7.nec prælatus potest mihi præcipere vt isto modo reuelam. Facit clem.nolentes.cum gloss.de hæret. Quinta conclusio, Si omnino credo, quòd prælatus procedet non tanquam iudex,sed vt pater ad emẽdationem delinquentis,& non ad pœnam, quidam dicunt quòd tenetur dicere secretè aliter non dicendo,faceret contra charitatem:intellige quando omnino credit posse prodesse,non tamen incurreret excommunicationem latam non reuelando. Non enim scit hoc iuridicè, vt excommunicatio intendebat, nec præceptum, vel iuramentum trasgrederetur. Si autem quis habeat in confessione,nullo modo debet dicere per quodcunque præceptum. Si autem alio modo habet in secreto,vel sub iuramento, non sic tenetur celare, sed potest reuelare inquantum iura sinunt, quia sic intelligitur tale iuramentum suprà,Excommunicatio.§.2.

9 SED quid si in excommunicatione dicatur quòd manifestet,etiam si tenetur sub titulo recompensationis:suprà,Excommunicatio.§. 32. Furtum. §.15.Respondet Angel. ver.furtum.§. 41.quòd sententia debet intelligi quãdo non est certus, aliter si præciperet, sententia contineret intolerabilem errorem:quia perinde esset, ac si præciperet dare suum proprium,quod non est intelligẽdum.sed de eo quod tenet sine certitudine. Si enim ibi exprimit etiam quod iustè detineat, tunc talis sententia continet intolerabilem errorem. Si autem in sentẽtia contineatur etiam sub titulo recõpensationis,tunc debẽt verba ciuiliter intelligi, id est, si iniustè detinet. Vnde iustè talis clausula potest apponi, nec sic continet errorem intolerabilem,& sic communiter transeunt doctor.& videntur benè determinare.

10 SI delictum est manifestum,& delinquens occultus,& fulminatur sententia excõmunicationis contra eum, qui tale quid fecit, nisi se manifestet, vel restituat, &c. quod potest fieri, per ca.quidam.5.q.1. tunc delinquens non tenetur se manifestare,nec incurrit sententiam, quando in hoc casu secreto nõ habet iudicem nisi Deum. Prælatus autem potest in genere præcipere,in specie autem nullus tenetur, nisi adsint indicia. Aduerte tamen, & et si non teneatur seipsum prodere, tenetur tamen satisfacere si potest, aliter excommunicatur, secũdum Caieta.2.2.q.69 ar.1. & præsertim quãdo sub disiunctione ponitur, sicut in d.c. quidam.Si autem fieret talis excõmu

nicatio

nicatio per modum statuti, q; semper respectu futuri fit, tunc ligaret occultum delinquentem, vt dicit glo. in cle. 1. de hæret. Ex hoc habes, quòd quãdo prælatus præcipit super occultis omninò, non tenetur quis respõdere, quia in hoc non est suus iudex. suprà, Excõmunicatio. §. 31. Hæc à confessore benè sunt ponderãda, ne pro excommunicato habeat, qui nõ reuelauit, in casu, quo non tenebatur reuelare.

21 RELIGIOSI & si non teneãtur sequi apices iuris in iudicijs, sicut & in electionibus, vt patet per suas constitutiones, maximè in ordine prædicatorum, tenentur tamẽ seruare ea, quæ sunt de essentia iuris, vt q; non procedant sine accusatore, vel infamia, & huiusmodi, ac sine testibus: hæc enim prætermitti non possunt, cùm sint de essentia iudicij, sine quibus iudicium esset iniquum. vide Archi. Flor. 3. par. titul. 9. c. 15. infrà, Iudex. §. 18.

22 RELIGIOSVS de crimine vehementer præsumptus, & veritatem nolens recognoscere, potest poni ad quæstiones, id est, tormenta. Quia quamuis secundum iura ciuilia liber homo ad torturam poni non debeat, sed serui tantummodo, vt ff. de quæstio. per totum. tamen quia faciens peccatum est seruus peccati, vt dicitur Ioann. 8. ideò talis vt seruus poni potest ad quæstiones. vt 6. quæstion. 1. canon. illi Et potest arrestari, seu detineti, vt dicit Benedict. XI. in statuto ad minores. nullo tamen modo est à quæstionibus inchoãdum. de regulis iuris cap. cùm in cõtemplatione, quia siue prælatus, siue alius de eius mandato, vim inferens clerico parato corrigi, & obedire volenti, excommunicatus est, de sentent. excommunica. vniuersitatis. & hoc tenent Hosti. & Archi. & si statim hoc fieret, nulla præsumptione præcedente, esset appellandi locus per c. non solent 11 quæst. 6. Quæstiones autem huiusmodi circa clericos, debent esse moderatæ, propter periculum excommunicationis, & propter hoc, quòd iudicium pessimum est, quod ex suspitione, vel extorta confessione fit, vt in canon. si sacerdotibus, 15. quol. 6. ff. de quæstio. l. seruus. quia aliqui contemnunt, aliqui potiùs mẽtiri volunt, quàm pati.

23 ENORMIA crimina in religioso dicuntur omnia mortalia argu. in d. c. illi. & pro quolibet tali potest quilibet religiosus actari ad custodiam, si expedit correctioni. nõ autem ad pœnam, sed pro his quæ exprimuntur in statutis sui ordinis, vel eis æquiparantur arbitrio discretorum. Non est tamen de facili clericus incarcerandus, quia excommunicatus est, qui iniuriosè clericum detinet. per cap. nuper. de sententia excommunicati. nec propter incarcerationem quis efficitur infamis, nisi quando iustè carceri mancipatur. suprà infamia. §. 9. Nam de carcere, & catenis quis quando què ad dignitatem egreditur, vt de Ioseph legimus Gen. 39. cap. & de Petro & Paulo.

INQVISITOR.

1 INQVISITOR hæreticę prauitatis debet attingere quadragesimum annum in clem. dolentes. de hæretic. & constituuntur inquisitores per generales, & prouinciales, ac ministros ordinis prædicatorum, & minorum, secundum glo. ibi. quibus à sede apostolica est cõmissum, & mortuo summo pontifice, à quo habent authoritatem, & à quo dicuntur instituti, nõ expirat eorum authoritas. capi. ne aliquid de hæret. libr. 6. & sunt delegati Papæ, & non ordinarij, vt in c. vt officij. de hæret. lib. 6. Et possunt remoueri per eos, per quos instituuntur, ex priuilegio, & ex rationabili causa, & non liberè: vt dicitur in directorio inquisitorum, & in literis Papæ, & sunt perpetui, nisi instituantur ad beneplacitum sedis, vt in capit. gratiosè. de rescript. & possunt instituere sibi vicarios, vnum vel plures, per dictam glo. & non est necesse dictos vicarios habere quadraginta annos, sed sufficit quòd habeant 30. vt declarat Clemens VII. in breui directo Magistro Paulo Butigellæ, quod incipit, Cùm sicut. & quod vidi, & scripsi.

2 INQVISITOR non potest se intromittere de incãtationibus, sortilegijs, quæstionibus vsurarum, nisi in quantum sapiunt manifestè hæresim: vt in c accusatus.de hære.lib.6. & ibi glos.Et hæc sunt,quæ sapiunt manifestè hæresim.videlicet, Circa aras idolorum emittere nefarias preces,offerre sacrificia, dæmones consulere, & eorum responsa suscipere.26.q.2.can. hi qui. vel associant sibi propter sortes exercendas hæreticos, vel prędicta faciunt cũ corpore: vel sanguine Christi,vel in sortibus vt possint habere responsa,puerum rebaptizant,vel his similia: vt ibi dicit glos. Item adorãtes aliquam creaturam tanquàm Deum, vel exhibentes reuerentiam dæmonibus,vel vocãtes eos sanctos, vel inuocantes eos ad aliquod eis impossibile: vt ad futura contingentia sciendum, vel abutentes aliquo sacramento, & huiusmodi, sapiunt manifestè hæresim.Et sic intellige d glos. & qui diceret vsuram non esse peccatum, vel fornicationem, & huiusmodi,de his potest inquisitor videre: imò sibi mandatur. in clem. vnica. de vsu. & contra eos procedat.

3 AD inquisitores non pertinet cognoscere. an aliquid sapiat manifestè hæresim:quia iurisdictio est sibi attributa conditione existente: vt no. glos. in d.c.accusatus.Si tamen certum est, quòd sapit hæresim, sed dubitatur an sit manifesta, potest recipere probationes an sit manifesta. & vt intelligit glos.esse manifestam,id est, notoriam, quòd celari nequit vlla tergiuersatione.capitu. ex parte.de verbor. significatio.

4 INQVISITORES non possunt quomodolibet abuti portatione armorũ,nec habere nisi officiales necessarios.in clemen. dolẽtes de hære. nec de crimine hæresis procedere contra Episcopos,nisi in literis eorũ fiat mentio specialis.quòd possint. in capitul. inquisitores.de hære.in sexto,nec procedere prædicatorum inquisitores, contra fratres minores, nec econtrà, aliter sunt excommunicati per extrauagant. Pauli II. Excommunicatio 95. Nunc autem possunt procedere modo declarato per Clem. VII. in dictis literis.Cùm sicut. Vbi sic dicitur. Tibi,necnon omnibus,& singulis alijs inquisitoribus dictæ hæreticæ prauitatis ex ordine fratrum prædicatorum maxime Lombardiæ, per vniuersam Italiam constitutis, & deputatis, ac constituendis, & deputandis, eorumque vicarijs in virtute sanctæ obedientiæ,& in remissionem peccatorum vestrorum districtè præcipiendo mandamus, quatenus omnibus, & singulis etiam Carmelitarũ,& aliorum ordinum mendicantium religiosis, vel non mendicãtibus, de huiusmodi peste diffamatis, aut aliter suspectis,præcipueque tales errores in suis sermonibus,verbis, seu prædicationibus disseminantibus,per censuram ecclesiasticam appellatione postposita super huiuscemodi,ac qualibet alia hæresi tilẽtium imponatis, & postquã per vos, siue vicarios vestros, aut vestrum,vel eorundem vicariorum aliquos, siue aliquem præsidẽtem monasteriorum, conuentunm, & aliorum locorum, vbi hæresis huiusmodi, vel errores disseminati forent, aut inibi propinquorum præmoniti fuerint, nisi tales infra mensem à die admonitionis computandum,debita prouisione remedia cum effectu adhibuerint, ac digna pœnitentia castigauerint, de quibus admonenti fidem facere teneantur: & si præsidẽtes ipsi talia prędicarent, admonitionem præsidentis vicinioris conuentus,vel loci respectiuè facere sufficiat, contra huiusmodi exemptos vsque ad sententiam diffinitiuam,ad quam ferendam, si fuerit condemnatoria, cum consensu ordinarij procedatis. Cõtra Carmelitas tamen confestim possitis vsq; ad capturam procedere, dum prædicant populo, vel publicè disputant erroneas conclusiones.

5 INQVISITOR potest indicere silentium quæstuarijs, & etiã aliis prædicatoribus, quãdo pro negotio fideĩ congregationẽ facere contingeret, vel

quando

quando afferrent impedimentum eidem negotio. cap. vt officium. de hęre. lib. 6. Et pro eodē negotio potest cō uocare populum. cap. vt commissi. de hære. libro sexto. & peritos congregare. dict. cap. vt commissi.

6 INQVISITOR sine Episcopo, & econtrà, potest procedere contra hęreticos in omnibus, vsque ad incarcerationem ad pœnam, tormēta, & sententiam condemnatoriam exclusiuè, nisi quando nō possent habere copiā ad inuicem, infrà octo dies, post requisitionem. clement. 1. de hære. & c. officium eo. & quomodò officiales debent iurare fidelitatem. ibi, in dict. cle. & plura alia.

7 INQVISITOR potest procedere simpliciter, & de plano, absque strepitu aduocatorum, & figura iudicij. c. final. de hære. libr. 6. Quæ verba quomodo intelligantur. habes in clemen. sæpè contingit de verborum signific. debet tamen procedere per accusationes, citationes, indicia, testes, & huiusmodi. quæ sunt de essentia iudicij. Et quando inquisitor timet in conscientia de periculo testium, deponentium, accusatorum, si eorum nomina publicarentur, tunc non publicè, sed secretè coram Episcopo, vel eius vicario in absentia illius & aliquibus alijs personis prouidis, & honestis, iurisque peritis, totum processum, super quo deliberandum est, manifester, & de eorum consilio, ad sententiam, vel condemnationē potest procedere. & talibus plena fides adhibeatur, licèt eorum nomina non fuerint publicata. Et possunt inquisitores prædicti præcipere sub pœna excommunicationis latæ, ne reuelent nomina prædictorum. Non tamen potest Episcopo hoc præcipere, nec Episcopus inquisitori, sed Papa præcipit eis, in virtute obedientiæ ne reuelent. Cessante tamen periculo, debent nomina publicari, scilicet accusatoris, & testium, & quando procedit per viam inquisitionis, excommunicati, participes, vel socij criminis, admittuntur ad testimonium contra hæreticos, receptatores, & huiusmodi, si ex circunstantijs verum dicere præsumantur capitul. in fide. in sexto. eod. Secus quando procederetur per viam accusationis, vel exceptionis: quia tales non admittuntur: secundum Ioan. Andr. ibi. Vnde melius est per inquisitionē procedere, si potest.

8 RELIGIOSI etiā sacerdotes, qui in seculo officium tabellionatus exercuerunt, possunt etiam exercere in officio inquisitionis. per capitul. vt officium. lib. 6. eo. Et potest inquisitor accipere duas personas loco vnius notarij, quando non adest: vbi suprà, qui subscribant se, dicēdo. Acceptauit nos pro sufficientibus.

9 IN facto hæresis potest iudex procedere ad inquisitionem, etiam infamia non præcedente: sed sufficit, quòd habeat vnum vel duos testes, vel aliquod indicium benè probatum. quia ex suo mero officio procedit, & imponitur sibi quòd procedat. per clem. multorum. de hære. Et quia semper procedit contra crimina periculosa de aliorum subuersione: ideò non est necesse, quòd procedat infamia. In hoc enim fallit regula secundum Doctor. & Barba. concilio 72. & etiam Felin. in capit. excommunicamus. el. primo. vbi ait. Eo ipso, quòd quis discedit à communi conuersatione fidelium, circa cultum diuinum, potest contra ipsum absque alia infamia inquiri de hæresi: vt si circa diuina: vt audire missam, vel alia sacramenta, est valde negligens. Indicium enim est hæresis occultæ.

10 QVANDO procedit in generali inquisitione, ita quòd nec implicitè, nec explicitè est nominata persona, & fiunt aliquæ depositiones de aliqua persona speciali, & crimine speciali: vt communiter in inquisitione hæresis fit, necesse est ante sententiam, vel torturam, vel ante omnem inquisitionem specialem, repetere eosdem testes, inquirendo specialiter contra talem reum depositum, & de illo crimine speciali: secundum Panormit. in capitul. ad petitionem. de accusat.

in

in primo not. Angel. de Aret. in tracta. suo de maleficijs dicit, quòd prudens iudex debet primò recipere testes super delicto, & eo in speciali. Secundò citare reum, & examinare ipsum. Tertiò si negat, adducere testes coram eo. Sed hoc non est necessarium in inquisitione hæresis: vt dictum est, imò consuetudo est in oppositum: vt testes liberiùs deponant, & est in fauorem fidei hæc consuetudo, ideò seruanda, ne alij retardentur à denunciatione.

11 STATVTA locorum, per quæ officium inquisitionis directè, vel indirectè impediretur, vel quomodolibet retardaretur, ipso iure non valent, & rectores locorum illorum per censuram possunt cogi vt reuocent, vel moderentur, ne impediât dictam inquisitionem. ca. statutum. de hæret. lib. 6.

12 INQVISITOR potest vocare brachium seculare contra hæreticos per cẽsuram. in dicto capitulo, vt officium, & statutum de duabus dietis. in capitul. nonnulli. de rescriptis. non impedit inquisitionis officium. in dicto capitulo statutum. Potest etiam secundum Ioannem Andræam procedere contra hæreticum in sua dœcesi repertum, licèt alibi commiserit crimen: & contra personas quascunque non solùm de sua dicœcesi, sed etiam alienigenas, & forenses, si ibi delinquunt, etiá si essent exempti: vt sunt religiosi: quia iste rentus excludit omnem dignitatem: vt in dicto capitulo, vt officium. capitul. vt commissi. eod. libro sexto, vbi habetur, quòd etiam possunt procedere cõtra eos, qui recesserunt de sua prouincia, & potest trahere testes de vno dicœcesi ad aliã. per dictum capitulum, vt officium. infrà tamen terminos suæ iurisditionis. Si tamen fratres aliqui essent priuilegiati, vt sunt prædicatores, & minores per priuilegium Sixti IIII. & fortè aliqui alij, non posset contra eos procedere, sed ipsi à suis prælatis essent corrigendi.

13 PRACTICAM quã tenere debet inquisitor, cùm primùm ad locũ suæ inquisitionis venerit, vel in citando reos, vel recipiendo depositiones, accusationes, formando processus, &c. vide amplè in directorio inquisitionis, & in Summa. Tab. ibi, à §. 10. vsque ad 27. inclusiuè, quæ omnia breuitatis causa prætermitto: quia huiusmodi ad confessorem non spectant.

14 INQVISITOR ex suo officio potest procedere contra suspectos de hæresi, contra credentes, receptatores, defensores, fautores eorum, impediẽtes officium suum directè, vel indirectè, vel retardantes. per dict. capitul. vt officium. & capit. excommunicamus. de hæret. & per literas Alexand. II. & Vrbani IIII. quæ incipiunt, Præcunctis, contra blasphemantes. quando sic blasphemando dicunt aliquod hæreticum, vt Deum partialem, impotentem, & huiusmodi: & si in talibus volunt perseuerare pertinaciter, sunt seculari curiæ tradendi tanquam impœnitentes. Si autem hoc mente non tenent, sed sæpè prorumpunt in huiusmodi verba, sunt iudicandi vt vehementer suspecti. De his diffusè habetur in dicto directorio. Potest etiam procedere contra Christianos transeuntes ad Iudæos vel Saracenos, contra infideles, qui baptizati retrocedunt, & contra eorum fautores, & cætera, siue sint Christiani, siue non: vt in capitul. contra Christianos. de hæte. libr. 6. & per extrauagan. Nicolai III. quæ incipit, Turbato corde. & Thom. secunda secundç. quçst. 10. ar. 8.

15 SI Iudæi, vel infideles delinquant circa contemptum fidei nostræ, vel impediant inquisitionis officium, aut committant aliquid in contumeliam, vel contemptum saluatoris: vt vitupetando ecclesias, altaria, paramenta, sacramenta, & huiusmodi, per inquisitorem possunt puniri: secundum Ioan. de Cal. in quodam consilio ad inquisitores: quia ipsi inquisitori commissa est defensio fidei. vt in di. cap. vt officium. Præterea si non possent, se-

queretur, quòd infideles essent melioris cõditionis, quàm Christiani, quod dicendum non est. Idem tenet Direc. 2. parte. ca. 46. Et licèt ipsi non possint dici hæretici, tamé quia peccãt in materia inquisitori subiecta, propter hoc contra eos procedere potest inquisitor. De hoc extant literæ cle. 3. Greg. X. & sic fuit conclusum Bononiæ per Docto. Ad hoc Panor. in c. postulasti. de ludæ. Nam ludæus ratione delicti, potest fieri de foro ecclesiæ. in d. cap. pastoralis.

16 INQVISITOR potest compellere testes ad iurandum de veritate dicenda eidem in causa fidei, & eos pluries examinare. in dict. ca. vt officium. & potest in fauorem fidei admittere excommunicatos, participes, socios criminis. periuros, infames, criminosos, seruos contra dominos, hæreticum contra hæreticum, credentes, fautores, receptatores eorum, vxõrem, filios, familiares, de hæret. capit. in fidei, libro sexto, non autem capitales inimicos. arg. in capi. accusatus. §. licet. eo. in sexto, & prædictos non admittit pro, sed contra. in dict. capit. filij, eo. li. 6. ar. in d. c. in fidei. & in glo. quia tales non admittit, nisi vt in iure exprimitur.

17 INQVISITOR potest torquere, vel aliter punire testes, quos manifestè deprehendit in causa fidei esse falsos, & eum, qui contra insontem falso, & scienter, medio iuramẽto imposuit crimen hæresis, quia hoc est de iure cõmuni: licèt nihil de hoc habeatur in priuilegijs inquisitorum, vel in canone de hæreticis. hoc tamen fieri potest, vt declarat Pa. de Liasa. in clem. 1. de hæret. super ver. aut tormentis exponere, &c.

18 QVAMVIS inquisitor possit aliquem de iuris subtilitate damnare per duos testes non singulares, secundum quod dicitur in Direc. 3. par. q. 71. non tamen debet facere de æquitate: quia in criminalibus probationes debent esse luce clariores. C. de probatio. l. vltim.

19 INQVISITOR secũdum declarationem Ioan. Andr. in cle. sæpè contingit. de verb. sig. potest procedere sine libello, sine contestatione litis, tempore, feriarum inductarum in fauorem hominum, amputando dilationes, abbreuiando lites, repellendo frustratorias exceptiones, refræuando appellationes, iurgia partium, multitudinem testium, dando simul terminum ad ponendum, & articulãdum, primò & secundò, ad producendum omnia acta, & munimenta causæ, interrogando partes vbi suadet æquitas, non citando peremptoriè ad sententiam, quam profert stans, vel sedens, & non facta conclusione. Citare tamen tenetur, & recipere petitionem in scriptis, vel verbotenus tunc scribendam in actis, & sic in processu de substantialibus dimitti non debet aliquid, sed summariè, id est, breuiter fieri. Aliæ autem solennitates omitti possunt, dummodò iura alterius non lædantur contra naturalem æquitatem. Vnde ius commune seruandum est, ad quod omnes tenentur. de consti. ca. 1. & hoc est procedere summariè, simpliciter, de plano, sine strepitu, &c.

20 INQVISITOR cum diœcesano possunt interpretari statuta edita contra hæreticos, vt patet in literis. Inno. IIII. imò solus inquisitor, vt in literis Alex. IIII. quæ incipiunt, Præ cunctis. potest absoluere hæreticos abexcommunicatione. vt in d. c. vt officiũ. non tamen reperitur quòd possit dispensare super irregulatitate si incurrissent, quò ad sacros ordines. gloss. final. in capitu. nos consuetudinem. d. 12. Potest dispensare cum pœnitentibus traditis carceri perpetuò, & in alijs pœnitentijs iniunctis, vt in ca. vt commissi. de hære. lib. 6. potest procedere contra tales pœnitentiarios si nõ adimplent, si fugiũt è carcere, tanquã contra impœnitẽtes. de hære. c. Excommunicamus. el. 2. Potest dare pœnitentias pecuniarias, pro sustentatione officij sui, vt patet per direct. & Ioan. de cal. Potest dare indulgentias plures, vt patet ex priuilegijs pontificum: & ipse

habet

habet plenariam indulgentiam, vt patet ex literis Inno. IIII. & etiã si in dicto officio moritur. Alia quæ potest inquisitor, vide in Direct. Hæc enim pauca posui quasi quoddam summarium. Qui plura voluerit scire, directorium videat inquisitorum.

INSENSIBILITAS.

INsensibilitas secundum Caieta. suprà, peccatum est, quod committitur, quãdo sine rationabili causa quis in tantum abhorret, & fugit delectationes sensibiles, quòd propter hoc nõ vult comedere, non vult se vestire vt decet, subtrahit debitũ coniugale vxori, & alia necessaria ad propriam vitã, vel debita proximo negligit: & tunc est mortale peccatũ, quamuis in paucis hoc peccatum reperiatur. Qui verò secundum virtutem temperantiæ ab huiusmodi abstinent, insensibiles non dicuntur. Thom. secunda secundæ. q. 142.

IN STIRPES.

INstripes, vel in capita succedere quid sit, vide authent. de hæret. ab inteſt. col. 9. Hæc enim parum confessori prosunt.

INTENTIO.

1 INTENTIO bona non sufficit ad bonum opus, vt cùm quis furatur vt det pauperibus, quia intentio bona est, opus autem malum. Tho. 2. sent. d. 38. a. 5. Sed bona voluntas sufficit ad bonum opus, quia bona voluntas habet intentionem, & bonum obiectum: sed tamen voluntas sine opere, quando adest facultas operandi, non sufficit ad meritum: nec verè est volũtas, sed velleitas. Si non adsit facultas, sufficit ad meritum essentiale, quod totum à voluntate informata charitate est: non autem ad præmium accidẽtale, secundum Tho. prima secundæ. q. 20. a. 5. & 2. sent. d. 40. a. 3. Mala aũt voluntas, & intentio, sufficit ad malum, etiam sine opere.

2 EFFECTVS sequens actum voluntatis si est intentus, addit ad bonitatẽ, vel malitiam eius, vt ebrietas sequens potationem vini: si autem non est intentus, nec prægogitatus, si sequitur de necessitate naturæ, aut in pluribus, etiam addit, si autem vt in paucioribus, & per accidens, non addit. Non enim datur iudicium de re aliqua, secundum illud, quod est per accidens. Thom. prima secundæ, q. 20. a. 5. sed secundum illud, quod est per se, vel vt in pluribus, quia quasi determinata sunt.

3 TRIBVS modis opera humana possunt cum intentione applicari alteri, vel quando duo sunt in charitate, vnus pro alio potest satisfacere applicando illi opera sua: quia sic se habent sicut membra vnius corporis, quorum vnum pro alio satisfacit, vel quando prælatus etiam non existens in charitate applicat opera bona suorum subditorum existentium in gratia, alijs in gratia existentibus, vel per modum indulgentię, vt suprà, Indulgentia. §. 9.

4 OMNIS operatio procedens ab intentione humana deliberata, si est ordinata, & facta ab existenti in gratia, est meritoria, aliâs non est meritoria, licèt sit bona. ex Thom. prima secundæ. quæst. 18. a. 8. vt sunt opera virtutum moralium, & huiusmodi. Est tamen aliqua operatio, quæ non semper est meritoria, vel demeritoria. vt morale opus factum ab eo, qui sine gratia est, est enim bonum, sed non meritorium.

INTERDICTVM.

1 INTERDICTVM est censura ecclesiastica. c. quærenti. de ver. signi. & nõ debet inferri nisi monitione præmissa. c. reprehensibilis. de appel. Debet tamen in scriptis fieri cum expressione causæ rationabilis. ca. medicinalis. eod. libr. 9. Non suspenditur per sequentem appellationem. cap. ad hæc. de appel. Causat etiam irregularitatem per celebrationem, sicut excommunicatio. ca. is cui. de sent. excom. li. 6. Huius quoque absolutio fit mediãte iuramento de parendo, &c. c. venerabili. de sent. excõ. Ligat etiam iniustum, dummodò non sit nullum. 11. q. 3. c. sententia. Impedit insuper electionem actiuè, & passiuè. c. cùm dile-

ctus de consue. Debet à superioribus etiam obseruari. ca. cùm ab ecclesiarũ. de offic. ordin. Durante sententia interdicti, nullus potest testari. ca. Apostolicæ. de except. Quando superior vult relaxare sententiam interdicti, debet vocare partes. de appel. libr. 6. ca. Romana. §. Debet autem, etiam si vult pronunciare esse nullam.

2 OMNIS interdictus, est suspensus, & non econtrà, secundum Io. de Cal. in tract. de interdicto, & cũ de interdicto extra diuina potest participari, nisi participatio esset simpliciter interdicta. cap. Episcoporum. de priuile. libr. 6. Item interdictum potest ferri in personam, & locum. c. fi. de senten. excom. libr. 6. quod Episcopus non incurrit, nisi specificè exprimatur. ca. quia periculosum. de sentent. excom. lib. 6. & si est generale. non potest ad cautelam relaxari. ca. præsenti. de sent. excom. lib. 6. secus de excommunicatione, & suspensione. c. præterea. el. 2. de appella.

3 EPISCOPVS potest interdictum suum suspendere, sicut & tollere. vt dicit Panormi. in. ca. ad hæc. de appel. & appellatio facta post talem suspensionem tenet. ar. ca. præterea. de appella. quamuis Ioan. de lig. videatur oppositum tenere tamen dicemus quòd ista suspensio intelligitur remotio interdicti cum conditione, & sic bene potest fieri, sicut de excommunicatione. capit. cos. de sentent. excommunicatio. libr. 6. Item si feratur interdictum ad tempus, vt puta donec satisfecerit, facta satisfactione cessat interdictum sine alia absolutione, quòd non est in excommunicatione, secundum Panorm. in ca. non est nobis. de spon. & Innoc. ca. cùm bonæ. de æta. & qual. Est etiam text. cum glos. in cle. 1. de deci.

4 INTERDICTVM ecclesiasticũ, de quo nunc est sermo, est quædam prohibitio, quando in aliqua terra, vel ecclesia, vel personis interdicitur administratio sacramentorum, vel diuinorum officiorum celebratio, seu executio aliquorum spiritualium, secundum Innocen. ita quòd interdicere aliquem locum nihil aliud est secũdum eũdem, quàm interdicere homines habitantes ibi, à certis sacramentis ibi accipiendis, & à sepultura: & quòd clerici ibi publicè celebrare, & sacramenta conferre non possint. in dicto capitu. non nobis. & quando prohibentur omnia spiritualia, tunc dicitur strictum, quando verò quædam tantùm, dicitur largum, de quibus infrà dicimus.

5 INTERDICTVM est triplex, vt colligitur ex docto. videlicet, locale, personale, & locale. & personale simul vt in capitul. si sententia. de senten. excommunica. libr. 6. vt quando interdicitur ciuitas, prouincia, & huiusmodi, dicitur locale. Personale verò, quãdo populus, clerus, collegium, & huiusmodi interdicitur. Aliquando, est locale. & personale simul, vt quando & locus & personæ sunt interdictæ, Et quodlibet istorum est duplex, videlicet, generale, & particulare, vt distinguit Pis. & Bene. Generale, quãdo interdicitur prouincia, tota ciuitas, vel huiusmodi. Particulare verò, quando interdicitur de multis ecclesijs vna, vel paucæ, vel aliquæ. cap. cùm in partibus. de verb. signi. & ibi Pa. Et nota, quòd generale interdictum, nõ potest pro debito pecuniario poni, per constitutionem Bonifa. sine speciali licentia Papæ. infrà. §. 27. Similiter interdictum personale est duplex, scilicet generale, quando interdicitur populus, collegium, vel huiusmodi, & tunc omnes sunt interdicti de populo, vel collegio. cap. si sententia. de sen. excom. libr. 6. Aliud est particulare, quando interdicitur persona singularis nominatim, vel per circũlocutionem, quæ tenet vim proprij nominis. de appel. ca. præterea. el. 2. vel si in vno delicto plures nominentur, vt dicendo, omnes qui tale delictum fecerunt, vel facient: & tales personæ interdictæ, siue generaliter, siue particulariter, quòcunque vadunt, semper sunt interdictæ, quandiu durat interdictum, vel absoluantur, nec possunt audire

dire diuina,etiam secundum moderationem cap.alma.de senten.ex. libr.6. quia illud ca.loquitur de generali interdicto loci. Et qui sunt nominatim interdicti, vt dictum est,sunt vitandi in diuinis,sicut excommunicati.c.Episcoporum.de priui.libr.6.non autem extra diuina, vt dictum est suprà.§.2. vt in mensa, communi locutione, & similibus.

6 QVIA papa potest interdicere simpliciter, & secundum quid, secũdùm quod sibi placet ,ideò in interdicto Papæ considerandæ sunt verba quomodò sonãt, si admittit baptismum parnulorum,interdicit adultorum,si admittit pœnitentiam morientium, interdicit sanorum: potest enim omnia interdicere præter baptismum paruulorum,& pœnitentiam morientium, & præter illa,sine quibus ista duo nõ possent bene fieri,vt est viaticum, & missa semel in hebdomada, secundum antiqua iura,in d.ca.non est nobis,& ca.quod in te.de pœ.& re.Credo tamen Papam posse omnia non necessària,si vult,ex causa interdicere, quæ sunt de iure positiuo:non sic autem alij prælati,quia contra ius commune non possunt,secundum Pa. in c.pastoralis.de app.etiam si esset delegatus à latere,per glo.in c. fin.de hær. lib.6.& Panor.in d.c.ad hęc.de appel. Vnde in interdicto Papæ, eius verba bene sunt considerandа.

7 AD obseruationem interdicti tenetur quis ,quando publicè promulgatum est.c.quod dicitis.16.d. Et sufficit quod quis sciat vicinos, & maximè mettropolitanam ecclesiam seruare,& recipisse sententiam.ca.1. de postula.prælat. Et omnes religiosi tàm exempti,quàm non exempti, quando sciunt matrtcem ecclesiam seruare, tenentur & ipsi seruare,vt dictum est suprà,Excõmunicatio.§2.nisi superhoc habeant priuilegium.

8 PER extrauagantem Martini V. quæ incipit,Insuper ad euitanda. non tenetur quis seruare interdictum ecclesiasticum à iure,vel ab homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam, collegium,vniuersitatem,ecclesiam cõmunitatem, vel locum certum à iudice promulgata, vel denunciata specialiter,& expresse,infrà.§.39. Imò dicit Sil.ibi,interdictum.2.§.se non credere interdicti sententiam ligare,in quanõ ligaret excommunicatio.

9 ALIQANDO ad vnum interdictum sequitur aliud, aliquando non. Nam clero interdicto, non intelligitur interdictus populus, nec econtrà, nisi aliud in sententia exprimatur, & nomine cleri in materia fauorabile veniunt religiosi,religiosæ,conuersi, & conuersæ:nõ autem in materia odiosa.ar.in glos.capitul.3.de suppl.negligen.prælator. Interdicta ciuitate propter delictum domini,ciues non sunt interdicti, ideò extra ipsam possunt audire diuina.dict.capi.alma. Si autè populus est interdictus, omnes subeuntes onera, & honores populi, siue sint comites,siue marchiones, vel barones,sunt interdicti, cùm de populo censeantur: secus si tales sint sui iuris, vel ex consuetudine,vel ex priuilegio imperiali: ita quod in nullo participant cum corpore vniuersitatis: secundum Ioan.Calderi.Interdicto populo,singulæ personę sunt interdictæ, quæ sunt de populo. in dict.capitul.si sententia.tàm in text. quàm in glos. cum personis habitantibus suburbia, & continentias circa ciuitatem, vel villam, de quibus expresse non apparet,quod pertineant ad aliam vniuersitatem. Et quia sicut vna persona interdicta ,alia non intelligitur interdicta: ita & de vniuersitate secundum Ioan.Calderi. Et nomine suburbiorum intelligimus burgos ducentes recte ad ciuitates, vel terras: continentia autem sunt domus circa ciuitatem,quæ si taliter distent,quod commodè populus ab his ad ciuitatem auditum diuina accedere non possit:vt per vnum miliare, non dicuntur pertinere ad vniuersitatem ciuitatis, aliter sic: secundum Archidia. Florenti.sed melius dicitur,quod hoc relinquitur iudicis arbitrio: secun-

dùm gloss.in ca.si ciuitas.de sentē.excommunicatio.lib.6.qui arbitrabitur tantum debere extendi,quantum ratio exigit , ne scilicet censura ecclesiæ vilipendatur.

10 INTERDICTO clero,non videtur interdicti religiosi : quia hæc est materia odiosa.Et interdicto clero alicuius ecclesiæ , non est interdicta ecclesia : ideo alij clerici licitè celebrant in ea in dict.cap. si sententia . Verùm interdicta ecclesia , erit interdicta capella,seu cœmiterium quæ se contingunt.capitu.si ciuitas.de sentent. excommu.lib.6.non autem si non sunt contigua . sicut polluta ecclesia,intelligitur cœmiterium contiguum pollutum,& non ecôtrà: nec vno cœmiterio polluto, aliud cohærens muro mediãte erit pollutum.c.1.de consec. alta.vel eccle.libr.6. Ex quo sequitur, quod interdicta ecclesia, vel cœmiterio,alia ecclesia cohærens interdictæ, vel cœmiterium mediante muro alio interdicto cohærens , non intelliguntur interdicta.De hoc vide Pet.de Palu.4.sent.dist.18. suprà cœmiterium. §.2.& 5.Contingua autem secundùm Philosophum sunt , quorum vltima sunt simul.

11 INTERDICTA familia alicuius intelligitur etiam interdictus clericus qui de eius familia est :secũdum Innocen . quia in hoc non videtur distingui. Eodem modo interdictis omnibus doctoribus ciuitatis, clerici , qui sunt Doct . videtur interdici, nisi aliter appareat de intentione interdicentis. Hoc tamen non placet Sil. quia adducit gloss.in di.cap .si sententiam. sed hæc gloss.secundum Tab.non dicit hoc.

12 NON interdicti si veniant ad locum interdictum, non poterunt ibi celebrare,neque audire diuina:quia terra interdicta , omnibus est interdictà.

13 INTERDICTO populo, vniuersitate,collegio,vel communitate alicuius loci , non intelligitur propter hoc locus interdictus:secũdum Ioan. Andræ.in dict.c.si sententia,igitur potest ibi celebrari , exclusis interdictis: quia hoc non est prohibitum.Dicit tamen Ioan. Calderi.quod esset consulendum,vt non celebraretur ibi:quia interdicti audirent voces celebrãtium alta voce,& campanas,& sic vilipenderetur censura ecclesiç,& hçc moderatio videtur satis rationabilis , propter multa scandala vitanda , quæ omni possent.

14 QVICVNQVE est specialiter interdictus,vel de populo interdicto, taliter quod dedit causam interdicto, quòcunq; se transferat,semper remanet interdictus, donec tollatur interdictum,in dict.capi.alma.§.illis. Si verò non fuit in culpa,& penitùs definit esse de populo interdicto: secũdum Calderi.non est amplius interdictus:quia interdicti causa in eo cessat. Asten.vero dicit, quod talis indiget absolutione cum verè fuerit interdictus, & nõ cessat totaliter causa,cum populus remaneat interdictus,quod fuit causa illius interdicti.

15 EXISTENS in vniuersitate,vel populo non interdicto,si efficitur de alia vniuersitate,vel populo interdicto,efficitur interdictus sicut alij : quia fit membrum illius communitatis: ideò debet eodem iure censeri,per can.1.d. 12. Nec obstat,quod quando lata fuit sententia , non erat de illo populo. quia nouis personis superuenientibus non mutatur populus.ca.denique.7. quæstione prima . Si quis perpetuò banniatur de aliquo populo interdicto,non est amplius interdictus , nisi sit specialiter interdictus, vel clausam dederit interdicto. Secus si ad tempus banniatur:secundum Ioan . Calderi. quia non totaliter cessat esse de populo interdicto . Eodem modo dicendum de tali ingresso religionem : quia post professionem non est interdictus. Ante professionem talis non debet ordinari: si tamen ordinetur , tenet. arg.in ca.religioso.de sentent. excom. libr.6.

16 ABSENTES de populo tempore sententiç,& non cõsentientes(imò cõtradicentes culpæ , propter quam latum

tum est interdictum: secundùm Ioan. Andr. in di. capit. si sententia. & Ioan. Calde.) inuoluuntur interdicto: quia pœna interdicti puniuntur etiam non peccantes. di. cap. non est. licèt quò ad Deum, sint insontes.

17 HABITANTES in populo interdicto, qui tamen non sunt de illo populo, non censentur interdicti. in dict. c. si sententia. Pueri, qui doli non sunt capaces, non sunt interdicti: secus si sunt doli capaces, & mulieres similiter sunt interdictæ: quia & ipsæ sunt de populo, sicut viri. Pueri tamen non capaces doli, quanuis nunquàm intelligantur interdicti: tamen in terra interdicta non possunt diuina audire: quia non est eis hoc iure cõcessum, sicut alij non interdicti audire ibi diuina non possunt.

18 QVANDO interdicitur terra alicuius principis, intelligitur de ea, quæ est vel simpliciter sua, vel quo ad dominium iurisditionale, vel absolutè propria, vel de ea, quam tenet ab alio in feudum, vel in emphyteosim: quia in illis casibus spectat ad eũ vtile dominium, & de terra, quæ pertinet ad eum ratione dotis vxoris: quia maritus cõstante matrimonio est dominus dotis vxoris: & de terra sibi pignorata, si interdicatur terra quam tenet. Secus si tantùm interdicatur terra sua secundum Ioan. An. Et si talis dominus habet terras in diuersis prouincijs vel locis, & eas habet diuisas, sunt interdictæ: secus quando habet pro indiuiso, ne innocens puniatur. ar. in can. fi. 1. quæst. 4. si verò talis acquirat terram de nouo, non erit interdicta, nisi in sententia dicatur tàm de ea, quam habet, quàm de ea, quæ habiturus est. Verùm etiam si vendit, vel perdit terram interdictam, remanet ad huc interdicta, cùm hoc onus transeat cũ re ipsa. ca pastoralis. de dec. Hæc omnia Ioan. Calde. Similiter dicendum de illa terra, in qua tantùm habet vsumfructũ, quòd sit interdicta: quia vsusfructus in multis casibus est pars dominij. l. 4. ff. de vsufr. & secundum Ioan. Calderi. Secus est quando solùm habet proprietatem, ne accessorium trahat principale, quòd esset contra naturam eius. inst. de re. diui. §. quòd si partem.

19 INTERDICTO loco sub appellatione regni, vrbis, castri, & huiusmodi, suburbia, & continentiæ illius loci sunt interdicta: vt supra. §. 9. dictum est. & in ca. si ciuitas de senten. excommunica. li. 6. etiam quòd ipsi dicti burgi, & continentiæ, nõ essent in aliquo subiecti dicto loco interdicto, si proferens interdictum habebat iurisdictionem specialem super dicta suburbia, & continentias. Si autem non habebat etiam intelligi videntur interdicta, non ab homine, sed à iure, per cap. nuper. de sentent. excommunica. & ratio est: quia si in illis locis propinquis celebraretur, omnes possent ire, & audire diuina, & sic sententia ecclesiastica vilesceret, huic videtur assentire Petr. de Palu. 4. sentẽ. d. 18. quæst. 8. ar. 1. casu. 3. vbi bonam adducit rationem.

20 QVANDO aliqua persona singularis simpliciter interdicitur à diuinis, nullum actum exercere potest. Si verò interdicatur ab aliquo actu respiciente diuina actum expressum exercere nõ potest, neque omnem alium in eo inclusum, vel quemlibet actum sine quo actus interdictus exerceri non potest. per capitul, solicitudinem. de appellationi. Vnde interdictus à sacerdotali ministerio, pontificale non potest exercere: quia sine sacerdotali non exercetur. capit. ex literis. de excess. prĕla. sed interdicto pontificali actu, potest quis celebrare sine pontificalibus: & interdictus à sacerdotali actu, potest cantare Euangelium c. significauit de corpo. vitia. Et per hanc regulã solues casus multos. Et si sacerdos, cui interdicta sunt sacerdotalia, conficiat corpus Christi, fit irregularis. cap. primo de cle. excom. mi. infrà. Suspensio. §. 10.

21 INTERDICTVM aliquando emanat à iure, aliquando ab homine. A iure aũt emanat primo, contra collegiũ vel vniuersitatem ciuitatis, vel loci cogen

tis ecclesias, vel ecclesiasticas personas soluere guidagia, vel pedagia, vel ab eisdem extorquet, pro proprijs rebus, quas non negotiationis causa ducunt, in.6.de cen.cap.quanquam.qui etiam sunt excommunicati, suprà, Excommunicatio 11. Secundo, contra vniuersitatem locantem domos vsurarijs ad exercendum fœnus.vide in c.1.de vsu.libr.6.& quando contra eos lata est excommunicatio, suprà, Excommunicatio 80.Tertiò, contra vniuersitatem,quæ repræsalias cõcedit contra personas ecclesiasticas,in6.de iniu. & dam.cap. si pignoratur. & est lata excommunicatio, suprà, Excommunicatio 32. Quartò,contra non seruantes seruanda in electione Roma.ponti.& est lata excommunicatio,in 6.de elect.vbi periculum.suprà, Excommunicatio 81. Quintò, contrà quamcunque ciuitatem præter vrbem,quę consentit dando auxilium, consilium fauorem occidentibus, vel percutientibus cardinalem,vel infrà mensem,nõ punientem huiusmodi enormitatem cùm facultas affuerit: & est lata excommunicatio.cap.fœlicis.de pœn.in 6. suprà, Excommunicatio secunda. Sextò,contra ciuitatem, quæ propriũ Episcopum percusserit iniuriosè, vel temerè,vel ceperit, vel bannierit, vel consilium, auxilium, & huiusmodi dederit, vel hoc facientes scienter defensauerit.in clemen.de pœn. capitul. si quis suadente. Casus autem. capit. clericis. de immunitate ecclesiarum. libro sexto,per clementin. quoniam. eod.titu.est reuocatus. Septimò, contra clericos, vel religiosos inducentes aliquem ad vouendum, vel promittendum de sepultura, si in eorum ecclesia eum postmodùm sepeliant, & infrà decem dies,ecclesiæ, in qua debebat sepeliri, non restituunt omnia, etiam non petita, & cadauer si petatur,ipso facto,eorum ecclesiæ, & cœmiteria sunt interdicta, quousque satisfecerint.capit.animarum. de sepul. in sexto. Octauò contra regnum, vel alium locum. quando dominus eius impedit ne legatus, vel nuntius Papæ possit exequi officium suum.in extrauaganti. super gentes.de offic. legat. libr.6.& etiam est lata excommunicatio in extrauaganti Ioan. XI. suprà, Excommunicatio 72. Not.quòd in omnibus suprà dictis casibus,licèt terra,ciuitas, vel ecclesia sit ipso iure interdicta:tamen nullus tenetur seruare tale interdictum ante denũtiationem per iudicem fiendam, & celebrans ante,non incidit in irregularitatem,per constitutionem consilij Constantien. seu declarationem, de qua infrà.§. 39. Not.quod celebrans in prædictis casibus non statim est irregularis, vt dicit Cal. quia in iure non exprimitur.

21 SPECIALITER autẽ quandoquè locus interdicitur à iure. Primò, quando ecclesia est polluta per iniuriosum homicidium, vel iniuriosam sanguinis effusionem, aut humani seminis studiosè procuratam.de cõsec. dist.1.ca. si motum & in 6. de homi. ca.vnic.Et tunc si est interdicta, quòd ante reconciliationem debent officia diuina ibi celebrari,per dictum cap.si motum. suprà Consecratio.§.4.5.6. Cœmiterium.§.2. Secundò, quando propter discordiam patronorum,episcopus claudit ostia ecclesiæ, & tollit inde reliquias, & mandat nullum sacrum mysterium ibi celebrari, donec redeant ad concordiã.de iure patro.cap.1.& 2.Si tamen proferret sententiam,non esset à iure,sed ab homine.Tertiò,si ecclesia est simoniacè cõsecrata.ca.ecclesia.1.quęstione prima. Quartò, si principaliter pro quæstu fuit consecrata.ca.si quis basilicam.de consecr.d.1. Quintò, si est consecrata sine licentia diœcesani episcopi.c.præcepto.de consec.d.1. Sextò, si sine reliquijs,vel in loco deserto. capit. placuit.de consecra.d.1. Septimò, si hæreticus tradatur sepulturæ ecclesiasticæ scienter.de hæret.libro 6. capi.quicunque.

23 A homine etiam fertur tàm generale quàm speciale.Papa interdicit capit.tanta. de excess.præla.Legatus etiam interdicit.c.nouit.de offi.deleg.

Simi-

Similiter delegatus.capit. sane.el.2.de offic.delega,quod clarum est, quãdo in literis ponitur cõsueta clausula,scilicet per censuram ecclesiasticam compellendo,& c.cap.quærenti de verbo. sign.etiã si simpliciter sine dicta clausula datus sit,habet hanc potestatem, vbi maximè est in iure expressum.ca. de causis el.2.de offic.deleg. Item per episcopum contra eos qui sunt suæ iurisditionis, non tamen debet suspendere,vel interdicere clericos, aut eorũ ecclesias perpetuò, vel ad longum tempus ,nisi de consensu capituli .ca. 1. de excess'. præla. maximè quando procedit ex officio regulariter:tamen sententia eius regulariter, & de iure est timenda .2.quæstio.1. can.1.Item electus confirmatus, licèt non consecratus, potest: quia hoc est iurisditionis,ca.transmissam.de electio.Item inferior prælatus habens iurisditionem ordinariam potest in sibi subditos.cap. cùm inter.de consuet. Qui autem,& quando inferiores habeant iurisditionem ordinariam, notantur in capit.cùm ab ecclesiarum. de offic. ordin.Item capitulum, sede vacante, potest.c.is qui de maio.& obe.quia est iurisditionis,in qua capitulũ succedit.

24 MVLIER etiam prælata interdicere non potest, quia hoc pertinet ad potestatem clauiũ.cap.noua.de pœn. & rem. Et breuiter omnis potestas quæ potest excommunicare, potest & interdicere, tam locum quàm personam.generaliter, vel quantum ad aliquem actum,diuisim, vel coniunctim,secundum quòd videtur sibi expediens, per capitu.cùm inter vos de consuetu. Quomodo episcopus possit interdicere, Tab. interdictum.2.§.2.

25 EXEMPTI autè, & priuilegiati, inquantum exempti sunt, & iuxta tenorem suorum priuilegiorum, quæ essent inspiciẽda ab episcopis, & alijs, non possunt interdici directè, vel indirectè, cùm in hoc super eos iurisditionem non habeant, aliter facientes puniuntur.cap.quando. de priuil.

26 CANONICI sine licentia episcopi non possunt ponere interdictum in aliqua ecclesia, vel loco ca. quæ sunt. de his quæ fi.à ma par.cap.

27 SIMPLEX canonicus habẽs præbendam,cui annexa est ecclesia. vt in capit.extirpandæ. de præbend. in qua secundum consuetudinem exercet iurisditionem specialem, potest illam interdicere.cap.super eo.de præbend. libr 6.Idem si iurisditionem haberet in territorio ex cõsuetudine.cap.nouit.de iudi.Nullus tamen sine licentia sedis apostolicæ, pro pecuniario debito potest aliquem locum interdicere, per extrauagantem Bonifacij octaui,quæ incipit. Proindè. vt suprà dictum est.§.5.

28 QVANDO ab homine fertur interdictum ob contumaciam,secundũ Ioann. Cald. debet præcedere monitio,& forma tradita,in c.1. de sententia excommunicationis. libro sexto. & sic intelligitur dictum capitulum, repræhensibilis. de appellationibus. & propter defectum monitionis,aliquando est nullum, aliquando iniustum, vt de excommunicatione suprà dictum est: Excommunicatio.§. vndecimo. Si autem propter delictũ feratur,non est necessaria monitio.ca no.in loco quinto, quæstione quarta. & sic intelliguntur doctores,in capit. ad hoc.de appellatio. & sub tali forma verborũ profertur,videlicet. Nos propter talem causam,ecclesiã, vel talem terram ecclesiasticò supponimus interdicto.ca.cùm in partibus.de verbor. significatione. & dicitur ecclesiastico, ad differentiam legalis interdicti.Et quia interdictum,& excommunicatio quò ad formam conueniunt, ideò not.quæ de forma excommunicationis,suprà dicta sunt, Excommunicatio.§.decimotertio. Potest etiam interdicti sententia ad placitum iudicis proferri:puta interdicẽdo missam cum cantu,vel horas,vel sepulturam, & huiusmodi.& ab ipso excipere, & inuoluere quos vult: & quando placet, vt cùm talis erit præsens, & c. capit.non est nobis.de sponsa.& secundum doctor non potest poni sine rationabili causa.c.medicinalis. de sen-

ten.excom.libr.6.&c. quæsiuit.de his quæ fiunt à maio.par.cap. vbi Innoc. & Host.intelligunt,quòd ob culpam personæ particularis, non est ferenda interdicti sententia, nisi quando est dominus loci,in dict.capit.non est vobis.& cap.petitis de priui.vbi notat.Panormitan. posse ferri propter delictum domini,capituli, vel alicuius communitatis. Et dicit Petr. de Pal.vbi suprà.qu.vlti.a.7. quòd si rationibiliter non feratur, lator incidit in pœnam.dict. capit. cùm medicinalis.vt etiam dicit Inno.in ca.cùm ad ecclesiarum de offic.ordinar. Pœna dict.capit.est,quòd qui competenti monitione non præmissa, sententiam promulgat, ingressum ecclesiæ per mesem sibi nouerit interdictum, &c.alia nihilominùs pœna mulctandum,si expediret,&c.

29 AD hoc quòd interdicti sententia liget, sufficit publica promulgatio, nec est necesse eam singulorum auribus inculcari.can.quid dicitis distin. 16.Et sufficit quòd quis sciat metropolitanam ecclesiam recepisse sententiam,& seruare publicè. cap.1. de postul. & ignorantia probabilis excusat. pro quo glo.in cle.1.cod. non autem crassa.Et dicit Panormit.in capi. apostolicæ.de cler.excom.minist. in.7.notab.quòd non oportet ,quòd quis sit multùm curiosus in sciendo, dummodò non sit nimis desidiosus.argu. in.l.nec supina.ff.de iur.& fact. igno. Nec etiam oportet omnibus credere: vt dicit Pet.de Pal.suprà,vni,vel paucis,quia qui cito credit, leuis est, nisi ille,vel illi facerent dubiũ probabile.

30 OMNES religiosi tam exempti, quã non exempti, scientes matricem ecclesiam suæ ciuitatis,vel terræ, obseruare quodcunque interdictum positum authoritate sedis apostolicæ, vel ordinariorum,tenẽtur & ipsi seruare, & non seruantes excommunicationem ipso facto incurrunt.suprà, Excommunicatio.32. etiã quòd sit nullum. Vide ibi de priuilegio, quod habent fratres prædicatores congregationis Lombardiæ à Leone X. & quæ sit matrix ecclesia, & quomodò non tenentur seruare, ipsa non seruante, etiã quòd sit verum interdictum ex priuilegio: secus si non haberent priuilegium,quia tenerentur seruare, & non seruantes,iuris pœnas incurrent.

31 AD tollendum, vel relaxandum, vel suspendendum interdictum, non est aliqua certa forma verborum, sed nudo verbo potest tolli, vel relaxari,vt dicendo, reuoco, remoueo, vel absoluo,& similia.Et si est ad tempus,vel sub conditione, ex seipso desinit,quod non est sic in excommunicatione,vt not.doctor.in c.fi. de matri.contra. contra interdi. eccle.quia interdictum solum habentis authoritatem, intentione relaxatur, & ita quomodocunquè suam intentionem exprimat,sufficit.

32 QVANDO persona est simpliciter interdicta,& aliqui volunt satisfacere,debet quo ad eos relaxari interdictum,sicut de excommunicato petere absolui.c.cum cõtingat.de offi.delegat. Secus quando interdictus est tantùm locus, vel populus, vel vniuersitas, singularis persona quæ non peccauit, non est absoluenda, nec requiritur satisfactio.capi. 2.de constit. sed qui peccauerũt satisfaciant, & absoluentur.

33 QVANDO interdictum rationabiliter est positum per inferiorem iudicem,maior eo, nõ debet relaxare sine condigna satisfactione, & consensu illius,qui tulit.ca. cùm ad ecclesiarum.de offic.ordin.Nec archiepiscopus potest relaxare interdictum, vel alias sententias latas ab officialibus suffraganeorum,omissis ipsis, qui tuleruntur.c.Romana.eod.lib 6.nisi cõtraria consuetudo obstet, & nisi ratione appellationis, & tunc si allegatur quòd sententia est nulla, non est necesse eum absolui, potest tamen ad cautelam. Si allegatur iniustitia, quæ est notoria,superior debet ipsum sine remissione absoluere. Si verò notorium est sententiam esse iustam, non debet absoluere, sed remandare. in dubio autem superior potest absolue-

re,vel

re, vel remandare ad absoluendum ab eo, qui sententiam tulit.

34 Si Papa dat licentiam celebrandi in aliqua ecclesia specialiter interdicta, non propter hoc relaxatur interdictum: secundum Host. in c. vt priuilegia. de priuil. quia potest suspendere, vel remouere cum conditione vt rede at, vel pro illo casu tantum.

35 Episcopvs non potest dare licentiam celebrandi in ecclesia interdicta, secundum Host. in c. ad hæc quoniam. de appel. hoc pertinet ad solum Papam. c. cum & plantare. de priuil. secus à cessatione à diuinis posita ab ipso, vel eo inferiore, secundū Innoc. in d. c. vt priuilegia. Ité licèt possit limitare cessationem à diuinis, non tamen contra dispositionem iuris, vrputa, quod non possit celebrari submissa voce, &c. quia non habet authoritatem contra dispositionem iuris. Confirmantur prædicta per Ber. in dict. capitulo ad hæc quoniam. Licèt hi, propter quos positum est interdictū, non seruent illud, alij tamen seruare tenentur, secus quando hi non seruant, in quorum fauorem positum est. c. petitis. de priuileg. Et dicuntur violare, quando maiores, vel eorum maior pars violat. arg. in c. fi. de procura. Et oportet, quod habeant animum perseuerandi, quod ex eorum actibus potest percipi. Item secūdum Ioan. Cal. proferens interdictum, vel superior eius, Papa excepto, si violat illud, incurrit pœnas, quia sunt à canone. in d. c. is qui. & ce. 1. de constitu. Ideò quauis proferens non seruet, alij tamen seruare tenentur. arg. in c. canonibus. 16. q. 1. nisi non seruando illud relaxare intendat, & hoc dixit, tunc nec ipse, nec alij tenentur seruare, quia sic esset sublatum. Sed si tantùm mente facit sine aliquo exteriori signo, nec ipse, nec alij non seruantes, euadunt pœnas. de regul. iur. ca. 1. Papa tamen sola mente potest reuocare, quia princeps non subicitur legibus. ff. de legibus. l. princeps. Ignorantes tamen mentem pontificis non seruando peccarent.

36 Interdictvm potest relaxari si est ab homine, ab eo qui tulit, vel à superiore, non ab inferiore, sicut de excommunicatione dictū est. c. quærenti. de verbor. signification. Si verò sit à iure, & conditor iuris non reseruauerit, episcopus potest relaxare, & nō inferior ordinario, maximè ab interdicto loci. capitu. nuper. de sententia excommunicationis. Secus si reseruauit, quia ipse solus potest, secundum Archi. vel ad certum tempus posuit.

37 Qvando Papa reseruauit sibi excommunicationem, quæ est circa interdictum, videtur sibi reseruasse relaxationem interdicti, quia ex eadem radice nascitur, ideò eadem lege tollitur. Hoc tamen non placet Ioann. And. quia secundum eum, quando ex duobus vnum reseruatur, alterum videtur concedi. argum. in glos. clem. 1. secundum Ioann. Andr. in capitul. cupientes. de electio. libr. 6. §. cæterum ver. suspensos.

38 Si interdictum esset terminatum ad certum tempus à iure, ab ordinario, ante illud tempus non posset tolli, ex quo limitatur. d. capitul. nuper, quod aliud fit in excommunicatione. Faciunt not. per glo. in capitu. cupientes. §. cæterum in ver. suspensos. de electio. lib. 6.

39 Not. quod ea, quæ dicta sunt suprà de obseruatione interdicti, intelliguntur prout stat in corpore iuris. sed Martinus quintus per extrauagantem quæ incipit, Insuper, ad euitandum. moderatur sic. Non tenetur quis obseruare interdictum ecclesiasticum à iure, vel ab homine generaliter promulgatum, nisi talis sententia fuerit contra personam, collegium, vniuersitatem, ecclesiam, communitatem, vel locum certum, à iudice publicata, vel denunciata specialiter, & expresse, constitutionibus apostolicis, & alijs in contrarium facientibus, non obstantibus quibuscunque, saluo si quem pro sacrilega manuum iniectione in clericum, &c. vide Archi. Florent. tertia parte titul. 26. c.

26.c.vltim.qui eam recitat, & quomodo fuit approbata in concilio. Vide etiam Panormit in cle.2.de sen.excomm. & Feli.in c.Rodulphus.de reſcri. Quidam concludunt,quod Papa per hanc conſtitutionem non intendit excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos in aliquo releuare, nec eis quomodolibet ſuffragari, & quod quicunque excommunicatus quacunque excommunicatione, ita notoriè, quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari,aut iuris remedio excuſati,etiam quod non ſit denunciatus in genere,vel in ſpecie,eſt vitandus, aliter hoc eſſet fauere excommunicatis, ſuſpenſis,& huiuſmodi: vt quidam dicunt.ſuprà,Excõmunicatio.§.50.Abſolutio.§.30.

4° FRATRES prędicatores habent ſuper hoc multa priuilegia à Bonifacio, Martino, Alexandro, & Sixto, quorum literæ ſunt Bononiæ in conuentu Sancti Dominici. Et primò,poſſunt tempore generalis interdicti vbique tam in ſuis eccleſijs,quàm in alienis,clauſis ianuis,interdictis,& excõmunicatis,excluſis,non pulſatis campanis,& ſubmiſſa voce,celebrare diuina, recipere eccleſiaſtica ſacramenta, dummodò non dederint cauſam interdicto, vel id eis non interdicatur ſpecialiter,vel eccleſia, in qua volunt celebrare,nõ ſit ſpecialiter interdicta. Secundò poſſunt recipere pueros ſuis ſeruitijs deputatos ad diuina, & ſuorum negotiorũ procuratores, ac eos, qui continuè operibus eorũ inſiſtunt: ſi tamen iſti non fuerunt cauſa interdicti,aut ſpecialiter interdicti, vel excõmunicati,ex priuilegio Boni.quod incipit,Virtute. Item tempore ſtrictiſſimi interdicti,quilibet conuentus fratrum prædicatorum quotidiè vnam miſſam celebrare poteſt cum duobus, vel tribus tantùm miniſtris, expulſis omnibus,qui non ſunt de ordine prędicatorũ.Cle.meritis veſtræ,&c.Item quando in locis vbi habitant contigerit poni interdictũ per quod prohibentur eccleſiaſtica ſacramenta omnia, exceptis baptiſmo paruulorũ, & morientium pœnitentia, non obſtãtibus quibuſcunq; priuilegijs religioſis quibuſcunque conceſſis,&c.poſſunt nihilominùs confiteri peccata,& abſolui,& temporibus cõſuetis,ſecundum morem eorum recipere communionem, & vnctionem extremam, diuina officia celebrare ſimul ianuis clauſis,&c.& excluſis omnibus,qui de tali ordine non ſunt,niſi in literis Apoſtolicis impetratis fieret mẽtio de ordine prædicatorum, & de hac indulgentia ſpecialiter Honorius.Item omnes ſententiæ interdicti,ſuſpenſionis, & excommunicationis latæ per quoſcunque prælatos contra fratres prædicatores, contra priuilegia eorum, ſunt ipſo iure irritæ. Si autem contra aliquos occaſione eorũdem fratrum, ſunt irritandę.Alexander. Item à nullo legato niſi à latere, poſſunt ſuſpendi,vel interdici, vel excommunicari, niſi in eorum literis de ordine prædicatorum ſpecialis mentio fiat. Cle.exigẽtibus. Item quod prælati eorum, fratres ſibi ſubditos, vel ad eos declinantes, poſſunt abſoluere ab omni cenſura eccleſiaſtica,à iure vel ab homine generaliter promulgata,etiamſi præſumpſiſſent in locis interdictis celebrare.Bonif.Item quod in Italia,viri,& mulieres de pœnitentia S. Dominici nuncupati, poſſunt recipere eccleſiaſtica ſacramenta tempore interdicti,niſi dederint cauſam interdicto.Honorius. Itẽ quod alienare poſſunt ex cauſa,& in melius commutare,non obſtante, quod res fuerit relicta cum conditione, quod non poſſit alienari.Sixtus.IIII.

4! ADVERTE tamen, quod omnia priuilegia, quæ præceſſerunt decretalem. alma. Bonifa. VIII. & ſunt illi contraria,ſunt reuocata per dict.capi. alma circa finem,vide ibi gloſſ. Sequentia verò.dict.capit. alma.tenent, & præcedentia non contraria. d.cap. alma.non reuocantur, & prædicta priuilegia ſuprà, non ſunt reuocata, vel quia non præceſſerunt, vel quia non ſunt contraria.dict.capitu.alma. vel quia ibi non fit ſpecialis mentio de

de ordine prædicatorum. Et Sixtus quartus in priuilegio, quod incipit, Regimini motu proprio, & propria scientia. confirmat omnia priuilegia prædecessorum suorum, inter quę est priuilegium Alexand. IIII. quod incipit: Pro reuerentia, in quo conceditur prædictis fratribus, quòd in vigilijs, & festiuitatibus Sancti Dominici, S. Petri martyris, & octo diebus immediatè sequentibus: tempore generalis interdicti in suis ecclesijs, & oratorijs possint diuina officia solenniter celebrare, excommunicatis duntaxat exclusis. Item priuilegium cruce signatorum Innocent. IIII. non est reuocatum, ideò possunt admitti ad diuina, quamuis. Pet. de Pa. 4.sen.distinct.18.q.8.a.5. dicat, quòd est reuocatum: quia non cõsiderauit, quòd dict.capi. alma.loquitur de actiuè celebrantibus, & de nouo est concessum per Cle.VII. per breue directum Magistro Paulo Buttigellæ. Consuluit tamen Ioann. Cal.in quodam concilio ad fratrem Paulinum Forliuien. quòd inquisitor tempore interdicti non conferat crucem non interdictis, vt possint interesse diuinis: quia posset præsumi id fieri in fraudem,& contemptum censuræ ecclesiasticæ.argu.in capitu.vt priuilegia de priuil. Si tamen principaliter moueantur zelo fidei, possunt crucem recipere, ideò de hoc possunt moneri,quando petunt cruce signati.

43 INTERDICTOS,& excommunicatos,ante receptionem crucis, volentes recipere crucem, potest inquisitor absoluere,& pòst dare crucem: vt tenet Tab.interdictum.3.§.11. quia in dicto priuilegio datur authoritas absoluendi ab his, quas incurrerunt, quod est de præterito: quia facit mentionem de quibusdam sententijs,quæ præcesserant hoc priuilegium: ergo & crucis acceptionem. Nõ autem secundum Ioan. Cal.prius recipere, & postea absoluere ab excommunicatione: quia dicitur in priuilegio circa finem quòd prius absoluantur. tamen illud verbum intelligitur de admissione ad diuina, quam absolutio debet præcedere, & non de crucis acceptione. Dicit tamen Panormit.in c.ex publico.de conuer. coniu. quòd non est honestum hoc fieri, tamen fiat, tenet. Nec ad religionem recipiendus: secundum Ray.

43 IN generali interdicto, loci standũ est moderationi. capit. alma. & capit. quoniam. de sententia excommunic. libr.sexto. In alijs autem standum est iuribus antiquis. Moderatio autẽ horum.capitu.est. Primò quòd singulis diebus possint in ecclesijs, & monasterijs,missæ, & alia celebrari, sicut prius: voce tamen submissa, tanuis clausis,non pulsatis campanis,excommunicatis, & interdictis exclusis. & vno istorum prætermisso, esset violare interdictum: secundum Hostien. Ioan.Andr. & Ioan.Cal.Et si clericus alio celebrante in loco interdicto faceret vnũ de prædictis: vt sonare campanam, esset irregularis: secundum communem opinionem: quia participat in crimine criminoso.c. nuper.de senten.excommunic. Secundò, quòd in his festiuitatibus, videlicet, Natalis domini,Resurrectionis, Penthecostes, Assumptionis beatæ Mariæ, & Corporis Christi, per Martin. V. Omnium sanctorum, pulsatis campanis diuina celebrentur, & mortuorum:secundum Pet.de Palu.quia hoc videtur rationabile, exclusis excommunicatis tantùm:ita tamen, quòd illi, propter quos positum est interdictum, non appropinquent altari, id est, non faciant offertorium c. quia in omnibus.de vsu.Et secundum communem opinionem incipit dies in vesperis vigiliæ, vsque ad vesperas festi inclusiuè, quamuis aliqui largiorem faciant interpretationem, includentes etiam missam vigiliæ Natiuitatis, Paschatis,& Penthecostes,& completorium festi, quod placet Pe.de Palu. quia in beneficijs larga interpretatio debet fieri. Et in dictis festis potest aqua solenniter benedici, fieri aspersio.panes & fructus benedici,& laicis interdictis ministrari, nuptiæ solenniter

ter benedici, scilicet in festo Assumptionis beatæ Mariæ tantùm: benedici virgines, calices, altaria, paramenta, abbates, & cætera: quia non sunt sacramenta, sed officium. De sepult. vide infrà §. 47.

44 SACRAMENTVM baptismi, tã adultorum quàm paruulorum, tẽpore interdicti conceditur in capit. quoniam. de sententia excommunicatio. libro sexto, & catechismus, & consequenter totum officium baptismi, quod si honestè extra ecclesiam fieri potest, securiùs est: secundum Ioann. Cal. & si fieret in ecclesia specialiter interdicta: non incurreretur irregularitas secundum eundum: quamuis Ioan. Mo. oppositum videatur tenere. Et vt creditur, & suprà dictum est, posset prohibere baptismum adultorum, nõ autem alius eo inferior: ideò bene considerandа sunt verba Papæ, & tenor literarum eius. Baptismum autem paruulorum non posset: quia est sacramentum necessitatis. Itẽ conceditur cõfessio chrismatis in die sancto Iouis, secundum c. alma. videlicet ianuis clausis, &c.

45 CONCEDITVR & chrismatio tam adultorũ, quàm puerorũ: secundum Panor. in capit. responso. de sentent. excommunica. & d.c. quoniam. Item pœnitentia tam sanorum, quàm morientium, exceptis excommunicatis propter interdictum, & illis, quorum culpa vel dolo, lata est sententia interdicti, vel si dederunt consilium, auxilium, &c. nisi prius satisfecerint, vel dederint idoneam cautionem, vel si non possunt, iurauerint, quàm primùm poterunt facere. Intellige prædicta secundum iura noua: quia iura antiqua solùm excipiunt pœnitentiam morientium. in dict. capitu. non est. & capitul. quod in te. & capitul. responso. Item conceditur viaticum existentibus in mortis periculo. capit. pœnitentes. dist. 50. & potest portari cum lumine, & campanula: sic enim habet generalis consuetudo, & de lumine est capitulum, sacræ. de celebratione missarum. & non est prohibitio, etiam in præsentia personarum interdictarum, si casu adsint: quia permissio intelligitur secundum statum personę, cui permittitur. de priuileg. capitu. porrò. sed infirmi conditio requirit stantes, necest prohibitum inspicere hostiam extra pyxidem, & adorare tempore interdicti, nisi cùm diuina officia actualiter celebrantur. c. 1. de sentent. excomm. u. circa princip. An autem prægnantibus, & intrantibus mare, vel bellũ, possit dari tempore interdicti viaticum. Ioan. Andr. in dict. capitu. quòd in te. dicit, quòd non debent dici decedentes: vnde nisi aliud appareat periculum, est abstinendum, Panor. autem in d. capit. quòd in te. dicit consideranda esse pericula: & hoc mihi placet, & iuxta illud est dandum, vel nõ dandum viaticum. Item conceditur vt missæ dicantur singulis diebus clausis ianuis, &c. vt suprà dictum est. & dict. capit. alma. intelligitur tantùm de interdicto generali loci, & non personæ: secundum Archi. Florent. 3. part. titul. 17. capitu. 4. in alijs stabitur iuri antiquo. Et hæc est communis sententia Doct. Et clerici extranei, vel alibi beneficiati, possunt admitti tempore generalis interdicti in ecclesia non interdicta ad celebrandum, vel concelebrandum: vt videtur tenere Ioan. Andr. & Ioan. Cal. probat multis rationibus.

46 ITEM ordinari clerici, siue laici, si sunt interdicti, non possunt: quia hoc esset participare in sacramẽtis, à quorum participatione sunt remoti, nisi in casibus permissis. capit. fin. de cleri. excomm. min. neque conferri possunt ordines in loco interdicto: quia prohibentur ecclesiastica sacramenta ministrari, exceptis certis casibus, de quibus iste non est. in d. c. alma. & c. non est. Panormit. tamen dicit in c. non est nobis. de spon. quòd posset attentari, quòd vt non interdicti, in loco interdicto possint ordinari propter necessitatem: quia ex quo conceduntur aliqua, quæ non possunt conferri nisi per clericos: ergo indirectè per-

permittitur clericorum ordinatio, sicut dicitur de confectione chrismatis, Petr. de Pa. 4. sent. dist. 18. q. 8. art. 5. conclusione 6. tenet primum: quia ordines id solenni missa dantur, quæ tunc solenniter dici non potest.

47 EXTREMA vnctio. in d. capitu. quòd in te. expressè prohibetur etiam clericis, & religiosis nō interdictis: secundum Ioan. Cal. & Ioan. Andr. ibi, etiam in illis quatuor festiuitatibus, de quibus suprà. in dict. capitu. alma. & Panormi. in dict. capit. quòd in te. Pet. verò de Pal. supra, relinquit hoc dubium insolutum. Sepultura etiam ecclesiastica negatur laicis tempore interdicti, siue locus sit interdictus, siue persona interdicta specialiter, vel generaliter. in d. capitul. quòd in te. etiam quòd egerint pœnitentia. ideò extra ecclesiam, & cœmiterium sepelientur. Et si cōtra iura fuissent sepulti, non sunt exhumādi remoto interdicto, cùm res peruenerit ad illum statum, à quo incipere potuit. Qui verò fuerint in campis sepulti, & non fuerunt culpabiles, vel apparuerunt in eis signa contritionis, poterunt, remoto interdicto, exhumari, & in sacro sepeliri: per c. à nobis. de sentent. excommu.

48 CLERICI & religiosi nō interdicti, & qui seruauerunt interdictum, possunt sepeliri in sacro cū officio iuxta moderationem capitul. alma. licèt Petr. de Pal. suprà. dicat, cum silentio, quod intelligitur, quòd submissè dicatur officium, & missa: nisi esset interdictum strictum, quando remouetur extensio. cap. alma. & sine campanæ pulsatione: quia hoc est de solennitate exequiarum, quæ prohibetur. In prædictis tamen solennitatibus, quando licet celebrare solenniter, ita & solenniter sepeliri: secundum Feli. & Ioan. Cal. quamuis quidam contrarium dicant. Laicos verò secūdum Ioann. Andr. & Gemi. non sic videtur posse solenniter sepeliri, quia prohibetur iure antiquo, & in nouo non conceditur: contrarium autem vetiùs credo, quod & Sil. tenet, verbo, interdictum. 5. §. 4. nisi sint specialiter interdicti, vel causam dederint interdicto consentit. Cal. & clerici officiantes, secundum Fede. non fiunt irregulares tunc. An autem hoc priuilegium concessum clericis de sepultura habeat locum in speciali interdicto, vel tantùm in generali, est diuersitas opinionum. Innocent. in cap. fin. de excess. prælat. dicit, quòd intelligitur tantùm in generali. Hosti. ibi tenet quòd etiam in speciali. Ioan. Aud. tenet de generali tantùm, quia d. ca. quòd in te. loquitur de generali in duobus locis, pro alia opinione est d. c. vt priuilegia.

49 PRIVILEGIATI post d. cap. alma. super admissione ad diuina, & ad receptionem sacramentorum. possunt sepeliri in cœmiterio, secundum Ioan. Cal. & idem videtur, si solùm sunt priuilegiati super auditione tantùm, per regulam, Cui communicamus viuo, etiam cōmunicamus mortuo. eodem modo si sint solùm priuilegiati super participatione sacramentorum: secùndum eundem Ioan. Cal. & si sunt pœnitentes, potest pro eis orari, & recipi mortuario, & oblationes. Et non solùm intellige de ecclesia: sed etiam de cœmiterio. per dictum capi. vt priuilegia, licèt quidam dicant sufficere locum deputatum esse sepulturæ, contra quos est c. nemo. de consec. dist. 1.

50 SEPELIENTES personā interdictam, vel non interdictam, sed tempore interdicti loci, extra ecclesiam, vel cœmiterium, cum officio diuino, clerici sic officiantes, efficiuntur irregulares, non autem si sine officio sepeliant. Commendatio tamen animæ iuxta mortem secundum Ioan. Cal. potest fieri, quia videtur annexa absolutioni, quæ permittitur, Quomodo sepelientes sint excommunicati, suprà, Excommunicatio. 44.

51 CONFRATRES religiosorum, qui ex priuilegio admittuntur ad diuina, nō possunt in ecclesia interdicta sepeliri, licèt alibi possint eligere sepulturam. in d. c. vt priuilegia.

52 Co-

52 COOPERANTES sepulturę pro hibitæ tempore interdicti: vt aperientes, fodientes, portãtes crucem, funus aſſociantes pro honore, vel amicitia, clerici diuinũ officium facientes, non prohibentes qui poſſunt, & debent, omnes ſecundum Ioan. Cal. ſunt excommunicati, quia videntur omnes participes criminis. ad hoc. c. nuper. de ſenten. excom. ſuprà. Excommunicatio. 44.

53 CONCEDITVR mattimoniũ tempore interdicti, & inter perſonas interdictas, ſecũdum Panormitanum in dicto capitu. non eſt, quia & ab excommunicatis, & infidelibus contrahitur. De ſolennizatione autem illius dictum eſt ſuprà. §. 43. quia prohibetur, etiam ſi alter tantùm eſſet interdictus: ſed ſi vxor eſſet de populo interdicto, & non dedit cauſam, & vir ſit de populo non interdicto, & extra locum interdictum, tunc ambo poterunt benedici, quia mulier deſinit eſſe de populo interdicto, ſecundum Ioan. Cal.

54 CONCEDITVR celebratio diuini officij ſecundum modificationem, d. cap. alma. vt ſuprà dictũ eſt, nam ſecundum iura antiqua, omnia diuina officia erant prohibita, vt patet in dicto capi. non eſt nobis. & ca. reſponſo. & per diuinum officium intelligitur omne, quod eſt in miſſali, & breuiario, quæ à clericis interdictis non poſſunt celebrari, vel in loco interdicto. cap. ex reſcripto de iureiur. Prohibetur etiam auditio. in. d. c. ſi ſententia. quod reſpicit alias perſonas propriè non eccleſiaſticas, & iſtis facta eſt modificatio. per d. c. alma.

55 QVANDO locus eſt interdictus, & diuina officia celebrãtur voce ſubmiſſa ſingulis diebus, laici, ſiue interdicti, ſiue non, non poſſunt admitti ſecũdum omnes doctor. niſi qui ſunt priuilegiati, vel quando ſacerdos non haberet clericum adiuuantem, poteſt admittere alium ſecularem, ceſſante fraude, ſecundum Ioann. Cal. dummodò non ſit interdictus ille, vel interdicto cauſam non dederit, quia tales excluduntur, & non gaudent priuilegio, familiaribus, & domeſticis cõceſſo. in dict. cap. licèt. §. 1. & ſi.

56 QVI non ſunt clerici. & ſe ingerunt diuinis officijs, licèt grauiter peccent, irregularitatem tamen non incurrunt, quia cap. is qui. & capitul. ſi quis Epiſcopus, loquuntur de clerico. Puniuntur tamen in capit. poſtulaſti. de cle. excommuni. mi. Poſſunt extra tempus celebrationis in eccleſia orare, niſi aliud obſtet.

57 MONACHVS, & monacha violantes interdictum, ſecundum Ioann. Cal. fiunt ineligibiles, actiuè, & paſſiuè, & hoc modo ſunt capaces irregulatitatis: ſed merè ſecularis ſecundum eundem, violans interdictum, poſtea poteſt ordinari: quia de clericis tãtùm ius loquitur. Et laici ſocietatum, vt diſciplinatorum, cantantes lætanias, & ſuas orationes in ſuis locis in loco interdicto, non videntur eſſe irregulares, quia non ſunt clerici, nec peccant, quia hæc eis non ſunt prohibita per interdictum. Item non prohibentur orare in eccleſia, extra tempus celebrationis officiorum diuinorum, ſecundum Guliel. Et ſi ſacerdos credit probabiliter aliquos interdictos eſſe in eccleſia, eos in generali monere debet, quòd exeant ſecundum eundem, aliàs non tenetur vitare eos donec maximè publice conſtet de ſententia. Et quamuis ſacerdos acceptet ſcienter interdictum quempiam, alij non tenentur exire, nec peccant ſic audiendo diuina. ſecundum Veuer. Ipſe tamẽ peccat, & incurrit pœnam, capit. Epiſcoporum. de priuileg. libro ſexto.

58 POENA magna ſequitur non ſeruãtes interdictum. nam ſi ſacerdos eſt, ſcienter celebrans in loco interdicto, vndecunque ſit præter caſus permiſſos, efficitur irregularis. & ſuſpenſus eſt, ſecundũ Hoſti. & debet puniri grauiter. per c. poſtulaſtis. de cler. excom. mi. & d. c. is. qui. &c. Epiſcoporum. nec poteſt eligi nec eligere, per d. c. is qui. nec poſtulari. ca. 1. de poſt. præl. & dicit Pan. in c. 1. de poſtu. quòd electio

ctio facta in loco interdicto, à non interdictis, tenet, vel qui nō violauerūt interdictum. Nec potest conferre beneficia. c. quia diuersitatem. de concess. præben. & est suspensus ab ingressu ecclesiæ, donec satisfaciat ad arbitrium iudicis; qui interdicti sententiam tulit, si est ab homine, vel ad arbitrium Episcopi, si est à iure, & peccat mortaliter audiendo diuina in ecclesia quacunque, & in hoc plus operatur suspensio, quàm irregularitas: secundum Pet. de palud. Item remouendus est ab officio in d. ca. postulastis. si talis sit religiosus, nullum habens ordinem, quamuis non fiat irregularis: quia non est expressum in iure, poterit tamen aliter puniri. Hæc secundum Pa. in cap. fin. de excess. prælat. Et quia irregularitas procedit ex indebita executione ordinum: secundum Innocen. & doct. illi incidunt in irregularitatem non seruando interdictum, qui exercent quippiam deputatum alicui ordini ecclesiastico, & hoc faciunt tanquam clerici. Vnde si subdiaconus dicat epistolam, tanquàm exercens officium suum, & acolytus faciat officium suum tanquàm acolytus, efficiuntur irregulares: vt in cap. 2. de cle. excom. mi. non autem si faciant aliquod non deputatum certo ordini, vt cantare responsorium, antiphonam, & huiusmodi: non vt officiēt ecclesiam, sed vt faceret alius laicus secundum Innoc. Idem de benedicente mensam, quia hoc non est deputatum certo ordini. art. d. 44. c. fin. Vnde si interdictus cantaret epistolam, vt quilibet laicus potest facere, irregularis non efficeretur, sine apparatu maximè manipuli. Idem si quis absoluat, vel excommunicet, non vt sacerdos, vel vt iudex sine solennitate, de qua in capitul. à nobis. el. 2. de sententia excommunicatio. Iurisditionalia enim tempore interdicti non sunt prohibita: vt citare, excommunicare, proferre sententias, & huiusmodi.

59 AVDIENS diuina secundū doct. & maximè Hosti. ex deuotione, non fit irregularis, licèt peccet. Si autem audiat authorizando, vt quando prælatus facit celebrari coram se, fit irregularis, quia ingerit se diuinis, & violat interdictum. in capit. fi. de sentent. excommunicatio. libro 6. Ideò dicit Panor. quòd prælatus caueat, ne tempore excommunicationis, suspensionis, vel interdicti faciat coram se celebrari, vel interfit celebrationi. Idem dic de eo, qui pulsat campanam, &c. vt suprà dictum est: quia videtur authorizare, incidit si est clericus, vt suprà, secus si facit ista non vt celebrans principaliter.

60 Is, cui interdictus est ingressus ecclesiæ, si celebrat in ecclesia, vel cœmiterio: secundum Pe. de pa. suprà, efficitur irregularis, secus si extrà. Sed si esset suspensus absolutè à diuinis, vbicunque celebraret, esset irregularis. ca. primo. de sententia excommunicatio. libro. 6.

61 CELEBRANS sciēter in loco interdicto, siue coram personis interdictis à iure, vel ab homine, vel publicè interdictis, ad diuina officia, vel sacramenta recipiens, vel ad sepulturam, etiam si non sit irregularis, est interdictus ab ingressu ecclesiæ. in dicto ca. Episcoporum. & si in ea se ingerit in officio suo, fit irregularis. per d. ca. is qui. Differentia tamen est inter istos, nam celebrās in loco interdicto, est etiam irregularis. Admittentes verò ad sepulturam ecclesiasticam non à natim interdictos, vel publicè excommunicatos, sunt excommunicati, vt dictum est, & etiam qui tempore interdicti sepeliunt defunctos in ecclesijs, vel cœmiterijs, in casibus non concessis, sunt excommunicati. capit. eos, de sepulturis. suprà, Excommunicatio. 44.

62 CELEBRANS, vel faciēs aliquod diuinū in ecclesia, vel cœmiterio pollutis, non est irregularis, vel suspēsus, licèt peccet. c. is qui. de sententia excōmunic. lib. 6.

63 CLERICVS interdictus, vel non interdictus, sed in loco interdicto benedicens aquam: secundum Innoc.

sit irregularis: quia annexa est ordini nisi seruata moderatione. cap. alma. Nec debet sacerdos aspergere seculares aqua benedicta, nisi in festis. de quib⁹ in dicto cap. alma. Si tamē aspergeret, putat Ioan. Cal. non incurrere irregularitatem: quia hoc non est iure cautum, nisi fortè hoc faceret in principio missæ, quod videtur esse proprium sacerdotis. Intellige, sine moderatione. cap. alma.

64 PER benedictionem mēsæ etiam à clerico interdicto, vel tempore interdicti, non incurritur irregularitas: quia nulli ordini est deputata. Idem de benedictione itinerantium, quam solent facere Priores, & Episcopi, si fiat simpliciter, & non cum solennitate: secundum Ioannem Cald. De alijs benedictionibus dictum est suprà. Benedictio oliuarum, candelarum, in diebus suis, calicum, paramentorum: secundum Ioann. Cal. fieri non potest à clerico interdicto, vel tempore interdicti. Neque secundum eundem introduci potest mulier in ecclesia tempore interdicti post partum, pro purgatione solenniter fienda sine irregularitate: quia hoc officiū ordini clericali competit: poterit tamen per se intrare sine officio, vt gratias agat Deo. Potest etiam prædicari tempore interdicti. in d. capit. responso. cum pulsatione campanarum pro hoc, pro hora nona, & Aue Maria & pro quacunque causa, excepto diuino officio.

65 VIOLANTES interdictum, quāuis magnam pœnam incurrant, nō tamen mortaliter peccant: secundum Caietan. in summa. ver. interdictum, cùm aliquando quis efficiendo irregularis mereatur, & ponit exemplum de participāte cum excommunicato: qui licèt incurrat pœnam, magnam, videlicèt, priuationem à sacramentis, non tamen mortaliter peccat. Not. tamen, quod vbi lata est excommunicatio contra violantes interdictum. & violari facientes, violando mortaliter peccant. Idem dicerem de eo, qui contemnit sententiam, vel ratione scandali, quod alijs prębet.

66 NOT. etiam, quod hîc nomine clericorum veniunt moniales, licèt non sint rapaces ordinis. cap postulastis. de sent. excommun. ideo & ipsæ dicēdo officium, quasi ecclesiam officiēdo, & faciendo ea, quæ clericis sunt prohibita, tanquàm competentia ex aliquoordine, violarent interdictum. Ex pœnis sequentibus irregularitatem, & suspensionem apparet esse peccatum mortale. Tanta enim pœnarū multiplicatio graue delictū supponit, in clerico præsertim, non tamen omnem irregularitatem mortalem dico.

INTERESSE.

1 INTERESSE videtur esse, vt dicit Bartol. l. vnica. c. de sent. quę pro eo quod inter. profer. existimatio alicuius vtilitatis non habitæ propter alicuius factum iniustum, vel iniustam concessionem. Et horum quoddam dicitur lucri cessantis (vt quia non dedisti mihi pecuniam meam, cessauit lucrum, quod cum eo faciebam.) Aliud dicitur damni emergentis: vt quia nō dedisti mihi pecuniam meā, oportuit me accipere ad vsuram: ex quo damnum incurri. Quando autem possit in conscientia peti. infrà, Vsura. §. 10. & 13. Quando in contractu peratur. ff. de act. emp. & vend. l. Iulianus. §. 1.

INTERPRETATIO.

1 INTERPRETATIO dubiorū in meliorem partem semper est fienda: secundum gloss. Rom. 11. quando scilicet necessitas iudicandi occurrit. Qui autem in rebus importantiæ determinant in malam partem aliquid de re dubia, non ratione vrgente, mortaliter peccant. Potest tamen quilibet rem suam seruare à quocunq; ita cautè ac si esset latro. non tamen iudicando ipsum furem esse. Prælati autē & si nō debent de actu mētis iudicare: actus tamen exteriores punire debēt. secundū quod apparet de eis exteriùs: quia sunt iudices. Vide Th. secunda secundæ. qu. 60. ar. 4. Existimare enim malū de proximo sine sufficiēti causa, est ipsum contemnere.

2 INTER-

2 INTERPRETARI legem pertinet ad illum, ad quem pertinet cõdere generaliter: tamen quantum ad vnam causam, potest etiam iudex, vt notat Inn. in c. speciali. de appell. Interpretatio priuilegij an potuerit dari, ad solũ principem spectat: vt infrà, §. 4. c. 1. de transl. præla.

3 INTERPRETATIO legis diuinę & canonicæ pertinet ad Papam. capit. per venerabilem. qui fil. sint legiti. & ciuilis, inquantùm concernit clericos, etiam ad ipsum pertinet: vt in capitu. 1. de iur. cal. secũdum verò quod pertinet ad laicos. ad Imperatorẽ spectat. l. fin. c. de leg. quia eius est interpretari, cuius est condere. de regul. iur. lib. 6. generaliter: vt dictum est suprà. §. secundo.

4 INTERPRETATIO priuilegij an potuerit princeps dare, ad nullam inferiorem à principe pertinet: secundũ Panormitan. in cap. cùm veniſſent. de iudi. Si verò sit dubium de validitate, vel surreptione, potest iudex inferior, secundum communiter docto. Si autem dubium sit super vel circa verba solùm, & casus est clarus, & decisibilis. de facili etiam potest inferior cognoscere, ad præiudicium partium: vt not. Innocentius in dicto capitulo, cum speciali. Facit capitu. inter alia de sententia excommunication. Si casus est dubius, ad principem spectat, si de facili eum potest adire. arg. in dict. capitul. inter alia. Quòd si non potest sic adiri, per naturalem rationem potest interpretari, & pro hoc est casus in lib. ex facto. §. 2. ff. de vulgari, & pupillari substit. & quod not. Innoc. in dicto capitulo, cum speciali. Aut dubitatur circa intentionem principis, & non potest decidi sine magno dubio, & sic solus princeps interpretatur: eodem modo si verba sunt obscura, vel ambigua: secundum Hostiens. illius est interpretare, cuius est condere. Et dicit Speculat. in titulo de legat. §. nunc ostendendum. Episcopum posse interpretari iurium allegationes, capitulo. significante. de pignori. procedit in arduo negotio. Et legatus potest interpretari mandatum Papæ: vt tenet glos. in dicto capitu. 1. de postulatio. & Panormita. post Innocent. Idem dicit, nisi in aliquo arduo, scilicet in causa vertente ante eũ, & probat per capitul. super literis. de reſcription. vbi iudex interpretatur reſcriptum ad suam potestatem certificandam.

5 INTERPRETATIO in contractibus sit plena, in testamentis plenior, in beneficijs plenissima. c. cùm dilecti. de donat. Interpretatio locutionũ debet fieri secundũ personas, quæ loquũtur, vel quibus quis loquitur. 26. d. cã. de inde gloss.

INTESTATVS.

INTESTATVS quis dicitur decedere, vel quia nullũ fecit testamentũ, vel quia non iure fecit, vel quia factum, posthumi natiuitate est ruptũ, vel quia capitis diminutione postea facta testatoris, est factũ irritũ, vel quia nulli sunt hæredes ex eo testamento. autent. de hære. ab intesta. in princi. Addi & alij duo modi possunt, scilicet per querelam expugnato testamento, & per bonorum possessionem contra tabulas. Azo. in summ. c. de suis & legi. hære.

INTRVSVS.

INTRVSVS est, qui non canonicè, sed violenter occupat honores, vel beneficia eccleſiastica: vnde est fur, & latro, sicut dicitur in Euangelio: Qui nõ intrat per ostium in ouile ouium, sed ascendit aliundè, ille fur est, & latro. & est in mortali restitutioni omnium, quæ inde recipit. obnoxius. cap. grauis de restitutio. spolia. vide Abb. in c. ad aures. de excessio. prælato. in 1. not. Largè dicitur intrusus omnis, titulum habens vitiosum: strictè verò, omni titulo carens.

INTERROGATIO.

INTERROGATIONES de necessarijs tenetur facere cõfessor, quãdo sine illis nõ potest discernere necessariò discernẽda, aut quãdo putat, vel rationabiliter dubitat aliquid omitti necessariò confitendum, si non interrogat: vt si confitens dicat se cer-

naliter peccasse,& non dicat speciem, debet interrogare in qua specie : quia est de necessitate confitenda: alioquin vt iudex abutitur officio, & sic mortaliter peccat. Ad hoc est capitu. omnis.de pœnitent. & remiss.de pœn.di. 6.cap. 1. Quando autem confessor credit non esse necessarium interroga re,non peccat non interrogando confitentem.

2 INTERROGANDVS est ergo primò,an sit ei subditus, id est,de sua parochia,vel habeat licentiam, aliter nõ posset absolui,vt suprà, Confessio. §.12. Secundò, an habet impedimentum, propter quod non possit absolui: vt si est excommunicatus, vel concubinarius, vsurarius, vel huiusmodi : si velit perseuerare , nec conteratur frustra tempus . & confitens postea dicat : Voluistis me audire, & non vultis absoluere. Idem de clericis an habeant beneficia plura , curata,incomparabilia , & cum qua conscientia teneant , & quo titulo , & quando sunt comati,priùs vadant ad tonsorem.

3 TERTIO , si præcogitauit super peccatis,sin autem vadat, & præcogitet,maximè qui stetit per annum:quia necessaria est contritio, quę sine præcogitatione non videtur posse esse. Quartò, si paratus est relinquere omnia peccata priùs facta, & dolet de omnibus,aliter non est audiendus : quia est amissio temporis . Est tamen hortandus bonis verbis ad contritionem: quia sæpè conteruntur sub manu confessoris. Postmodùm faciat confessor , quòd pœnitens dicat peccata sua eo modo quo scit: quia si dicere nollet aliquô modo , nisi interrogatus, esset in malo statu , & vbi ille deficit , suppleat confessor interrogando secundum quod videbitur oportunum. Non enim debet omnes de omnibus interrogare: sed secũdum quod credit expedire , considerata persona, statu,ætate, & cætera. Et cum magna discretione interroget pœnitentem.primò in vniuersali,postmodùm in specie. & si in genere non peccauit, non est interrogandus in specie : Et potest confessor seruare hunc ordinem , incipiendo à primo præcepto, vsque in finem : quia omnia peccata sunt contra præcepta legis diuinę naturæ, vel humanæ. Practica talis seruetur , & confessor sic primò interroget.

4 INTERROGET circa primũ prę ceptum , si non credit , si est hæreticus , si dubius in fide cum deliberato consensu , mortalia sunt. Si negauit fidem verbo , vel signo, etiam quòd non mente mortale est. Si adorauit aliud quàm Deum latria,si blasphemauit Deum ,sanctos, vel eis maledixit, aut iniuriosè membra impudica eorum nominauit,si iudaizauit,aut in cultu ecclesiastico bonum asseruit, si adiunxit cultui diuino aliquas cantilenas in voce vel organo turpes, vel amatorias,quod mortale est ex suo genere:secundum Caietanum : quia in iniuriam cultui diuino irrogauit , si inuocauit dæmones explicitè, vel implicitè,vel habuit pactum , vel familiaritatem, cum eo tamen loqui, cùm in demoniacis ob vanitatem, vel curiositatem, nõ video propter hoc mortale: si fecit incantationes, diuinationes per superstitiosa, in quibus inuocatio dæmonis implicitè inuenitur: quia mortalia sunt & cętera. His adiunge diuinationes per astra, somnia, auguria,sortes, quando superstitiosæ sunt, & de tenentibus orationes super se superstitiosas , quod potest aduerti ex characteribus diuersis , ex obseruatione numerorũ,temporum,& huiusmodi. Si vouit facere malum,non facere bonum : quia non tenent hæc vota,sed fuit peccatum, &c. Si tentauit Deum.

5 CIRCA secundum,si iurauit scienter , & assertiuè falsum : vel dubitans , tamen assertiuè iurauit , si iurauit promittendo , & non intendens seruare , vel comminando, vel facere quod mortale est , vel aliud malum, vel sine causa rationabili iurauit , & si fuit causa talium in alijs directa, vel indirecta , inducendo eos

prece,

prece, vel precio ad talia.

6 CIRCA tertium, si dies festos violauit opera seruilia faciendo, vel alia prohibita ab ecclesia, vel hoc fieri mãdauit: Si missam sine rationabili causa diebus festis omisit, & diem festum consumpsit in vanis ludis. Si non ieiunauit diebus præceptis, absque causa rationabili, aut cibis veritis vsus est. Si non est confessus debito tempore, vel non bene. Si non communicauit in pascha te, vel pluries, secundũ quod tenebatur, quando casus vrgebat. Si non peregit pœnitentiam. Si contraxit matrimonium cum personis coniunctis consanguinitate, vel affinitate, vsque ad quartum gradum in clusiuè, vel clandestinè. Si neglexit sacramentum confirmationis pro se, ac suis, quorum curam gerit, & scire necessaria ad salutem, & ire ad prædicationes propter hoc. Si recepit aliquod sacramentum in mortali, vel aliquos actus ordinis: vt cantare Epistolam, Euangelium, vel sacramẽtum ministrauit in mortali, aut ad hoc alium induxit. Si excõmunicatus ingessit se diuinis, vel excommunicatis participauit in diuinis extra casus concessos. Si excommunicatus minori suscepit aliquod sacramẽtum. Si suspensus, aut irregularis, aut interdictus ingressit se sibi prohibitis. Si non dixit officium, ad quod tenebatur, & quando tenebatur, & potuit dicere. Si illud dicens ex proposito vagauit mente, pro parte notabili, vel occupauit se, ita vt non posset ad officium attendere. Si non expressit verba, sed tantùm principium & finem versus fecit sonare: quia non satisfacit. Si mutauit officium pro libito sine necessitate. Si violauit ecclesiam, vel cœmiterium semine, vel sanguine humano. Si violauit immunitatem loci ecclesiastici furando, rapiendo, extrahendo hominem vi, vel ibi prohibita exercuit, vt iudicium seculare, vel parlamentum, vel non seruauit interdictum. Si abusus est sacramentis, aut sacramentalibus, aut eucharistia, oleo sancto, & huiusmodi. Si non seruauit formas sacramentorum. Si fecit iniuriam reliquijs, vel imaginibus sanctorum. Si vsurpauit res ecclesijs dicatas. Si percussit, vel violentauit personam ecclesiasticam. Si peccatum carnis post ordinem sacrum commisit, vel professionem, vel votum castitatis. Si à personis ecclesiasticis gabellas & prohibita exegit, contra libertatem ecclesiæ, in multis de his, vltra peccatum, excommunicatione ligantur delinquentes.

7 CIRCA quartum, si parentes non honorauit, non eis subuenit in necessitatibus. Si sanguine iunctis debitum honorem, vel subsidium non impendit, aut patriæ, vel beneuolis simile non fecit. Si filios, nepotes, & sibi commissos non educauit, instruxit, curauit, nec correxit verbo, verbere, vt expediebat, præcipuè in mortalibus. Si vxorem, aut virum malè tractauit, famulos malè gubernauit, & si ipsi domino debitum secundum posse non fecerunt. Si crudus ad pauperes, negligens ad opera misericordiæ, non fecit eleemosynam de superfluo, non subuenit existenti in extrema necessitate cum posset. Si impediuit pauperum eleemosynas verbo, vel aliter. Si ex contemptu non obediuit, vel non obediuit in his, quæ sunt importantiæ notabilis, vel non obtemperauit Principibus, quo ad obseruationem legum, statutorum, & huiusmodi: neque eis debitum honorem exhibuit. Si fuit ingratus contemnendo, dissimulando, non recognoscendo beneficium, vel benefactorem. Si non habuit animum retribuẽdi. Si oblitus est beneficiorum, vel vituperauit, vel malum pro bono reddidit, quæ ad ingratitudinis vitiũ pertinent.

8 CIRCA quintum, si homicidium fecit, vel procurauit. Si infantem renuit in lecto cum periculo suffocationis, vel contra prohibitionem Episcopi. Si procurauit abortum fœtu formato anima rationali, vel antè, quia etiam mortale est. Si fecit aliquod pro sterilitate, aut dedit alteri aliquid ad

hoc procurandum. Si hoc fecit fieri, vel consuluit, vel adiuuit. Similiter interroga de verberib⁹, mutilatione, vulnere, vinculis, tormẽtis, exilio, si cõtra iustitiam facta sunt. Si voluntate deliberata aliquid horum sibi vel alteri euenire desiderauit, per se, vel per aliũ, propterram, vel odium, vel aliũ malũ finem. Si desiderauit alteri malum in corpore vel in anima notabile, propter odiũ, in honore, fama, & in reb⁹ notabilibus. Si gauisus est de malo alicuius, & quali malo. Si fecit, vel fieri fecit vindictam propria authoritate. Si noluit parcere quò ad offensam. Si subtraxit communia beneficia propter hoc. Si fouit inimicitias, & de multis peccatis, quæ ex hoc oriuntur. Si fecit, vel iuit ad bellum iniustum scienter, vel dubium, sine principis mandato quod posset eum aliquando excusare.

9 CIRCA sextum, si peccauit cum persona coniugata, quod est adulterium: si cum consanguinea, vel affine, quod est incestus: si cum Deo consecrata ordine, vel voto, quod est sacrilegium: si cum virgine, quod est stuprum: si cum soluta, quod est simplex fornicatio: si contra naturam per se solus, quod est mollities: si cum alia persona, quod est Sodomia: si cũ bestia, quod est bestialitas. Quò autem ad modum, est maximè culpabile, si mulier supergrediatur virum. Alij verò modi sunt tolerabiles, dum modò non impediatur generatio, vel effundatur semen extra vas. Ideò de illis modis non sunt sollicitandæ mulieres per interrogationes. De osculis, & tactibus interroga solutos: coniuges verò, quando ex hoc sequeretur periculum pollutionis extra vas, & cætera: tunc enim esset mortale, si hoc intenderent, vel huic periculo se exponerent.

10 CIRCA septimum, si furatus, & quantum. Si inuenit aliquid, quod non haberetur pro derelicto. Si ex naufragio aliena accepit. Si emendo, vel vendendo commisit fraudem circa rem, pretium, mensuram, pondus, numerum, substantiam, vel qualitatem. Si contractus vsuratios fecit, vel imposuit nouam gabellam, vel exegit à personis ecclesiasticis huiusmodi. Si violenter alienum accepit, aut proprium à quieto possessore. Si iniustum contractum fecit alicuius societatis. Si vsurpauit bonum commune. Si iniusta fecit cambia, vel in illis fraudauit, vel fraudare voluit quempiam.

11 CIRCA octauum, Interroga de mendacijs dictis in iudicio, quò ad iudicem, reum accusatorem, testes, aduocatos, & procuratores: si extra iudicium mentitus est, detrahendo, contumeliando, rixando, contemnendo, litigando, susurrando, irridendo, maledicendo. Et nota, quod non solum mentitur in iudicio qui falsum dicit, sed etiam qui tacet quod tenetur dicere, vel qui loquitur sophisticè, & non ad mentem iudicis. Hæc omnia quidem mendacia important iniuriam. Si mentitus est in damnum alterius animæ, vel corporis, aut rerum, siue scienter, siue officiosè, aut iocosè, vel simulatoriè. Si mentitus est per hypocrisim. Si mendicauit quasi egens, & non erat. Si finxit reliquias, vel miracula propter quæstum. His annecte de maledictionibus, malis imprecationibus animæ, & corporis, & maledicendo diei, tempori, & alijs creaturis, de verbis turpibus, & malè morigeratis, & huiusmodi, quæ in multis casibus mortalia censentur.

12 CIRCA nonum, & decimum, interroga de cogitationib⁹ circa ea, quæ dicta sunt de furto, auaritia, luxuria, de cogitationibus morosis, & cum deliberato animo, circa ea, quę dicta sunt de vitio carnis, & si fecit aliqua signa, vel misit epistolas, & quicquid fecit propter hoc extra matrimoniũ: quia mortale est, vt in suis locis dictum est, & dicetur.

13 CIRCA superbiam, si existimauit bonum, quod habet, ex se habere, & non à Deo. Si crediderit habere à Deo sed proprijs meritis. Si iactauit se habere

bere,quod non habet. Si alijs despectis singulariter desiderauit apparere. Si fuit ambitiosus,quærendo honores. prælatutas, & huiusmodi. Si fuit adulator,præsumptuosus, pertinax, impugnator veritatis, obstinatus,impœnitens. de alijs vitijs, quia continentur in decem præceptis, satis dictum est. Interroga discurrendo per singula, si forte aliquod fuisset omissum. Item de operibus misericordiæ corporalibus, & spiritualibus,quæ continentur in his versibus: Visito,poto,cibo, redimo, tego, colligo,condo. Consule,castiga,solare, remitte, fer,ora. Quæ opera, si prætermittantur à potente, in articulo extremæ necessitatis, est mortale. Vt suprà,in ver. Eleemosyna, satis diximus.

14 POTERIS & de quinq; sensibus interrogare, pro meliori memoria, considerato statu cuiuslibet personæ, quòad ætatem,officium,tempus,statum,fortunam,locumque: quia aliter interrogandi sunt senes,aliter pueri,aliter fortunati,aliter tribulati, aliter sani,aliter infirmi, & cætera. Aliter seculares, aliter clerici, quæ omnia discretioni confessoris relinquuntur. Facta igitur confessione diligenti,dicat confessor pœnitenti, an de omnibus doleat,& si leuiter dolet, admoneat eum quantus debet esse dolor de peccato mortali, videlicèt maior super omnes alios dolores intellectuales,& quòd saltem doleat,quod non habeat illam contritionem,quam deberet habere, & conetur illum ad verum dolorem adducere: postea dicat si vult in futurum ab omnibus toto suo posse cauere, & si credit, vel sperat, quòd Deus adiuuabit eum, quòd non cadet. Si respondeat sic, dicat confessor, si est paratus facere pœnitentiam: quo respondente, ita, iniungat pœnitentiam discretam,quã credit ipsum facturum,& pòst absoluat instruendo, quòd maiorem meretur pœnitentiam, & quod conetur facere in gratia Dei vt satis fiat Deo: & quòd sit sollicitus per bona opera delere pœnam, quam facturus est in purgatorio, nisi hic soluat orationibus, eleemosynis, & huiusmodi. & cætera, quæ suprà dicta sunt,ver. Confessio. Si autem nolit deserere peccata,vt concubinam,iniurias relinquere,restituere cùm possit,nullo modo est absoluendus,sed iudicio Dei relinquendus.

INTIMIDITAS.

1 INTIMIDITAS, quæ opponitur fortitudini,qua homo nõ timet pericula vitæ.integritatis membrorum, & bonorum temporalium, quando, vbi,& sicut oportet,ex deliberato consensu,contra rectam rationem, nocendo sibi notabiliter, vel proximo, siue causetur hæc intimiditas ex pauco amore vitæ,siue ex elatione animi, vt frequentiùs accidit,peccatum mortale est:ex S.Thom. secunda secundę.q. 126.& Caie.in summa ibi,aliàs veniale,vtquãdo ex stoliditate,vel ex imperfectione actus,vel in re parua est,& reducitur ad prę sumptionem,filiam superbię. Aliquando etiam prouenit ex eo,quod quis minus debito vitã propriam amat,ideò sine peccato esse nõ potest.

INVENTA.

1 INVENTA, quę habentur pro derelicto, quæ nunquàm habuerunt dominum, vel si habuerunt,non ampliùs extat memoria,vel dominus nõ curat de eis, sunt inuentoris, ex quo censentur nullius esse, vt lapilli in littore,vel in terra inuenti,sunt enim occupantis. Si autem habuerunt patronum, vel habuerunt de proximo, vt constat quando inuenitur bursa, vel vestis,& huiusmodi, tunc sunt restituenda inuenta rei domino.per c.multi.q.14.q.5.aliter esset furtum:secundum Th. secunda secundæ q.66.& ff. de furt.l.falsus. Et hoc est peccatum mortale,nisi pro re parua. Si verò facta diligẽti inquisitione dominus rei non inuenitur, possunt dari pauperibus, infrà, Restitutio.§.20. & 39. vel inuentor potest retinere,si sit pauper. de licentia cõfessoris,vt ibi dicetur.suprà casus.§.9.

2 De thesauro autem, cuius dominus nescitur, si inuenitur in proprio fundo, est totus inuentoris, si in alieno inuenitur à casu, medietas vna erit domini fundi, altera inuentoris: secundum. Thom. secunda secundæ. qu. 66. a. 5. ad. 2. Si vero non à casu, sed studiose inuenitur, & cum licentia domini volentis donare, quia ipse non vult quærere, totus erit inuentoris. Si vero quærit contra, vel præter voluntatem domini, tunc totus erit domini. Si quis vero sciret in aliquo fundo esse thesaurum, & dolosè emeret fundum, domino ignorante ibi esse thesaurum, tunc videtur quod totus thesaurus debeat esse domini, quia inuentor fuit in dolo. c. de thesau. l. vnica. si autem à casu, totus erit inuentoris: quia inuenit in fundo proprio, & cessat dolus. Consuetudo autem, quę hodie seruatur, quod scilicet thesauri sunt Principum, qui inueniuntur: secundum Petrum de pal. In quarto sententiar. non valet in conscientia, quia propter metum dominorum seruatur, nec motibus vtentium fuit vnquam approbata, nisi violenter. & est contra ius canonicum, quod disponit inuenta esse pauperum, quando sunt incerta.

3 De proiectis in mari tempore tempestatis pro alleuatione nauis, vel aliter, si non amplius à domino quęruntur, sunt capientium, quia tunc habentur pro derelictis. Similiter de amissis per naufragium, & de raptis ex aquarum inundantia, aliter non possunt capi, & si capiantur, ne pereant, debent restitui domino. Sic enim iustitia exigit, vt vnicuique, quod suum est, reddatur.

4 De terra addita, vel remota propter rapinas fluuiorum, est rubric. instituit. de rer. diuisio. tamen in omnibus communiter standum est consuetudini, quæ est optima legum interpres. Vbi autem cessat consuetudo, standum erit iuris dispositioni, quod ita disponit, quod insula nata in mari est occupantis. In medio verò fluminis est communis habentibus prædia iuxta flumen hinc inde. Si non est in medio, est proximioris. Quòd si fluuius diuidatur, & cingat agrum, erit ager illius, cuius antè erat. Si flumen mutat alueum, primus alueus efficitur eorum, qui prædia iuxta illud habent, secundus verò est publicus. Et si póst reuertitur ad primum, secundus erit habentium prædia prope illud. sed ager inundatus aqua recedente, remanet eius cuius erat hæc est dispositio iuris, quæ satis ęqua esse videtur.

INVENTARIVM.

Inventarium esse videtur scriptura, in qua hæreditaria bona, vel etiam alia apud aliquem inuenta scribũtur, & hæredi facere, est vtile. Nam si non fecerit de omnibus legatis, & debitis tenebitur: si autem fecerit vltra vires hęreditarias, grauari non poterit, dummòdo cœperit facere illud infra tres dies à morte testatoris, vel postquàm se fuisse institutum hæredem nouit. Scribat enim omnes res defuncti sub testibus, & infra quadraginta dies, vel annum, si res sunt remotæ, perficiat. Hæc notantur ff. de admi. tut. l. tutor. & ibi Bart. Abb. in c. 1. de solu. in c. plerique. de immunit. eccle. in 18. col. versi. alia quæstio. & glos. auth, sed cùm testator. c. ad legem Falcidi. quia si filius hæres non conficiat inuentarium, licet teneatur creditoribus, vltra vires hæreditarias, intelligitur tamen sua legitima reseruata: quia de illa satis facere non tenetur. An autem falcidia possit detrahi, vide Barto. in l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad leg. Falcid. Hæc ad legisperitos spectant magis, quàm ad animarum curatores.

INVIDIA.

Invidia propriè est, quando aliquis dolet, quòd alius prosperetur, non propter aliud, sed propter hoc solum: quia ille parùm distans bonũ, seu melius habet. Appræhendit enim in uidus illius bonum, quasi diminutio sit suæ excellentiæ. Et est ex suo genere mortale peccatum: quia contra charitatem.

ritatem. Tristatur enim de eo, de quo debet gaudere, secundum Caieta. ibi in summa. Qui autem tristatur de bono alterius, propter aliquam conditionem adiunctam, vt puta propter damnum inde sequens, aut quia caret ipse tali bono, vel quia quod habet, indigne habet, non est inuidus, secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 36. ar. 2. Si autem inuidia sit de re parua, aut in primis motibus, erit peccatum veniale, secundum Thom. ibi. a. 3. & vitium capitale secundum eundem ibi. artic. 4. ex quo oriuntur, odium, susurratio, detractatio, exultatio in aduersis proximi, & afflictio in prosperis, secundum Græg. 31. mort. libr. Est & quædam inuidia fraternæ gratiæ, secundum quòd quis tristatur de augmento gratiæ Dei, seu participatione eius, & ponitur peccatum in spiritum sanctum: quia per hanc inuidiam, homo quodammodò inuidere videntur spiritui sancto, quia in suis operibus glorificatur, & secundũ Tho. vbi suprà, ponitur inter grauissima peccata. Licet lætari quandoq; de ruina malorum, & dolere de eorum prosperitate. ne bonis nocere queant: vt testatur Grego.

INVOCATIO.

INVOCARE dæmones vt ferant nobis auxilium: vel vt ab eis habeamus aliquid, quod à solo Deo expetẽdum est, vt prædicere futura, contingentia, & huiusmodi, peccatum mortale est. Thom. 2. sen. dist. 7. q. 3. Nullã enim amicitiam cum ipsis, sine mortali habere possumus, cùm sint sempiterni hostes Dei, & nostri, Hinc est, quòd vti locutione, opere, seruitio dæmonis, mortale est: si cum inuocatione, reuerentia, vel pacto tàm implicito, quàm explicito fiat, & maximè propter malum finem: hoc enim repugnat præcepto diuino. His autem cessantibus, si dæmon sponte occurrat, quandoque licèt inquirere sine mortali, si inquiratur non tanquàm à socio, sed tanquàm ab hoste, vel expulsiue: vt fit in exorcismis, cum arreptitijs vel impulsiuè: vt faciunt sancti, præciendo eis in virtute Dei: quia hoc nõ est amicitiã facere cum eis, nec habere familiaritatem, sed magis hostem cogere. Si autem huiusmodi quærantur à dæmone, tanquàm à socio, quum eis societas sit pernicioſa, mortale est: vt diximus. Si autem quis ex leuitate, vel curiositate quærat, nolens tamen ex hoc amicitiam Dei perdere, nec cũ dæmone amicitiam facere, excusatur à mortali propter imperfectionem actus: magis autem quando fit hoc propter aliorum vtilitatem, vel honorem Dei, licèt ex Thom. secunda secundæ. quæstio. 65. artic. 4. suprà, Incantatio. §. 2. Neque dæmoni credendum est, cùm mendax sit.

IRA.

IRA, appetitus vindictæ dicitur, ex passione naturali prouenies: secundum Thom. prima secundæ. quæstio. 46. & quia vindicta potest iustè appeti, & infligi: vt si pater contra filij delictum irascatur, illumque secundum debitum modum puniat, peccatum non est: maximè mortale. Si autem quis appetat vindictam iniustè secundum se, vt scilicet quis occidatur, etiam quod mortem nõ meruerit: vel si meruit, appetit illum puniri, non à iudice, sed ab homine priuato, non habente authoritatem occidendi, vel appetit puniri à iudice merentem puniri, non pro iustitia, sed vt animo suo malo satisfaciat, & sic in his casibus mortale est: quia contra charitatem proximi notabiliter, & iustitiã agit. Item si quis ex vehementia iræ excidat à dilectione Dei vel proximi, vt quando quis vehementer irascitur contra Deum, vel quando ex ira nimia proximus scandalizatur: vel quando ex ira cadit in odium, vt trabem faciat ex festuca: in his mortale est. Propter tamen imperfectionem actus vel in primis motibus ante deliberatum consensum, erit veniale: vt si quis trahat puerum per capillos, vel appetat vindictã de parua re. Potest etiam esse mortale ex interiori motu animi: vt quando quis ita accenditur ex furore iræ, vt ratio succumbat, & hoc

aduertit,& non refrænat, vel ex motu exteriori, quando aliquid adiungitur contra Deum,vel proximũ: vt blasphemia contra Deum, vel sanctos, aut opprobrium, vel huiusmodi contra proximum,quod sit notabile, etiã mortale est.

2 Ex hoc vitio sex filiæ oriuntur, videlicet,Rixa, tumor mentis, cõtumelia, blasphemia, clamor, indignatio, quæ quidẽ sunt mortalia, vel venialia peccata,iuxta determinationem factam. Et quia multa peccata ex hoc oriuntur, ideò dicitur vitium capitale.Tres iræ gradus in euangelio ponũtur,scilicet irasci fratri suo interius in animo, dicere racha, quod significat iram per exteriora, & dicere fatue, q̃ notat iræ affectum.

IRONIA.

Ironia est mendacium in verbis vel factis consistens:vt si quis minus dicit quàm se existimat. Sicut cũ quis asserit de se aliquod vile, quod tamen in se non recognoscit, aut negat aliquod magnum, quòd tamẽ existimat se habere.Et semper est peccatũ:secundum Aug.lib.de verbis Domini.22.q.2.c.cùm humilitatis causa. Concord. Thom. secunda secundæ.q.113.a.1. Hoc vitium iactãtiæ opponitur,quod aliquando mortale est secundum circonstantiam:vt quando ordinatur ad notabiliter decipiendum, sicut mendacium,vel ratione finis. In pluribus tamen est veniale peccatum:quiã non est multum proximum pernitiosum, neq; Deum multum inhonorans,nec charitatem tollens.

IRREGVLARITAS.

1 Irregularitas secundum Specul.est nota, seu impedimẽtum canonicum,ex facto,siue de facto proueniens,quo quis ad ecclesiasticos ordines promoueri,& iam promotus in eis ministrare prohibetur.arg.de temporib.ordin.capitul.fin. Vnde plus est:quàm suspensio; quia non solùm importat inhabilitatem ad executionem:vt suspensio, sed etiam inhabilitatem ad ordines.Tribus modis in genere contrahitur,vel ex delicto,vel ex defectu corporis, vel ex defectu sacramenti.de quibus loquuntur Doctor. in capit.nisi cum.de renuntiatio. Sed in specie in casibus tribus & viginti incurritur.Nunquàm tamẽ incurritur, nisi secũdum illos modos,qui expressi sunt in iur.c.is qui.de senten.excom. quoniam iuris positiui pœna dicitur: secundum Innocen.

2 Primus modus,quo incurritur, est per homicidium,vel mutilationẽ, quando quis actualiter occidit, vel mutilat,vel operatur aliquid,quòd sit horum causa,etiam quòd sit absq; peccato:secundum Tho.secunda secũdæ. quæstio.64.a.7.ad.3.& quo ad obseruantiam modernam, est de iure positiuo:secundum Innoc.& Host.in cap. omnis.17.quæst.4.Et si adsit voluntas occidendi vel mutilandi, & fiat opus ad hoc vt sequatur,non tamen sequitur: non propter hoc talis pœna irregularitatis incurritur. Similiter cùm quis permittit aliquem occidi,cũ possit adiuuare, non incurrit secundum veram opinionem:quia hæc non sunt in iure expressa:& non incurritur nisi secundum, quòd expressum est in d. capit.is qui.

3 Ad discernendam meliùs veritatem.ponit Sanct. Thom. secunda secundæ. suprà.a.8. tres regulas, quarum prima est hæc. Dans operam rei licitæ, & adhibens diligentiam quam debet, & non excedens, nec habens voluntatem occidendi, vel mutilandi,non sit irregularis propter sequens homicidium.c.dilectus.de homi.vol. & c.ex literis.

4 Secunda regula. Dans operam rei licitæ,& non adhibens diligentiã, quã debet,vel existẽs in culpa, etiam leui,non autem leuissima:vt infrà.§. 6.& 12. fit irregularis per homicidiũ sequens:vel mutilationem .c. presbyterum.eod.tit.

5 Tertia regula.Dans operam rei illicitæ,quantumcunque adhibeat diligentiam, fit irregularis per sequens homicidium,vel mutilationem.c. suscepimus.eod.titu.His regulis multos casus solues.

6 INFANS, qui non est doli capax, & furiosus, qui lucidum non habet interuallum, propter homicidium, vel mutilationem, non fiunt irregulares. in clem. furiosus. de homi. Panor. in c. 1. de delict. pue. Facit pro furioso. l. 1. C. de fal. mo. Nota, quod dans operã reiicitæ, etsi non adhibeat totam illam diligentiam, quam deberet, si sit in leuissima culpa omissionis, non efficitur irregularis: secundum communiter Doct. &c. quæsitum. de pœni. & remiss. infrà. §. 12.

7 OCCIDENS, vel mutilãs, seipsum defendendo, non valens aliter facere, non est irregularis, nec occidens, vel mutilans dormiendo. clem. vnica. de homi. Tho. contrarium tenuit, secunda secundæ. suprà. & 4 sent. d. 25. q. 2. ar. 2. ad 3, quia fuit ante istam determinationem, si tamen non fuit in culpa: vt infrà §. sequenti.

8 IVDEX si etiam iustè hominé occidat, fit irregularis. cap. aliquos. 51. d. Idem die de accusatore, testibus, notarijs sententiã scribentibus, & legentibus, & de omnibus agẽtibus in causa mortis, vel mutilationis, vel facientibus. etiam si contra infidelem hoc faciant, etiam de animãtibus. & authorizãtibus. secundũ Tho. vbi suprà, &c. sicut dignum. eod. titu. &c. clericum. d. 50. Idem de occidẽtibus, casualiter, vel dormiendo, quando culpa, vel negligentia eis imputatur: vt quia sciebant suam consuetudinẽ surgendi in nocte, & non adhibuerunt remedium vt debebant, & huiusmodi: secũdum. Bart. l. pœna. ff. de patri. Sec⁹ de ebrio, qui in dicta clemẽ. non excipitur, ideò si occidit, vel mutilat, etiam quod nõ fuerit in culpa grietatis, fit irregularis: secundum Car. in d. clem. vnica. Nota, quod ista duo, videlicet occidere, vel mutilare, quò ad irregularitatẽ æquiparantur. in clem. vnica. de hom. Not. secundò, quod iudex, vel doctor, in dubio non debet aliquam iudicare irregularem. ar. de pœn. distin. 1. c. hoc autem. & c. is qui. de sent. excom. libr. 6. Pœnas enim quantum possumus restringere debemus.

9 NOT. tertiò, quòd in dubio quilibet debet se reputare irregularem: vt in capitul. ad audiẽtiam. de homi. Hæc duo notabilia immediatè præcedentia ponit Host. in d. cap. ad audientiam. de homi.

10 NOT. quartò, quòd ad hoc, quod quis incurrat irregularitatem: secundum Innocen. in d. c. ad audientiam. necesse est, quod interueniat, vel consilium, vel præceptum, vel factum, vel defensi, vel cooperatio occidentis: nam sola voluntas irregularitatem nõ inducit.

11 NOT. quintò, quòd existens causa remota homicidij, vt qui fecit gladiũ, quo alius occidit hominẽ, non est irregularis propter sequens homicidiũ. c. tua. de homi. nisi cum talis causa remota, animum nocendi habuerit: vel debitam non adhibuerit diligentiam: vel non cogitauit, sicut debebat. capit. presbyterum. de homi. Huius ratio à contrario sensu sumitur.

12 NOT. sextò, quod dans operam rei licitæ si fuit in culpa etiam leuissima in committendo, tenetur de casu inde secuto, quò ad regularitatem. in cap. clerico iaciente. 50. d. si verò fuit in leuissima culpa omittendo, non incurrit. per. c. quæsitum de pœn. & re. Iura enim plus tolerant culpam omissionis, quàm commissionis. Bartol. in l. quod Nerua. ff. de po. vel econtrà. suprà. §. 6.

13 NOT. septimò, secundum Caietan. ibi, in summa, quod appellatione irregularitatis homicidij voluntarij, non venit irregularitas propter occasionẽ hominum in bello iusto, vel aliàs iustè factam: quia vbi non est homicidium, nec ibi est irregularitas homicidij: sed quando homo iustè occiditur, ibi non est homicidium: quoniam homicidium species est criminis, sed occisio hominis iusta non est crimen: ergo nec homicidium: ergo nec irregularitas homicidij, siue voluntarij, siue non: sed est alia irregularitas, videlicet causa sanguinis vsque ad mortem. Ideò quando quis reseruat sibi dispensationem irregularitatis homicidij.

cidij, non intelligitur reseruare irregularitatem occisionis iustæ, quæ homicidium non est. Vnde si Papa reseruat sibi homicidij voluntarij irregularitatem, non oportet propter talem iustam occasionem adire ipsum: vt ab irregularitate dispenset, sed alius poterit hoc.

14 NOT. octauò, quod actus, propter quem quis efficitur irregularis, siue sit laicus, siue clericus, ex hoc, quod inducit irregularitatem, non est peccatum mortale, neque ex hoc, quod reddit clericum inhabilem ad executionem suorum ordinum, sicut nec actus reddens hominem inhabilem ad susceptionem sacramentorum: vt participare cum excommunicato extra diuina, per quod excommunicatio minor incurritur, per quam quis fit inhabilis à susceptione sacramentorum, & tamen non est peccatum mortale. & simile est de censuris suspensionis, & interdicti. secundum Caiet. ibi. in summa.

15 SI quis mandauit homicidium fieri, vel mutilationem, & antequam fiat effectus, reuocet expresè, imò etiam tacitè, vt faciendo pacem cum occidendo, non incurrit irregularitatem: secundum Innocen. secus si non reuocauit, licèt per spacium temporis non fuerit secutus effectus. infrà, Mandatum. §. 4.

16 SI quis mandauit aliquem verberari, prohibens tamen ne occideretur, vel mutilaretur. & nihilominus ille, cui mandauit, occidit, vel mutilauit, mandator fit irregularis, fuit enim in culpa: quia debebat cogitare hoc posse euenire capitul. fin. de homicid. libro sexto. & Panorm. in dict. capit. ad audientiam. Secus quando mãdauit fieri modestè, & dabat operam relicitæ: vt pro correctione: quia iuxta regulã suprà datam, non incurrit: secundum Panormitan. & Innoc. in c. ad audientiam. Et quando verisimile non erat periculum de hoc.

17 SI patronus famulo verberato dixit, non reuertaris domũ, nisi audiãali quid de te contra verberantè, & cę. famulus interficit eum, erit irregularis: quia animauit famulũ. Sic enim fuit determinatum: vt dicit Panor. in c. ex literis. de excess. præl.

18 PRAELATVS habens iurisditionem temporalem, mandansq; officiali suo, vt inquirat super aliquo crimine, & faciat iustitiam, etiam quod sequatur mutilatio, vel mors, nõ erit irregularis. in 6. ne cle. vel mo. cap. Episcopus. Si autem interrogetur de aliquo specialiter, qui meretur mortem, quid sit agendum, potest respondere, vt consulat peritos, non autem taliter, vt interrogans intelligat directè, vel indirectè illum debere pœna sanguinis puniri, secundum Rayn. quia si ex eius responsione reꝰ occideretur, fieret irregularis taliter respõdens. Potest ergo dicere, hoc consilium non pertinet ad me, vel nobis non licet interficere quenquam, vel huiusmodi. Et si propter talia verba iudex interficiat reũ, non propterea fiet respondens irregularis, quia causam nõ dedit. Si quis autem in generali quærit, an propter tale crimen quis mortem mereatur, & tũc non imminet casus de præsenti, potest veritas clarè responderi sine irregularitate. Hanc sententiam tenet Panormita. in dicto capitul. ex literis. Quòd si de plectendo de præsenti respondeat, quod meretur mortem, non tamen prætor propter hoc dat mortem, sed propter aliud, vt puta, quia iam disposuerat hoc, vel quia habet legem claram, tunc non fit taliter respondens irregularis, quia mors non est secuta ex sua responsione, secũdum Panorm. suprà.

19 PRINCEPS faciens legem, qua postmodum rei traduntur morti, non est irregularis: secundum Archi. in ca. officio. 23. quæstio. 5. neque prædicatores hortantes principes ad faciendum iustitiam in communi, etiam quod ex eorum verbis moueantur ad inquirendum, & puniendum malefactores pœna mortis, fiunt irregulares, quia non sunt causa alicuius particularis occisionis.

20 CLERICVS habens iurisditionẽ in

in aliquo loco, non debet esse præsens cum iustitia mortis, vel mutilationis exercetur, aliter fit irregularis, quia ex sua præsentia videtur opem præstare, vel authorizare homicidio, secundum Panor. in cap. si quis viduam. d. 50. Secus in non habēte iurisditionem; licèt grauiter peccent, facientes contra capi. sententiam. ne cle. vel mo. nisi causam iustam habeant, vt quia associant confortando decapitandum. Nec debet ergo clericus interesse homicidio, nisi dum hortatur, &c.

21 PRAELATI, vel cletici, qui petūt contra aliquem iustitiam, cui debetur pœna sanguinis, vel mutilationis cum protestatione, quòd non intendunt pœnam sanguinis, non incurrūt irregularitatem, etiam quòd sequatur effectus, in capitul. prælatis. de homic. libr. 6. vel cùm petunt super crimine, pro quo non debetur pœna sanguinis, etiam quòd sequatur mors. Secus quando in primo casu petit, sine protestatione fit irregularis sequente effectu. Vide bene text. huius capit. & ita in eo.

22 PER solam ratihabitionem homicidij, vel mutilationis, non incurritur irregularitas, quia nunquam dicitur quis irregularis, nisi vbi iure cauetur. secundum Hosti. in sum. de homic. §. qua pœna. sed non est expressum in iure, quòd quis per ratihibationem solā incurrat irregularitatem, sicut de excommunicatione. ca. si quis. de sen. excommunicatio. lib. 6. igitur, &c. Et ita tenet Angel. ver. homicidium. 2. §. 7. Aliqui autem tenēt quod incurritur, quia ratihabitio æquiparatur mandato. de re. iu. lib. 6. ratihabitionem. sed per mandatum incurritur, ergo & per ratihabitionem. Hæc ratio non concludit, quia ratihabitio æquiparatur præcepto in culpa, non autem in pœna, quæ est à iure, sicut est irregularitas. Tene ergo primum, quòd etiam sequitur Archi. in capit. omnes. 17. quæstio. 1.

23 PRAELATVS incarcerans subditum delinquentē taliter, quòd in paucis diebus moriatur, est irregularis, nisi faciat secundum ordinem, & modum suæ regulæ, secundum Ioan. de Lig. in cle. 2. de pœni. & re. & Panor. in capit. cùm non ab homine, de iudi. quia excedit modum. Ad hoc est text. in capi. ad audientiam. de sent. excom. & capcum voluntate.

24 INQVISITOR tradens hæreticum iudici seculari, quem scit combu tendum, & instando apud iudicem, quòd comburatur, nō est irregularis, secundum Host. in d. c. ad audiēciam. de homi. & Feli. in d. c. ad abolēdam. de hære. in fin. quia solùm inquisitori prohibetur, quòd nō per se exequatur, quod non facit.

25 AD intelligendum, quomodo quis verbo consulendo incurrat irregularitatem, pono quasdam regulas, quarum prima hæc est. Dans consilium super morte, quādo imminet casus de præsenti, & sequitur mors, vel mutilatio, incurrit irregularitatem. ca. si quis viduā. d. 50. & Host. in d. c. ex literis. Si verò prę sentialiter casus non immi net, & dolosè non cōsulit, non incurrit, vt dictum est suprà. §. 18. & 19.

26 SECVNDA regula. Dans consiliū dolosè, scilicet vt sequatur mors mediatè, vel immeditatè, si sequatur effectus, fit irregularis, quia est causa homicidij, per d. c. si quis viduam, vt si quis doceat modum venerandi Titium, credens quòd hoc modo interficiet Socratem, & sequatur actus. licèt causa mortis non sit immediata, quia tamen intendit, incidit in pœnam hanc.

27 TERTIA regula. Dans consilium non dolosè de causa mortis mediata, & est verisimile quòd debeat sequi, est irregularis, quia hoc debebat cogitare, ideò fuit in causa omissionis. secus si non erat verisimile debere sequi, etiā si præsentialiter imminebat, quia tunc non tenebatur cogitare, quod nō erat verisimile casurum, vt si consulat debere aggredi bellum vel simile.

28 QVARTA regula. Dans consiliū etiam non dolosum de causa mortis præsentialiter, & immediatè imminētis, extra ea, quæ sunt ex causa fidei,

est

est irregularis, secundum Innocent. in d.c. ad audientiam. & Arch. Floren. 3. par. tit. 24. §. 1. & capit. pro membris. 23. quæst. 3.

29 QVINTA regula. Dans cõsilium Petro vt occidat Ioan. & dũ vult hoc agere, occiditur à Ioan. est irregularis, secundum Pan. in d.c. ad audientiam. quia dabat operam rei illicitę. & Ioan. And. in cap. fin. de homi. lib. 6. Debuit enim illud præcogitare, & quia non præcogitauit, fuit in causa omissionis, ideò incidit.

30 SEXTA regula. Consulens alicui, vt exponat se periculo, ex quo verisimiliter potest sequi mors, si sequitur, fit irregularis, secundum Innoc. & Host. debebat enim hoc cogitare: secus si nõ erat verisimile. Pro fide tamen Christi, & ecclesia, potest dari tale cõsiliũ, vt quis exponat se morti, sicut fecêre martyres, secundum eosdem. &. 23. quæst. 3. can. pro membris. & Felin. in cap. sicut dignum. de homi. tertia col. circa finem. Et pro hac causa excusantur inquisitores, tradentes brachio seculari hæreticos, quos credũt pro certo morituros, secundum eundem in c. ad abolendam. de hæte. in final. & instant apud iudicem.

31 SVADENS alicui ne opem ferat occidendo, quem volebat adiuuare, si hoc facit mente corrupta, & ille occidatur, est suadens irregularis: secus si hoc facit, ne adiuuãdo ipse occidatur, vt solent facere parentes erga filios, & amicos, secundum Arch. Flor. 3. part. titul. 29. cap. 2. §. 1. quia mentem corruptam non habuit, neque dabat operam rei illicitæ.

32 CONSVLENS volenti fugere vt remaneat, sperans componere pacem bono animo, & non timens verisimiliter de morte, si casu occidatur, cõsulẽs nõ erit irregularis, quia dedit operam rei licitæ, & non fuit in culpa commissionis, nec omissionis: secus si hoc malo animo fecit, vel erat verisimile de occasione.

33 CLAMANS contra latronem, ex quo clamore latro occiditur, fit irregulari, secundũ Pan. in c. significasti. el. c. de homi. etiam quòd nõ habuerit animum, vt occideretur: tamen erat verisimile, quòd ex tali clamore caperetur, & occideretur, hoc enim debuit cogitare. Si verò non habuit animũ vt occideretur, & clamauit, quia latro, vel alius volebant ipsum occidere, etiã q; verisimiliter posset suspicari mortem eius, non incidit. Licèt enim vim vi repellere cum debito moderamine, vt infrà §. 41.

34 ASSOCIANS volentem facere homicidium, vt defendat eum, si opus erit, etiam quòd dissuadeat homicidium, fit irregularis, si sequitur mors, secundum Hostii. & facit cap. hæreticus, de cle. pug. in duel. nam ex eius associatione factus est homicida animosior, & sic cooperatus est morti. Vnde omnes de familia prætoris associantes decapitandum, fiunt irregulares, vt diximus.

35 VOCANS aliquos ad defensionem sui iuris, vel suarum rerum, non intendens mortem, vel quia non verisimiliter sequitur mors, si ex hoc aliquis moriatur, non erit irregularis, dabat enim operã rei licitæ: sed si intendebat mortem, vel verisimiliter timebatur de morte, erit irregularis, vel ex eo, quòd dabat operam rei illicitæ intendens mortem, vel ex eo, quòd non cogitauit de morte, quæ verisimiliter poterat sequi. c. de occidendis. 23. q. 1. & q. 3. c. Maximianus.

36 DICENS ducentibus latronem, claudite eius ne clamet, & cauete ne auferatur, si latro moriatur, erit irregularis, quia consuluit ducentibus, secundum Arch. Flor. 3. par. tit. 29. c. 1. §. 1. in fine. & Rosel ver. irregularitas pri. §. 5. Quod verum est, si alias mors eius fuisset impedita, nõ aliter. Sil. ver. homicidium. 3. q. 7. §. 5.

37 REVELANS aliquem iudici quærenti eum ad mortem iustam, vel iniustam, etiam, quòd hoc faciat timore cadente in constantem virum, est irregularis, quia in d. cle. vnica. solùm dicitur de occidente inuadẽtem se: quia timor cadens in constantem, non excusat ab irregularitate, quæ nõ est peccatum,

catum,licèt excuſet quandoq; à pecca to,ideò etiam ſi réuelat vt mortè euadat,incurrit. Idem tenet Tab.verb.irregularitas.2.§.22.

38 NON reuelans homicidium perpetrandum,non fit irregularis, etiam quòd ſequatur mors: quia ex hoc nihil operatur ad homicidium,licèt peccet non impediendo,cùm poſſit bono modo. Et Pan.& Ioan.Andr.in capi. Petrus de homici. ſolùm in hoc caſu loquuntur de homicidio, non autem de irregularitate, nec in iure exprimitur hoc.

39 REVELANS aliquam proditionem, & non potens aliter facere quin reuelet proditorem,præmiſſâ proteſtatione,vt ſuprà dictum eſt.§.21. nullâ incurrit irregularitatem, quia ſi pro recuperatione rerum hoc poteſt fieri, multo magis pro ſalute patriç,vel corporali,vel ſpirituali.

40 POSSVNT prælati pro defenſione rerum eccleſiæ iuſta vocare brachium ſeculare,& hortari ad defenſionem,non aût ad occiſionem,vel mutilationem cum proteſtatione,& non quærunt pœnã ſanguinis,ſed tantùm liberationem rerũ eccleſiaſticarũ, vel terrarum occupatarũ ab infidelibus, & huiuſmodi: & licet multi occidantur, non tamẽ fiunt irregulares.capi. de occidendis.23.quæſt.5.& quæſt.8. cap.ſcire.& capit.igitur.

41 OCCIDENS alium ſe defendendo cum moderamine,vel defendendo neceſſaria ad propriam vitam,eadem ratione non fit irregularis, quando ſcilicet non poteſt aliter euadere,& inuaditur.in cle.vnica.de homi.Secus ſi potuit euadere: quia occidendo, vel mutilando incidit. Sed ſi potuit euadere ſolùm mutilando,& occidit,non fit irregularis,ſecũdum Card.in d.cle. quia quantum ad irregularitatẽ, homicidium,& mutilatio currunt de pari. Occidens verò pro defenſione rerum,vel pro recuperatione, etiam cũ moderamine,fit irregularis,ſecũdum Pan.in capit.ſignificaſti.el.2.de homi. etiam pro defenſione alterius. An autem hæc liceant ſine peccato, ſuprà, Homicidium.§.3.& Caiet. ſecunda ſecundæ.q.64. a. 7. quia quis plus rerũ ſuarum curam tenetur habere, quàm vitæ proximi.

42 SI Titius inueniatur cum vxore Petri, & inuaſus à Petro defendendo ſe Titius interficiat Petrum, etiam cum moderamine, ſecundum Aſten. Titius fit irregularis, quia dabat operam rei illicitæ, ideò incidit iuxta ſupradicta. Alij dicunt quòd non, quia aliter non poterat euadere, & ſic ius diſponit. Et hanc tene opinionem, nam irregularitas non reſpicit peccatum, nec meritum: cùm & ſine peccato poſſit incurri per occiſionem, & occidendo poteſt quis peccare,& non incurrere.

43 SED ſi fuga alicui ſit vituperoſa,& propter hoc inuaſus potens fugere nõ fugit, ſed defendẽdo occidit inuaſorẽ, ſecundum Pet.de Ancha. quem ſequitur Arch. Flor.non euadit irregularitatem,licèt Zin. dicat quòd euadit: ſed primum eſt melius,& tutius, licèt ſic ſine peccato poſſit illum occidere.

44 SI Plato inſequatur Ciceronem,& Cicero timens de graui malo fugiat, ex qua fuga cadens in puteum vel flumen,moritur,Plato fit irregularis: ſecundum Archi.Floren.3.parte, ſuprà. dabat enim operam rei illicitæ, & de hoc debebat aduertere. Si verò inſequebatur cauſa ludi non prohibiti, & ſine ſignis magnæ offenſionis, aduertens etiam quæ veriſimiliter poterant accidere,non fit irregularis. Vide Panormitan.in capit. exhibita. de homici.ſecus ſi noxius,& indiſcretus fuiſſet ludus.

45 CLERICVS iniuſtè rixans cùm aliquo, ſi ſuperueniant amici eius, & interficiant rixantem, fit irregularis. cap.Petrus.de homi.& ſecundum Panormita. ibi. dabat enim operam rei illicitę: ſecus ſi iuſtè rixabatur:quia factum aliorum non debet ſibi tunc imputari.in capitu. ſignificaſti.el.2 eod. & limitat etiam Hoſtien in cap.ad audientiam.eod.ſi non prohibuit quantum potuit: quia tunc videretur eſſe in culpa, & intendere homicidium.

Secus

Secus si illius clerici superuenissent inimici, & aliquem interfecerunt de parte dicti clerici: secundum Panormi. in d.c. Petrus.

46 PATER, mater, vel magister, verberantes pueros discretè, pro correctione, aduertentes, quæ prudens aduerteret, videlicet ne percutiant fortiter super caput, vel cum corrigia habente gladium, vel fibulam ferream magnam, & huiusmodi, si ex tali verbere puer moritur, non sunt irregulares: quia non dant operam rei illicitæ, nec intendunt mortem, nec sunt in culpa omissionis, vel commissionis. Si verò dabant operam rei illicitę, & percusserunt nō letaliter: sed propter eorum incuriam mortuus est filius, vel alius, fiunt irregulares. ar. in d. cap. Petrus. Idem dic si conualuit, & post recidiuauit, & mortuus est, etiam ex imperitia medici, vulnerator fit irregularis. ar. in d. capi. Petrus. Fecit enim aliquid ad mortem, & fuit in culpa, dās operam rei illicitæ, quādo vulnerauit. Facit gloss. in d. capit. presbyterum & Arch. Flor. suprà.

47 SI infirmus moriatur sub manu medici, medicus propter hoc non est irregularis, dummodò hoc officium non sit ei prohibitum, & sit peritus in arte, & exhibuerit omnem diligētiam artis, & informauerit infirmum de his, quę sunt ei contraria, & huiusmodi. Pad. in c. tua nos. eod. aliās incidit. capi. ad aures. de ætat. & qualit. Nota, quòd clericis etiam in minoribus existentibus: secūdum Panor. in capi. sententiam. ne cleric. vel monach. & religiosis, ars chirurgiæ prohibetur. in d. capit. sententiam. & capitulo, cum magno. ne cleri. vel monac. Ideò si exercent illā, quę aduſtionem, vel incisionem adducit, & sequatur mors: etiā, quòd ex pietate faciant, & diligenter faciant, efficiuntur irregulares. in d. capit. tua nos. quia eis prohibetur. Quidam addunt, quando probabiliter credunt mortem ex illo vulnere, vel aduſtione secutam.

48 SERVIENS infirmo, & dās quę ei scit prohibita à medico, ex quibus sequitur mors, vel acceleratio mortis, fit irregularis: vt nota in dict. cap. tua nos. Secus autem quando dat nō prohibita, bona animo, credens prodesse, & non est verisimile quòd debeat hoc nocere: quia non incidit. Si autem fuit negligens in hoc, & poterat aduertere, & consulere, an hæc deberent nocere, & non fecit, & est certum, quòd propter hoc mortuus est, vel mors accelerata, fit irregularis: quia fuit in culpa omissionis. Si autem nō est certum propter hoc de morte, vel acceleratione mortis, non debet (vt ita loquar) scrupulizare, nec credere quòd sit propter hoc mortuus: secundū Archi. Florent. suprà. Quòd si custos dimisit infirmum: quia voluit ludere, vel dormire, vel nugari, & infirmus ex hoc mortuus est, vt quia propter phrenesim se interfecit, vel cecidit. Similiter vertens infirmū ex quo anhelitus intercipitur, vel apostema frangitur, & moritur, fit irregularis. Debebat enim cautè aduertere ea, quæ verisimiliter poterant euenire, & non fecit.

49 DICENS, vel faciens aliquid ex quo mors acceleratur, vt cùm dicit, extende caput in cipo, vel signum facit carnifici vt incidat funem, & similia, fit irregularis d. 50. cap. si quis viduā, & Archi. Floren.

50 QVANDO autem propter abortum quis fit irregularis, patebit facilè per regulas supra positas: ideò non pono casus singulares, qui in infinitum possunt multiplicari. Aduerte tamen quòd non est quis irregularis propter abortum, nisi fœtus sit formatus anima rationali: tunc enim verè est homicidium, & quòd dederit operā rei illicitæ, vel nō adhibuerit debitam diligentiam: secundum Thom. secunda secundæ quæst. 68. arg. 8. & quòd sit causa immediata: secundum Panorm. in capitu. de cætero. eod. quando scilicet non quærit homicidium: secundum Ar. Florent. quia tunc etiam de mediata intelligitur: vide Pan. in cap. sicut de hom. ibi. multi casus, &c.

51 SIMILITER de pueris suffocatis in lecto, rege te secundū regulas superiùs

riùs datas. Nam qui tenent tales pueros in lecto, offerunt se periculo suffocationis: ideò mortaliter peccant. Si verò hoc faciant cùm debitis circunstantijs & diligẽtia: vt quia lectus amplus est, & ex vna parte puer potest collocari, & ex alia nutrix, quæ consueuit semper stare sicut se ponit in lecto. vel quia hoc facit: quia extrà non vult quiescere puer, vel moreretur frigore sicut quando pauperculæ indigent pannis, vel ponunt aliquid inter se puerum, vel alium bonum modum tenent, & non est prohibitio Episcopi: tunc non videntur mortaliter agere: quia non se exponunt periculo, &c. consuluisti. 2. q. 5. non præcipit, sed tantùm hortatur parentes, ne infantes teneant in lecto, & sic etiam quòd casus occurreret, non essent irregulares: quia neque dant operam rei illicitæ, neque sunt in culpa omissionis, cùm prudenter omnia egerint.

52 DANS poculum amatorium, ex quo sequitur abortus, licèt non intendat, fit irregularis, si fœtus erat formatus: quia dedit operam rei illicitæ, vt not. Panor. in ca. si aliquis. eo. Infiniti casus particulares possent formari: sed per regulas datas facilè videbis, quando quis incurrit, & quando non. Ideò illas bene mãda memoriæ.

53 PRO irregulatitate, quæ incurritur ex homicidio, vel mutilatione in bello, notandæ sunt quædam conclusiones, quarum prima est. Clericus existens in quocunque bello, repellens vim vi cum moderatione inculpatæ tutelæ, si occidat, non fit irregularis. clement. vnica. de homici. & ca. ius gentium. d. 1. Secunda conclusio. Clericus existens in bello iusto de licentia Papæ experimentis, (quòd possit indifferenter pugnare, etiam occidendo) non fit irregularis. videtur enim quòd Papa auferat hanc pœnam dando licẽtiam, quòd potest cùm fit de iure positiuo, & hoc probatur per d. clem. vnicam.

54 TERTIA conclusio, Clericus in bello iusto vtens armis, vel præstans auxilium, consilium, vel fauorem, incutiẽdo timorem aduersarijs: si de aduersarijs quis occidatur, fit irregularis. capit. si quis viduã. d. 50. non autẽ si ex parte sua aliquis occidatur: quia nõ adiuuit aliquo modo, nisi aliud interueniat. Pa. in c. petitio. de homi.

55 QVARTA cõclusio, Clericus existens in bello iusto (vt pro defensione patriæ, oppressorũ vel contra prædones) cum armis defensionis, hortans bellantes, & intercedens pro eis orationibus, dũmodò non occidat, vulneret, vel mutilet, non fit irregularis: quia non occidit, non mutilauit, nec vulnerauit, nec dedit operam rei illicitæ: quia ei prædicta permittuntur. vt not. panor. in d. cap. petitio. Innoc. tamen dicit, quòd non debent hortari vt pugnent, dum actu pugnãt: quia ad mortem viderentur hortari, quòd non licèt, & si per se pugnent & occidant, efficiuntur irregulares, quod hoc eis prohibetur: vt in capitul. pridem. 23. q. 7. si tamen pugnent, & non occidant, vel mutilent, non sunt irregulares. in dict. capi petitio. etiam quòd ibi aliqui occidantur, & certum sit quòd ipsi non occiderunt.

56 CLERICVS existens quocunq; bello, vt pugnet cũ armis offensilibus. si aliquem occidat, fit irregularis: quia dat operam rei illicitæ, cùm sibi prohibeatur ratione ordinis. can. clerici. 23. q. 8.

57 SI in bello iusto, in quo pugnauit clericus cum armis offensilibus, sunt aliqui occisi. & dubitat clericus an ipse occiderit aliquem, & sibi magis videtur quod sic, censendus est irregularis. c. præsentium. de cler. percu. & in d. ca. petitio. aliter non, nisi alij scirent pro certò ipsum occidisse. Si autem dubium manet, tutior pars eligatur. arg. in. d. c. petitio. Si verò in eodẽ bello cum dictis armis volnerauit aliquẽ animo occidendi, qui postmodùm ab alio fuit occisus, est irregularis. capit. significasti de homi. Quòd si non habebat animum occidendi, & vulnus non erat mortale, & poterat ab alijs discerni, non est irregularis. per d. cap.

ſignificaſti c.petitio. & Pan.ibi.occidens vero clericus pro defenſione rerum ſuarũ, eſt irregularis.ca. ſuſcepimus.de homi.vt ſuprà dictũ eſt, §.41.

58 CLERICVS vadens ad bellum, etiam iniuſtũ, bono fine, vt cauſa pacificandi, ſi ex eius aduẽtu inimici terreantur, & occidentur quidam, & alij fiãt animoſiores nõ eſt irregularis, ſecundum Pan. & Inno. in d.ca. petitio.

59 CLERICVS mutuãs arma offenſiua etiã in bello iuſto dũ actu pugnãt ſi ex hoc ſequitur mors, eſt irregularis in d.c. ſi quis viduã. non autẽ ſi ante congreſſum pugnæ iuſtæ, vel ſi mutuat tantũ pro defenſione ſui in bello iuſto ſecundũ Ho. vel ſi mutuat eo caſu, quo poteſt occidere, vt ſuprà dictum eſt, capitu. ſi. de homici. Et nomine armorum intellige etiã lapides, fuſtes ff. de verb. ſignific. l. armorum, ſcilicet pro machinis, non pro lapidibus, ex quibus fiunt domus, loricæ, ſcuta, arcus, ſagittæ, gladij magni, & forte poſſet dici omne illud, quod cõmuniter eſt pro vſu offendendi, vel defendendi ſe, & non pro alio vſu, & hæc prohibentur infidelibus portari: ſiue intenſione offendendi, ſiue non: ſecundum Panor. in ca. ita quoniam. de Iudæ, & Sa. Aliqui tenẽt, quod incurrit, ſiue bellum ſit iuſtum, ſiue iniuſtum. Sil. ver. bellum. 3.q.6.§.5.

60 INTERFICIENS aliquẽ, etiã ſine vulnere: vt veneno, vel aliter, eſt irregularis, ſi voluntariè fiat, & non debet promoueri, & ſi promotus eſt, in perpetuum deponi. c. ſicut dignum de hom. etiam ſi ſit occultum, ſiue interficiat Chriſtianum, ſiue infidelem. d.50.c.clericum. nec poteſt miniſtrare in ordine ſuo. cap. fin. de tempo. or. nec excuſatur ſi faciat hoc de præcepto iudicis, etiam iuſtè. 23.q.5.c.cum miles.

61 PORTANTES ligna ad comburendum hæreticum, ſi operata ſunt ad mortem, ſunt irregulares: ſecundum Archi. Flor. 3.par. ſuprà. Secus ſi non ſunt cooperata: quia iã erat mortuus, vel aliter, & ſi ſit dubium, non debet miniſtrare ſine diſpenſatione, nec promoueri. c. hi qui. d. 50. ca. ad audientiã de homi.

62 FACIENS aliquid, ad quod ſequitur mors immediatè, eſt irregularis, vt aptantes cipũ, manarã, portãtes ſcalam, funem, & huiuſmodi, ad hũc finem. in d.c. ſi quis viduam. quia dãt cauſam immediatam ad mortem: ſecus quando facerent propter aliam cauſam, & aliquis alius vtitur chorda quam portauit pro ligandis lignis, ad ſuſpendendum furem. 23.q.5.c.de occidendis. ſuprà §.49.

63 SI quis ex impatientia, vel zelo caſtiratis, amputat ſibi membrum, eſt irregularis capit. ſi quis partem. d.55. ſi tamen membrum ſit principale, ſecundum Card. in cle. furioſus. de homi. Nam membrum dicitur, quod habet officium ſeparatum, & diſtinctum ab alijs, vt oculus capit. ſi Euangelica d. 55. digitus autem non eſt membrum, ſed pars eſt. text. c. ſingula. d. 89. ideò per inciſionẽ digiti non incurritur, bene ſi manus, vel pes abſcindatur: dummodò non fiat cauſa medicaminis. Ex ſola autem ſanguinis effuſione, etiam multa, non incurritur.

64 QVI non mutilat, ſed membrum reddit inutile totaliter, vel hominem totaliter deformatum, quod ad diuina exequenda eſt inhabilis, an ſit irregularis, ſunt opiniones contrariæ. Quidam dicunt quod incurrit, quia idem eſt reddere membrum totaliter inutile, & mutilare. Et hanc partem videtur tenere Pan. in capit. cum illorum. de ſent. excommun. Contrarium autem videtur tenere idem in c.1. qui cler. vel vouen. videlicẽt quod non incurrat. Et hanc opinionem tenerem, quia dict. clement. vnic. mentionem facit de mutilatione tantum, nec debet extendi cùm ſit pœna: nec eſt idem abſcindere totaliter, reddere mẽbrum inutile, ſed maius eſt, quia membrum inutile ſaltem facit ad decorem aliquid. Neque ex deformitate facta, fit irregularis, quia non eſt expreſſum in iure. Vide tamen ſi non placet hoc, Tab. verb. irregulari-

ritas. 3. §. 26. Sil. verb. homicidium. 3. q. 3. Angel. verb. homicidium. 5. §. 5. Rosel. homicidium. 4 §. 19.

65 De irregularitate, quæ contrahitur ex indebita celebratione, vel executione ordinum, sunt multi casus breuiter decisi, & primus est iste. Laicus, siue secularis, siue religiosus, sanæ mentis, qui celebrat cum apparatu alicuius ordinis sacri, secundum Archid. Floren. exequendo actum alicuius ordinis, videtur quòd sit irregularis, quamuis hoc sit rigorosum, & hoc tenet Cald. c. 2. de cleri excommu. mini. nec cum tali, vt possit promoueri, alius quàm Papa potest dispẽsare, sicut & cum ordinato suspenso. Direct. tamen lib. 3. tit. 8. dicit laicos propter hoc irregularitatem non incurrere, sed aliter puniri, si contrafaciant, per d. c. 2. & hoc videtur verius, quia magis consonum. c. 1 de cleri. non ord. & d. c. 2. Concordat Rosel. verb. irregularitas. 2 in princip. & Angel. verb. irregularitas, primo. § 39. & hoc sequendum est cùm simus in pœnis.

66 Clericvs celebrans in ordine quem non habet, facto tamen, fit irregularis, si hoc agit tanquam vtens officio suo: potest tamen non subdiaconus cantare epistolam cum tunicella, sine tamen manipulo, quia hæc est vestis propria subdiaconi, secundum Petr. de Palu. in 4. sententiar. vt monialis legit euangelium. Si autem cantat cum manipulo, vel portigit calicem, fit irregularis: secũdum eundem Pet. suprà. De alijs autem ordinibus sacris non est dubium quin incurratur irregularitas. No. tamẽ quod vbi nõ esset cõsuetudo, quod nõ subdiaconus cãtet epistolam, secus esset, vt quidam dicunt: verius tamen est, quòd non incurrat, nisi hoc faciat vt subdiaconus. Item dic de alijs ordinibus inferioribus, quia qui exercent vt habentes, & non habent incurrunt: secus si de hoc non cogitant, vel ignorantes faciunt, credentes se esse ordinatos, & non sunt. vel si iocosè exerceant, licèt peccent, non tamen, efficiuntur irregulares. cap. illa. 15. quæstion. 1. Et cum talibus, vt ad maiores ordines ascendant, solus Papa dispensat, secundum Panormit. cap. quanto. de consuet. licèt Bern. in. capit. ex literis. de cler. non ordi. ministran. dicat, quòd etiam episcopus potest. In susceptis verò bene potest Episcopus.

67 Si quis celebrat antequam suppleatur in accepto ordine, in quo dimissum est aliquod, quod non est de substantia ordinis, & hoc est clarum, licèt peccet administrando in tali ordine, vt in cap. 1. de sacram. non recte. non tamen incurrit irregularitatem. Facit quod not. Panormit. cap. si celebrat. de cle. excommu. min.

68 Ordinatvs per saltum, si administrat in ordine superiori, secundum Hosti. in summa, incurrit irregularitatem, & solus Papa dispensat. Archid. in can. solicitudo d. 52. tenet quòd est suspendendus, non tamen sit irregularis, quod verius est, per d. c. si celebrat. Si verò administrat in ordine non habito, dic vt suprà. vide infrà. §. 73.

69 Qvi eadem die suscipit aliquem ordinem minorem, cum aliquo sacro, vel duos sacros, etiam si faciat vna die fictè, scilicet continuando ieiuniũ sabbati, & c. ca. literas de tempo ordin. est irregularis. siue suspensus. Similiter si accipit ordinem furtiuè. Potest episcopus cum eo dispensare, vt in ordinibus non surreptitiè susceptis, possit ministrare, dummodò non fuerit ei prohibitum sic ordinari. sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quia tunc non posset. In ordine autem sic susceptо, vel ad maiores, solus Papa potest, secundum Ioan. And. vt videtur sequi Panorm. in c. 1. de eo qui furtiuè re. ordi. Si tamen hic intraret religionem, posset episcopus, vel suus abbas dispensare.

70 Excommvnicatvs maiori excõmunicatione si celebrat in ordine sacro, vel si non excõmunicatus celebrat, vel exercet suum officiũ in loco interdicto à iure, vel ab homine, est irregularis, & solus Papa dispen-

sat.in 6.de sentent.excommu.capit. is qui.Si autem ministrat in minoribus, vel cantat epistolam,non vt vtés ordine,sed vt secularis merus , secundum Gulielm . non incurrit , secus si vt vtens officio suo,vt suprà dictum est, secundum Hostien. Sed Panor.in capit.2.de cler.excom. ministr. videtur oppositum tenere.Tab. ver.irregularitas.4.§.3 conclusio 6.

71 CLERICVS suspésus strictè,videlicet quò ad se,& quo ad alios,ab homine,seu iudice, vel canone celebrans scienter, vel ex ignorantia crassa, siue sit suspensus simpliciter , siue ad tempus , siue ratione criminis , siue defectus , siue ratione infamiæ , durante suspensione , fit irregularis,dispensandus per solum Papam.argu. 2. quæst. 3.canon. si quis presbyter. & cap.medicinalis.de senten. excommun. libro sexta.

72 CLERICVS supensus à canone simpliciter ratione criminis,celebrando fit irregularis. per can. si quis episcopus.2.quæst.3.Si verò est suspensus ad tempus determinatum,etiam celebrando fit irregularis. Si ad tempus indeterminatum cum conditione donec satisfaciat, si ante absolutionem celebret , fit irregularis , quia in hoc factum iudicis est necessarium, vt dicit Cald.in cap.cùm bonæ. de ætat.& qualita. licèt quidam contrarium dicant.Si autem cum conditione donec pœniteat,vt in capit.officij.de electio. tunc æquũ est tenere, quod celebrando interim non fiat irregularis , quia talis suspensio videtur esse Dei , ad quam nihil superaddit canon:ideò dicendum est de ea, sicut de suspensione Dei tantùm,quam Deus qui nouit punit.

73 CLERICVS suspensus à canone ratione defectus ordinis , vt quia per saltũ promotus est, si ministrat in ordine omissò antequàm illum recipiat, est irregularis: non autem ministrando in ordine , quem habet etiam per saltum,vt suprà.§. 68. per c. sollicitudo.distinct. 52. Aliqui autem dicunt vt Sil.ver.irregularitas §.11. quòd de rigore iuris est etiam irregularis ministrando in ordine quem habuit per saltum,quia talis est suspensus, per d. cap.sollicitudo. Propter alios autem defectus, vt quando clericus est bigamus,illegitimus, corpore vitiatus,ordinatus ante legitimam ætatem , vel à non suo episcopo , secundum omnes docto . celebrando non fit irregularis , quia hoc non est expressum in iure . & licèt talis indigeat dispensatione , non tamen propter irregularitatem, sed propter alios defectus.dist. 56.ca.apostolica. in quo non fit mentio de irregularitate.Not tamen quod si ordinato ante legitimam ætatem interdicatur à suo iudice executio illius ordinis.& exequatur, est irregularis,aliâs non secundum Arch. Flor. tertia part.tit.29.

74 CLERICVS suspensus à canone ratione infamiæ , celebrando non fit regularis : non enim est iure cautum. Idem si ratione scandali est suspensus. Quomodò autem clericus publicus fornicator fit suspensus , & celebrando fiat irregularis, suprà, Clericus.§.13. qui clericus quãuis post pœnitentiam possit absolui ab Episcopo,vt dicit Archi. Flo. Ab irregularitate tamen, quam celebrando contraxit,Papa solus dispensat. in capitu.vestra.de cohab.cleri.& muli. & Panor. ibi.capi.tua.eod.titul. & quanuis aliqui dicant quòd requiritur monitorium.tamen d. Anto. & Panor.in d. c.tua.tenent contrarium,& debet restringi solum ad clericos sacerdotes, & fornicarios tantum & non aliter criminosos, quia dictum cap. vestra. loquitur tantum de sacerdote & concubinario, & sic dicit ibi,in d. cap.vestra. Pan. quanuis aliqui extendant ad omnem clericum, & omnem reatum publicum. suprà. Clericus.§.13. infrà.§ 82.

75 Ille qui est irregularis tantùm , si celebrat , non incurrit nouam irregularitatem,quia hoc non est expressum in iure, ideò non debemus pœnas augere.

76 MVLIER etiam religiosa non po-

test

tast effici irregularis vtens aliquo officio ordinis, per quam irregularitatem quis prohibetur ordinari, quia non est capax ordinis alicuius.

77 RECIPIENS ordines etiam minores, in excommunicatione maiori, fit irregularis, & dispensatur per Papam.cap.cùm illorũ.de sentẽ.excommu. Secus in excommunicatione minori. ibi enim distinguitur minimè inter ordines maiores,& minores.

78 RECIPIENS ordines ab episcopo excommunicato, schismatico, hæretico, vel deposito, suspenso, interdicto, vel degradato, non recipit executionem, quia ex quo non habet, dare non potest, & sic dicitur irregularis. arg.1.quæst.1. ca.gratia.& si factum est ignoranter, dispensabit episcopus: si scienter, solus Papa.in cap.1.de ordi.ab episco. qui resi. nisi sic ordinati fuissent per metum cadentem in constantem virum: quia secundum Gof. & Host.tunc non indigent dispensatione, vel episcopus poterit dispensare. Si autẽ talis episcopus est scientus in prædictis censuris, vel toleratus ab ecclesia, potest dare etiam executionem secũdum veriorem opinionem, & secundum Inno.in c.1.de schisma. quia dignitas in tolerato non est præcisa.c.nonne. 8.q.4. hodie tamen ista sunt modificata per concilium Constanti.supra. Absolutio.§. 30.& Excommunicatio. 50.& iuxta illum modificationem procede.

79 RECIPIENS sacros ordines scilẽter ab episcopo, qui renuntiauit loco, & dignitati, vel ex ignorãtia crassa, nõ recipit executionem ordinis,& sic est irregularis, & à Papa solo recipit dispensationem, si ex ignorantia non crassa, episcopus dispensare potest. capitul.primo. de ordi.ab epis. qui re. Secus autem esset si tantùm loco, & non dignitati resignasset: quamuis aliqui aliter dicunt, sed ex dicto capitulo 1. nisi hoc quod dictum est, potest elici: quia si renuntiauit loco tantũ adhoc est episcopus, & ordinatus ab eo sine licentia proprij episcopi, non est magis irregularis, quã qui ordinatur à non suo episcopo, qui non est irregularis, vt immediatè dicam. Contra hoc tenet Sil. irregularitas. §. 8.& Ang.ver.irregularitas.1.§.31. Tab.contrarium habet,in verb.irregularitas.4.§.6.

80 RECIPIENS ordines ab episcopo nõ suo,sine licẽtia proprij episcopi, non est ipso iure irregularis,sed suspẽdendus.per capitul.translationem. de tempor.ordi.& secundum d. Anton. ibi, & si sic ordinatus antequam suspendatur celebret, non fit irregularis, secundum Hostien. & Guli.licèt grauiter peccet, antequàm suus prælatus habeat ratam talem ordinationem. not.in cap. eos de tempor.ordi. libro sexto. Fallit hoc, quando suus episcopus est manifestè suspensus, quia tunc sine eius licentia potest ab alienis vicinis episcopis ordinari. in dict.c.eos.supra.§.73.

81 VLTRAMONTANVS quicunq; recipiens quemcunque ordinem sine licentia sui prælati,ab Episcopo citramontano,hoc est Italico, ipso iure est suspensus: & si celebrat, fit irregularis, nec à tali suspensione absolui potest,nisi per Papam. capit.1.de tempo. ordin.libr.6. secundum communem opinionem.in d.c.1. Non autem hæc pœna locum habet in Italico, ab vltramontano ordinato vt tenet glossꝫ. ibi.nec in existentibus intra montes, si ab Italico ordinentur, vt ibi not. Licentiam autem hanc accipiendi ordines ab alieno episcopo, dat vel episcopus, de cuius diœcesi est oriundus,vel in cuius diœcesi habet beneficium ecclesiasticum, vel domicilium ordinandus, licèt non sit inde oriundus, & episcopo absente, eius vicarius generalis in spiritualibus, vel capitulum sede vacante: non alij episcopi officiales,etiam archidiaconus. capitu.significasti.de offic.archidi. neque alij prælati religiosi, nisi sint per Papam priuilegiati, secundum Ioannem Andr. vel ex præscripta consuetudine.Et episcopi ad quos ordinandi mittuntur, possunt eos absoluere, & dispensare, sicut proprius præla-

tus,quia omnia videntur conceſſa,ſine quibus ordinatio non poteſt fieri. capit præterea.de offic.deleg. Concordat.Sil.verb.irregularitas.§.nono. in fine.

82 RECIPIENS ordines extratépora ſtatuta,ſecundum d.Anton.in ca.literas.de tempot.ordi. eſt ipſo iure ſuſpenſus, & ordinatus ſuſpendendus eſt,& hoc verius vt per c.2.de temp. or.patet licet Inno.& Hoſti. credant, quod taliter ordinatus,ab ordine ſuſcepto nõ ſit ſuſpenſus,ſed ſuſpendendus.ar.in d.c.literas, ſed primũ tene. Epiſcopus tamen poteſt diſpenſare in ordine ſuſcepto,vt miniſtret,c.cõſultationi.de temp.or.non autẽ in ſuſcipiendis alijs ordinibus,ſecũdum Rod. quia ibi fit mentio tantũ de ſuſceptis. Nec hoc poteſt epiſcopus,qui ordinauit ſecundũ d.An.in d.c.conſultationi,ſed eius ſucceſſor. Hodie autem recipiẽs ordines ſacros extra tempora, vel ante ætatem,aut ſine literis dimiſſorijs,eſt ipſo iure ſuſpẽſus,& celebrãdo fit irregularis, a ſolo Papa abſoluendus, & poteſt ipſo iure beneficijs priuari,per extraua. Pij.II. quæ incipit, Cũ ex ſacr.renouatam per regulas cancellariæ Inno.VIII.Alex. VI. quibus ſtãdũ eſt,vt in c.1.&.2.d.40, vt refert Sil.irregularitas.§.10. no.tamen quod iſte extrauagãtes,non ſunt in practica,ideò,&c. vide ſuprà.§.73. de eo qui ante legitimam ætatem eſt ordinatus: quia oppoſitum diximus, vide etiã ſuprà Actas.§.1.ſic & Tabu. ſcribit.verb.irregularitas.4.§.6.Recipiens beneficiũ de manu laici eſt ineligibilis, ſuprà.Beneficium.§.13.

83 APOSTATAE à fide ſunt irregulares.per capp.reſbyteros.d.50.ſi ſunt ſacerdotes.qui iuſto timore apoſtatarunt,à ſolo Papa diſpenſantur, alij autem ab Epiſcopo. Si verò voluntariè abſque timore,à Papa tantùm diſpenſantur.d.c.preſbyteros. Puniẽdi ſunt tamen hęretici:ſecundum Hoſtien.in c.1.de apoſt.& Innoc.

84 INCVRRITVR etiam irregularitas per reiterationẽ ſacrãmentorum imprimentiũ characterẽ,tam in dãte, quàm in recipiente.d.68.c.1.quia videntur Chriſtum bis crucifigere. de conſe.diſt.4.cap.qui bis.ſi hoc faciant ſcienter. Et hæc concluſio eſt Archid. in d.capi.qui bis. quod intelligitur de omnibus imprimentibus characterem, & niſi per Papam poſſunt diſpenſari. Qui autem hoc faciunt ignorantia probabili, per Epiſcopum poſſunt diſpenſari. Quidam verò intelligunt tantùm de baptiſmo, & hoc videtur probabiliùs: quia de alijs non eſt expreſſum: vt in c.1.de apo & d.c. qui bis.Et licèt in d.c.1.d.68. de alijs fiat mentio,non tamen fit mentio ibi de irregularitate. & hoc tenet Hoſti. & quod reiterantes ignorantia facti, excuſantur,non autem ignorantia iuris.Et hoc dictum Hoſti. videtur meliùs.& probabile valdè:ſecundum gl. in dict capit.qui bis. cùm pœnæ non debeant vltra quod ſcriptum eſt, extendi.

85 IRREGVLARITAS hanc pœnã ſortitur: quia irregularis ad ordines promoueri non poteſt, nec promotus in eis miniſtrare,& omnis irregularis eſt ſuſpenſus,& nõ econtra. & in 25. caſibus contrahitur. Primò,per homicidium: vt ſupra §.2. Secundò per ordines ſuſceptos in excommunicatione: vt ſuprà.§.77. Tertiò,per plures ordines ſacros vna die receptos vt ſuprà.§.69. Quartò,per reiterationem. ſacramentorum: vt ſuprà.§.84. Quintò,per apoſtaſiam à fide,ſuprà.§.81. Sexto,per infamiam, ſuprà infamia.§.4.Septimo, per ordinationem ab Epiſcopo excommunicato, ſuprà.§.78. Octauò, recipiendo ordines ab eo,qui renuntiauit, &c. vt ſuprà.§.79. Nonò, recipiendo ordines extra tempora, ſuprà.§.82. Decimò, miniſtrando in ordine non habito, ſuprà.§.66. Vndecimò, à ſuſpenſo, vel interdicto,ingerente ſe in diuinis, ſuprà.§.71. Duodecimò,propter crimen,ſuprà.§.72. Tertiodecimò,propter bigamiam, ſuprà. Bigamia.§.4. Quartodecimò, propter matrimonium contractum ab eo, qui eſt in ſacris,& habet votum ſolenne,ſiue contrahat

trahat cum corrupta, siue cum virgine.c.nuper à nobis.de biga. & capitu. super eo.eo.in glo.& cap fin.eo,& c. quotquot.27.q.1.Sil.ver. bigamia. in princip. Incurrebatur autem per solennem pœnitentiam per canon. ex pœnitentibus.d.50.sed hodie locum non habet secundum Innocent.quia curia non seruat,nec publica pœnitentia irregularitatem inducit: Quintodecimò,per celebrationem in loco interdicte.cap.15 qui.de.senten.excom. libr.sexto,de quo suprà,interdictum. §.58. & in hoc solus Papa dispensat. Sextodecimò, propter corporis vitiũ, suprà corpore vitiatus.§.1. Decimoseptimò, propter illegitimationẽ. suprà, illegitimus.§.1. Decimooctauò, per dilationem baptismi in adultis vsque ad ægritudinem. per capitu. si quis.d.57. quia videtur non voluntate,sed necessitate baptizari: nec ista irregularitas tollitur per baptismum: secundum gloss.ibi:quia idem non operatur contrarios effectus.cap.maiores. de baptismo. Quomodò possit hic admitti Sil. verb. irregularitas.§. 21. Decimononò, quando religiosus egreditur clausttum ad audiendum phylicas scientias, si infra duos menses non reuertitur, & solus Papa dispensat.c.vlti.ne cle.vel mo.suprà,excommunicatio.§.48. Vigesimò, per recursum ad Imperatorem per Episcopum,presbyterum, aut diaconum, sub prætextu iniustæ excommunicationis.21.q.vlti.capit.penulti. & cap. si quis.23.q.vlt. & à solo Papa dispensatur.in dict.cap.penulti. Ampliatur etiã hæc irregularitas ad omnes, qui sunt sub ecclesiastica regula, sed non ipso iure:vt in prædictis.Vigisimoprimò,propter hæresim. capit. veruntamen.1. quæstio.1. Vigesimosecundò, propter esse curialem:quia omnes curiales huiusmodi,nõ possunt promoueri,& quid sit esse curialẽ: vide Sil. verb.ordo.§.4.circa fin. Vigesimotertiò,propter seruitutem.c.legem.d.53. & c.quicunquè.d.54.

[86] NOT. quòd differẽtia est inter excommunicationem, & irregularitatem:quia cùm quis absoluitur, prius debet absolui ab excommunicatione, quàm à peccatis: vt suprà dictum est. Absolutio.§.5. secus est de irregularitate:quia ea dimissa, confessor potest à peccatis absoluere: ideò ad confessores nõ pertinet irregularitas: quia secundum se peccatum non est, nec includit sicut excommunicatio: quia etiam metendo quis potest effici irregularis. Pertinet tamen respectu clericorum:qui si sunt irregulares, peccant administrando, & celebrando: ideò est etiã vtile cõfessori scire,quando quis efficitur irregularis, & quomodo.

[87] IRREGVLARITAS tribus modis tollitur, baptismo, religionis ingressu,& dispẽsatione. Primò,per baptismum tollitur omnis irregularitas contracta ante illum peccato:secundũ Panormit.in capitul.gaudemus.de dinor.& infamiæ, quæ venit ex sequela peccati,& homicidij, siue cum peccato fuerit,siue non. Facit cano.si quis viduam.d.50. non autem bigamiæ. propter defectum sacramenti. cano. acutius.d.26.& capitu. deinde.nec ex defectu natalium:& hæc est communis opinio suprà,Baptismus.§.71.licèt aliqui tenuerint nullam irregularitatem per baptismum tolli.

[88] ALIQVA irregularitas, & non omnis tollitur per religionis ingressum:vt not.gloss.in cap.1. de apost.ea videlicet, quæ nõ prouenit ex proprio delicto:vt in capitu.1. de filijs presbyt. ita quòd talis potest sine alia dispensatione promoueri ad ordines, sed non ad dignitates, siue prælationes: vt in capitul. fin. de filijs presbytero. Panormitan.verò in dict.capitul.1.dicit,quòd tantùm eam tollit, de qua in iure est expressum,quòd tollat,licèt faciliorem dispensationẽ inducat, quod valdè rationabile videbitur in fauorẽ religionis.

[89] PER dispensationem Papę omnis irregularitas tollitur, cùm sit de iure positiuo.2.quæstio.7. capit. item Daniel.& sic Inno. in c. nisi de renuntia. tenet, & communiter omnes tenent.

Vide suprà, Dispensatio. §. 7.

9° FORMA consueta dispensandi super irregularitate est talis, vel similis. Ego dispenso tecum super irregularitate, vel irregularitatibus, quam, vel quas contraxisti, propter talem, & talem causam, vel si contraxisti, quando est dubium.

91 EPISCOPVS ordinando eũ, cum quo dispensare potest, ipso facto dispensat, si hoc intendit, licèt verbis nõ vtatur. Idem dic de Archiepiscopo, & prælato mittente subditos ad ordines.

92 CVM homicida casuali potest dispensare Episcopus in ordinibus minoribus tantùm. vt not. in capitul. ad audientiam. de homicid. in sactis autem solus Papa, & cum difficultate dispensat. in capitul. continebatur. de homi. Cùm homicida verò voluntario, etiam sine peccato, nunquam dispensatur in ordine, vel officio. cano. mitor. d. 50. nisi per Papam, & difficulter, etiam si sit occultum, ministrare in ordine suo non potest. c. fina. de tempor. or. Episcopus tamen cum tali, in beneficio ne egeat, potest. c. 1. de cle. pu. in. duel. in simplici scilicet beneficio secundum Host. quia in curato solus Papa dispensat. argu. in c. fin. de cle. pu. in duel. & ibi Panormitan. An Papa possit prouidere, vt sine pœna irregularitatis clericus per se exerceat iurisdictionem, seu iustitiam secularem. vide Abb. in capi. clericis. ne cler. vel mo.

IVDÆVS.

1 IVDAIZARE (videlicet seruãdo sabbatũ, vel alias Iudæorum cæremonias) est mortale: quia pertinet ad superstitionem falsi cultus diuini: vt dicit Caiet. ibi in summa. Si quis autem seruaret sabbatum, non pro ritu Iudæorum, sed alia pia ratione: vt pro reuerentia Virginis matiæ, non peccaret mortaliter.

2 CONVERSARI cũ Iudæis, prohibitũ est in lege canonica. in multis c. de Iudæis. & 28. q. 1 capi. nullus. & c. omnes. quantum ad assiduam, & familiarem conuersationem, propter periculum subuersionis. & in speciali in decem casibus prohibitum est. Primò, habitare simul. Secundò, ad eorum conuiuia accedere. Tertiò, simul balneari. Quartò, vocare eos pro infirmitate. Quintò, ab eis medicinas recipere. Sextò, nutrire eorum infantes in domibus eorum. Septimò, seruire eis, vt famuli. Octauò, esse eorũ seruum. Nono, habere eos officia publica inter Christianos. Decimò, comedere azyma eorum. Et quoniam in multis apposita est pœna excommunicationis: vt t. 3. 4. 5. & vlt. in d. capi. nullus. & 2. dicitur sacrilegium. 6. & 7. committitur prælatis: vt per censuram compellant. 9. quoque excommunicatio ferenda indicitur: vt in c. constituit. 17. q. 4. ideò cautus debet esse cõfessor, ne de omnibus his æqualiter iudicet.

3 AN prædicta possint fieri absque mortali, & consequenter tolerari, est satis ambiguum. Dico tamen, quòd illa, quæ quasi continuam conuersationem, & familiaritatem generant, vt cohabitare, & seruire eis domesticè in quouis ministerio, videntur mortalia: quia hæc habent periculum euersionis annexum, & propter hoc facta est inhibitio, & sic contrafaciens facit contra finem præcepti, & exponit se periculo infidelitatis, quòd sine mortali esse non videtur. Similiter tolerare eos in officijs publicis, mortale videtur: quia hoc derogat dignitati fidei Christianæ, & ob hoc est prohibitum. Item quia per hoc causaretur nimia familiaritas, & consequenter periculum subuersionis: vt supra. Idem dico per comestionem azymorum. Sic enim Christiani se quasi sophanos exhiberent Iudæis diuina profitentibus, & nostra abominantibus, & sic videntur mortaliter agere. Item quando contemnentes prædicta omnia facerent: quia contemptus vbique damnabilis est, sed cessante periculo subuersionis, & iniuria fidei nostræ, & contẽptu, non video mortale, si ex aliqua causa maximè rationabili fiant. Nunc particu-

lariùs

latiùs dicamus de huiusmodi prohibitis: vt clariùs intelligantur.

4 COMEDERE cum eis, vbi cibos discernunt, nunquàm licet, nisi in articulo necessitatis. secùdum Vgo. in d. can. omnes. 28. q. 1. neque eorum azyma debẽt comedi: quia est cibus discretiuus, ideò prohibitus. in d. ca. omnes. & clericus contrafaciẽs debet deponi, & excõmunicari. in dict. capit. nullus. nisi in extrema necessitate, & tunc comedet non vt azyma, sed materialiter vt panis est.

5 MERCIMONIVM facere cũ eis non prohibetur, nisi fortè in pœnam. ca. pòst miserabilem. de vsu. sed nimia familiaritas prohibetur, à qua admonitus nolens abstinere, mortaliter peccat: vt dicit Tab. ibi. §. 1. videtur enim contemnere, & quia cõtemptus vbique damnabilis est, ideò mortale dicitur.

6 CHRISTIANI possunt seruire Iudęis extra domos eorum: secundũ Hostien. sed Panor. in cap. Iudæi. eo. dicit, q; nec extra domus assiduè possunt seruire, cùm textus non faciat mentionẽ de domo, & ita possit fieri familiaritas extra domũ. Dic ergo, quòd possunt, dummodò non contrahant familiaritatem cum eis: vt colere agros eorũ, & huiusmodi.

7 CHRISTIANVS nõ potest habere Iudæum seruientem sibi in domo familiariter. 28. q. 1. c. sæpè. & dict. capitul. nullus propter eandem rationem, aliàs potest habere non familiarem: vt in ca. si Iudæos. eo. vt extra domum.

8 NVTRIX Christiana filium Iudæi in domo ipsius Iudæi nutrire nõ potest: secundum Panormitan. in ca. ad hæc. de Iudæ. denue extra: secundùm eundem Panor. intellige quando etiã extra domum sequeretur familiaritas: secus quando non sequeretur: secundum D. Car. qui dicit, quòd solùm prohibetur in domo. per text. dict. capitul. ad hæc. nec Episcopus potest dispensare, quòd in domo nutriat: secundum Car. & Panor. in capit. ad hæc. quia hæc prohibitio facta est in fauorem fidei: nisi necessitas naturalis vrgeret, quæ necessitas legi non subiacet.

9 CHRISTIANI non possunt vocare medicos Iudæos in suis infirmitatibus, neque medicinas ab eis recipere. in dicto capitulo, nullus. possunt tamen (secundum gloss. in dict. cap. nullus) emere ab eis medicinalia, & per Christianos posteà facere præparati: nisi secundum Vgo. propter necessitatem: vt quia non est alius medicus, vel non est ita bonus, vel non est qui ita benè præparet, &c. dummodò familiaritas quantum possibile est, vitetur.

10 BALNEARI in eodem balneo cum Iudæis prohibetur sub pœna excommunicationis, sicut cætera suprascripta, ideò mortaliter peccare videntur contrafacientes, & clerici, quibus prohibetur sub pœna depositionis, secũdùm quod dicit Tab. ibi. §. 6. quod videtur dutũ iuxta supradicta, dic ergo vt suprà. §. 3.

11 SI Christianus aliquid leget congregationi Iudæorum, vel Iudæo, vel pagano etiam post mortem anathema iudicatur. 24. q. 2. cap. sanè. el. 2. nisi cogente extrema necessitate cuiuspiam, tunc enim ex misericordia liceret.

12 IVDEI tàm masculi, quàm fœminæ non debent procedere in publicum sine signo in habitu, quò à Christianis distinguantur, quod sit patens. ca. in nonnullis. de Iudæ. Ideo malè faciunt domini hoc permittentes.

13 IVDAEI nõ possunt nouas erigere synagogas, quia prohibitum est, in c. consuluit. eo. tit. neque penitùs destructas reædificare: secundum Pano. ibi. possunt tamen antiquas, & ruinosas resarcire, dummodò non perdant formam antiquam. Alij autem infideles, neque erigere, neque antiquas resarcire possunt. Quomodò puniuntur. vide C. de Iudæis. l. hac victura.

14 IVDAEI non possunt præfici alicui officio publico inter Christianos, nec promoueri ad aliquod ministeriũ vel dignitatem. ca. cùm sit. eod. tit nec

possunt doctorari, secundum Bartol. in l. fi. C. de Iudæ. nec possunt habere aliquod comercium, per quod Christianis grauamen aliquod posset ingeri, secundum Panor. in cap. ex. speciali. Hoc enim Iudæis, & paganis prohibitum est, cùm Christi sint hostes.

[85] IVDAEIS prohibitum est, ne in tribus diebus ante pascha, ostia, vel fenestras aperta teneant, vel exeant in publicum. ca. nonnullis. eo. tit. etiam ne teneant decimas prædiales ecclesijs, sed soluant. capit. terris, extrà, de deci. Nec testimonium dicant contra Christianum. ca. Iudæi. de testi. quia ab omnibus actibus legitimis repelluntur. c. alieni. 2. q. 7. nisi in casu hæresis. ca. contra Christianos. de hæret. libr. 6. ne possint conuenire Christianum apud iudicé Iudæum, licèt possint eligere arbitrum Iudæum in causa ciuili. C. de Iudæ. l. Iudæi. Sententia tamen per Christianum debet exequi, vt ibi patet.

[86] SI Iudæus emat Christianum in seruum, vel qualitercunque acquirat, statim efficitur liber, nullo precio dato. ca. mancipia. d. 15. si verò nõ Christianum emat ad sibi seruiendum, & velit effici Christianus, similiter efficitur liber, sine pretio dato. ca. fraternitatem. d. 54. Si autem talem non Christianum, tantùm causa mercimonij habet, & infra tres menses à die emptionis, secundum Host. c. fin. de Iudç. vel à die qua petijt fieri Christianus, secundum Panor. ibi. c. 1. non exposuit venditioni, liberatur: secus si exposuit, quia non liberatur nisi datis Iudæo 12. solidis auri. Quomodò intelligantur illi solidi, vide ibi Pano. & C. de fusce. præpo. & archá. l. quotiescunque.

[87] IVDAEI non possunt vsuras exigere, & exactus debent restituere. de vsu. c. post miserabilé. & cogi per principes, & si non restituant, expelli, ibi in d. c. post miserabilem. Non tenent aliquid contra fidem Christianam. cap. si Iudæus. eodem titu. ne circuncidant quenquam non suæ nationis, & est pœna perpetui exilij. C. man. leg. vnica. ne accipiant Christianas in vxores. C. de Iudæ. l. ne quis. Non fidem Christianam impugnent peruerso dogmate sub pœna sanguinis, & pœna ignis feriuntur. si quẽquam volentem effici Christianum, aliquo furore impetunt. C. de Iudæ. l. Iudæis. Vide aliquid suprà, Infidelitas. §. 10. Bellum. §. 41.

[88] IVDAEOS Christiani non debent cogere ad fidem, in cap. sicut de Iudæ. nec eorum pueros inuitis parentibus baptizare, supra baptismus. §. 61. non offendant eos in persona, nec in rebus, sine iudicio terreni iudicis, in d. c. sicut. Non impediant eos in suis obseruantijs, dummodò nil faciant in opprobrium nostræ fidei, can. qui sincera. d. 45. non exigant ab eis coactè, & non consueta seruitia, in d. c. sicut. quod non inuadant eorum cœmiteria, nec exhument corpora eorum, in d. c. sicut. non diebus sabbatorum trahant eos ad iudicium. l. die sabbati. C. eod. titul. Si conuertuntur ad fidem, non spolientur bonis iustè acquisitis, nec eorum successores. cap. Iudæi. el. 2. eod. tit. non prohibeantur conuerti ad fidem, etiam quod sint serui Christianorum: ar. duæ sunt 19. quæst. 1. remanebunt tamẽ adhuc serui Christianorum: quia seruitus est, approbata de iure diuino, ciuili, & canonico. capit. si quos. 12. quæst. 2. sunt tamen mitiùs quàm alij serui tractandi. ar. in capitul. tuas, de ma. & obed. Non perdunt agnationem suam, vnde succedere debent attinentibus suis.

[89] IVDAEVS antequam baptizetur, debet relinquere omnia acquisita per vsuram, & alios illicitos modos. cap. Iudæi. de con. d. 4. licitè acquisita potest tenere, in d. c. sicut. nec debet statim baptizari, sed aliquo tempore differri, vt experiatur eius recta voluntas, in d. capit. Iudæi. nisi necessitas vrgeat. Est enim statutum, vt per 40. dies experiatur. Vide in d. capi. Iudæi. & per cano. ne quòd absit. de consec. d. 4. vbi erat statutum, quod per 3. menses expectaretur. Primò, restituat

vsuras

vsuras,vt diximus: deinde in fide instruatur, & illius perseuerantia experiatur,ne tepescēte illo feruore,ad vomitum redeat.

IVDEX.

1 IVDEX omnis, vel est ordinarius, vel arbitrarius,vel delegatus, vel subdelegatus,& omnes ad istos reducuntur ex doctrina S.Tho.secunda secundæ.quæstio 67.ar.1. & de verborum signific.ca.forus. & quilibet,cui non est prohibitum,potest esse iudex, ar.cap.cum apud.de spon. Prohibentur autem surdus,mutus,perpetuò furiosus,impubes,fœmina, seruus, excommunicatus, consanguineus rei, inimicus actoris, vel alia causa suspectus,& imperitus,seu illiteratus, De his Pan.in ca.schismaticus.de rescrip. Contra tales potest fieri exceptio.

2 SOLENT iudices in his specialiter peccare, videlicet scienter iniuste iudicantes,vel ex ignorantia,quam potuerunt vitare studendo,vel consulēdo. Secundò,quando iudicant non seruato iuris ordine,maximè in essentialibus necessario (vt puta) cùm sufficientibus testibus, & huiusmodi:etiam quod iustè iudicent. Tertiò, quando vsurpant officium, iudicātes personam non sibi subditam, vel de occultis,quæ tantùm nouit Deus, vel quæ non possunt probari. Quartò,si remittunt pœnas,non punientes maleficia, ex amicitia, vel auaritia, vel alio malo respectu: vnde grauiter læditur respubl.& ipsi sunt rei omnium malorum, quæ fiunt, propter suam indiscretam pietatem. Quintò,quando differunt administrare ius, præcipuè peritum,quia etiam non peritum facere tenentur,& inuigilando, rempublicam malis hominibus purgare, & de omnibus damnis exinde parti exortis propter eorū dilationem, vel negationem iustitiæ satisfacere, & in omnibus prædictis mortaliter agunt, vt dicit Caiera ibi in summa,quia cōmittunt iniustitiam, quæ ex suo genere mortalis est: quia contra ius diuinum,humanum,& naturale est. Et ex hoc,quasi infinita committunt peccata, secundum causas quas tractant. Peccant etiam,si non seruant recta statuta ciuitatum,& leges,maximè quādo iurauerunt seruare. Dicamus nunc magis particulariter, vt eorum culpæ magis appareant.

3 IVDEX non potest ordinariè iudicare sine actore.capit.legimus.de accusa.sed bene extraordinariè.Aliquando euidentia facti accusat,vt quando iudex videt, & in inquisitione infamia tenet locum accusatoris.c euidētia.de accusat.In denuntiatione nō procedit contra reum, sed pro reo ad correctionem, ideò non requirit accusatorem,secundum Tho. secunda secundæ quæst.67.supra.Inquisitio. §.6.8. Denunciatio §.2.

4 IVDEX in causa ciuili non potest compellere partes ad compositionem, nec etiam princeps, ordinariè.l.1.ff. de noui.operis. nuntiatio.nisi lis esset nimis longa,& ita perplexa, quod de facili finiri non posset cap.placuit. 90.d.Nec cum bona conscientia. Potest absolutè reducere partes ad compositionem, quando iura partium sunt clara, vt quia concluſum est in causa, & iudex scit pro qua parte debet ferre sententiam,secundum Ioan. And. nisi quando iura partium sunt ignota, secundum Speculat. vt dicit Panormitan.in capitul.final.de transs. vel ex alijs circunstantijs posset facere,vt quando aduersa pars, quæ ius non habet, est potens, & posset appellare. & sic alteram partem pauperem multum lædere, & tunc præsumitur quod melior est compositio, & sic potest hortari ad compositionem,cùm melior sit,quam litis prosecutio.

5 IVDEX ex debito officij tenetur purgare prouinciā prauis hominibus. l.congruit.ff. de offic. præsi.quod si non facit, tenetur de negligentia. Quomodò debet inquirere delicta, vide Bald.in l. Gallus .ff.de liber. & posthu.

IVDEX ordinarius, vel delegatus ecclesiasticus,iudicando, pro suo labore de iure canonico nihil potest pete-

petere. de vi. & ho. ele. ca. cùm ab omni. & per Pan. & Io. And. ibi. de delegato. & de ordinario. Est etiam glo. in ca. non licet, 11. q. 3. Et si aliquid receperit præter comestibilia, & potabilia, quę in paucis diebus consumi possint tenetur restituere, nec potest liberari ex remissione dantis. arg. in d. c. statutum. de rescri. l. 6. Et si restituat in fraudem, vt inde iterum donentur, non liberatur, secundum gloss. in d. c. statutum. Secus est, quando sine fraude facit, & ille post iudicium factum liberaliter donat, saluatur secundum d. gl. De iure vero ciuili, ordinarius secularis petit sportulas, nec aliud potest petere. c. offerat. 3. q. 3. quæ sportulæ, id est, munera, quæ, vel quanta sint, à lege non est definitum: vt authen. generaliter C. de epi. & cle. Delegatus verò etiam à principe, quando causa excedit centum aureos, non habebit nisi 4. aureos, duos à principio. & duos in fine, quod si non excedit, nil habebit. Authen. de Iudæis. §. ne autem labor. exceptis comestibilibus, & potabilibus, secundum gloss. in d. ca. cùm ab omni. si liberaliter sunt oblata, & in paucis diebus consumptibilia, secundum gloss. in d. ca. statutum: omnia autè alia munera iudices omnes accipere prohibentur, quantumcunque parua. ff. de offi. præsi. li. plebiscito, & accepta tenentur restituere, siue receperint, vt iudicem, siue vt causam expediant. capitul. exigit. de censibus. libro 6. suprà, dominus. §. vltimo.

7 ALII officiales inferiores, & nuncij, maximè quando non habet reditus deputatos, possunt recipere secundum consuetudinem. Assessor verò salariatus si aliquid recipit, tenetur restituere. ar. in d. c. cum ab omni. suprà, dominus. §. 13.

8 SI iudex secularis extra domum habet proficisci, & etiam testes, possunt petere expensas, etiam si sit ecclesiasticus delegatus. in d. c. statutum & 4. q. 3. §. venturus. quia nemo cogitur militare sumptibus proprijs: cum moderamine tamen tali, ne partes enormiter lædantur. ar. 10. q. 3. cap. illud. Delegatus verò ordinarij ecclesiastici, cù proficiscitur, habebit expensas pro victu, & victuris equorum, & huiusmodi: nisi sit delegatus ad causarum vniuersitatem, vel ad vnam, & maliciose: quia tunc ordinarius prouidebit de proprio. ar. in ca. inter cætera. de offi. ord. non autem ordinarius ecclesiasticus cum proficiscitur habebit expensas, nisi cùm proficiscitur pro consecratione ecclesiæ, vt in cap. cum sit Romana. de simo. vel cùm visitat prouinciam suam. capit. cum Apostolus. de cen. libr. 6. Si tamen delegatus ecclesiasticus non habet reditus, vel beneficium ecclesiasticum vnde viuat, potest petere id, quod posset iudex delegatus principis, vt dicit Panor. in d. c. cùm ab omni.

9 IVDEX ordinarius, aut delegatus, quando potest petere expensas, non tenetur computare illas, quas domisticisset, secundum Panorm. in dicto ca. cùm ab omni. & hæc opinio est benignior, licèt gl. in eodem ca. dicat quod tenetur. Hæc opinio est securior, altera verò magis vera. Consuetudo, qua dantur sportulæ ordinario, & delegato, siue præcesserit exactio, siue non, non excusat eos. secundum Panorm. in dicto capitul. cum ab omni. per illum text. licèt Car. in d. cap. statutum: in cle. de elec. dicat quod excusat, quando nō præcessit exactio, & quod possunt compelli ad obseruandum laudabilem consuetudinem, allegans ca. ad Apostolicam. de simo. Sed illud ca. loquitur in spiritualibus, vbi videtur se obligare, quia est suus parochianus: concordat Barto. in li. cùm de in rem verso. ff. de vsu.

10 IVDEX ecclesiasticus ordinarius, non potest pro assessore petere salariū quia ipse tenetur scire canones de quibus agitur coram eo, ideò si nescit, prouideat de suo. Delegatus tamen cū indiget vere assessore, potest petere, cessante omni fraude, in d. cap. statutum. §. assessore. quod si fraudulenter petit vltra mortale, tenetur restituere. Potest tamen petere pro nota-

rio, dummodò non participet in lucro in d. cap. statutum.

[11] DANS aliquid iudici, vt eum corrumpat, non potest repetere illud: secundum Panor. in d. ca. cùm ab omni. in gloss. 1. quia turpitudo ex vtroque est. Si dedit, vt iustam det sententiam: quia aliàs nolebat dare, vel ne det iniustam, vel vt ius suũ conseruet, quòd licet: quia redimit vexationem suam: secundum Panorm. vbi suprà. potest repetere. cap. nemo. de simo. quia hic non stamus præsumptioni, sed veritati. Si autem dedit, vt simpliciter iudicet, non repetere poterit: nam principalem causam amittit. ff. de condict. ob cau. l. 2.

[12] IVDEX ecclesiasticus quicunque, qui contra iustitiam in grauamen alterius partis in iudicio quicquam facit, per gratiam, vel sordes, puta per pecuniam, suspensus est per annum ab executione officij, & debet condemnari in quantum læsit partem, & si durante suspensione se ingerit diuinis, fit irregularis, nec potest dispensari, nisi per Papam. capitul. cùm etenim. de reg. iur. libr. 6. Peccat etiam in hoc, cùm contra iustitiam agat, & grauiter.

[13] HABENS causam iustam, & dans iudici pecuniã, vt iudicet pro se: quia aliter non vult iudicare, non peccat: quia redimit suam vexationem: secundum Panormita. in dict. capit. cùm ab omni. Nec est simonia: quia non dat temporale, vt acquirat spirituale: quia iam ius, quod redimit, habebat. Secus esset si per sententiã de nouo acquireret suprà, §. 11. concordat Glo. in cap. vêdentes. 1. q. 1.

[14] IVDEX tenetur ad restitutionem parti læsæ, si ex eius negligentia, dolo, vel lata culpa damnum aliquod incurrat: secundum glo. in ca. quoniã. contra. de proba. Ibi Panormita. dicit esse verum in foro animæ: quia ex sua culpa proximum damnificat. Aduocatus. §. 11. Secus est in delegato, qui ex obedientia iudicat sicut scit, & informatur ab assessore, dummodò faciat bona fide, non tenetur ad aliquid, etiam quòd iniustè iudicaret, sed assessor tenetur. li. 2. ff. quod quisque iur. Dummodò non fuerit negligens, nec in dolo in eligendo assessorem, qui reputabatur sufficiens, & bonus, & ita credidit, aliàs non excusaretur. Negligentia autem facit iudicem culpabilem, quando causam finire negligit, vel habere notarium, vel aduertere quid scribatur, vel de aduocatis, vt tenetur, non prouidet, non curat studere pro casibus concurrentibus, & pro eis, quæ ad officium suum pertinent Sed multò plus dolus facit eum culpabilem, & teneri de omni damno. C. de pœn. iudici. l. nouo iure. Si est iudex ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus, & talia agat contra conscientiam, & iustitiam, est suspensus per annum ab executione officij. per cap. cùm etenim. de reg. iur. libr. 6. vt suprà §. 12.

[15] IVDEX secularis tenetur iudici ecclesiastico præstare brachium seculare, quando eius subditus resistit de facto contra ius: secus si de iure, & ille ad superiorem appellauit. Panor. in capitul. 1. de offic. ordina. Idem quando vexat exemptum ostendentem suam exemptionem, non tenetur iuuare. Et not. secundum Felin. in capitul. 1. de sponsalib. quòd quando iudex ecclesiasticus potest per se exequi, non debet vocare tale auxilium: quia iura dicunt dùm loquuntur de hoc auxilio, si opus fuerit, vel necesse.

[16] POST latam sententiam definitiuam, iudex non potest illam mutare, nec corrigere, licèt si sit de maioribus, possit eam declarare: secundum Panormitan. in capitul. 1. de postulatio. in gloss. non autem si sit de inferioribus, & arbiter: secundum eundem. Interlocutoriam autem bene potest corrigere, & reuocare. in capit. qualiter & quando. el. 1. de accusa. Excipiuntur inquisitores, qui sunt priuilegiati. in capitul. vt commissi. de hæret. libr. 6. & in gloss. infrà, verb. mutandi. suprà, Arbiter. §. 19. infrà, sententia. §. 3.

[17] IV-

17 IVDEX non condemnans partem aduersam in expensis, si fuit petitum hoc ab altera parte, tenetur de suo restituere. C. de iudi. l. sancimus. quòd limitat gloss. in capitul. final. de rescrip. Et not. quòd iudex iurat iudicare secùdùm quod sibi videbitur, ibi est, secundum bonum iudicium, optimè legibus informatum, & non vt sibi placet: secundùm Panormita. in capitul 1. de postu. in glos. verbum enim, videtur, rationis discursum importat.

18 IVDEX secularis nullam iurisdictionem potest habere in clerico, vel persona exempta, neque in ciuilibus, neque in criminalibus. C. de episc. & cleric. authen. statuimus. Vnde clerici non possunt in suum iudicem consentire, nisi sit persona ecclesiastica, & de consensu Episcopi sui. capit. significasti. de foro competenti. Nec exemptus potest renuntiare priuilegio exemptionis: vt dicit Panormitan. in di. capit. significasti. quia exemptio non fuit indulta in merum fauorem exempti, sed etiam in fauorem superioris, ex quo infert Panormitan. ibi, quòd Episcopus non potest absoluere exemptum ab excommunicatione, etiam quòd renuntiaret exemptioni, & multò fortiùs moniales: quia fortiora priuilegia communiter habent, & cautela validiori defendendæ sunt.

19 SI clericus conueniat laicum coram iudice seculari, & secularis reconueniat clericum, & iudex ferat sententiam in ciuilibus contra clericum, tenebit sententia: quia factus est suus iudex per reconuentionem. de mut. peti. ca. 1. & 2. & 3. q. 8. cap. cuius agendo. criminaliter autem non potest reconueniri. cano. neganda 3. quæst. 2. intelligе communiter: quia fallit, quando clericus est traditus curiæ seculari, & quando interuenit Episcopalis authoritas. gloss autem summaria, quæ ponitur 2. q. 1. in principio. ponit duos alios modos, videlicèt in causa feudi, & quando est incorrigibilis. cano. nec licuit. 17. distin. Idem dicitur quò ad monachos si interueniat Abbatis licentia. vide Panor. de iudi. ibi. circa si clerici.

20 SI clericus, qui communiter pro clerico habetur, capitur à iudice laico propter maleficium, & deprehenditur cum tonsura, & habitu clericali, debet incontinenter restitui curiæ ecclesiasticæ, cum cognitione causæ de clericatu probante aduersario, si verò ante deprehensionem se gerebat pro laico, & sic communiter habebatur, etiam quòd tempore deprehensionis fuisset in habitu clericali, nõ est restituendus, donec de clericatu fidem fecerit, interim processus iudicialis quiescet. in ca. si iudex, de sentent. excommu. in sexto.

21 INCHOATO processu contra aliquem si isto interim fiat clericus, nil prodest allegare clericatũ. ff. de iudi. l. si quis postea, tàm in text. quam in gl. quantum ad executionẽ in rebus fiendam, quòd autem persona capi possit detineri in carceribus, & decapitari, ferri non potest, cùm persona clericalis sit exempta, nisi prius degradetur. Idē dic de omni religioso professo, qui mortuus est mundo. l. Deo nobis. C. de Epis. & cleric. nisi professionem in carceribus faceret, vt not. Ioan. Andr. ibidem.

22 AN delegatus Papæ delinquens in sua delegatione possit coram ordinario loci conueniri. vide Panor. in cap. si. de rescrip. & Ioan. And. ibi. & Authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi oportet.

23 LAICVS laicum sub Papa in ciuili conuenire non potest. Panormit. in c. licèt ex suscepto. de foro compet. nisi ex consuetudine. cap. si clericus. de for. competent. vel in terris subiectis ecclesiæ, quò ad iurisdictionem temporalem, vt ibi, vel quando causa spectat ad Iudicem ecclesiasticum de re. cap. tua. de ordi. cogni. vel quando vacat imperium, & causa ad imperatorem spectat, vt in dict. capi. licèt. vel propter principis negligentiam in ministranda iustitia. in dict. capit. licèt. vel quando impetratur à persona ma-

fera-

ſerabili, vel oppreſſa. de fo. competen. cap. ex parte Bo. vel quando iudex in prouincia non habens ſuperiorem allegatur ſuſpectus, vel non vult iuſtitiam facere: vt not. in authen. col. 9. vt differen. iudic. au. §. 1. & 2. vel in cauſa reconuentionis. 3. q. 8. ca. cuius in agendo, vel in cau. mortuariorum à defunctis relictorũ. au. de eccle. titu. §. ſi autẽ col. 9. vel ſi iudex inuocat auxiliũ eccleſiæ. 23. q. 5. c. adminiſtratores, vel ratione adminiſtrationis aſſumptæ à laicis, vt not. in c. iudicatũ. d. 80. vel ſi homines laici indebitè collectentur. 12. q. 2. cap. eccleſiarum ſeruos. vel ſi non ſit iudex, vel ſuperior in prouincia, authen. vt differen. iudi. §. ſi verò contigerit. col. 9. vel ſi naſcitur ambiguitas, & magna difficultà inter iudices capi. per venerabilem. qui fil. ſint legitim. vel quando agitur per viam denuntiationis euangelicæ. capit. nouit. de iudi. vel quando cauſa profana eſt annexa cum cauſa principaliter ſpectante ad eccleſiam, cuius exemplum ponit gloſſ. de dote. in capit. de prudentia. de do. inter vir. & vxor. Vide de prædictis Panormitan. in di. cap. licet. & prædicta ſunt vera de iure: ſed de plenitudine poteſtatis, omne ius ſub Papa verſari poteſt: quia omnium eſt iudex, ſeruans omnia iura humana in ſuo pectore, &c. Eſt enim verus Chriſti vicarius, & omnium paſtor.

24 IVDEX debet eſſe peritus. cap. ſciſcitatus. de reſcrip. vt quærere ab aliis non habeat, quicquid cum oporteat loqui. ea ex literis. de conſang. & affi. & ſi ſit illiteratus, habeat tamen peritiam iudicandi, & tunc poteſt ei cauſa committi. C. de iu. om. in. l. certi iuris. ſed iudex, maximè eccleſiaſticus, eſſe non poteſt, niſi peritus ſaltem mediocriter in iure. cap. cùm nobis olim. de electio. Ex quo infert Panor. in dict. c. ſciſcitatus. quòd contra iudicem delegatum poteſt excipi, quòd nõ poſſit eſſe iudex, quia eſt illiteratus, & non habet iudicandi petitiam. Cùm igitur religioſis imperitis, à ſede apoſtolica cauſa committitur, poteſt contra eos excipi, quòd iudices eſſe non poſſunt: niſi quando certa perſona daretur. Quoniam & aliqui religioſi in iure periti reperiuntur.

25 QVANDO mandatur iudici, vt ſimpliciter, & putè iudicet, propter hoc non remouetur ordo iuris, ſed tantùm pernicioſa ſubtilitas. Ad hoc gl. in clemen. ſæpè. de verborum ſignificatio. in verb. ſimpliciter. Si verò dicatur, vt procedat ſine iuris ſolennitate, cenſetur amota ſolẽnitas iuris ciuilis, & canonici, non autem diuini. & iuris gentium, ſecundum Pan. in c. 1. de iudi. Vnde ea remouẽtur, quæ ſunt iuris poſitiui. Ideò infames poſſunt eſſe teſtes, & perſonæ reprobatæ. tequiruntur tamen duo teſtes, citatio partis, &c.

26 SI dicatur, quòd iudicet ſicut vult, ſecundum Panormitanum ibi, intelligitur dolus excluſus tantũ: ideò ius alteri tollere non poteſt ſine cauſa, nec contra ius naturale, vel contra æquitatem. Quòd idem eſt in clem. paſtoralis. de re iudi. Si verò dicatur, iudicet ſecundum veritatem, & æquitatem: ſecundum Panor. in c. literas. de iur. cal. debet ſeruare ſolẽnitates. & rigoroſitates iuris poſitiui. Meliùs tamẽ videtur dicere domin. Anto. quòd nõ tenetur ad rigoroſas, propter hoc verbum, æquitatem. per quod videtur, quòd iuris apices non teneatur ſequi, non tangentes veritatem negotij, ſed ciuilia iura ſeruare, relictis ſolennitatibus.

27 SI dicatur, iudicet, vt ſibi videbitur, iudicare debet iudicio intellectus, cui congruit hoc verbum, videbitur: ſecundum Panor. in c. 1. de iudi. Idem ſi dicatur, relinquo arbitrio, vel iudicio, vel prudentiæ tuæ, quia tunc denotatur arbitrium boni viri, ratione regulari, ſicut cùm dicitur, ſicut viſum fuerit. Similiter cùm dicitur: vt placuerit: vt exiſtimauerit, &c. importatur arbitrium prædictum, non nuda volũtas. in l. fidei comiſſa. §. quanquàm. ff. de legat. 3. Panorm. in ca. 1. de conſtit. Eſt text. cum glo. in c. 3. de cor. vitia.

28 §. 2

28 Si dicatur sine strepitu, & figura iudicij, tunc omitti possunt omnia, quæ non sunt de iure gentium, vel naturali. Vide in cle. sæpè. de verb. signific. Si dicatur summariè, intelligitur vt breuiter fiat, comprehensa tamen tota negotij substantia, & nonomisso aliquo de substantialibus: ideò debet formari libellus, contestari lis, sententia diffinitiua dari. Si dicatur de facto, vel postpositis remulis, & apicibus iuris, vel de plano, &c. Vide Archi. Floren. 3. parti. tit. 9. ca. 15. Ex dictis elice, quod si quis pactum facit cum suo factore, quod dabit salarium prout sibi videbitur, dare tenebitur ad arbitrium boni viri, secundum quod alij factores consueuerunt habere, & non pro sua voluntate tantùm. l. quod si nolit. ff. de ædil. § quia assidua. Secus esset quando addita fuissent aliqua verba restrictiua nudam voluntatem signantia: vt si dixit, dabo secundum quod mihi placuerit, nec plus nec minus, nec volo quod possis aliquid allegare, &c. tunc non tenebitur nisi secùndùm quod vult, quia scienti, & volenti, non fit iniuria, nec dolus. Et prælatus quando potest dispensare in austeritatibus, vt sibi videtur. intelligitur tamen voluntate ratione regulata. & nõ nuda. Idem quando compromittitur in arbitros, vt eis videbitur.

29 IVDEX seculatis potest iudicare de his, quæ sunt peccata, vt de furtis, vsuris, & huiusmodi. Pan. in c. cùm sit generale. de for. competen. & coram eo potest obijci de iuramento, quando non vertitur dubium de eius validitate, vt in can. Rex debet. 23. q. 5. Si verò dubitatur an prædicta sint peccata vel ne, ad ecclesiam pertinet iudicare, qui fil. sint legitim. cap. per venerabilem. & clem. vnic. de vsur. Nisi in crimine hæresis, de quo nullo modo debet se intromittere, & nullum aliud excipitur, secundum Panor. nisi in dubio. Quomodò autem iudex ecclesiasticus habens temporalẽ iurisdictionem, debet iudicẽ habere, suprà. Irregularitas. §. 18. Quomodò malus iudex peccat iudicando subditos, suprà. Correctio. §. 10.

30 IVDEX tenetur compellere aduersarium ad præstandum cautionẽ de non offendendo actorem, vel suos, quando verisimiliter timens implorat eius officium, est textus in lib. denunciamus. C. de his qui ad eccl. confugi. & ibi per Cyn. & cano. de benedicto. 32. quæst. 1. & in cap. literas. in fin. de resti. spol.

31 IVDEX non potest totaliter relaxare pœnas reorum, quia secundum Thom. secunda secundæ. quæstion. 6. a. 7. impeditur. Primò, ex parte accusatoris, ad quem aliquando pertinet ius, vt reus puniatur, vt ratione iniuriæ illatæ, tunc non potest remittere, quia tenetur ius vnicuique reddere. Secundò, ex parte reipublicæ, ad cuius bonum spectat, vt malefactores puniantur, ideò infetiores iudices non possunt pœnas taxatas à superiore remittere. Superior verò potest, cùm viderit expedire, & cùm passus iniuriã velit ius suum remittere, & etiam si nolit, & hoc bono communi expediat. potest princeps: nec inferior minuere potest pœnam taxatam in iure, quando est certa, sicut potest princeps, neque augere, sicut nec delegatus procedens ordinariè, vt not. in ca. de causis. de offic. de leg. secus si procedat vt extraordinarius lib. quid ergo. ff. de his qui not. infam. & Panormitan. capi. 2. de empt. & vend. Si verò pœna non inuenitur taxata in iure, committitur iudicis arbitrio. cap. finde transla.

32 Si quis accusatus sponte, & non metu probationum confitetur, de mẽte vtriusque iuris est, vt pœna dimittatur, vel minuatur, nisi animæ, vel ecclesiæ periculum immineret, secundum Hosti.

33 AVGENDA est aliquando pœna ad terrorem cæterorum, qui ad culpã pronti inueniuntur, quia multis grassantibus, opus est exemplo. l. aut facta, ff. de pœnis. §. final. & hoc secundum Angelum, eo modo quo de diminutione dictũ est. Sed melius est, dicere posse fieri indistinctè, secundum alios.

34 Por-

34 PORNAM dimittens in casu non sibi concesso, vel diminuens, secundũ Thomam suprà, tenetur communitati, vel accusatori, si ad eum pertinebat vt puniretur, si verò auxit, tenebitur reo, si tamen sine rationabili causa fecit.

35 NVLLVS iudex Christianus confessionem negare debet parato facere debitum suum, & petenti: secundum Pet. de palud. 4. sentent. dist. 22. etiam si timeret, quòd auferretur, quia vtiliùs scandalũ nasci permittitur, quàm veritas derelinquatur. cap. qui scandalizauerit. de re iudic. nisi crederet hoc spe ereptionis fieri. & non ex deuotione: quod potest præsumi, quando non petiuit in carcere, & post petit sub furca, vel ante patibulum. Cùm etiam relapsis concedatur pœnitentia, & viaticum, si petant.

36 SI iudex nouit aliquem esse in veritate innocentem, & tamen testes probant, & aduersarius instat, debet illum condemnare: secundum Tho. secunda secundæ. quæsti. 67. art. 2. & quæstion 64. art. 4. vbi dicit, quòd iudex in iudicando debet sequi legitima dõcumenta, per instrumenta, testes, & huiusmodi, magis quàm id quod ipse nouit, tanquàm priuata persona. Potest tamen iuuari ex priuata cognitione, vt cautiùs discutiat probationes, & inuestiget earum defectum: quas si non potest iure reprobare, nec modum liberandi innocentem inuenit, debet eum ad superiorem mittere, si habet, & possit. Si autem non vult, vel non potest mittere, & pars instet, debet ipsum condemnare, quia talis, etsi secretè sit innocens: non tamen in foro extrinseco, nec iudex illum occidit, sed testes, & iustitia, cuius ipse minister est: nec tenetur renuntiare officio, si non vult. Debet tamen facere omnia, quæ scit, & iuridicè potest, vt saluet innocentem. Hanc viam sequitur Caiet. ibi. secunda secundæ. quæst. 67. art 2. & vniuersaliter doctores, quæ determinatio ortum habuit ab Ambrosio super Beati Immaculati. ideò tenenda tanquàm vera, & iusta.

37 CARNIFEX occidens innocentem, quem scit iustè non condemnatum, non valens subterfugere sine inobedientia, non peccat per eandem rationem, quia exequitur iustum iudicium. Similiter si dubitat de sententia iniusta, non peccat, quia ipsius non interest discutere superioris sententiam: secundum Thom. secunda secundæ, quæst. 64. a. 6. ad 3. Si verò sententia cõtineret intolerabilem errorem, quẽ ipse sciret, vt si quis cõdemnaretur ad mortem, quia coluit Deum, vt sancti Martyres, tunc nullo modo potest exequi sine peccato mortali. & alij ministri eodem modo cooperantes in mortem innocentis, peccant. Magis debemus obedire Deo, qui dicit innocentem occidi non debere, quàm principibus.

IVDICIVM.

1 IVDICIVM factum à iudice ex leui suspicione, de aliquo graui: secundum Thom. secunda secundæ. quæst. 60. a. 3. est peccatum mortale: secus ex violenta suspicione. canone, dicit Dominus. 32. quæstione prima. & hoc quantum ad exterius iudiciũ ad quod iudex procedit. Temerarium est enim aliquem ex leui suspitione condemnare.

2 IVDICIVM debet fieri secundũ leges scriptas, quia iudiciũ nihil aliud est, quàm definitio eius, quod est iustum. Fit autem aliquod iustum, vel ex iure naturali, vel ex iure positiuo. Leges autem scribuntur ad vtriusque iuris declarationem. Ideò iudicium secundum leges scriptas procedere debet: secundum Tho. suprà. ar. 5. dummodò talis lex non deficiat à iusto naturali, vel positiuo: quia si lex scripta contineret aliquid contra ius naturale, esset iniusta, nec vim obligatiuam haberet, nec verè diceretur lex, sed legis corruptio: ideò secnndum eam nõ esset iudicandum.

3 NON semper iudicandũ est secundum verba legis, sed magis secundum intentionem conditoris legis, qui si adesset in aliquibus casibus, aliter

definiret: & tunc recurrendum est ad æquitatem rationabilem, quia ratio est anima legis. ff. de bon. damnat. lib. cùm ratio. & vbi habemus legem, & rationem, potiùs innitendum est rationi, quàm legi: secundum Bartol. in proœm. ff. §. vltim. alleg. glo. in l. adeò. Quod sentit dominus Ange. dicens, quòd allegare legem, vbi habemus rationem, nihil aliud est, quàm mentem confundere. in conci. 33. Non tamen semper propter æquitatem debemus recedere à lege scripta, secundum Pan. in c. fin. de transl. quia iudex non debet esse clementior lege, vel videri. auth. de iud. §. oportet. col 6. Si tamen nec ius, nec æquitas sunt scripta, seruet iudex æquitatem: vt in dict. cap. fin. sicut etiam in his, quæ relinquuntur in arbitrio iudicis, sequenda est æquitas: vt dicit Innoc. in cap. 1. de constit. Quòd si alterum tantùm est scriptum, hoc seruetur: si vtrunque seruanda est æquitas, si in specie est scripta. Si autem in genere est scripta, & ius in specie, seruetur ius, quia species derogat generi. Si vtrunque æqualiter est scriptum, præfetenda est æquitas, vt communiter dicunt doct. & bene.

4 IVDICIVM redditur iniustum quandoque, quia iudex non est competens (puta) non habet authoritatẽ super reum, quandoque ratione personæ agentis, vt quia est minor, vel excommunicata, & huiusmodi, quæ agere non potest, nisi in certis casibus expressis à iure: quandoquẽ quia agitur de re, quæ sub tali iudice tractari non potest. Multæ enim personæ sunt, quæ vocari in iudicium non possunt. Tabien. verb. Iudicium. §. 7. quas iudex debet scire, ne citet, & citando peccet.

5 SI pupillus vocetur in iudicium, & nullus eum defendat, iudicium erit nullum. l. contumacia. ff. de re iudica.

6 MVLIER non potest vocari in iudicium, nisi in casibus in iure expressis, contra eius scilicèt voluntatem, secus quando vult. c. mulier. de iudi. l. 6. Casus autem expressi sunt in causa criminali. ff. de publ. iud. l. pe. inferendo testimonium in causa criminali, quando potest admitti. infrà. Testis. §. 1. & quando est tutrix filiorum, & nõ vult actorem constituere. instit. de cura. §. vlti. Non autem mulieres religiosæ, etiam si vellẽt, possunt vocari personaliter in iudicium. vt in d. c. mulieres. Et si contra præmissa citentur, totum est irritum ipso iure. in d. c. mulieres. Et pro vera causa iudex ad eas pro testimonio ire, vel mittere debet in d. c. mulieres. & fingens casum, vt iudex vadat ad illas, est excõmunicatio. suprà, Excommunicatio. 84.

7 MVLTIS modis peruertitur iudicium, in canone, quatuor. 11. quæstione tertia. videlicet timore, cupiditate, odio, & amore. Si iudex nocte procedat ad litis contestationem cum lumine candelæ, vel sententiæ prolationem, licèt non debeat facere. vt in capitulo, consuluit. de offic. de leg. vt let quod agit, dummodò non adsit aliud impedimentum. Multa enim prohibentur fieri, quæ facta tenent, de regu. iur. cap. ad apostolicam. Et licèt iudex ordinarius non possit vltima die officij sui iudicare, vt in lib. cùm qui. ff. de iurisdict. omnium iudicum. si tamen iudicat, sententia tenet. l. meminisse. de officio proconsu. Delegatus bene potest. in dict. capitu. consuluit. Iudicium quomodo debeat incipi, & finiri, Sil. ibi, quæstione quinta.

8 TEMERARIVM iudicium dicitur, quando quis sine sufficiente certitudine iudicat de intentione, seu animo proximi, & est peccatum, quia nemo debet assertiuè definire in animo suo, quod nescit, præsertim in alterius præiudicium. Et si hoc modo iudicat proximum de mortali, mortaliter peccat: si de veniali, venialiter: quia sine sufficienti causa despicit proximum, & in suo corde dat illi iniuriosum locum, absque rationabili causa, quod facere non debet. Nor. quòd aliud est iudicare de facto, aliud de persona. Si quis audiuit verbum turpe, & iudicat

hoc se-

hoc secundum se esse peccatum mortale, non est temerarium iudiciũ personæ,ideò nec mortale: si autem iudicat dicentem tale verbũ peccasse mortale,tunc est iudicium personæ,& temerarium,& peccatum mortale:quia non habet sufficientem rationem ad hoc iudicandum. Potuit enim proferens verbum illud turpe, proferre vel ex leuitate, vel ex surreptione animi, etiam sine peccato mortali. ex Caieta. ibi, in summa. Temerarium iudicium est malum,quia sic iudicans officium sibi non competens vsurpat: quia non est dignus iudicare alterum, quia est ignorans, & quia hoc prohibetur.Matth.c.7.

IVRARE.

1 IVRARE est Deum in testem vocare,secundum Augustinũ in quodam sermone de periurio, & est actus latriæ,quo Deum honoramus: secundum Hieronymũ super Matthæum. quod quidam Canonistę ita definiũt: Iuramentũ est affirmatio,vel negatio de aliquo licito,probabili, & honesto facto vel fiendo,sacræ rei attestatione firmata:quod fit siue ore,siue facto,vt cùm tanguntur literæ,etiam sine verbo,vel aliquid huiusmodi. Et licèt quis iuret per creaturas, principaliter tamen iuratur per Deum , inquantùm diuina virtus in illis est manifesta. Et cùm iuratur per fidem , per sanctos, per euangelium, intelligitur is, cuius veritas continetur in fide,in euangelio, & quam sancti tenuerunt. Thomas secunda secundæ. quæstione 89.a.1.& 3.sentent.d.39.a. 1. Et dicitur iuramentum, quasi pro iure sit introductum.

2 IVRAMENTVM aliquando fit per execrationem,vt dicẽdo: Si non est verum,Deus me non adiuuet,vel simile: vel,si non est sic,veniat mihi,vel filijs meis tale , vel tale malum: vel fit per simplicem attestationem,vt dicendo, per Deum sic est,&c. Et est assertoriũ iuramentum,& promissorium: secundum Thom.suprà.Pan.ca.& si Christus.de iure iuran.

3 IVRAMENTVM secundum se est iustum,licitum,& honestum: quia introductum est ex fide , qua homines credunt Deum esse infallibilem . Ex fine autem introductum est ad iustificandum homines,& finiendum controuersias: vt dicitur Hebr.6. Sed malè vtenti cedit in malum,cùm non ex necessitate, & debita cautela quis iurat: vt pro leui causa , & assuescit cum periculo periurij: videtur enim tunc paucam reuerentiam Deo habere. Fuit & alia causa permissiua , scilicèt ad vitandam idololatriam. capitulo, considera.vigesimo secundo. quæst.1. Est etiam meritorium , si cum reuerentia,& vtilitate iustè iuretur, quum per hoc & sibi ipsi,& proximo subueniatur , nec sine necessitate est iurandum,vel vtilitate.capit.ita ergo. vigesimo secundo,quæst.prima. Et quando prohibetur iuramentum , intelligitur extra necessitatem rationabilem : vt in capitulo,& si Christus.de iure iurand. Hæc secundum mentem Ray.à quibus non discordat Sanctus Thomas.

4 IVRARE per creaturas secundum se non licet: secundum Tho.suprà.art. 6.sed per eas in ordine ad Deum , inquantùm in eis diuina veritas manifestatur: & sic vocamus Deum in testimonium veritatis , quæ in creaturis relucet. Prohibuit autem dominus iurare per cælum, & terram, &c. Matth.5.c.ob hoc.ne eis diuina reuerentia exhiberetur:& propter hoc punitur clericus per creaturas iurans. 22.quæstio.1.capit.clericum. & capi. sequen.

5 IVRANS per membra inhonesta Dei,vel sanctorum, mortaliter peccat: vtpotè Deum blasphemans, & iniurians.c.si quis per capillum.22.q.1. Si verò per membra honesta ex modo iurandi,non peccat mortaliter: posset tamen peccare ex contemptu, vel irreuerentia: vt cùm suum iuramentum importaret blasphemiã , vel ex periurio, suprà,Blasphemia §.1.

6 DE forma iuramenti non oportet esse solicitum : quoniam quomodocunque quis iuret,& intendat iurare,

est iuramentum: & si falsò iurat, est periurus. Sed curandum est, quòd iuramentum comitentur veritas, iudiciũ discretionis, ne leuiter, & sine necessitate rationabili iuretur, & iustitia secundum Tho. suprà. a. 3. & Hieronymus dicit, quòd si ista defuerint, erit periurium.

7 IVRANS falsè, dubiè, vel cum intentione non seruandi iuramentum, vel iuraus verum, credens tamen esse falsum, peccat mortaliter: quia nomẽ Dei vanè assumit. Iurare verò sine necessitate, vel causa, si adest veritas, & iustitia, non semper est mortale: secundum Tho. 3. sen. d. 39. q. 1. ar. vlti. q. 2. ad 3. quia non est dictè contra illud præceptum: Non assumes nomen, &c. Posset tamen esse peccatum, vel propter assuefactionem, & periculum periurij, vel ex alia causa, quæ posset interuenire.

8 IVRANS per idôla, vel falsos Deos, verè peccat: quantum ad formam iuramenti, sed non quantum ad assertionem, vel promissionem: & quando quis est paratus iurare per falsos Deos, vt Paganus, potest sine peccato recipi eius iuramentum: secundum Thom. suprà: quia potest bene, & malè iurare, si vult, non potest ad hoc induci sine peccato: quia induceretur ad peccatum. Possumus enim vti peccato alterius, non autem inducere ad malum, sicut de eo, qui accipit ad vsuram à parato.

9 IVRANS facere aliquod malum, quod est mortale: vt est furtum, vel simile, peccat mortaliter, siue intendat illud facere, siue non: quia si intendit facere, peccat mortaliter, si non intendit facere, falsè iurat contra id, quod habet in mente, & sic mortaliter peccat. Secus quando iurauit facere aliquod veniale, vel indifferens secundũ se: quia non deest veritas de necessitate salutis, potest enim facere quod iurauit, sine mortali peccato, cùm sit res venialis. Concord. Arch. Floren. post Ro. sed si iurauit facere tale veniale: vt dicere mendacium officiosum, non tamen intendebat facere, sed contrariũ intendebat facere, dico quòd mortaliter peccauit: quia intendebat animo periurare, & non potuit hoc facere sine contemptu. Conforme hoc doctrinę Sanct. Tho. secunda secundę. q. 89. a. 7. ad 2.

10 PROMITTENS aliquod bonum possibile sibi, vel quod non est malũ, sub iuramento, propter metum tenetur obseruare, si potest sine interitu propriæ salutis: sed habet remedium. Primò, vt petat absolutionem à iuramento, cap. si verò. de iur. iuran. Secundò, vt petat creditorem compelli ad relaxandum, vel restituendum. capit. de iur. iu. Tertiò, vt denuntiet iudici ex correctione fraterna. Et si iurasset non denuntiare, illud iuramentum non fuit obligatorium. Si verò nõ potest obseruare sine peccato mortali, tenetur non obseruare illud, & mortaliter peccauit: quia fuit iuramẽtum de re mortali: nisi hoc impedimentum euenerit post iuramentum. Hunc casum tractat Sil. ver. iuramentum. c. quarto, quæstione septima, per totum.

11 SI quis iurauit comiti suo sic, videlicèt: non dimittam te, nisi cœnaueris mecum, vel aliter huiusmodi: si postmodùm illum nolentem cœnare secum dimittit, non propter hoc mortaliter peccat: quia non iurauit cum animo immutabili non dimittendi eum, sed intendebat, quantum in se erat, nolebat dimittere: non autẽ quando ille nullo modo voluisset remanere, nec taliter iurans efficitur propter hoc periurus: quia non facit contra intentionem implicitam: attamen talia iuramenta sunt indiscreta, nec carent aliquo peccato: ideò sunt relinquenda: quãuis satis sint in vsu, qui tamen malus est.

12 IVRANS dare aliquid, vel facere actum virtuosum. quantumcunq; minimum, si non seruat potens, mortaliter peccat, quamuis res sit minima: vt dare quatrinum pauperi: quia nõ propter rem, sed propter iuramentum peccat, sicut qui vouit dicere Aue Maria, & non dicit: ita peccat, sicut qui

qui vouit dicere Psalteriũ: quia vterque contra votum facit. Talis autem iurans taliter,& non seruans,ex multis potest à mortali excusari. Primò si cum conditione promisit, & non interuenit conditio. Secundò,si dat aliquod maius bonum,vel vtilius. Tertiò,si iurauit dare, vel facere aliquod, quod post non expedit. Quartò,quando non esset de bono, sed de re veniali: vt si ex vindicta mater iurat filium verberare. Quintò,quando hoc esset maioris boni impedituum. Sextò,si ex lapsu linguę iurauit, quasi nescies,in huiusmodi nõ tenetur seruare,sed excusari potest.

[13] QVI iurauit redire ad carcerem iniurioſum:secundum Tab.ver.iurare.§.decimo.ver.accusatio.§. decimo. & secundum Panormita. capit.si verò.de iur.in.columna quinta & Ioan. Andr.in additio.ad Specul.eod. titul. in rubrica,non tenetur redire: habet enim remedium iuris,vt relaxetur iuramentum. Caieta.secunda secundæ. quæst.89. contrarium tenet, dicens, quod tenetur secundum cõscientiam quia velle pati iniustum, est sanctum, & potest obseruari sine interitu,& eçideo iuramẽtum obligat. Tu die, nisi dispensetur,suprà,ver.accusatio.§.vigesimo,concluſum est,quod non tenetur:secundum Panormitan.vide.

Qui iurauit non fugere de carcere, non potest sine periurio fugere,etiam quod sit iniurioſus: quia per eandem rationem Caietan.ibi,potest obseruare,&c.nisi dispensetur.vt suprà. Qui iurauit facere aliquid in certo termino,& tunc non potest,tenebitur alio tempore,quando poterit,nisi esset aliquid mali,ne sit fractor iuramenti.

Si autem non potest seruare sine magna sui incommoditate, non debet propria authoritate contrauenire,sed petere relaxationem, vel à superiori, vel ab eo,cui promisit. Potest enim in tali casu relaxare:quia causa est rationabilis, & ita iuramenti fractor nõ fiet.

[14] IVRANS facere aliquid boni, ad quod non tenetur; vt intrare religionem,non tamen intendens per hoc se obligare ad seruãdum,mortaliter peccauit: quia iurauit contra veritatem mentis, non tamen tenetur adimplere in conscientia, si non intendebat facere illud: secus si intendebat,aliter esset periurus. Semper enim iurans, & non intendens seruare, mortaliter agit.

[15] QVI iurauit nõ mutuare, vel nõ facere aliquod bonum, ad quod non tenetur de necessitate, & tamẽ postea mutuat, etiam extra casum necessitatis,peccauit iurando, sed non mortaliter:quia sine mortali peccato poterat illud seruare,non seruando tamen non peccat mortaliter:quia hoc iuramentum erat maioris boni impedituum:vt suptà.§.12.dictum est .Pan.in c.si verò.de iur.iurand.

[16] IVRANS alicui, quod est in bona fide,& potest pręcipere iuramentum debet iurare secundum intentionem eius,cui iuratur, aliter est peccatum mortale.capitulo, ex literis.de spon. & capitul.quacunquè.vigesimosecundo.quæstione quinta. Si verò ambo sunt in dolo: quia exigens iuramentum,non exigit de re licita, quæ bona conscientia possit fieri, & sic iniustè exigit, & iurans etiam in dolo est: quia ostendit verbis iurare vnum, & iurat aliud, standum est intentioni iurantis: quia non tenetur iurare secundum intentionem recipientis iuramentum. Si verò iurans est in bona fide,& ille,cui præstatur iuramentum,in mala, standum est intentioni iurantis. Et sic intelligitur Innocentius in capitulo.veniens. de iure iurando. & Panormitanus in capitulo.cùm contingat. eodem titulo, tertio notabili. & Sanctus Thomas secunda secundæ. quæstione octuagesima nona. articulo septimo. ad quartum.& tertio senten.distinct.trigesima nona quæstio.1. artic.3. quolib.3.Si verò ambo sunt in bona fide, intelligendum est secundum intẽtionem iurantis in foro conscięntiæ: quia ex intentione obligationem accipit iuramentum.In foro verò contentioso,

vbi ignoratur intentio, obligatur iurans: secundum quod verba communiter accipi solent: vt dicit Panor. ind. c. si verò.

17 IN simplici iuramento multæ intelliguntur conditiones, etiam si taceantur. Primò, si superiori placuerit. cap. 1. venientes. de iureiur. quia, vt dicit ibi Panormit. iuramentum subditi non potest fieri in præiudicium superioris. Secundò, si res in eodem statu permanserit. capitu. quemadmodum. eod. titul. vt si iurauit accipere sortem in famulum, &c. & infirmetur, non teneor. Tertiò, si seruetur iuranti promissum. capi. peruenit. el secundo. eo. vt si iurauí Petro non me separare ab eo, si noluerit, si non amplius vult, nõ teneor. Quartò, si res sit honesta, & possibilis. in dict. capitu. quemadmodum. vel de nouo fiat impossibilis.

Quintò, si iuraueris reddere pecuniam, intelligitur, si tibi fuerit numerata. l. indubitati. c. de non num. pec. Sextò, si iuro tibi dare dotem, intelligitur, si nupseris, & secutæ fuerint nuptiæ. ff. de iur. dor. l. stipulationem.

Septimò, si iurauí stare præceptis alicuius, intelligitur, si sunt moderata: quia si præciperet immoderatum, vt expellere vxorem, &c. non tenet. cap. Quintauallis. de iur. iuran. quia iuramentũ non extenditur adverisimiliter non cogitata. d. cap. quemadmodum. Octauo, si facultas subsit. capit. querelam. eod. Nonò, nisi præceptum superioris interueniat: vt si iurauí dare Titio decem, & interdicat à superiore, non teneor. argumen. de cen. capit. significauit. Decimò cum eadem qualitate: vt si iuro restituere granum, intelligitur eiusdem bonitatis. l. cũ quid. ff. si certum petatur. Vndecimò, cum bona fide: vt si iurauí negotia tua tractare, intelligitur, cum bona fide. c. ex literis. el secundo. de spon. Duodecimò, saluo iure: vt si promitto, quod non ero contrarius vbi, intelligitur, salvo iure meo, &c. cap. petitio. eo. Tertiodecimò, nisi fuero absolutus ab eo, qui potest. in dict. capit. Quintauallis. Quartodecimò, nisi quid turpe interuenerit, vel per alterum fuerit. cap. de illis. de spon. vel nisi ex mutuo cõsensu absoluamur. c. 2. de spon. Quintodecimò, re eodem modo manente: vt si iuro obedire Petro prælato cessante eius prælatura, non teneor, & econtrà. 15. q. 6. c. alius. Sextodecimò, nisi in melius commutetur. c. peruenit. el 2. eod.

18 SPECIALES conditiones nõ intelliguntur in iuramento, nisi exprimantur, quamuis mente concipiantur. c. fin. 32. qu. vlti. nisi vbi lex exprimit, tacitum haberi pro expresso in aliquo contractu: in promissorijs iuramentis, cap. cum quid. dist. 50. Aliter autem est in assertorijs. argument. in d. c. fin.

19 IVRAMENTVM, & votum secundum Canonistas currunt de pari: vt dicit Panormit. in c. si verò. eod. tit. vbi dicit, quod ecclesia facit maiorem vim in iuramẽto, quàm in voto: quia est magis periculum deierandi, eò quod crebrius fiat iuramẽtum, quàm votum. Thom secunda secundæ. suprà, dicit votum magis esse obligatorium, quia obligatio voti est ex fidelitate, iuramenti verò ex reuerentia: ideò votũ ex ratione sua magis est obligatorium.

20 IN iuramento assertorio nunquá potest fieri dispensatio, vt quis in aliquo casu falsum iuret: quia talis dispensatio esset directè contra præceptum Dei: secundum Thom. secunda secundæ, suprà. in promissorio autem admittitur dispẽsatio: quia quod est vtile, honestum, & bonum in communi, secundum particularem euentum, non erit vtile, honestum, vel bonum, vel non ita bonum: ideò admittitur dispensatio: secundum Thom. suprà. Vnde iuramentum promissorij, quo promittitur aliquid, de quo est dubium, an sit licitum, vel illicitum, proficuum, vel nociuum, simpliciter, vel in aliquo casu potest Episcopus dispensare. Si verò manifestè sit licitum vel honestum, locũ non habet dispensatio, nisi forte occurrat aliquod melius ad communem vtilitatem faciendam,

dam, & hoc ad Papam videtur pertinere.qui curam totius ecclesię habet. Etiam vnusquisque potest irritare iuramenta suorum subditorum,in eius prędiudicium facta,vt pater filij,& vir vxoris,&c.secund.Tho.vbi supra. Intellige de illis iuramentis,quę nō possunt seruari sine prędicto superioris: secus in alijs, quæ non sunt in præiudicium superioris, quia non possunt sic irritari.

21 QVANDO iuramentum promissorium est factum alicui pertinens ad ipsius vtilitatem, potest ille, cui promittitur, absoluere à tali iuramento. Iam enim satisfeciſſe intelligitur, quādo fecit secundum quod ille vult, secundum Tho.suprà. Si verò quod est promissum alteri, concernit honorem Dei, vel aliorum vtilitatem,vt si iurauí tibi,quod intrabo religionem, vel ieiunabo tali die,vel dabo eleemosynam,tunc ille,cui facta est promissio,non potest absoluere, quia principaliter facta est Deo: nisi promittens interpoluisset aliquam conditionem: vt dicendo,si tibi videbitur,vel aliter: tunc enim posset ille,cui promisit,absoluere.

22 IVRAMENTVM factum ad honorem Dei principaliter, sine causa rationabili,à nullo citra Deū potest dispensari.arg.quod not.Ioan.Andr. in cap.2. de spon.quia Papa non potest sine causa remittere obligationē Deo factam.2.q.4.c.si manet. ex rationabili autem causa,vt ob scandalum vitādum,vel alia,tam Episcopus,quàm Pap.potest dispensare: vt not.Innocen.in cap.debitores.eod. & etiam interpretari.Anto.in c.quanto.eo. Si autem concernit tantùm fauorem iuranium,sic possunt inuicem remittere.secundum Ioann.Andr. in capit.2. de bon.

23 SOCRATES iurans soluere Titio decem aureos, quos debet ab eodem Socrte habere, non potest facere recompensationem: secundum Panor. in c.a nostram.el 1.de iur.iuran.quia iuramntum est obligatorium in forma specifica, nec sufficit illud adimplere in effectu, vt ibi per text. patet. Barto.autem in l.amplius.ff.rem rat. hab.oppositum sentit, propter rationes valde efficaces, ob quod dicit Panorm.ibi suprà,quod ante factum sequenda est prima opinio.quam sequitur Innocen.& Ioan.Andr. post factū autem secunda,vt scilicèt talis non efficiatur periurus.Videtur enim impediri,quod non soluat, quia Titius tibi non soluit.

24 QVI iurauit non expellere locatorem, si non soluit pensionem,potest expellere,secundum Panorm. in c.tuanos.de iur.iuran. hoc enim intelligitur.Idem de patre, qui iurauit non exhæredare filium,intelligitur, nisi peccatum ingratitudinis cōmiserit in eū. ff.de verb.sig.l.quidam cùm filium.suprà.§.17.

25 QVI iurauit tenere aliquod secretum,debet intelligi de honesto,non alteri nociuo.secun.Pa.in c.ego.eod.de mente glos.

26 ACTVS gestus contra iuramentū, si dependet ex mera voluntate iurantis.tenet: vt si iurauí non vendere librum meum,si vēdo, tenet iste actus: secundum Innocent.in capi. dilectus. de præbend. licèt vendendo sit periurus.Si verò actus iurantis non merè dependet à voluntate iurantis, sed à lege, interdicitur in fauorem ipsius iurantis,& non tenet,secundum glos. in c.licèt.eodem titu.lib.6.quia actus sine iuramento ipso iure erat nullus, obstante legis prohibitione. Idem quando actus prohibetur propter vtilitatem publicam.in cap.intellecto.de iur.iuran.

27 QVI iurauit dare alteri C.aureos quia promisit eidem dare tot saccos frumenti: si frangatur fides iuranti, non tenebitur ad hoc iuramentum, quia istæ obligationes se inuicem respiciunt. secundum Panormita.in ca. peruenit.el 2.de iur.iur.& in hoc sensu intelligitur illud, frangenti fidem, fides frangatur eidem: ff. pro socio.l. si conuenerit. Si verò promissiones non respiciant se inuicem,sed simpliciter sint factæ, secus est: vt si iurasti

date Petro equum tuum simpliciter, & ille promisit tibi non propter hoc date vnum bouem, si nō dat bouem, nihilominùs teneris dare equū: quia istæ promissiones non sunt conditionales, neque se inuicem respiciūt, & sic intelligitur c. noli. 23. q. 1.

28 SVCCESSORES iurātis nō obligantur ex illo iuramento, etiam si iurasset pro se, & suis successoribꝰ: quia licèt quis possit corporaliter hęredem obligare, non tamen spiritualiter, nec tenetur filius sequi voluntatem patris in spiritualibus: vt in capitu. 1. de despon. impube. ideò hęres ex iuramento defuncti nunquàm fit periurus. in frà. §. 34.

29 QVI iurauit non contrauenire venditioni alicui, & inuenit se deceptum vltra dimidium, potest petere absolutionem à iuramento, & pòst agere contra emptorem, & sic poterit auditi: secundum Panormita. in ca. cùm causa.

30 IVRAMENTVM factum contra aliud iuramentum, non obligat. in c. sicut ex literis. de spon. & Pa. ibi. Actꝰ autem gestus tenet. eod. tit. quo dictū est suprà. §. 26.

31 CLERICVS quidam iuit ad studium cum licentia sui episcopi, & pro studio contraxit debita, cū iuramēto non recedendi, donec satisfecerit: hoc interim mandat Episcopus omnibus clericis, vt infrà certam diem veniant ad eum sub pœna excōmunicationis latæ sententiæ. Non tenetur iste clericus redire ante solutionem: secūdum Pan. in c. venientes de iur. iuran. quia ex quo cum Episcopi licētia fuit in studio, & pro necessitate studij contraxit debitum, videtur consequenter se obligasse cum licentia Episcopi: quia vno concesso, concedūtur omnia, sine quibus illud effectum habere non potest de offic. de lega. capitulo, prætereà. secus autem si iuisset sine licentia, vel feciſſet debita non pro causa studij, sed pro alia.

32 QVANDO quis dicit in veritate, vel per fidem meam, vel Deus scit si mentior, si non adest intentio iurandi, non sunt hæc iuramenta: quia Deus non adducitur testis explicitè, vel implicitè. Si autem esset intentio iurandi, vel per veritatem intelligeret Deū, vel fidem, theologicam virtutem, esset iuramentum. Similiter dicendo per crucem, per Deum vel intendens iurare diceret in conscientia, vel tangeret pectus, vel scripturam, esset iuramentum, nec est necessariū exprimere verbum. Concord. Panormitan. in cap. & si Christus. eod tit. & per omne scriptum intelligitur euangelium in iuramento, per communem consuetudinem. In iuramentis, quæ dantur secundum formam iuris, non sophisticè iurandum est.

33 INDVCENS aliquem ad iurandū, quem scit falsè iuraturum, vel probabiliter dubitat extra iudicium: secundum Thom. 3. sent. d. 39. arg. vlti. ql. 2. ad. 2. mortaliter agit: secus in iudicio: quia in iudicio iuramentū non tantùm exigitur propter iudicem, sed & propter alios: nec potest iudex remittere iuramentum, quod secundū ordinem iuris est exhibendum. Concord. Panorm. in cap. clericus. de cohabi. cle. Si tamen aliquis esset dispositus ad falsè iurandū, & ego exigerem iuramentum ab eo ex causa rationabili, non peccarem mortaliter, quia non induco ad falsè iurandum, sed ad iurandum. Et quia iste actus potest bene & malè fieri, ideò si falsè iurat, sibi imputetur, sicut accipiens ad vsuram ex rationabili causa, non praue agit. Et hoc tenet Sil. ver. iuramentum 2. §. nono. & Ang. ver. iuramentum 3. §. 11. & licèt Car. in cle. vnica. de iure iuran. dicat, quod talis vincit homicidam, intelligitur tamen de inducente, vel disponente non paratum ad peiurandum, non autem de eo, qui vtitur eius iuramento in rationabili cau. Possumus enim vti ob necessitatem peccato alterius, nō autem ad hoc inducere.

34 QVANDO aliqua vniuersitas, vel collegium iuramento se obligauit, illis mortuis, successores tale iuramentum non seruantes, non sunt eiusdem, se-

ri,secundum Thom.secunda secundę. quæst.98.quia obligatio iuramenti est personalis: ideò ex parte iurantis non transgreditur persona: secus ex parte illius,qui iuratur: quia si iurasti obedientiam prelato,etiã iurasti successoribus in eodem officio. Quod tamẽ fallit in liberto,vt in capit. longinquitate.12. quæstio. 2. qui nouo patrono infra annum tenetur professionem facere.suprà.§.28.

35 Si multitudo iurauit absolutè, & in omnem euentum facere aliquid,vt seruare festum S.Bernardi,omnes tenentur de illa multitudine.Si verè nõ absolutè, sed sub aliqua conditione, non tenetur quis, nisi extante conditione.arg. de conditio.appell.c. verum. Vnde si alij,vel maior pars non seruat,alij dicuntur absoluti. Quando verò pauci seruant,recurrendum esset ad intentionem iurantium. Quòd si de intentione eorum nesciri potest, tutius est non contrauenire. Si verò non est clarum,quòd sit iuramentum absolutum, vel conditionatum,tunc vel iuramentum spectat ad commodum tantùm iurantium. & sic non seruante maiori vel media parte, alij nõ tenentur seruare, iuxta benignam interpretationem, si hoc vergit in damnum seruantium,& in lucrum nõ seruantium. Cùm verò seruãtes nullum damnum incurrunt, non est tutũ contrauenire. Quando verò aliorum concernit commodum,sibi iuuicé remittere non possunt,nec alijs non seruantibus non seruare sine licentia, si simpliciter iurarunt: & si hoc sit dubium, dimittant incertum, & seruando certum teneant,secundum Veruc.& Archi.Flor. Et si iusta non obseruatio aliquorum,talem reddit casum, quòd si à principio adfuisset,non iurassent,nõ tenentur seruare & hoc sit pro regula communi,secundum multos doctor. quia iuramentum interpretandum est secundum mentem iurantis, non enim ad plus obligat, quàm iurans intenderit.

36 Socrates, qui iurauit seruare statuta Placentina, his sublatis per cõmunitatem, non tenetur amplius illa seruare,secundum Ioannem Andr. in capit.1.de his quæ fiunt à ma. par. ca. Si verò iurauit seruare ea, quæ continentur in statutis,nulla facta mentione de ipsis statutis,secus est.quia etiam remoto statuto tenetur, secundum Panormita.in capitul dilecto.de præbend.Si autem sic iurauit dicendo, iuro seruare hoc, & hoc prout continetur in statutis, tunc sublatis statutis, tollitur iuramentum, quod fuit accessorium ad statuta. idem sentit Cardina.in clem.1.de regulis iuris. Quia materia hæc difficilis est,vt Panormita testatur,ideò vide Tabu.verb.iurare.§.36.

37 Qui iurauit simpliciter seruare statuta suæ ciuitatis, & non cogitauit da edendis,tenetur tantùm secundum Panor.de editis,propter periculũ periurij:tamen potest dici,quòd(si intendebat etiam de edendis)tenetur:si verò non intendebat, secus est. Si verò est dubius,videtur non teneri: quia hoc est stricti iuris,secũdum Panor. tutiùs tamen est,quòd seruet etiam de nouo edita,vel superiorem adeat.

38 Si quis iurauit simpliciter seruare statuta, & in illis sunt aliqua illicita, non tenetur illa seruare:quia iuramẽtum de re turpi non obligat, vt suprà diximus. Malè tamen fecit iurando simpliciter. Multi casus particulares possent adduci,sed ex regulis,& dictis generaliter,multa possunt solui occurrentia.De hac materia, vide etiam infrà,Periurium.in multis,§. & præcipuè.§.4.& 5.

IVS.

1 Quæ contra ius fiunt,non valẽt, per regulam, de reg. iu. libr.6. nisi addatur aliquid legi,vt valere possit. Quomodo tripliciter possit addi. Tab.ibi.§.6.

2 Ivre suo quis potest vti, etiam cũ damno alterius, dum tamen non habeat animum nocendi: vt in glosl. in c.cùm ecclesia Vulterana.de elect.& c. nisi specialis de autho.& vs.pal. Secus autem cum malo animo vtitur, vel sine vtilitate sua,aut suorum,sed tan-

tùm cum damno proximi. Hoc enim sine peccato esse nó potest, cùm sit cõtra charitatem proximi. Et quãdo aliquis sibi non prodest, & aliteri nocet, non est audiendus. l. in fundo. ff. de rei vendica. Quid autem sit ius naturale gentium, diuinum, vel humanum Thom. secunda secũdæ. 57. & dis. prima. per totum.

IVS PATRONATVS.

1 IVS patronatus secundum Pan. & Ioan. Andr. in rubrica, de iure patron. importat honorificum, onerosum, & vtile ius alicui competés in ecclesia, pro eo, quòd ex diœcesani consensu, per eum cõstructa, fundata, vel dotata est, vel per eum, à quo habuit. Et dicitur honorificum: quia ipse præsentat rectorem, & sine eius præsentatione, institutio alicuius per quemcũque facta, ipso iure nulla est. per capit. decernimus. 16. quæst. 6. nisi quando patronus fuisset negligens in præsentando, tunc elapso termino valet instituitio. Papa tamen sine præsentatione patroni, potest instituere. & legatus delatere, quando patronus esset ecclesiasticus, secus si esset secularis: tunc non posset legatus: secundum glo. in clem. per literas. de præben. Et est casus de iure par. c. cum dilectus.

2 PATRONVS tenetur defendere ecclesiam. ne eius bona dilapidẽtur. 16. q. 7. cap. filijs. Vnde præsentator tenetur reddere rationem patrono, si est ecclesiasticus, de administratione capitul. cùm & plantare. de priuileg. nõ tamen valdè strictè. vt not. Panor. in capit. ex literis. eod. titul. sed in genere duntaxat.

3 EST etiam vtile: quia si patronus ad inopiam veniret, tenetur Ecclesia ex reditibus vltra necessaria remanentibus alimentare patronum pinguius cæteris pauperibus. capitul. nobis. in fin. de iure patro. capit. quicunque. 16. q. 7.

4 IVS patronatus, primò acquiritur dando fundum pro ædificatione ecclesiæ, in dict. capitul, nobis. Secundò, eam ædificando de Episcopali licentia cap. monasterium. 16. q. 7. Non enim sine Episcopi licentia ecclesia fieri potest. capi. nemo. de consecr. d. 1. vel totaliter destructam reædificando, etiam si de eadem materia repararet, de consensu Episcopi, quòd perinde est, ac si de nouo construeret. c. consuluit. de Iudæ. & primus qui ædificauerat, nec fundum, aut dotem dederat, amittit ius: secundum glos. in capitul. quoniam. eod. titul. Debet tamen requiri an velit reædificare ipse: quia alijs præferendus est. Tertio, ex dotatione. capitul. quicunque. eod. titul. & hoc ante consecrationem: quia rei sacræ nulla seruitus imponi potest. ff. de ser. l. seruitus. & l. 2. Inno. & Hostien. tenent. quòd si etiam post consecrationem dotetur, acquiritur ius, quod verius est quia sine substantia rerum non potest ecclesiæ deseruiri, in capit. si quis obiecerit. 1. q. 3. Et si det nõ nomine dotis, non dicetur patronus, sed benefactor, nec habebit ius, vt in capitul. quoniam eod. titul. & hoc quando fundator non potest compelli ad dotandum eam: secundum Panorm. ibidem. Quòd si plures ædificarunt, vel dotarunt, vel vnus dedit fundum, alter ædificauit, alter dotauit, vel plures, omnes erunt patroni: secundum glos. d. 63. c. in summa. Limita, dummodò sufficientem dotem det vnus, vel plures dent: secus si modicam. & insufficientem.

5 IVS patronatus transit ad hæredes, etiam extraneos masculos, & fœminas, qui succedunt non per capita, sed per stirpes. Panor. in cap. 1. eod. clem. si. eod. titu. & cle. fi. de concess. præben. ideò filius qui repudianit hæreditatẽ paternam, non erit patronus: secundum Fe. conci. 3. sed ad hæredes transibit, si plures sint.

6 IVS patronatus non potest diuidi, secundum Panor. in dict. ca. 1. cùm sit ius incorporale. possunt tamen patroni conuenire, vt vnus vna vice præsentet, alius alia, vt in dicta clementi. fin. vel vnus in vna ecclesia, alius in alia, quando plures ecclesias habẽt, [illegible] dict. capit. 1: quia ista diuisio non prohibetur. Nec ius patronatus magis potest

adiudi-

adindicari vni ex hæredibus, quam alteri: secundū Pan. in cap. querimoniā. eod. titul. & si daretur illi, qui minus habuit pro recōpensatione, esset simonia. cap. prēterea. eod titu. Transit etiā cum donatione. cap. cōsultationibus. eod. titul. cum licētia tamen Episcopi. in dict. cap. præterea, nisi quādo donatur ecclesiæ, vel loco religioso. Tunc namq; sine licentia potest donari. cap. ex insinuatione. eod. tit. Potest & dari in feudum cū vniuersitate. c. cū secundū. eo. tit. trāsit etiā cū vēditione vniuersalium bonorū, nec est simonia. in c. ex literis. eo. tit. nisi emeret quis principaliter propter ius patronatus, vel specialiter venderetur, vel cum intentione posse præsentare emeretur, vel vicarius propter hoc venderetur, esset simonia. Panor. in capit. quia clerici. eod. tit. Et si vendens dicat, vendo tibi villam, & ius patronatus, nō valet vēditio, sicut valet si simpliciter vendit. in clem. pastoralis. de re iudi. quia ius patronatus vendi non potest.

7 HABENS multa iura in aliquo castro non suo, & vēdit omnia iura, quę ibi habet, nō transit per hoc ius patronatus si aliquod ibi habet: quia hæc vniuersalis, omnia iura, soluitur, in multas singulares, videlicet hoc & hoc. inter alia iura est ius patronatus, quod non potest vendi: secus quando castrum, vel hærediras alienatur vt supra patet. Si quis tantùm venderet palatium, in quo habet capellam cum multis priuilegijs, & forte multis bonis redditibus, trāsit ius patronatus. ar. in l. si mercedem. §. si eum fundum. ff. de actio. emp. licēt Inno. & Hostien. in d. cap. ex literis. not. contrarium: primum tamen est verius. Impignorati tamen non potest, nec transire cum vniuersitate impignorata: secundum veriorem opinionem: quia tunc nec creditor posset præsentare, cùm non possit vti re pignorata, neque debitor, qui transtulit in creditorem: & sic Ecclesia detrimentum pateretur, quod esse non debet. in capitul. cum secundum eodem.

8 PATRONVS si est secularis, à tempore vacationis habet spaciū quatuor mensium ad præsentandum, si clericus sex. est tex. in capitul. vnico. eod. titul. lib. 6. & potest laicus antequam Episcopus confirmet variare. in capit. quod autem. eod. titu. si autem patronus est ecclesiasticus, non potest variare post præsentationem. c. pastoralis. eod. titul.

9 PATRONVS præsentans indignū scienter mortaliter peccat: quia inhideliter agit in officio sibi commisso, & si est clericus, priuatur ea vice iure præsentandi, in capitul. sicut. de supplen. negligen. prælato. non autem si est laicus, vt habetur ex cap. cū vos. de offi. ordin. & hoc tenet Innoc. Hostien. & Berna. in dicto cap. cùm vos. & nemo seipsum præsentare potest, sed bene filium, si tamen sit idoneus: secundum Panor. in capit. consuluit. eod. titul. & vnum de patronis, si plures sunt. vt d. glossa in dict. capit. consuluit, & admittitur præsentatus à maiori parte, quando præsentatur, quasi à collegio: secundum Panormita. in capitu. quoniam eod. titul. Si autem præsentatus à pluribus, etiam non à maiori parte communiter admittitur, secundum Panor. ibidem.

10 QVANDO patroni volunt præsentare aliquem, debent omnes esse simul, & vocati, siue præsentent, vt collegium, siue vt personæ singulares: & hæc opinio magis placet Pan. vide tamen ipsum in d. cap. quoniam. Si duo sunt patroni, & vnus præsentat Titiū, alius Socratem, Episcopus poterit confirmare quencūque eorum voluerit: secundum Ioan. Andr. in capitu. cùm autem eod. titul. Cardina. ibi & Panormita. in capit. cum te. eod. titul. Debet tamen in conscientia meliorem confirmare.

11 PATRONVS non potest aliquid exigere in recognitionem iuris patronatus, nisi à principio fundationis fuisset sibi reseruatum ab Episcopo, secundum Panormitan. in capit. præterea. eod. titul. & tale ius sibi reseruatum posset patronatus vendere, titulo apud eum remanente, quod videtur

tur verum, quando pinguem, & abũdantem dotem dedisset, non autem si tãtum necessaria pro ministris tribuisset: quia tunc nullum seruitium poterit retinere, sicut not. Panor. cap. 1. de cen. nisi quando locus religiosus propriis sumptibus ecclesiam ædificasset. Vide de priui. c. cũ & plantare, & c. sicut. de supl. negli. præla.

11 CLERICO non licèt ecclesiam de manu laici recipere. Panor. in dicto capit. præterea. & taliter recipiẽdo mortaliter peccat: & licèt non sit ipso iure suspensus, debet tamen communione priuari. Ex quo infert Panormitan. quod si talis impetrat à Papa non expresso quod prius habuit à laico, non valet. suprà, Beneficium. §. 15. Irregularitas. §. 82. Facit c. postulasti. de rescrip.

12 LAICVS ædificans capellam in ecclesia, & eam dotans, acquirit ius patronat⁹ simul cum ecclesia, quę ponit fundum: secundum Panor. in capi. ad audientiam. de eccle. ædific. Si autem clericus ædificat de bonis ecclesię, non ipse, nec parentes eius erunt patroni: sed ecclesia tãtùm, de cuius bonis ædificata est: secundum eundem. Publicatis omnibus bonis alicuius propter crimen, etiam læsæ maiestatis per seculare iudicem, filius non priuatur iure patronatus, quod pater illius habebat: quia hoc à Papa habet, vt not. Archidiaco. in capitulo filij. 16. quæstion. 7. Intellige quando nõ est in aliqua vniuersitate seculari. Cũ illa enim (vt diximus) ius patronatus transit.

LAICVS.

LAICVS non potest esse procurator seu œconomus, vel generalis administrator omnium bonorum ecclesiasticorum, tam spiritualiũ, quàm temporalium: secũdum Pan. in ca. decernimus. de iudi. qui alle. glo. in c. iudicatũ. 99. d. sed bene potest esse œconomus ecclesiæ in temporalibus. c. in noua. i 6. 7. consentit Gaspar de Cal. & Ioan. And. in ca. vnico. de Syn.

2 LAICVS non potest esse procurator cleri ad eligendum, vt not. docto. in d. capitul. decernimus. & Ioann. Andr. in regula, quod alicui. de reg. iur. libr. 6.

3 LAICVS non potest esse vicarius episcopi in causis spiritualibus, quę laico committi non possunt. vt nota in dict. c. in noua. nec etiam si esset clericus coniugatus. c. vnico. de cleri. coniug. libr. 6. Sed si episcopus habet iurisdictionem temporalẽ, potest illum facere vicarium suum. in c. fin. ne cle. vel mona. lib. 6.

4 QVOMODO laicis sit prohibitũ disputare, & prædicare de fide. suprà, Disputare. §. 1. An & quãdo liceat laico accusare clericum, vide Sil. ibi, ver. laicus, §. vlti. Laicus si sit bonæ famæ, clericum accusare potest: secundum Bartol. Brix. 2. q. 7. in princip. Non tamen prælatum suum, nisi suam prosequendo iniuriam. in c. omnibus. 4. q. 6. in crimine hæresis, simoniæ, & læsæ maiestatis. 15. q. 3. c. sanè.

LARVÆ.

VT laruis secundum se, modo debito, pro loco, & tempore, non est peccatum, cùm etiam in præsentationibus licitis hoc fiat: esset tamẽ peccatum mortale, si pro quo fine peccati mortalis fieret, vt pro homicidio, vel fornicatione patranda, vel à personis religiosis, maximè cũ depositione habitus, vel occultatione, procedendo in publicum, secus si in eorum claustro pro recreatione fieret. Item credo clericos in hoc grauitare peccare, tum ex aliorum scandalo, tum quia se exponunt peccandi periculo, tum quia hoc non decet graues personas, quales clerici esse debent, & præcipuè prælati. Etiam credo bonum esse eis non vti: quia homines maximè eis vtendo dissoluũtur, & præcipuè fœminis prohibendũ esset, ne vagãdi eis occasio præstaretur, & consequenter in peccatum ruendi, ad quod pronæ valdè sunt.

LENOCINIVM.

LENOCINIVM, quo quis ad alienа venerea mediat, allicit, & huiusmodi, est mortale: quia cooperatur ad aliquod mortale, & tanto grauius est, quãto ex hoc plura sequuntur peccata. Ad hoc l. palàm. ff. de ritu nupt.

Le-

LEGATVM.

LEGATVM importat donationem quandam à testatore relictam præstandam post mortem testatoris, & post aditam hæreditatem ab hærede. Inst. de leg. §. 1. Hodie legatum, & fidei commissum, idem ferè sunt, & quicquid iuris est in vno, est etiam in alio. ff. de leg. 1. lib. 1.

2 QVI potest testari, potest etiam legare, & codicillari, quia hæc æquipollent. ff. de iur. codi. l. diui. §. codicillos. Fallit in legatis ad pias causas, vt dicetur infrà. §. si. Quomodo autem legatum fieri queat, vide infrà.

3 OMNIBVS qui possunt esse hæredes, potest legari, & quòd sit persona certa, aliter non valet. l. vulgo. ff. de statu. ho. Fallit in aliquibus casibus, vt patebit infrà. Fratribus etiam mendicantibus, maximè quatuor ordinum potest legari: ex priuilegijs enim eorum sunt capaces legatorum. Etiam fratribus minoribus. per cle. exiui. de verbo. signifi. §. cupientes. dummodo non sit tanta pars hæreditatis, vt præsumatur fieri fraudulenter sub forma legati, pro successione hæreditatis, cuius non sunt capaces: vt in d. §. cupientes. Sed cùm relinquiter hospitali, vel tali collegio, cum onere dandi quotannis fratribus minoribus tot staria frumenti, vel huiusmodi. tale legatum non valet: secundum Panormit. in capitul. in præsentia. de probationibus quia hoc esset habere quandam proprietatem, & tot possent habere similes annuos redditus, quòd non oporteret eos mendicare, quod esset contra eorum regulam. Fratres verò prædicatores, ex priuilegio sunt huiusmodi capaces, non autem ex eorum constitutionibus. suprà, Hæreditas. §. 5.

4 LEGATA pro anniuersarijs in perpetuum, vel ad longum tempus, an mendicantes possint recipere, vel in iudicio petere, nolo tunc discutere, quia omnes sunt priuilegiati super hoc: propter quòd licèt non possunt de iure cõmuni, possunt ratione priuilegiorum. suprà, Hæreditas. §. 5.

5 QVAMVIS ecclesiæ construendæ donari non possit: vt in cap. abbate. de re iudicata. potest tamen legari secundum Pan. in cap. nos quidem. de testa. Ratio diuersitatis est, quia donatio requirit personam, & scientiam. Vnde nunquàm quis fit dominus rei donatæ nisi sciat, & consentiat. l. absenti ff. de donatio. Secus in legato. l. cùm pater. ff. de legatis. 2. §. surdo.

6 LEGATVM factum ecclesiæ S. Petri, quando plures hoc nomine vocantur, non est nullum, sed dabitur ecclesiæ parœciali, si hoc nomine vocetur, vel pauperiori, quę sic nominatur. Panormita. in c. iudicante. de testamen. Quod si nulla est ecclesia quæ vocetur hoc nomine, dabitur ecclesiæ cathedrali secundum gio. in c. nos quidem. Et si legatur ecclesię fiendæ, & non dicitur de loco, Episcopus & executores prouidebunt de loco ecclesiæ construendæ, nisi aliter constet de mente testatoris, quæ consideranda est, si possibile est.

7 SI quis reliquit centum aureos infrà annum dandos Petro, qui ante annum moritur, secundum Pan. in d. c. nos quidem si reliquit intuitu animę, ita quòd si Petro non reliquisset, alteri tamen reliquisset, tunc hæres dabit alteri, vel cõuertit ad pium vsum, de licentia episcopi. Si autem legauit respectu personæ tantùm, qua non stante non reliquisset, nõ tenebitur amplius hæres, vt in l. pater ff. de lega. 3. §. Tusculanus. Si autem hoc vertitur in dubium, tunc fauore religionis præsumẽdum est ad piam causam reliquisse, & ad alium pium vsum esse deputãdum de licentia episcopi. Facit clem. quia contingit. de reli. domi. & per hanc regulam multos solues casus: vt de legato facto puellæ cùm nupserit, & ante hoc moritur.

8 LEGAT Petrus ecclesiæ tali decem aureos sub cõditione si ibi sepeliatur, si non sepelitur ex defectu legantis, vt quia moritur excommunicatus, vel aliter, ideò non potest sepeliri, nihilominùs legatum soluetur illi ecclesiæ, secundum Bartol. in l. miles. ff. de adulter.

nlter. Conditio enim effecta est impossibilis, ideò non vitiat legatum.l. obtinuit.ff.de con. & demon.Hæc regula ad multa valet.vide aliquid, suprà,Hæres §.14.

9 Si Sempronius legat Titio centum, vt redimat Platonem seruum, Titius vult redimere Platonem,sed dominus non vult vendere. habebit legatũ Titius,quoniã per ipsum non stetit,quin Plato redimeretur. Idem dic si Plato hoc intermedio moriatur.l.si Titio.ff. de lega.1.

10 Socrates reliquit filiæ suæ nuptę omni anno pro vestimentis, vt se induat decẽ aureos,quæ filia steuit per quatuor annos quòd nõ induit se,nec aureos ab hæredibus legantis accepit: si petat modo aureos præteritorum annorum , non habebit.argu.l. quidam prædia.ff. de vsu fruct. leg. ipsa enim fuit in culpa,quia non petijt dictos aureos.

11 Si legatarius præmoritur leganti, legatum expirat, & apud hæredes remanet.Si autem moritur pòst,sed antequàm hæres adeat hæreditatem, legatum ad hæredes legatarij transit. l. vnic. C.de cadu.tollen.

12 Legatam factum episcopo, vel cuicunq; habenti administrationem, vel prælationem, præsumitur factum contemplatione ecclesiæ , nisi sit factum à persona coniuncta , vsque ad quartum gradum consanguinitatis. vel affinitatis, quo casu erit suum, & succedent propinqui ab intestato.cap. quia nos.& capi.requisisti.de testam. Vide Panormit.ibi. Si verò sit factum personæ ecclesiasticæ, non habenti in Ecclesia administrationem , in dubio præsumitur, quòd sit factum contemplatione personæ, si tamen potest habere proprium, secũdum Pan.in d.c. requisisti. Quòd si non potest habere proprium, vt religiosus , præsumitur factum intuitu monasterij , vel ecclesiæ.18.q.1.cap.vnic.Vnde non potest disponere de hoc, nisi sicut de cæteris ecclesiæ bonis,& cedet monasterio ecclesiæ.

13 Legatum factum filiofamiliàs per similia verba,lego filio Petri , vel expressiùs dicẽdo, Sempronio filio Petri,secundum Panorm. in capit. Raynutius de testam. non intelligitur factum contemplatione patris, licèt pater nominetur: quia nominatio patris fit causa demonstrationis,etiam si fiat mentio de patria potestate. Patria potestas non impedit , & tunc vsus fructus tantùm videtur acquiri patri. Huic cõcordat Bart.in l.cùm aliquis. C.de iur.deli.

14 Legatum factum omnibus canonicis alicuius ecclesiæ,etiã cum expressione nominum, præsumitur factum contemplatione ecclesiæ, per.l. ciuibus.ff.de reb. du. Secus si vni non habenti administrationem,vel prælationem, vt suprà,§.12. & in d.capitu. requisisti facit l. nonnunquàm.ff.ad Trebel.

15 Quando legatarius non potest vti legato nisi respectu ecclesiæ,intelligitur factum contemplatione ecclesię in dubio, vt si legetur clerico accessus per fundum alicuius ad ecclesiam. Et ita intelligo glossl.in l.non plures. C. de sacrosanct.eccles. & quòd not.docto.C.eod.titu.lib.1.

16 Si testator rem leget alienã,quam scit esse alterius , hæres tenetur eam emere,si potest,& dare, vel æstimationem soluere , si talis res æstimari potest.Institut de leg.§ non solùm. C.de legat.l.cùm alienam.Si autem testator habebat tantùm aliquod ius in re illa, intelligitur tantùm ius,quod habet relinquere.ff.de legat. 1.l. serui electione.Si res erat omninò aliena,& est hęredis,præstabit.Si verò hoc fecit ignoranter & relinquit extraneo , non valet Si reliquit personæ coniunctæ, cui tantundem reliquisset,si hoc sciuisset, etiam hæres dabit æstimationem, in dicta l.cùm alienam. Et hæc prædicta sunt vera, secundum ius canonicum, & in conscientia,vt communiter doctores tenent,& vt refert Panormi in capit.filius.de testamen. quamuis ipse contrarium teneat,propter textum decentem , secundum leges seculi hæredem cogi ad soluendum rem alienam

legatam,sed eius ratio non valet,quia secundum Innocentium textus loquitur in rebus Ecclesiæ, alteri ecclesiæ legatis in quibus legatum non tenuit.Ideò in omni foro prædicta sunt tenenda vera . Quia fundantur super hanc regulam : quòd voluntas testatoris seruanda est , quando scitur, aut probabiliter per coniecturas deprehenditur.

17 LEGATA domo,intelligitur etiã legatus hortus ei cohærés.maximè cũ est sub eodem ostio , secũdum Panor. in dict. capit. Raynutius. nisi aliter de mente testatoris constaret. Item legata veste vxori,ornamenta eius pretiosa, secundum Ludo. de Ro. videntur legata : quia sunt accessoria.nisi talia ornamenta essent prohibita mulieribus , tunc non dicerentur accessoria : licèt alij oppositum teneant, dicentes accessoria pretiosiora nõ accedere suo principali. Legato chirographo,leganter actiones,quæ sunt in eo.l.qui chirographum.ff.de leg.3. Legato lecto, venit eius ornamentum. ff. de lega.3. l.librorum.§.fin.Hæc enim accessoria esse videntur.

18 SI testator rem legatam vendidit, vel impignorauit , nec pòst mutauit voluntatem, imò noluit aliter disponere,tenebitur hæres rem illam emere,vel impignorare si potest:& dare legatorio,vel saltem æstimationẽ in cõscientia.Instit.de legat.§. si rem suam. sicut dictum est,quando rem alienam legauit.suprà.§.16.

19 LEGATVM personale,quod relinquitur alicui, non transit ad posteros. ff.de legatis. 1.§. apud Iuliaaum.§. si quis.in glos.ibi.

20 QVOD futurum est,in legato potest relinqui:quia aliqualiter est in spe, vt fructus.Etiam iura,credita, seruitutes, dummodò testator nõ exegerit.& debitum creditori potest legari.Instit. de leg.§.ea quoque res.& §.cùm autẽ. §.si quis debitori.

21 LEGATVM factũ creditori à debitore , qui ei tenebatur de necessitate iuris in dubio præsumitur factum pro recõpensatione,ita quòd creditor non poterit habere vtrunque.Secus autem si debitum erat voluntarium,secundũ communiter doctores in c.officij. de testam.Est casus in l.si cùm dotem.§.si pater.ff.sol.matri.

22 QVI ex importunitate facit,vt aliquis relinquat sibi , quod alteri reliquerat in testamento, vel aliter mutet testamentum, licèt peccet, si ex odio, vel auaritia hoc faciat,non tamen videtur teneri ad restitutionẽ , quia adhuc nulli erat ius acquisitum.Secus si dolosè hoc egit , tenebitur de actione doli, secundum Cepolam in suis cautelis:nõ autem ad restitutionem, quia nulli ius erat acquisitum, vt suprà.

23 LEGATVM , quo legatur vxori propriæ sua dos,valet ad hoc , vt plenior sit actio ex legato,quàm ex dote. Institu.de leg.§. sed si vxori.quia legatum statim debetur , vt dicit ibi glos. Dos autem si constet in mobilibus, post annum, valet etiam , quia non habebit probare dotem , si exprimatur quantæ sit quantitatis, aliàs oporteret probare.C. de fals.caus. adiect.in leg.lib.3.

24 LEGATVM factum in genere nõ valet,sed in specie specialissima. Quòd si res legata est incerta , & habetur in patrimonio testatoris , vt bos vel seruus, electio pertinebit ad legatarium, dum tamen non eligat optimum : si non habetur, eliget hæres. institut.de legat.§. si generaliter.& ff. de tritic.l. 3. dummodò non eligat rem nil valentem , vt seruum, vel bouem antiquum,vel huiusmodi:quia debet dare de melioribus.C.communia de legat.l.fin.§.1.& maximè si relinquat ad pias causas, vt si relinquat calicem ecclesiæ, intelligitur saltem de argento,si planetam.de serico. Si autem relinquat fundum indeterminatè alteri videtur derisorium , quia hæres dando digitum terræ liberaretur. l. quod in rerum. ff. de legatis primo. §.si quis autem. Similiter si relinquit domum in genere , vel relinquit domos aliquas ,& sic electio erit legatarij,vel non, & sic legatum erit derisorium.l. si domos. ff. de legatis primo.

Legan-

Legandum est ergo semper in specie, & non in genere.

25 Si quis legauit centũ aureos, quos dicit habere in tali capsa, & non inueniuntur nisi quinquaginta, legatarius non habebit, nisi quod repertum est: & si plures sunt legatarij, diuident ad ratam. Sic de vinò, & oleo, quæ in tali vase reperta fuerint, dabitur quod fuerit repertum. l. si quis testamento. ff. de legatis primo. Et si legans erret in nomine, vel demonstratione alicuius, dummodò constet de intentione, non nocet, neque vitiat. instituit. de lega. §. si quis in nomine. & §. huic demonstratio. neque falsa causa vitiat legatum: vt dicendo: lego Titio decem, quia liberauit filium meum è carcere, quamuis hoc non sit verum. Institut. eod. §. longè. Secus quando cõditionaliter legatur, vt ibidem dicitur.

26 LEGANS Petro omnia mobilia sua, intelligũtur etiã fructus omnes, qui tempore mortis legãtis erant à solo separati. l. fructus. ff. de rei vendicatione. non autem credita, quia hæc nõ sunt mobilia, neque immobilia, sed in tertia specie. ff. de re iudicat. l. à diuo Pio. & quia quod nobis debetur non est nostrum. ff. de aur. & argen. legat lib. 2. neque ligna, vel lapides parata pro ædificio, & huiusmodi intelliguntur. argu. ff. de legat. 3. l. ligni appellat. Pro re enim immobili iam parata sunt, & disposita.

27 Si legantur Sempronio decem, si ipse voluerit. mortuo Sempronio, nihil exprimente an voluerit, vel ne hæres Sempronij nihil habebit de legato. ff. de legat. 1. l. si ita legatum sit. §. illi si volet.

28 Si legãs vni fundũ, & alteri vsum fructum fundi, nisi aliter de eius mẽte pateat, intelligitur legasse vnicuique ipsorum dimidiũ vsumfructũ fundi, secundum Ludo. de Ro. l. si alij. ff. de vsufruct. leg. Secus est in sententia iudicis. l. puto. ff. fami. ercis.

29 Si quis legauit Sẽpronio centum, & si perdiderit hæc centum, lego alia centum, propter hoc Sempronius non habebit nisi semel centum. ff. de leg. 3. l. fidei commissum. si quis decem. aliter sæpiùs se amisisse posset conqueri.

30 Si Ioannes reliquit Petrũ vsufructuarium talis fundi vsque quo filius dicti Ioannis erit viginti annorũ, durabit vsusfructus Petri vsque ad illud tempus, etiã quòd infra annum filius Ioan. moriatur: sed si Petrus moriatur ante vigesimum annum, expirat vsusfructus. Si verò relinquatur vsufructuarius sub incerta conditione verbi gratia, donec filius meus fuerit effectus sanus, statim q; efficitur sanus, cessat vsusfructus. Si autem in ipsa infirmitate moriatur, perseuerat vsusfructus vsque ad mortem legatarij. l. ambiguitatem. C. de vsufru. Similiter si dicatur, vsquequo fuerit furiosus, si moriatur in furore, durat.

31 Si quis Ambrosio relinquat alimẽta, habebit pro alimentis, victum, vestitum, lectum, habitationem, & ea, sine quibus viuere nõ posset. ff. de ali. & cib. lega. l. legatus, non habebit tamen ea, quæ ad disciplinam pertinent. ind. l. legatus. suprà, Alimentum §. 1.

32 Si testator dicat, relinquo quòd vxor mea sit domina omnium bonorum meorum & vsufructuaria: vxor habebit gubernationem domus, & familiæ, victum, & vestitum. Similiter dicendo, relinquo eam dominam, & dominatricem bonorum meorum, intellige, quòd secundum qualitatem patrimonij honorificè habeat sua necessãria, & sit gubernatrix domus, & ita communis vsus, & sapientes interpretantur: vt glos. not. authen. hoc locum habet. C. si secundo nupser. hoc verò dicunt, si filij sunt hæredes. Secus si extranei. per dict. glos. & si filij morerentur, mater viuens proprietatis efficeretur. vt not. Bartol. per text. in l. sicut in annos. ff. quib. mod. vsusfruct. amit. Et quamuis maritus liberet eam à redditione rationis de administratione, tamen tenebitur de dolo, & lata culpa. l. creditor. §. Lucius. ff. mandideò aliqualem reddet rationem, licèt non scrupulosam: secundum qua-

tol.in l.si qûis rationes.ff.de libe. leg. Quòd si dicat lego vsumfructum omnium bonorum meorum vxori meæ, vel relinquo eam vsufructuariam,habebit insolidùm vsumfructum omnium bonorum,& poterit de illis quicquid placuerit facere,etiam quòd sint vltra quantitatem alimentorum.ff.de vsufruct.leg.l.vxori meæ.

33 FILII autem si adsunt, habebũt saltem legitimam partem in vsufructu: vt not. Odofred.in authent. nouissima.C. de inoffi. testam. non autem extranei:vt in d.l. vxori meæ.

34 SI testator dicat, lego vxori meæ hoc vel hoc, si castè, & honestè vixerit,& ipsa postmodùm transeat ad secunda vota,legatum non perdet:quia nubendo ,etiam castè,& honestè viuit.capitul.vicena. d.31. Secus autem si testator aliter senserit, vel loquendi vsus aliter habuerit: quia communis vsus loquendi præfertur propriæ significationi:secundum Inno.in cap.olim.de verbor.significatio.idem tenet Panormita in capitul. vt clericorum. de vita & honest.clericorum. dicens, quòd deberet addi, & si in viduitate manserit. Aliqui tamen dicunt etiam si nubat perdit legatum:quia per hoc lædituir fama mariti,& suorum. Oldra autem dicit standum esse communi intellectui testatoris, qui intendit, quòd alteri non nubat:quod quidam putant verum, quando testator esset simplex,& idiota: quia potest credere in matrimonio non esse castitatem: secus si esset doctus. Credo tamen, quòd prima opinio, quæ est Bart.in l.mulier. ff. ad Treb.§. cùm proponeretur, sit verior, quando vltima voluntas testatoris ignoratur, quæ pro lege seruanda est.c.vlti.13.q.2. vide tamen Sil.legatum primo.§.5. Hæc videtur bona decisio.

35 SEMPRONIVS legauit habitationem seu vsumfructum cuiusdam domus vxori suæ, & in eodem testamẽto dictam domũ legat alteri, propter hoc nõ adimitur legatum vxoris, quò ad habitationem: secũdum text. in l.Sempronio.ff. de vsufruct. leg.& ibi Bart.Nam legato generali vsusfructus, vel habitationis, non derogatur per legatum speciale ipsius rei.

36 CVM dicit testator, relinquo tale fundum Antonio ad vsufructuádum vel ad gaudimentum:secundum Bar. cepol. relicta est proprietas. per l. Proculus.ff.de vsufruct. Quidam distinguunt:vt ibi dicit Flo. Vide si placet.

37 LEGATVM potest fieri quibuscunque verbis,quibus exprimi potest voluntas testatoris.C.commu. deleg. l.2.& potest fieri purè,& conditionaliter per ly,si,& in diem. Quando purè fit,mortuo testatore, legatum cedit legatario: vt dicemus infrà. Quando fit conditionaliter, ante conditionis aduentum.non cedit legatario: vt suprà dictum est. Quãdo verò fit in diẽ, & dies est omninò incerta, tunc legatum est conditionale.l.dies ff.de conditio.& demonstratio. Si verò dies est certus omni certitudine: vt cum relinquitur Titio in pascha futuro, vel est certus ad minus in se,licèt sit incertus pro subiecto: vt cùm relinquitur Titio aliquid quando erit quatuordecim annorum, tunc legatum factum tali tempore, vel die, à die mortis testatoris statim cedit legatario, taliter,quòd si legatarius post mortẽ testatoris, & ante illum diem decedat, legatum delebitur eius hæredibus.in l.vnica.§ cùm igitur.C.de caduc. tollend. & si legantur fructus nascituri ex tali fundo Titio, & ante fructus mortuo testatore, moriatur Titius, eius hæredes habebunt fructus nascituros.glos. in l. item quia. ff.de pact. nisi aliud impediat. Item quando legatur aliquid Petro quando morietur, licèt sit incertum quando morietur,est tamen certũ, quòd morietur, ideò legatum est ad diem certum:vnde legatum debetur hæredibus Petri. Si autem sic diceret testator, hæres dato hoc Petro cùm morieris, est in diem incertum: quia ignoratur quis prior sit moriturus, an hæres, vel legatarius,ideò si legatarius præmoriatur, legatum nõ transibit ad suos hæ-

sedes : sed remanebit apud hæredem testatoris grauatum. Vide.l. hæres.in princ.ff.de condi.& demon.

38 ITEM not.quod ly,si,non semper facit conditionem propriè : vt quando respicit futuri temporis euentum certum omni certitudine: vt dicendo, si eras oritur sol. Bartol.in l.1.ff. de conditio. & demonstratio. vel quando conditio est impossibilis. ff.de condi.instit.l.1.vt dicendo, si volabit asinus:sed quando euētus est certus, sed incertus est quando sit futurus: vt est mors, sic facit conditionem secūdum Bartol. suprà. Item,si aliquando ponitur pro quia: aliquando pro quamuis:vide Bartol. suprà. Similiter ista dictio, cùm, aliquando stat copulatiuè,& non facit conditionem,aliquando est conditio : vt quando apponitur verbo præteriti temporis,vel præsentis, & sic non facit conditionem, sed stat causatiuè: pro quia,vel aduersatiuè,pro quamuis, aliquando aduersatiuè,pro quando : vt cùm apponitur verbo futuri temporis : vide Bart.o.vbi suprà:Hæc à legistis magis tractanda sunt, quàm à confessoribus.

39 SI testator dicat, relinquo Bertę cē tum , si nupserit Petro , & illa noluerit ei nubere : quia non erat dignus eius nuptijs , propter hoc non priuabitur legato . quia conditio quæ perpetuam viduitatem inducit , remittitur, sed non quæ temporalem. Idem si legans dicat , quòd nubat ad arbitrium Sempronij , quod perindè est, ac si non esset hæc conditio adiecta. ff.de conditionib. & demonstratio.l. filiæ suæ.

40 LEGATA non possunt peti nisi adita hæreditate , nisi ad pias causas: sed adita hæreditate transeunt ad legatarios recta via,cum fructibus.in capi. Raynaldus. de test. & vt not. glos.in l.in legatis.C. de vsur. Fallit hoc quādo res aliena legatur. l. cùm alienam. C.de leg.Item in legato relicto in genere , in legato alternatiuè , in legato facto in diem. ff.de vsufruct.legat l. Sempronius. in legato in quo aggrauatur hæres ad vendendum rē.l.vxorem.ff.de leg.1.

41 DE ordine quo capiantur legata. dicit text.in l.is cui.ff.vt in pos. legat. nullum ordinem obseruamus , sed simul omnes æqualiter tenemur. infrà, Restitutio. §. vigesimoquinto. vide aliquid suprà , Hæres. §. decimosexto.

42 LEGATVM redditur caducum,si quod legatur in testamento , habetur pro non scripto : vt si legatarius erat mortuus , quē testator credebat viuere , vel quando res legata non est in rerum natura : vt quia perijt , & testator credebat esse : vel quia res legata prohibeatur alienari. vel cui nullum est commercium , vel si sit commercium. secundum Azo. cùm grandi difficultate tamen est , de his non valet legatum , nec dabitur eorū æstimatio.Instituit.de legat. §. si talis res, nisi appareat , quòd voluntas testatoris erat,quòd æstimatio daretur, quādo poterat æstimari.ff. de legat. 1.l.si quis inquilinos . vide de hoc plenius Tabul.legatum primo.§. 54. Secundò, dicitur caducum in casu caduco: vt quia legatarius moritur ante testatorem , vel efficitur seruus pœnæ, aut quia testamentum in plebe inofficiosum dicitur.l.Papinianus. ff. de inof. testamen.§. meminisse.vel etiam propter graues inimicitias exortas inter legantem , & legatarium , nisi redierint ad amicitiam : quia sic reintegratur legatum, sed propter leuem inimicitiam non rumpitur. ff. de his quibus vt indignis.l.si inimicitiæ. Tertiò, quòd post mortem testatoris quacunquè ratione efficitur caducū: vt si legatarius spernat , vel conditio sub qua factum est deficiat. l.vnica. C.de cadu.tol.

43 SEMPRONIVS legauit Titio centum aureos sub conditione , vt pontem in tali loco faciat,quem prius dictus Titius fecerat, hoc legatum efficitur caducum. per l.conditionum. ff. de conditionibus & demonstrationibus . quia non videtur obtemperare qui facto facit.in dict.l. in fin. & ita hæres hoc legatum soluere non

tenetur: & si fieret excommunicatio contra non soluentes legata, iste non ligaretur: secundùm quod not. Ludo. de Roma.

44 LEGATVM ad pias causas est: quando relinquitur aliquid pro anima: secundum Bartol. in l. si quis Titio. ff. de legat. 2. vel pro miserabilibus personis, viduis, pupillis, peregrinis, pauperibus, & huiusmodi, auxilio proprio destitutis: secundum Petr. de Peru. in tract. de canonica portione Episcopi. all. ca. 57. de. vel quando relinquitur ecclesiæ, vel alijs pijs locis. cap. fi. de test. & nomine piorum locorum veniũt hospitalia, monasteria, & quilibet alius locus, in quo senes languidi, pauperes aluntur, & alia pietatis opera exercentur. cap. de xenodochijs. de relig. do. Item quæ relinquuntur (secundum aliquos) ad custodiam ciuitatis, vel aliorum locorum communium. ar. in capit. 2. de immuni. eccle. & quod relinquitur pro refectione pontium, & viarum imminente necessitate, similiter murorum, fossarum, & huiusmodi. in dict. capitul. 2. & capit. non minus. de immun. eccle. & pro ornamentis ecclesiæ, luminaribus, fabrica, libris, & alijs ad Dei cultum spectantibus, siue sint ad temporalem, siue ad perpetuum cultum. ca. fi. de test. & pro redimendis captiuis. l. nulli. C. de episcopis & clericis. Pro puellis maritandis. ar. cap. fin. de feri. Pro alimentis egentium. 12. q. 2. cap. aurum. Et quod generaliter relinquitur Deo, intelligitur relinqui pro anima. ff. ad leg. Fal. l. 1. §. ad municipiũ. Conclude, quòd id dicitur relinqui ad piã causam, quod relinquitur pro honore Dei, vel sanctorum: vel pro salute animæ, quomodocunque relinquatur: quia piũ est, quod fit propter diuinum cultum. Secùs quando fieret pro honore mũdano, vel fama perpetua: quia non est piũ, licèt præsumantur omnia supradicta esse ad causas pias, quando de oppositio non constat.

45 QVI legat pauperibus pro malè ablatis, vel ecclesiæ. dicitur relinquere ad causam piam: secundum Ioan. Andr. in addit ad Spec. titu. de instrued. quia potiùs consideratur cui relinquitur, quàm causa quare relinquatur. l. illud. C. de sacr. sanct. eccle. vnde qui relinquit diuiti, etiam quòd relinquat amore Dei, non præsumitur relinquere ad piam causam: vt ibi gl. dicit. Censetur enim non esse pia causa, cùm non egeat.

46 LEGANS decem aureos, non expressa persona cui legat, nec causa propter quam legat, intelligitur relinquere ad piam causam: secundum Ioann. And. vbi suprà. vt etiam not. Alberic. in l. ad institutionem. C. de sacr. san. eccles. licèt fortè non sit, sed pro gloria humana.

47 RELINQVENS consanguineo pauperi, nõ expressa causa, non intelligitur relinquere ad piam causam. l. 1. C. de sacro. sanct. eccle. & facit, quòd not. Bart. ibi.

48 EODEM priuilegio gaudent relicta ad pias causas, & relicta ecclesiæ: secundum Pan. in ca. relatum. el. primo. de testa. quia ecclesia priuilegiatur propter animam, & Dei contemplationem. Facit quod not. Ioan. And. c. 1. de testi. in integ. lib. 6.

49 DE legatis ad pias causas: secund. Pa. in c. Raynal. de testa. nõ potest detrahi Falcidia: vel Trebellianica: vt cõmuniter tenetur, licèt quò ad Trebellianicã quidã teneãt contrariũ, prima cũ opinio magis pietati consonat, ideò videtur sequenda. licèt Ioan. And. Alberi. & multi alij dicant posse detrahi.

50 LEGATA facta quæcunque sine institutione hæredis quãdo quis vult mori intestatus, valent: secundũ Pan. in c. indicante. de testa. secus quando noluit mori intestatus. insti. de leg. §. ante hæredis. Indubio autem videtur noluisse mori intestatus, vt probat tex. d. c. indicante.

51 EX defectu testamenti non vitiantur legata ad pias causas, secundum Panor. in d. cap. indicante. secundum vnam opinionem. vt not. in l. 1. C. de sac. san. eccle. vbi tenet Bart. quòd cũ quis relinquit sua dispositioni Titij. respectu piæ causæ, valet, quamuis

non valeat testamentum: quando hæres ponitur in voluntate alterius. Aduerte secundum Bart. de saxo fer. in sua minorica, quòd si testator voluit testamentum suum valere iure directo testamenti, & non aliter: si testamentum est nullum, quia hæredem in capacem instituit, hæres ad quem veniunt bona, non tenetur in conscientia: si autem voluit quòd valeret, & si non iure testamenti, saltem iure codicillorum, & omni alio modo quo posset, tenetur implere legata defuncti: & sic est præsumendum, nisi quando testator prouidit vel substituendo alium, vel ordinando quid faciendũ. Item secundum Pan. in c. 1. de suc. ab intesta. quamuis volũtas testatoris non fuerit perfecta: quia in publicam formam non fuit redacta, licèt suum testamentum scripsisset manu propria, casu adueniente aliquo, vel facere cœpit, sed complere non potuit: legata tenent, quia consensus fuit perfectus ratione volũtatis, licèt nõ ratione operis. Item tenet Bar. in. l. cùm quis. C. de iur. & fac. ignor. quòd si testamentum est nullum, vel quia deficit voluntas defuncti, vel ex præteritione hæredis, ignorãdo quòd cũ habeat, legata nõ valẽt: nisi sint talia, quòd etiam si filium se habere sciuisset, nihilominùs fecisset. argu. in cap. fina. 17. q. 4. Sed quando est irritũ ex præteritione, vel ex hæredatione nominis, debentur omnia legata. in authen. ex causa. C. de liber. præteri. Quando verò est nullum, quia testes sufficientes, vel solennitas aliqua iuris ciuilis deficit, si constat de voluntate defuncti, vel per duos testes probari potest, obligatur hæres ad illam implendam naturaliter iure gentium. Sufficit in conscientia defuncti nouisse voluntatem.

51 QVAMVIS hæres renunciet hæreditati, vel nolit eam adire, nihilominùs debentur legata ad pias causas, secundum Panorm. in capitu. relatum. el. 1. de test. quia legata ad pias causas non subijciuntur tot solennitatibus. Sufficit enim quòd de testatoris constet voluntate, vt dictum est.

52 LEGATVM factum ecclesiæ construendæ. vel monasterio, debetur cũ fructibus intermedij temporis, secundum Panormi. in cap. nos quidem. de test. quia text. d. ca. dicit, quòd debent solui sine diminutione: quia quando dies apposita est in fauorem legatarij, debetur legatum cum fructibus, vt suprà est dictum. & l. si ita relictum. §. Pegasus. ff. de legatis secũdo sic in hoc casu dies ponitur in fauorem ecclesiæ, cui si fuisset constructa, simpliciter legasset, & non in diem.

54 LEGATVM factum ad certum vsum, si potest de iure, & de facto impleri, non potest conuerti in alium vsum ca. nos. de testa. & Petr. de Peru. vbi suprà. Et si per legatarium non impletur tale legatum, redit ad hæred. capitul. cùm dilecti. de don. nisi in legatis ad pias causas: vel interueniat dispensatio eius, qui potest. Quòd si ille vsus potest de iure impleri, sed nõ de facto, vt propter bella, vel quia deest pecunia, vel aliter: tunc potest fieri commutatio authoritate superiotis, etiam si in testamento sit clausula, quòd non possit in alium vsum conuerti: quia testatoris voluntas debet interpretari secundum ius commune, vt res magis valeat, quàm pereat. c. abbate. de verb. signi. Si autem possit impleri de facto, & non de iure, & tunc, aut hoc est ad aliquem illicitum, vel inhonestum finem, & sic legatum est inutile: vt si legauit mille ad faciendum duella, quæ prohibentur. c. monomachia. 2. quæst. 3. & tũc non fiet commutatio arg. in his quæ not. in glos. in l. 1. ff. de condit. insti. Vel fieri non potest, non quia inhonestum sit, sed tantùm quia ius prohibet & tunc fiet conuersio in alium vsum licitum, & honestum. Et sic intellige dict. capitul. nos. in verbo, non potest impleri, scilicet de iure. Illud enim tantùm possumus, quod de iure possumus.

55 COMMVTARE huiusmodi legatũ quando nõ adest causa, & potest de iure, & facto impleri, ad solum Papam

pam spectat.cap.quia contingit.de relig.domi.in cle.sed existente causa,potest etiam Episcopus diœcesanus, nisi testator aliter prouidisset quid faciendum esset de legato,vsu non impleto, secundum Bart.in l.liberto. ff.de ann.le.& hæc est veritas,licèt quidam aliter dicant.Facit quod no.do.Anto .in ca.verùm.de conditio.appel. & Bart. in l.fin.ff.de oper.pub. Et quando fit talis commutatio ex causa rationabili,vel quia non potest impleri de iure, vel facto, requiritur consensus hæredis grauati,& ecclesiæ, cui fit legatũ secundum Pet.de Peru.suprà.Et ita loquitur lex,legatũ.ff. de vsufruct. leg. Et pariformiter dic quandocunque ex causa legitima commutatio fieri debet.

56 SI dubitatur an causa sit legitima vel hæres,& ecclesia non consentiant, aut consentiente ecclesia cui legatur, contradicat hæres , secundum Petr. de Peru.suprà. Episcopus nihilominùs poterit cõmutare fol9. C.de nup. lib.1. quia fauebit ecclesiæ legatariæ. Iste casus est in l. legatum ciuitati. ff. de vsufru.leg.Fallit hoc in legato pro monasterio construendo , quod sine consensu hæredis non potest commutari : nisi fuerit negligens hæres,quia tunc sine eius consensu Episcopus poterit elapso termino,de quo in d.cap. nos quidem.

57 TAM iudex secularis, quàm ecclesiasticus potest compellere , vt legata soluantur,& ad pias causas, secundum Panormitanum. in dicto capit. nos . quando sunt facta non certæ personæ,vel si certæ personæ , est tamen talis , quæ non potest petere in iudicio,vt sunt fratres minores. Secus si non ad pias causas sit legatum,& ad certam personam factum, quia tunc solum ad instantiam partis compellet.Et non parte non instante.

58 QVANDO testator præuidit de executore in legato ad pias causas,Episcopus non potest se intromittere,secundum Panormitanum.in capitu. si hæredes.de testa . nisi propter negligentiam executionis,eo modo , quo suprà dictum est,verb . Executor.§.9. 10.11. In casu autem quo non prouiderit, tunc in legatis pro redemptione captiuorum,& pro alimonijs pauperum,prouidebit Episcopus. l. nulli.C.de episco.& cleri. in alijs autem hæres.in d.c.si hæredes.Nisi sit negligens,vt suprà,Executor.§.11. Faciunt ad hoc.c.tua.& d.cap.nos quidem.de testamen.

59 LEGATVM factum pro constructione hospitalis pauperum,inquo ponatur rector ad arbitrium certi prælati,secundum Lap.ab in cle.contingit. de relig.do.vt refert Ant.in dicto cap. nos quidem.potest hæres de licentia Episcopi commutare in ædificationẽ monasterij religiosorum,etiam cõtra dicente illo prælato : quia qui melius facit,non aliud,sed idem facit. ca.peruenit.el.2.de iureiurand. Vide aliquid circa hanc materiam,verb . executor. ver.hæres verb.testamentum. Ex hoc consuluit Ioan. And.quod consilium tenet in materia fauorabili tantùm,& non odiosa,& præsertim animæ , in qua fit plena interpretatio.ca. cùm dilecti de dona.

LEGATVS.

1 LEGATVS est , cui prouincia regenda committitur.ca.1.& c.legatos.de offic.lega.in 6.& est ordinarius in prouincia sibi taxata,eod.tit.cap.2. Nec se esse legatum asserenti creditur,nisi per scriptum probauerit , & de Apostolico mandato fidem fecerit.63.d.c.lectis. & secundum Pan.in c.sicut nobis.de senten.excom. Si cardinalis dicat , quod Papa commisit sibi aliquid,tendens in præiudicium alterius, viuæ vocis oraculo non creditur,nisi aliter probet, & si vult probare se perdidisse literas suæ legationis.non auditur capi.cùm in iure. de offi.deleg.Aliàs si est honestus, & notus,potest ei credi.cap . nobilissimus, 97.d.

2 LEGATORVM alij sunt nati,quia ex sua dignitate hoc habent,vt Archiepiscopus Cantuarien.de offi.leg.c.1. Alij sunt de latere,vt qui decuria Pa-

præmittuntur, & hodie sunt tantùm cardinales. secundù Pa. in c. 1. eod. tit. Alij sunt ex commissione, vt in c. volentes. eod. tit. quibus à Papa aliquid committitur in aliqua prouincia.

3 LEGATI, qui dicuntur nati, non habent iurisditionem contra exemptos. in d. c. 1. non possunt absoluere pro iniectione manuum violenta in clericum in sua prouincia, nec in alie na, nec subditum, nec extraneum: secundum Panor. in c. pen. de offic. leg. Et intellige de iniectione, à quo Episcopus non potest absoluere, secundù eundem Pan. ibi, quia sunt perpetui: nisi quando quis specialiter haberet à Papa.

4 LEGATI ex commissione, qui dicuntur legati rationæ personæ, à tali iniectione possunt absoluere subditos existentes in prouincia, & extraneos in sua prouincia delinquentes, & existentes. suos verò subditos extra prouinciam suam non possunt absoluere, secundum vnam opinionem: sed secundum Gem. in c. 1. eod. tit. lib. 6. possunt. Quidam glosant de licentia iudicis illius loci, quod posset habere veritatem, quando requireret publicam, & contentiosam iurisditionem. Suos etiam subditos, & in sua prouincia, qui extra prouinciam iniecerunt manus, secundum meliorem opinionem potest absoluere: licèt quidam dicant quod non: vt Host. extraneos verò aliunde venientes tales legati non possunt absoluere. Et hæc veriora magis videntur.

5 LEGATI de latere possunt omnia prædicta secundum communiter docto. in d. c. pen. & etiam in enormi: secundum Arch. in c. 1. de offi. leg. in 6. nisi in præsentia Papæ. & quando ante regressum sunt reuocati: secundum Panor. in d. c. pen. quid autem possint vide in c. legatos. de offic. leg. & glos. in c. quod translationem. de of. leg. & in multis alijs. c. ibi, in 6. sed attendendæ sunt eorum literæ, nam de iure nó sit extensio ad alias excommunicationes Papales.

6 LEGATVS nó potest delegati processum impedire, nec eius sententiam irritare. in c. studuisti. eod. titu. nec absoluere excommunicatos à Papa, vel eius delegato. in d. c. studuisti. potest tamen excommunicatum à se in sua prouincia absoluere extra suam prouinciam existens: secundum Innocen. in foro pœnitentiæ, si non est reuocatus, non autem in foro contentioso, nisi reuertatur in prouinciam. Nota quod egrediendo animo non reuertendi, expirat eius legatio: ideò etiam sic reuertendo non posset, secus si animo reuertendi egressus fuerat, si reuertatur, potest.

7 LEGATOS impediens, vel nuntios apostolicos, ne exerceant sua officia, ipso facto sunt excommunicati, & terræ, & regna, & loca eorum sunt interdicta tandiu, quandiu eorum domini in cõtumacia perstiterint. c. super gentes. de offic. leg. lib. 6. suprà, Excõmunicatio 72.

8 LEGATVS quantumcunque plenam legationem obtineat, ex hoc non habet potestatem conferendi beneficia, nisi ei specialiter sit concessum: vel nisi sit cardinalis. c. officij. eodem titu libr. 6. & si ecclesia haber patronum laicum, non potest per legatum conferri, nisi ei, quem præsentat patronus, etiam si patronus sit clericus, & habeat ius patronatus ratione sui patrimonij. c. cùm dilectus. de iure pat. Secus quando ratione Ecclesiæ esset patronus. Facit cap. dilectus. de offic. leg. & glos. ibi, quia potest quod maius, scilicet ipsas ecclesias conferre nó requisito Episcopo. in dicto capitulo, dilectus.

9 RESERVATIONES quorũcunque beneficiorum à quocunque legato factę authoritatis suę legationis, vel ab executoribus per eum deputatis, & decreta, & denuntiationes, & processus, finita legatione, vigore carent. ca. præsenti. eod. titu. lib. 6. Potest confirmate, legatus de latere electiones Episcoporum, Archiepiscoporum, & exemptorum de iure communi. cap. si abbatem. de elect. lib. 6. nisi in contrarium sint eorum priuilegia. Secus in

in alijs legatis. Non tamen potest, etiam quòd sit cardinalis, se intromittere de his, quę specialiter reseruantur Papæ, nisi ei in iure concedantur, vel ex mandato, aut cõsuetudine habeat. c. nisi de of. leg. Essent tamen semper videndę eorum commissiones, quas à Papa habent specialiter.

2 QVOMODO eorum constitutiones, & iurisditio duret, vide in c. nemini. eod titu. & c. fi. & Ioan. And. in c. fin. de offic. archid. & quomodo finitur legatio. c. de causis. de offi. delega. & in dicto cap. legatos. c. nouit. eodẽ titu. Quomodo delegatus possit delegare, & non, suprà, Delegatus. §. 1. 6. 7. Legatio secundum Ioann. And. finitur quatuor modis, scilicet, tempore, reuocatione, egressione, & morte. Tab. ver. legatus. §. vlt.

LEGITIMVS.

1 LEGITIMI filij dicuntur: secundum Ray. qui ex legitimo, vel reputato legitimo matrimonio nati sunt: etiam si alter coniugum contraxit cum aliquo, quem nesciebat habere vxorem, & hoc facit in facie ecclesiæ: talis ex eis natus reputatur legitimus: secus si clandestinè contraxissent vel si scientes ambo impedimentum, publicè contraxerunt. de clandest. despon. c. cùm inhibitio. super. ver. filius §. 2. consentit Sanct. Thom. & Petrus de palu.

2 LEGITIMI efficiũtur filij per sequẽs matrimonium, suprà, ver. filius. §. 11. per specialem indulgentiam Papæ, qui quando simpliciter legitimat, fit legitimus quò ad dignitates, & alia: secundum Hostiens. & Petrum de palud. Facit capitul. per venerabilem. eodem tit. Per Episcopum etiam quò ad posse recipere ordines minores, & habere beneficium vbicunquè sine cura, & quò ad successionem bonorum, & actus legitimos seculares in terris ecclesiæ temporaliter subiectis, & in alijs etiam, quantùm ad ea, per quæ alteri non fieret præiudicium. In terris autem Papæ non subiectis temporaliter, non valet legitimatio eius, quò ad successionem ab intestato, per Papam, vel Episcopum facta secundum Innocent. & Bar. in d. cap. per venerabilem. quia alteri fit præiudicium, nisi ex magna causa: secundum Panorm. in capitul. per venerabilem. qui fil. sint legitimi. Per leges etiam seculares: quia legitimatur multis modis: vt si efficitur curialis Imperatoris patre offerente, vel si pater offerat curiæ ciuitatis. Si pater decedens in testamento nominet legitimum hæredem. Thom. 4. sentent. d. 41. a. 1. quol. 2. ad. 3. vide Tabu. ver. legitimus. §. 1. & Sil. ibidem. q. 1. quoniam alij modi sunt, per quos legitimantur.

3 PER Imperatorem etiam quis potest legitimari. Not. quòd Imperator non potest legitimare sicut Papa, incipiendo à radice matrimonij de iure. per c. tuam. de ord. cognit. nec per rescriptum in spiritualibus. In temporalibus potest in terris sibi mediatè, vel immediatè subiectis, & alij reges. Sed domini, qui recognoscunt Imperatorem in dominum, de iure non possunt legitimare: quia legitimatio, & famæ restitutio, & similia reseruari videntur proprio solo. Secus quando non recognoscunt superiorem: quia tunc possunt principes legitimare. In terris autem ecclesiæ non possunt.

4 LEGITIMATIO, vel emancipatio filij non potest fieri quò ad certũ actum, & non quò ad alios: secundũ cõmuniorem opinionem, quã sequitur Bal. quantum ad legitimationem. in l. senium. c. qui test. face. pos. quia libertas est indiuisibilis. l. 1. §. 1. cap. de lati. libe. toll. Secus quando proceditur per viam dispensationis. Ideò Ce. pol. in suis cautelis docet cautelam patribus habentibus filios legitimos, & spurios, quos vellent legitimos fieri: sed non succedere pariter cum legitimis, quòd procedant per viam dispensationis, vt certo modo possint succedere, & hæc dispẽsatio non est propriè legitimatio, & hoc potest facere, qui potest legitimare.

5 AD veram legitimationẽ quatuor

requiruntur: secundum Panor. in d. capit. per venerabilem. videlicet expressio qualitatis legitimationis, expressio si fratres habet legitimos, vel naturales, aliter non valet consensus patris, & filij legitimandi, quòd vocentur agnati, si pater mortuus est, vt assentiant, nisi quando princeps ex certa scientia vellet legitimare, ipsis non vocatis, tunc vocandi non essent.

6 POTEST etiam princeps restituere in integrum ex certa scientia, cum præiudicio alterius. vt not. in l. fin. C. de sentẽtiam passis. Quòd si pater ante mortem ordinasset, quòd filij legitimarentur, non esset opus vocare agnatos, imò ipsis inuitis possunt legitimari, & succederent ipsis agnatis ab intestato morientibus sic legitimati filij.

7 LEGITIMATVS simpliciter, & quò ad omnia, non intelligitur legitimatus ad ea, quę sunt in præiudicium tertij, nisi hoc specialiter exprimatur: quia concessiones alijs præiudiciales sunt restringendæ. de offic. dele. capitul. super eo. Hoc tenet Anto. de butr. est tamen legitimatus quò ad dignitates: secundum Hostien. quod verius est.

8 LEGITIMATI à comite Palatino, & ab habentibus authoritatem ab Imperatore, vel Papa legitimandi, nõ possunt succedere in prçiudiciũ agnatorum, nisi authoritas esset data simpliciter, quòd possent legitimare in præiudicium aliorum, sicut potest Papa, & Imperator, & sic Panor. in d. ca. per venerabilem. credit, quòd possent succedere, si sic legitimarentur. Vide aliquid suprà, verb. filius. 13. 15. 16. Legitimatus à Papa ad dignitates: secundum Goffr. in sum. & Hostien. nõ est legitimatus ad Episcopatum, & maiores dignitates, sed ad inferiores. De legitima portione hæreditatis, siue sit pars debita iure naturæ, siue quæ Trebellianica appellatur, siue Falcidia, vide Sil. in verb. legitima portio: & C. de in offic. testa. authen nouissima. & ad l. falci. & ad trebellia. per totum. Ad forum animæ parum pertinet hoc.

LEPRA.

1 LEPRA inter morbos contagiosos computatur: ideò leprosi quòad cohabitationem secũdum iura separãtur. c. 1. de cõiu. leprosi. ne vnus alterũ inficiat.

2 LEPRA superueniẽs soluit sponsalia de futuro, ad instantiam sani. cap. literas. de sponsal. & idem de qualibet alia enormi superueniente infirmitate: quia in generali obligatione de contrahendo intelligitur, nisi aliquod turpe superueniat, vt in capit. quemadmodum. de iureiur. ideò possunt solui hæ promissiones. Superueniens lepra non soluit matrimonium contractum. ca. literas eod. tit. & ca. 1. neque impedit contrahendum, dummodò leprosus inueniat volentẽ contrahere. c. 2. eo. tit.

3 LEPRA absoluit coniugem sanum à redditione debiti, & cohabitatione imminente periculo probabili infectionis, non tamen absoluit à debito seruitij in necessarijs: quia non est sic periculosum, sicut debiti redditio. & filij leprosorum cum sano parente remanere debent, ne inficientur: secũdum omnes. Vide suprà, ver. Debitum coniugale. §. 3.

4 LEPROSI in communi viuentes, nõ tenẽtur soluere decimas de hortis vel nutrimentis animalium suorũ: secundum. gl. c. 2. de eccl. ædifi. De alijs autẽ quæ non excipiuntur ibi, tenentur: secus autem quando non viuunt in communi: quia tenentur vt cæteri.

5 POSSVNT etiam habere ecclesiam & presbyterum, quãdo tot sunt communiter, quod eam cum cœmiterio possint construere, dummodò non fiat iniuria in iure pœrociali alijs veteribus ecclesijs. in d. c. 2. Quotus leprosorum numerus requiratur, vide Ab. in c. cùm dicat. de eccle. ædifi.

6 SACERDOS factus leprosus, non potest in ecclesia fungi officio prçlationis, quãdo est ex hoc scandalũ, & abominatio populi: tamen quousquevixerit, necessaria sunt ei ministranda:

da: secundum facultates ecclesiæ de cleric.ægro.ca.tua. Celebrare autem non prohibetur in secreto. quando sine scandalo potest fieri.suprà, verb. corpore vitiatus.§.2.&.3. Rectoribus verò ecclesiarum similibus,dandus est coadiutor, qui animarum curam habeat,cui congruè ab ecclesia de facultatibus prouideatur. in c. de rectoribus.de cleri ægro.

LEX.

1 LEX iniusta mortale peccatum est, nec meretur lex, vel statutum appellari, sed corruptio legis. Consurgit autem legis malignitas, vel ex materia mala, vt cùm mandatur fieri malum aliquod, præcipuè mortale, vt adorare idolum,& huiusmodi, vel ex forma, vt quando est contra iustitiam distributiuam, aggrauans inæqualiter subditos: vel ex statuente, quia non habet authoritatem talia statuendi, vel super tales: vt quia sunt exempti, vel tale opus, siue quia non ordinatur ad commune bonum, sed ad suum propriam, Thom. prima secundæ.q.90.a.vlti. Caietan. in sum. in ver.lex.& tunc non obligat ad sui obseruantiam subditos: contra enim rationem est,& consequenter contra Deum.

2 PRAECEPTA iudicialia, & ceremonialia legis antiquę Moysi nō amplius obligant: quia per aduentū Christi euacuata sunt,mortalia autem semper obligant: secundum Thom.prima secundæ.q.104.a.3. quia sunt secundum rectæ rationis dictamen.

3 LEGES humanæ si sint iustæ, obligant in foro conscientiæ: secundum Tho.prima secundæ.q.96.a.4. Si autem sint iniustæ, non obligant in conscientia, nisi ratione scandali, quando scilicet non obseruando, quis exponeret se periculo magno sui, vel aliorum. Si autem tales leges essent cōtra virtutem.vel diuinum cultum, nullo modo essent seruandæ, etiam propter scandalum: quia tale scandalum esset scandalum Pharisæorum. Nec semper mortaliter peccat transgrediens legem: sed sicut dictum est suprà,ver.constitutio.§.7. Thom.suprà,a.4.& secunda secundæ.q.186.a.9.

4 QVONIAM lex ad mortale obligat ratione præcepti,multis modis cognoscitur, quod sit præceptiua. Primò, quando est de materia necessaria ad salutem, vt sunt præcepta legis diuinæ. Secundò, quando constat de mente præcipientis,intendentis obligare ad mortale. Facit quod not.gloss.capitul.3.& capitul.per venerabilem.qui fi. sint legit. & ibi per Panorm.Tertiò,quando verbis vtitur præceptiuis,vt dicendo,præcipio, iubeo,& huiusmodi.capit.quod præcipitur.11. qu.1. vel vtitur verbis imperatiui modi, & si materia est multùm ponderosa, obligat ad mortale, quia est præceptum: si non sit ponderosa,est consilium.c. paratus. 23.q.1. Quòd autem sit mortale, quādo materia est ponderosa,est text.in cle. exiui.de verb. signifi.§. item quia præterea. Quartò, quando vtitur verbis inhibitorijs, vt dicendo prohibemus, inhibemus, interdicimus, & huiusmodi: & sic inducit mortale,secundū Panormit.in capit.nam concupiscentiam.de constit. vel vtitur verbis communibus,dicendo, statuo,ordino, & huiusmodi,& sic non obligat ad mortalem culpam: secundum eundem Panor.in d.capi.nam concupiscentiam. Quintò,quando vtitur verbo, debet, quia ex suo proprio significato importat necessitatem: vt d.gloss. in clemen.attendentes. de stat.re. ideò inducit mortale. intellige quando materia est necessaria, alias est de congruo.ca.1.de despon.impub. Sextò, si mandatur sub pœna excommunicationis, obligat ad mortale, quia nullus nisi propter mortale excommunicatur.c.nullus.11.q.3. Hic tamen aduerte,quòd Caie.in summa, in ver. præceptum. facit differentiam inter pœnam excommunicationis comminatæ,& latæ sententiæ, & dicit quòd transgrediens præceptum factum sub pœna excommunicationis latæ, peccat mortaliter, non autem si dicatur sub pœna excōmunicationis simplici-

ter,sed post monitionem , contrà faciens peccat mortaliter,& tunc potest excommunicari. Vide infrà ver. præceptum.§.6.vel loquitur per hæc verba in virtute sanctæ obedientiæ , vel spiritus sancti , vel sub pœna maledictionis æternæ, vel sub indignatione omnipotentis Dei,& similibus,& inducit mortale.c.vnico.de stat.reg. in 6.Septimò, quando consuetudo habet vt per talia verba quis obligetur ad mortale.arg.in c.dilectus.de consue.& d.cle.exiui . Octauò, quando mandatur sub pœna suspensionis, depositionis,vel interdicti.sec.Arc. Flo. 2.parte.titul.4. vel sub pœna mortis, vel mutilationis , aut grauioris pœnæ,quia ista non inferuntur, nisi pro eo , quod est multum iustitiæ lesiuũ. Credo etiam, quod eodem modo fit, quando mandatur sub pœna carceris, vel alicuius alterius , in quo importetur grauis infamia,quia si propter notabile damnum corporis mortale peccatum incurritur : vt dictum est , multò magis propter periculum infamiæ grauis. Vide Sil.verb.præceptum.§.vlt.& infrà.ver. præceptum. §.vlti.7.&.6. Not.tamen distinctionem Caietan.ver.præceptum.de præcepto,in communi,antonomasicè dicto, non enim videtur quadrare his, quæ à Sil.dicuntur.

5 NON omnes casus permissi secundum leges imperiales liciti sunt:secũdum conscientiam.c.lege.d.10.vt occidere adulterum,tenere cõcubinam, & alij casus multi, quos causa breuitatis non pono. Vide Tabul.ver.lex.§. 29.

6 CONSTITVTIONE promulgata affirmatiuè, videntur cõcessa omnia, quæ in illa cõtinentur,& ex eis sequẽtia,nisi inueniantur prohibita: secundum Host.vt si concessum est matrimoniũ:ergo omnibus & semper, nisi vbi prohibetur:vt clericis,&c. Si verò promulgata sit negatiuè , omnia etiam sequentia negantur , nisi reperiantur concessa.

7 LEGES ciuiles sequuntur canonũ dispositionem,secundum Pa.in c.clerici.de iudi.ideò licet aliter ius ciuile disponat,quàm canonicum in materia ad ecclesiam pertinente, debemus sequi ius canonicum , secundum doctores. secus in materia indifferenti, quia data contrarietate contra canonem,& legem , canon seruatur in foro suo,iuxta glos.in regula, possessor. de regu.iur.

8 FACIENTES leges iniquas,& cõsentientes,mortaliter peccant. Isa.10. Væ qui condunt leges iniquas. Vt facientes leges contra libertatem ecclesiæ,& quod vsuræ soluantur , & non teneantur ad restitutionem de damnis inde secutis, & sunt excommunicati,suprà.Excommunicatio.79.& vltrà,tenentur de damnis.

9 NON omnis actus factus contra legem est ipso iure nullus , vt quando causa prohibitionis non est perpetua, c.r.de matri.contract. contra interd. eccles. Et dicitur non perpetua , sed temporalis,quando est ad certũ tempus restricta,vt traductio sponsę,quia non omni tempore possunt traduci, & cę.Secundò,quando prohibitio legis facta est in fauorem alicuius,quia potiùs est exhortatio illius , in cuius fauorem facta est: vt si statuto cauetur , ne mulier possit contractum facere sine præsentia duorum agnatorum ,si facit contractum sine præsentia eorum,tenet:nisi statutum expressè annulet actum factum , facit l.si quis in conscribendo.C.de pact.& cę. ad apostolicam.de regu.& ibi Panor. Tertiò , quando lex dat certam formam super eo quod alicui conuenit ex sua potestate , sicut si Episcopo, qui absoluere potest ex sua iurisdictione ab excommunicatione , quam sibi conditor canonis non reseruauit, lex mandet , quod non absoluat nisi faciat sic,vel sic,tenet absolutio,etiam quod contrarium faciat.Secus quando lex dat talem potestatem ei , qui aliàs eam non habebat, cum tali forma, quia forma non seruata nihil facit,ex Car.in clem.1.de iur.patro.& concord.gl.ibi,& Pau. Quartò,quando lex punit contrafacientes , tenet actus,

ctus, si expresè non annulet contra factum: secus quando non punit, sed solũ prohibet, quia tũc actus non tenet. hoc ponit Car. in cler. 1. de resc. & sic patet declaratio illius regulæ iuris, scilicet: Quæ contra ius sunt, debent pro infectis haberi. Vide plenius Sil. ver. Lex. §. 28.

10 LEX indulgens aliquid, quod potest tendere in alterius præiudicium, intelligitur saluo iure partis. Pan. in c. 1. de iudi. Quomodò cõsuetudo vim legis habeat, & quid requiratur ad hoc quod tollat legem, suprà, Consuetudo §. 1. In fraudem legis nihil est agendum. ff. de leg. l. contra legem, quia cùm quid prohibetur vna via. intelligitur & alia via prohibere. libr. 6. de reg. iur. c. cùm quid. Propterea in legis fraudem facta, non tenere dicuntur, ex no. Bar. in l. ampliùs. ff. rem rat. ha. & de ra. Secus si quid fieret in fraudem hominis. etiam principis. Vide Pan. in c. dilectus. el. 2. de præb. Facit tex. in l. si libertus. ff. de iur. patro. Legem concedere potest generalem Papa in omnibus spiritualibus, & ecclesiasticis. c. fi. de constit. Legatus etiã in prouincia sibi commissa. c. fi. de offic. leg. Concilium prouinciale. c. quid dicitur. 16. d. & episcopalis synodus. 18. d. c. 1. Episcopus in sua diœcesi. c. si quis. de ma. & ob Capitulum etiam. c. accessissent. de constitu. Vniuersitas magistrorum, & clericorum. c. ex literis. de consti. In temporalibus imperator. C. de leg. l. 2. Præfectus prætorio, & quibus Imperator hoc mandat, populus Romanus, Senatus Romanus, leges generales condere possunt. Omnis ciuitas, vel populus potest sibi legem statuere. Hæc omnia instit. de iur. nat. §. 1. & 2. & omnium hic dictorum rationes ponit Thom. prima secundæ. q. 90. & 2. sent. distin. 44. in litera. Ordinare enim aliquid ad bonum commune, multitudinis est, vel vices eius gerentis.

11 AD hoc quod lex obliget, multa requiruntur. Primò, quòd sit iusta, quia si esset iniusta, non obligaret, vt suprà patet. Secundò, quod sit promulgata, & solenniter edita, secũdum Panor. de postu. præla. c. 1. Tertiò, quod sit elapsum tempus, post quod incipit obligare, videlicet duorum mensium, quò ad constitutionem generalem, secundum communiter doctor. Sic est roboratum iure canonico. in c. nouerit. de sent. excom. Inferiorum autem lex, vt episcopi, capituli, &c. ligat incontinenti facta promulgatione, secundum Hostiens. nisi absentes, & ignorantes, quibus tempus limitabitur arbitrio iudicis. c. fin. qui matrimo. accu. pos. nisi ponatur in constitutione tempus determinatum quo liget. Vide Pan. in capit. cognoscentes. de constitutio. quia bene distinguit. Nunquàm tamen ligat ignorantes, quia est absurditas. in dict. ca. cognoscentes. & in cap. animarum. libr. 6. de constit. supra, Constitutio. §. 5. Quartò, quòd sit per inferiores suscepta, & approbata. can. in istis. distinct. 4. §. leges. quia si mores vtentium possunt legem firmatam abrogare, possunt etiam facere ne firmetur, & vim obligatiuam habeat. Si verò maior pars accipit, & incipit seruare, minor pars tenetur acceptare: & si ab vno populo accipitur, ab alio autem non, non obligat non recipientem. Et dicit glos. in c. quia circa. de consangu. & affini. quod tolerantia, & dissimulatio principis in actu de iure prohibito, inducit dispẽsationem. quod d. Anton. intelligit, quando constitutio Papæ à principio non recipitur, Papa sciente, & tolerante, quo casu tolerantia excusat à peccato, non autem si à principio recepta fuit à maiori parte secundum quod limitat Panormitan. Ad hoc est c. leges. dist. 4.

12 NON omnia quæ sunt in decretis, sunt modò seruanda, nam multa sunt abrogata per consuetudinem contrariam: multa sunt correcta in constitutionibus posterioribus, multa intexuit etiam Gratianus ex suo sensu, quæ non tenentur, sed reprobantur. Similiter sunt falsæ & non tenendæ aliquæ glos. decretorum. Item quantum ad ecclesiasticas doctrinas aliquę

sunt

sunt reprobatæ tanquàm falsæ,& hæreticæ 24.quæstio.3.c.pen.& d.15.c. sancta Romana.de sum. trinit.& fid. cath.c.damnamus. Quædam reprobantur tanquam apocryphæ, in d.c. sancta Romana. Quædam sunt approbatæ,in d.capit.sancta Romana. quæ omnia prædicta non adduco. Qui vult ea in singulari videre, legat Sil. ver.lex.q.12.vsque ad 14. patú enim ad confessores spectant.

3 LEX tollitur.Primò consuetudine contraria suprà,Consuetudo.§.secundo.Secundò, per non vsum,vt colligitur ex Panormitan in capitu. Ioannes.de cleri coniu. Si non vsus habet in se actum tacitum cõtra iuris dispositionem.inducit consuetudinem derogantem legi.Tertiò,per constitutionem posteriorem contrariam,licèt nõ faciat mentionem de priore, secundũ Panormit.in cap. cùm accessissent & ca.1.de cogna. spiri. nisi habeat clausulam derogatoriam ad secundam,quo casu, opus esset facere mentionem de prima,in cap.nonnulli.de rescri. Quidam dicunt quod non oportet facere talem mẽtionem de prima,quia princeps præsumitur omnia scire, & velle reuocare primam.Et Archid.Flo.dicit simpliciter, quod posterior constitutio tollit priorem, etiam si de ea non fiat mentio, nisi prior sit reseriptum. c.cæterùm.de rescrip. vel priuilegiũ, vt not.gloss.in can.quoniam.dist. 28. vel nisi sit consuetudo,quia non tollitur per sequentem,nisi fiat mentio de ea.ca.licèt de constit.lib.6.Multę sunt constitutiones imperatoriæ,quæ cùm sint iniustæ, obligare in conscientia non possunt,de quibus Sil.ver. lex.q. 10.§.

LIBELLVS.

LIbellus famosus, quo quis schedulam scribit continentem crimen, vel infamiam, aut iniuriam alicuius, & proijcit, vel appẽdit in publicum, vt quis infametur ex se peccatũ mortale est,quia contra bonum notabile, proximi videlicet famam: nisi fortè ex imperfectione actus. Et pertinet ad detractionem, si est occultum nomen scribentis:ad contumeliam verò si sit manifestũ.Per legem autem contra tales statuta,est magna pœna. c.si quis famosum.5.q.1.& secundum canones,talis debet flagellari,& excommunicari.5.q.1.c.qui in alterius.In foro pœnitentiali tenetur talis ad restitutionem famæ.suprà,Detractio.§.4.Restitutio.§.41.

LITERÆ.

1 LITERAS alterius signatas aperte sine licentia mittentis, vel eius ad quem mittuntur,vel sine authoritate publica, vel ratihabitatione peccatũ mortale est ex genere suo, ad iniustam curiositatem pertinens:maximè quando fit animo iniuriandi, vel infamandi, vel damnificandi proximum in rebus, aut in fama notabiliter.Potest etiam esse veniale, quando non adest mala intentio, nec est periculum de damno notabili corporali, vel spirituali. Si autem ex causa rationabili aperiantur,vt propter prodiciones,vel vt faciunt prælati,& superiores erga subditos, & patres erga filios & filias,& mariti erga vxores,nõ peccant,quia iure suo vtuntur, nisi fortè mala intentione hoc facerent suprà, Falsarius.§.4.Sed si ad cauendũ malũ fiat,peccatum non est.

2 LITERAE si sunt generales, vt cũ dicitur,præsentium latori adhibeasfidem,secundum Panor. in.c.fraternitati.de cleri.non resid. non derogant scribenti, nec lator per hoc potest aliquid intentare in præiudicium scribentis, quia potiùs sunt literæ commendatitiæ. Si verò aliquid adderetur,(vt puta) detis quod perit sub periculo meo,vel fide mea,& huiusmodi,secus esset, vel nisi dolosè dederit illi literas,quia tũc tenetur.ar.l.quod venditio.ff.de dol. Quando verò literæ sunt magis speciales, vt cũ dicitur, tali,qui de mẽte mea est informatus, fidem adhibeatis plenam:tũc tenetur scribens, & ille, cui scribitur, agat contra eum:non tamẽ debet ei credere in aliquo, quod ei approprietur. Facit l.si verò remunerandi. ff. mandat. De hoc vide Panormitanum in

d.c.

d.c.fraternitati. & Bart.in l.Lucius ff. de fideiusso.

LITIGIVM.

1 LITIGIVM quo quis se omnibus opponit verbo, vel motu, quibus molestù facit, intendens proximum confundere, vel contemptibilem, aut despectum reddere, mortale est, contra charitatem proximi, aliàs veniale, contra virtutem affabilitatis. ex Caietan.in summa ibi. Propriè autem in verbis litigium consistit.

2 LITIGARE in iudicio, secundum Th.1.Cor.6.quatuor modis peccatum est. Primò, ex irrationabili causa, puta ex auaritia vel odio. Secundo, ex modo litigandi, vt non loquendo cum aduersario, & vt inimicus se habendo. Tertiò, fraudulenter, & peruerse procedendo cum cautelis, & alijs, vt fieri solet inter malignos. Quartò, quando ex hoc sequitur scandalum, vt si diues pauperem impotentem nimis arctet, cui donare deberet, vel fortunam pinguiorem expectare. Communiter enim hæc sunt mortalia, contra charitatem proximi. Si autem de re modica sit sine iniurijs, & scandalo, mortale non erit.

3 LITIGANS, & sciens causam esse iniustam, quam defendit, in principio, vel in processu, & non desistens, tenetur aduersæ parti de damno. argum. in cap.dominus. de secund. nupt. De ordine litis iudicialis, vide Sil. versiculo, lis. Quomodò autem peccatur per aduocatos in litibus, dictum est suprà, verbo, Aduocare, circa medium.

LIVELLVM, quod idem est quod emphyteosis: suprà, Emphyteosis, per totum.

LOCATIO.

1 LOCATIO importat concessionem factam personæ, vel rei ad vsum, cõuenta mercede in pecunia numerata: & si aliud daretur, nõ esset locatio, sed contractus innominatus. Conductio verò est personæ, vel rei ad vsum exceptio interuentu pecuniariæ mercedis: ita quòd conductor est, qui soluit pensionem: locator autem, qui dat ad vsum modo dicto. §. si quis. ff. depos. l. 1. Si verò conductio sit respectu operis, est econuerso. Nam qui ponit operas est locator, & qui soluit est conductor. ff. cod. titul. l. item quæritur. § .1. Et si est conductor rei vrbanæ, dicitur inquilinus, rusticæ verò colonus.

2 OMNIA quæ vendi possunt, possunt etiam locari. exceptis seruitutibus prædialibus, vt iter, actus, via &c. quę locari non possunt. gloss. & text. in l. locare. ff. loca.

3 SERVITVTES personales, quæ sunt vsusfructus, bene possunt locari. l. arboribus. ff. de vsufruct. sed non seruitus vsus. Instit. de vsu. & habitat. §. minus.

4 RES venialis locari nõ potest æstimata periculo conducentis, quò ad perditionem, & deteriorationem, sed videtur fieri in fraudem vsurarum, quia res æstimata intercedit loco pecuniæ. l. si verò. ff. solu. matrimo. nec est vera locatio, quia locator rem suo periculo tradit. Locari possunt fructus decimarum ad annum censum laicis, secundum Panor. in c. etiam de loca. & condu.

5 PRAELATVS potest locare fructus rei ecclesiasticę ad paruũ tẽpus, quod est infra decennium. secundum gloss. in clemen. 1. de reb. eccl. non alie. & si obijciatur, quòd Paulina determinat tempus triennij. Respõdent quidam, quòd illa non est in vsu, vel quòd fuit reuocata per Sixtum: secundum aliquos: vel quia dicitur ibi, prętęrquàm in casibus à iure permissis, & sic quod est secundum ius, erit secundum Paulinam, & quia secundum ius est spatium nouẽnij, quod dicitur paruum, secundum Doct. ideò videtur, quòd possit fieri locatio per nouennium, nõ obstante d. Paulina. Si quis tamen bene consideret verba Paulinæ, clarè videbit, quòd huiusmodi locatio fieri non potest. Si illa sit acceptata, quod mihi est dubium, an vniuersaliter. Vide suprà, Excommunicatio 62.

6 NON licet locare operas suas clerico pro diuinis officijs dicendis, aliàs esset

esset simonia.capitul. cùm in ecclesijs de simon.pro tẽporalibus bene licet: potest tamen paciscì cum aliquo : vt moretur in aliqua ecclesia ad celebrãdum ibi diuina. Ita tamen, quòd intentio nõ dirigatur ad diuina, sed ad mansionem, quam ibi facit, vel ad laborem, quem ibi sustinet, vel ad damnum, quod ob moram patitur : vt in capitul. ad quæstiones. de rerum permutatio. Innocent. in pe. c.ne prælat. vic. su.

7 CONDVCTOR potest alteri tem conductam locare: secundum Panor. in capitul inter dilectos. de fid.instru & l.nemo.C.loca. nisi aliud esset conuentum.in dict. l. nemo. vel propter hoc alteri fiat præiudicium : vt si personæ inhonestæ, vel insolenti locarentur, vel inuitis socijs: secundum communiorem opinionem.

8 DOMVS propinqua alicui magistro lectori , non potest locari alteri, ita vt voces adiuuicem cõfundantur: vt ferrario, vel alteri lectori, & si sic fieret, prior alium posset expellere. l. vnica.C.de stu.li.vr. Ro.& c.pridem. 25.q.2.& secundum Bart.in l.1. ff.sol. matr. In arbitrio iudicis est iudicare. quis talium sit expellẽdus, consideratis circunstantijs.& his, quæ ad æquitatem pertinent.

9 LOCARI potest res omnibus, qui possunt emere, excepto milite, & curiali, quibus prædia ad colendum locari non possunt. C. locati. l.milites. & l.curiales clerico, & monacho, nisi necessitatis causa. ne cleri. vel monac. c.1.& c.secund. Vbi hæc notant Ber.& Host.

10 LOCATIO potest fieri ad tempus & in perpetuum. l.1.ff.si ager vecti. & si moritur conductor infra tempus locationis , hæres eius succedit in iure conductionis: secus in vsufructu , qui extinguitur cum persona. l.si quis domum.§.vsufructuarius.ff.loc.

11 MERCES locatori soluẽda est secũdum Pan.in c. propter sterilitatem. eod. tit. secundum quòd conuentum est , aliter secundum consuetudinem regionis , quòd si non appatet de ea, soluetur in fine anni. facit c. in obscuris.de regu.iur.lib.6. Et Panormi.in c. peruenit.de arbitr. nor. differẽtiam inter soluere annuatim, & omni anno: quia qui tenetur soluere annuatim, in principio anni tenetur: qui verò omni omni anno, in fine anni debet.

12 LOCATOR potest inquilinũ ante finem locationis quatuor ex casibus expellere. Primò, si nõ soluit per biennium, est tamen audiendus si paratus est soluere. l. quæro. ff. locat. si tamen alius casus de sequentibus non est. Secundò , si domus locata est necessaria locatori pro sua habitione , ex superueniente casu, cui aliter prouidere nequit. in l. ædem. C. loca. fiet tunc remissio pensionis. Tertio, si domus reparatione indiget: quia ruinam minatur , quod non faciebat tempore locationis : & etiam in isto casu fiet recompensatio , sicut in præcedenti ratam temporis. in d.c. propter sterilitatem. & d.l.ædem. vel locator prouidebit de alia domo æquè idonea. l. cùm plures. ff.eod.tit. & ea refecta, inquilinus potest petere reponi in ea. per glos. & text.l.si duo. ff. vti pos.§. cùm inquilinus. Quartò, si conductor peruersè conuersatur in ea, etiam sine læsione rei : vt quia ibi tenet meretrices, & similia: & tunc non fit remissio pensionis: secundum Hosti. vel lædit domum : tenendo porcos, vel incidit arbores , non colit tempore debito, & huiusmodi: & tunc remittet dominus pensionem. & aget de damno, & interesse: secundum Hosti. in d.c. propter sterilitatem, & sic concordat. d.l. ædem. & dict.c. propter sterilitatem. quæ videntur contraria. Alexander Imo. cons.126. addit quintum, quando scilicet iurauit omni anno soluere , & non soluit, & cessat vno anno soluere. l.si quis maior. C. de transact. & hoc communiter: secundum Doct. in d.l. tenet in omibus contractibus rata.

13 INQVILINVS propter superuenientem probabilem necessitatem dimittere potest domũ conductam, etiã contra voluntatẽ domini : secundum Pan.

Pan.in d.c.propter ſterilitatẽ,& ſic in conſcientia eſſet ſeruandum,licèt fortè in foro contentioſo aliter fieret.

14 S I conductor non potuit vti re locata propter locatoris voluntatem, locator tenetur conductori ad intereſſe.l.ſi de fundo. C.loc. Si per caſum fortuitum locatoris, vel rei locatæ:vt quia ex culpa locatoris fundus fuit publicatus, vel domus corruit, penſio remittetur pro rata.l. ſi quis domum. ff.locat. Si ſtat per conductorem, vt re locata minùs vtatur , vel ob eius culpam:nihilominùs totã ſoluet penſionem.l.colonus.§. nauem. ff. locati. Si autem caſu fortuito hoc aduenit conductori,ſimiliter tenetur, quando locator alteri locando mercedem habuiſſet: aliàs nõ. ff. ad legem Rhod.de iact.l.fin.§.1. Facit.l. ſed addes.§. cùm quidam.ff.loca.

15 QVANDO quis locauit operas ſuas alteri , nec ſtat per ipſum quin ſoluat,ſed per conductorem, ſic talis conductor, etiam ſi impediatur caſu fortuito,ſoluet mercedẽ: & eſt caſus in §. cùm quidam.ff.loca.l.ſed addes.intellige , quando talis locator non habuit cui locando operas acquireret mercedem, quam mercedem habuiſſet, ſi tali non locaſſet in conſcientia. Si verò ſtat per locatorem , caſu fortuito non impeditũ , locator reſtituet damnum conductori : & nõ habebit mercedem:ſi caſu fortuito impeditur, remittetur penſio pro rata temporis. l. ſi vno.ff. locat.§. itẽ cùm quidam. nec tenetur ad intereſſe. Et ſi iam inchoato opere feciſſet aliquas expenſas ad ſe præparandum, & caſu fortuito impediatur , repetet expenſas propter hoc factas.l.pecuniam. ff. de condict. ob cauſ.in princi. Fallit in aduocato, qui ſi moriatur , non repetetur ſalarium ab eius hæredibus. l.1.ff.de var. & extraordi. cognit. & idem de quocunque habente officium publicum. l.arboribus. §.de illo.ff.de vſufruct.ni ſi conſuetudo obſtet.

16 S I ſterilitas ex caſu fortuito proueniat,vel vitio rei locatæ , ſine culpa coloni: vt quia timet ager ſiccitatem vel humiditatem,vel grandinẽ vel huiuſmodi, & non poteſt recompenſari cum fertilitate anni præcedentis immediatè, vel ſequentis, durante locatione eadem:ſecundum Hoſt. in ſum. eod.ti.fiet remiſſio pro rata. & ſecundum Panormit.in dict. capit. propter ſterilitatem. (vtputà) collegit tantùm duas tertias partes de ſolito , ſoluet duas tertias de penſa.Si autem ſit partiarius,diuidẽs cum domino lucrum, & damnum, non fiet recompenſatio: vt not.gloſſ.in dict.cap. propter ſterilitatem. & ſecundum Ioann. Andr.& Panor. in dict. capit. propter ſterilitatem. In conſcientia annus dicitur ſterilis , quando de tribus partibus ſolitis colligi , non colliguntur niſi duæ, quamuis Docto.fuerint varij in hoc capit,propter ſterilitatem.Si verò fructus collecti marceſcant, vel per milites,aut aliter pereant, non dicitur ſterilitas , nec fit compenſatio.l. ex conducto.§.ſi.vis.ff.loca.ſecus ſi ante collectionem hoc accidat.

17 S I fertilitas augeatur caſu fortuito:vt quia alia molendina ſunt deſtructa, meum plus fructificat , augebitur penſio pro rata , ſicut fieret remiſſio propter ſterilitatem . hoc tenet gloſſ. in l.ſi merces.ff.eod.titu.& Panormi. ſuprà nõ autem ſi augeatur:quia fructus plus valent,aut ſi per induſtriam coloni augeantur : ſicut nec fieret remiſſio propter negligentiam coloni, vel ſi parũ valerent fructus.l. ex conducto.ff.eod.tit.

18 TITIVS conuenit cum Paulo:vt certo pretio molat pro ſe,& ſuis hęredibus in perpetuum, in proceſſu temporis multiplicantur hæredes Titij quaſi in infinitum . nunquid molent hæredes Pauli pro eodem pretio? Dicit Vgo. quod non æquia non videtur Paulum de hoc cogitaſſe , quando ſe obligauit:& hęc opinio eſt in cõſcientia æquior: licèt Albertic. in auth.hoc ius.C.de ſacroſanct.eccleſ.dicat teneri ad hoc de ſtricto iure. Pro prima opinione facit l. ſi quis in vna.ff. de peri. & commod.rei. vendi.

19 COLONVS conducens fundũ ad me-

medium, nulla facta mentione de arboribus, nullum fructum de eis habebit, sed locator omnes habebit. l. fructus. ff. de vsur. & si colonus arbores destruat, tenebitur pro eis. Similiter si alius, propter odium aduersus colonum, cuius odij colonus dedit causam, hoc faciat. l. si merces. §. culpæ. ff. locat. & secundum glos. ibi, tenebitur etiam.

20 AGRO seminato per colonum, & post vendito per dominum, colonus partem suã habebit: secundum quòd inter eos est conuentũ. Si tamen venditor omnes fructus accepisset, agere poterit colonus contra venditorem. de leg. 1. l. nihil speciale.

21 SI conductor aliquid expendit necessariò expediens, vel vtile in re locata: locator restituet expensas. ff. locati & conducti. l. dominus. Si tamen potest tollere expensas sine læsione rei locatæ, tollet, si vult: quia tunc locator nó tenetur. §. si inquilinus. d. l. sed addes. Non intelligas tamen de expensis pro pascẽdis animalibus, vel colendo agro locatis.

22 CONDVCTOR pro re conducta si pereat, vel deterioretur, ex dolo, vel culpa sua, etiam leui, tenetur locatori: quia gratia vtriusque contrahitur. Instit. quib. mod. re. contrahi. obli. §. vlt. & hæc est communior opinio, quòd non teneatur de leuissima. Idem dic de locante operas suas. Si tamen tale opus requireret diligentissimam curam: vt polire pretiosum lapidem, & huiusmodi, teneretur etiam de leuissima. §. qui columnam. l. si merces. ff. loc. supra, custos. §. 2. depositum. §. 2.

23 LOCANS rem vitiosam pro bona scienter, tenetur conductori de dãno. argumen. in d. l. sed addes. & si etiam ignoranter locauit vitiosa pro bonis, tenetur de damno: non enim debebat dare pro bono, quod nesciebat bonum esse, licèt crederet, quoniam exposuit proximum periculo: ideò de damno secuto tenebitur: secùs si dedit simpliciter, sicut erat dicendo, Credo esse bonum, tu vide, &c. Fecit enim, quod potuit, & dolus cessat.

24 SI locator ponat res meas in vna domo, vel camera alia, sine voluntate mea, & pereant igne, vel aliter quod non fuisset, si in primo loco remansissent, tenetur restitutioni. l. item quæritur. ff. eodem titulo. Secus quando fecit hoc sine culpa, bona fide, nec etiam tenetur, quando etiam mala fide ponens, ita perijssent ibi, sicut hic ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. fina. Et dicenti fuisse dolum, vel culpam, incumbit probare. vbi quis tenetur de dolo, & lata culpa: sed vbi tenetur de leui, & leuissima, tunc incumbit conductori probare, quòd fuit à casu. Sicut intelligit d. lex. fin.

25 CONDVCTOR debens soluere pro aliqua re, quæ est eiusdem fori cũ domino, tenetur quærere dominum: sed si non est eiusdem fori, satis est, quod sit paratus soluere in domo sua: secundum Panormit. in c. significante de pig. Sic intellige. d. c. propter sterilitatem.

LVDVS.

1 LVDVS ex suo genere multis modis peccatum est. Primò, quando assumuntur turpia verba, vel facta, quæ si sunt mortalia, peccatum mortale est: aliter veniale. Secundò, quando proximo nocumentum notabile infert, est mortale peccatum. Tertiò, quando gesta sanctorum in derisum, vel contemptũ assumuntur, est etiam mortale, propter iniuriam, quæ fit Deo, & sanctis. Præceptum enim domini dicit: Non assumes nomen Dei tui in vanum.

2 EX circunstantijs ludus etiam inuenitur peccatum septempliciter. Primò, quando propter ludum non curatur de præceptis diuinis, & hominum, in his, quæ pertinent ad salutem animæ de necessitate, tũc mortale est. Secundò, quando talis ludus non est condecens personæ: vt sunt senes, prælati, & graues homines. Tertiò, si fieret in loco, prohibito, vt in ecclesia: quod mortale esset, si fierent ibi ludi theatrales, vel similes, qui prohibentur. in capitu. cùm decorem. de vit. & honest. cle. & Panormita. ibi. Veniale autem,

autem, si ex rationabili causa aliqui ludi non prohibiti fierent vt ludere ad scacos. Vide S.Thom. secunda secundæ.q.168.a.2. Quartò, quando diebus festiuis homo abstrahitur à diuinis: quia mortale esset, si propter ludū nō audiret missam, ad quam tenetur, & totū diem in huiusmodi consummaret. Quintò, quādo prohibiti sunt ludi: vt clericis prohibetur ludus aleatum, & quidam alij. c. cler. el 2. de vit. & ho. cle. & c. presbyt. 44. d. Sextò, si fraudulenter ludatur, & si fraus tendat ad damnum notabile, erit mortale contra iustitiam. Septimò, quando deludo, qui repertus est pro recreatione, fit negotiatio, & principaliter intenditur lucrum. Si autem ludatur modo debito, peccatum non est, sed actus virtuosus, ad virtutem eutropelię pertinens: secundum Tho. secunda secundæ, suprà.

3 LICET ludi plures sint clericis prohibiti, vt taxillorum, & aleatū cum taxillis, siue tabularum: vt in d.c. cler. tamen ludus scacorum, secundum Pan. ibi, nō est prohibitus. & per Inn. in c. lator. de hom. Concor. Ar. in c. Episcopis. 35. d. in principio, licet quidā teneant contrarium, & malè.

4 CLERICVS publicè aleator, secundum Pa. in d.c. cleri. ipso facto repellitur à promotione, non tamen priuatur beneficio obtento, nisi præcesseris monitio, secundum gl. in d.c. clerici, in ver. aleas. & licèt glo. videatur tenere, quòd ludendo sic semper clericus mortaliter peccet. authent. de san. epi. §. interdicimus. tamen non est verum, quia hoc non prohibuit eis Papa, nec Imperator præcipere potest: intellige, quin ex recreatione possint ludere, & si prohibeatur in d.c. clerici. non tamē est præceptum obligans ad mortale, vt suprà dictum est in ver. clericus. §. 10. Vide Sil. verb. ludus. §. 3. q. 4. qui hoc idem tenet.

5 AC QVISITVM per ludū secundum Tho. secunda secundæ. quæst. 32. a. 7. & 4. sent. d. 15. q. 2. a. 4. est obnoxium restitutioni, quando est acquisitum ab eo, qui alienare non poterat, vel quando lusor alium nolentem ludere traxit ad ludum minis, vel alio modo, ex cupiditate lucri, vel si fraudulenter lucratus est, vel lucratus est ex ludo prohibito per leges, vel statuta prohibitoria, quæ non sunt abrogata, & in hoc casu de lucro lusor elemosynam faciet, in alijs perditori restituet, sicut tenetur.

6 LVCRANS per ludum prohibitū per legem, in qua non mandatur fieri restitutio, sicut prohibetur ludus torneamentorum, non tenetur ad restitutionem ex præcepto, peccat tamen faciendo contra legem: de consilio autē debet dare pauperibus, quia est turpe lucrum. Et hoc est communis opinio doct. & Ioan. And. & Ioan. Cal. in d.c. clerici. dicunt tutum esse hoc dari pauperibus, & non necessarium: ideo aduerte confessor, quod si quis nollet tale lucrum dare pauperibus, cum de præcepto non teneatur, non est neganda ei absolutio. Sed in casibus in quibus ius præcipit fieri restitutionem, nūquid tenetur de necessitate. Respondet Alexand. Lom. in titulo. de vsuris. quod sunt abrogatæ huiusmodi leges per contrarium vsum, quia repetenti perdita in ludo, in foro ciuili, & iudiciali, non datur actio, nec sententia restitutionis fiendæ, vt clare patet. & idem tenet Sco. in 4. sentent. distin. 16. ideò non videtur peccare mortaliter, non restituendo huiusmodi lucrum, vbi modo dicto lex est abrogata. Si autem lex esset in vitidi obseruantia, secus esset.

7 Si hodie lusi cum Titio, & fraudulenter lucratus est mihi decem, cras ludam cum eodem sine fraude ad ludū licitum, & lucrabor ei. x. ipse Titius non potest recompensare x. quæ fraudulenter lucratus est, cum x. quæ ego sine fraude vici, sed tenetur mihi restituere iuxta ea, quæ supra diximus. Si autem hoc fieret in eodem ludo, eodem tempore, quia illud dicitur lucrum, quod in fine ludi reportatur, secus esset.

8 SEMPRONIVS filius familias lusit cū Petro potēti perdere, & lucratus

est x. ad scacos, postmodùm ludit cũ eo ad chartas, & perdit x. non potest Petrus facere recompensationem, sed teneturrestituere x. quia filius familiâs ludendo potest patri acquirere, sed nõ potest acquisita distrahere sine licẽtia patris. Idem dic, si sit idem ludus specie, sed non numero, quia in diuerso tempore fit. Et hoc est verum de iuris subtilitate. De æquitate tamen conscientiæ, dicit Silu. ver. ludus. qu. 17. quod credit posse fieri. art. eius quod not. Pan. in capitulo. filius. de test. & In capit. ex parte. de censibus. prima tamen opinio mihi videtur verior, & tenenda. Idem dic de seruo, religioso, vxore, & cætera, quando non possunt alienare.

9 QVANDO in ludo quis perdidit, potest repetere in casu quo alius tenetur restituere eidem, vel certę personę secundum Pa. in d. c. clerici.

10 MVTVANTI pecuniam ludenti non competit repetitio: secundũ Pan. suprà. nec valet transactio facta in ludo: secundum communiter doct. in c. clerici. vt dicit Pa quia ibi non potest esse lis, imò est euidens calumnia, ergo non valet transactio. l. summa. ff. de condi. inde.

11 INSPICERE ludos, secundum Thom. secunda secundæ suprà, secundum se non est peccatum, sed propter prohibitionem his, scilicèt quib⁹ prohibitũ est. Vel ratione periculi cadendi in aliquod mortale. tunc esset mortale, scienter, vel dubitanter se exponere: vt cum in ludis repræsentantur turpia, & lasciua, vel dimittendo diuina necessaria de pręcepto, tunc est mortale: vel ex visione quis aduerteret alium ad mortale inducere, vt cũ ad ipsum corrigere pertinet. & videndo videtur fauere, vel quando complacent ludi. qui sunt mortales, non solum quo ad actum, sed etiam quò ad deformitatem: vt dictum est suprà, Curiositas. §. 2. Vide Arch. Flor. secunda parte, tit. 3. ca. 7. §. 11. Sil. ver. ludus. q. 8.

12 NON licet secularibus in ludis etiam licitis, vt quando faciunt laruas, & huiusmodi, vti habitu religioserũ, & grauiter peccant, sicut grauiter puniri debent: authen. de san. epi. §. fin. arg. ca. de epi. & cler. minimè, & maximè. si vtuntur in theatralibus, vel in turpibus publicè. Religiosi autem possunt vti in secreto in suis recreationibus, vt si frater minor induat habitum monachalem, & huiusmodi: & etiam habitu seculari, vt in dictis repræsentationibus fieri solet in suis monasterijs.

LVXVRIA.

LVXVRIA prout venereorũ superfluitatẽ dicit, ponitur vnũ de septem vitijs capitalibus: secundum Thom. secunda secundæ. 153. a. 4. & Greg. 31. libro mortalium. Et si superfluitas huiusmodi contingat secũdum quamcunque speciem, sic semper est mortale peccatum: vt fornicatio, adulteriũ, stuprũ, &c. vt de quolibet suprà, & infrà in suis locis patet, & patebit. secundum autem circunstantias tantùm si contingat, communiter est veniale: vt superfluitas, quæ inter coniuges reperitur, licèt aliquãdo possint esse mortales, vel ex ratione periculi, vel scandali.

2 ACTVS venereus in matrimonio si fiat debito modo & tempore, non est peccatum: secundũ Tho. suprà. a. 1. quando autem fit ex concupiscentia, dummodò non excedatur limes matrimonij, erit veniale. Tho. de veritate. q. 25. a. 5. ad 7. hæc affirmat.

3 LVXVRIAE filiæ, secundum Th. suprà. a. vlti. & Gregor. vbi suprà, sunt hæ, scilicèt. cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, inconstantia, amor sui, odiũ Dei, affectus præsentis seculi, desperatio futuri, & etiam stultitia, quæ peccatum est. Hęc enim peccata à luxuria originantur.

4 SPECIES luxuriæ secundũ Tho. suprà. quæst. 154. sunt: fornicatio simplex, adulterium, incestus, stuprum, raptus, & vitium contra naturam. Simplex fornicatio est, quando solutus cũ soluta miscetur. Adulterium, quando alter, vel ambo sunt matrimonio coniuncti. Incestus inter consanguineos,

vel

vel affines cõmittitur, vsque ad quartum gradum inclusiuè. Stuprum, quando fit cum ea, quæ est in patris potestate: quæ si violenter corrumpatur, dicetur raptus. Contra naturam dicitur, quando taliter fit, quòd nõ potest sequi generatio. Sacrilegium autẽ reducitur vel ad adulterium, vel ad aliam speciem, secundum diuersum modum, quo exercetur: infrà, Rapina, §. 4.

5 VITIVM contra naturam, licèt sit vna species luxuriæ, secundum Tho. suprà, a. 11. multis tamen modis exercetur: vel quando procuratur pollutio causa delectationis sine aliquo concubitu, & dicitur immundities, vel pollutio: vel fit per cõcubitum ad rem non eiusdem speciei, & dicitur bestialitas, de qua suprà, ver. bestialitas. vel per concubitum ad rem eiusdem speciei, sed non secundum debitum sexum: vt cùm masculus cum masculo, vel fœmina cum fœmina coit, quòd peccatum dicitur Sodomia: vel non seruantur debita instrumenta: vt si vir cum fœmina non seruet locum debitum, sed ad alium accedat, & scelus hoc nomen proprium non habet: vel accedit ad locum naturalem debitum, sed modo indebitò: vt si mulier supergrediatur virum, vel huiusmodi, nec hoc habet nomen proprium. Omnia prædicta semper sunt mortalia, excepto vltimo, quod etiam erit mortale, si taliter fiat, quòd non possit sequi generatio, vel sit periculum de effusione seminis extra vas.

Et quicunque propter effrænatam concupiscentiam exponit se huic periculo aduertenter, mortaliter peccat.

Et not. quòd quando vnus seminat, alio non seminante, intendens vitare generationem, vel voluntariè extrà seminat, est peccatum contra naturam. De huiusmodi oportet confiteri specificè, & de cogitationibus, ac actibus, qui in eadem specie sunt, cùm ad eundem finem ordinentur. De cogitationibus, tactibus, osculis, vide in locis suis, suprà, & infrà. Not. etiam secundum Th. suprà, quòd si vir cognoscat vxorem suam extra vas debitum, non dicitur Sodomia, sed species innominata, vt suprà diximus. Sit igitur diligens confessor, dum circa hoc peccatum interrogat, vt tangat species, nõ autem ad actus, & modos singulares descendat.

MAGISTER.

1 MAGISTRI communiter peccant in tribus. Primò, circa doctrinam, docẽdo noxia animę, siue cõtra fidem, siue contra bonos mores, directè, vel indirectè: vt si magnificet opiniones contrarias, & paruipendant eam, quę ad fidem pertinet. Secundò, docẽdo falsa pro veris ex industria. & sic nocumẽtum inferunt bono intellectui: ideò mortaliter peccant. Secus si non faciunt ex proposito, nisi ex hoc sequeretur magnum damnum proximo, ex incuria, vel temeritate doctoris. Tertiò, quando negligunt studere, vt bene doceant. Quartò, quando nõ volunt docere aliquod pulchrũ punctum ex inuidia. Quintò, quando alios damnificant doctores, vel iniurias irrrogant, ab eis deuiãdo auditores, in damnum etiam auditorum: ideò mortale est, & contra charitatem: ex doctrina Caie in summa. versi. magistrorum peccata.

2 CIRCA mores etiam peccant, si non corrigunt corrigẽdos, vel in correctione excedunt, si fouent, vel inuitant ad turpia, vel ludos. Graue enim est peccatum hoc propter adolescentes, qui malè imbuuntur. Quó autem ad luerum peccant, exigẽdo vltra debitum, vel à quibus non debent. Caieta. suprà.

3 QVALIS debet esse magister, vide c. de magist. & secundum Pan. ibi. debet habere 5. qualitates. Primò, peritiam docendi. Secundò, facundiam dicendi. Tertiò, subtilitatem interpretandi. Quartò. copiam differendi. Quintò, approbatus ab habente potestatem.

4 RELIGIOSVS de licentia sui superioris potest assumi ad magisteriũ. per cap. doctor. & c. moderamine. 16.

quæst.1. Quomodò magister debeat, & possit aliquid petere pro licétia docendi, vel à scholaribus, vide multa capitula de magist. Et quomodo simonia committatur, dando aliquid, vel recipiendo pro huiusmodi: infrà, simonia, circa principium. Non est simonia quando exigitur secundũ consuetudinem, non vt pretium spiritualis rei Tho. secunda secundæ.q.100.ar. 2.ad.4.

5 MAGISTER sententiarũ in multis errauit, & primò in hoc, quòd dicit, quòd charitas, qua diligimus Deũ & proximum, non est habitus creatus.1.sen.d.17. Quòd termini numerales, & trinus, vnus, & huiusmodi, non dicunt positionem, sed priuationem.1 sen.d.24. Quòd similitudo, & æqualitas in diuinis nihil ponunt. 1. sent.d.31. Quod præmium in Angelis præcessit meritum 2.sentent. d. 5. Quod nihil de cibis transit in virtutem humanæ naturæ. 2. sentent.dist. 30. Quòd semen est de substantia patris ead. dist. Quòd anima humana separata à corpore, est persona. 3.sent. distinct.5. Quòd Christus in triduo suę mortis fuit homo.2.senten.distin. 20. Quòd sacramenta veteris legis nullo modò iustificabant, etiam ex charitate facta.4.senten.dist.1. Quòd baptizari baptismo Ioan. non ponentes in eo spem, non rebaptizabantur. 4.sentent.dist.2. Quòd Deus potuit communicare creaturæ potentiam creatiuam.4.senten.dist.5. Quòd hæretici præcisi, suspensi, schismatici, & degradati consecrare non possunt.4. sententiar.dist.13. Quòd maritus alicuius sponsæ, per consensum de præsent, quam tamen non cognouit, bigamus vocatur, & ad sacros ordines promoueri non potest.4. sentent.dist. 27. Quòd cognoscens sororem sponsæ legitimę, postremò non potest vxori debitum reddere.4. senten. distinct. 34. De huiusmodi erroribus vide in proprijs locis quid declaret Thom. Hæc loca in quibus magister errauit, collegit Archidiac. Florent. 1.part.tit. 5.cap.8.

MALEDICTIO.

MALEDICTIO, qua quis imprecatur alicui cum desiderio aliquod malum (vt puta) mortem, infamiam, infirmitatem, & huiusmodi: & non sub ratione boni, honesti, aut vtilis, vt pro eius correctione, vel vtilitate reipublicę, sed non curando de huiusmodi, ex suo genere mortale est, si deliberato animo fiat, & aduertenter quia opponitur charitati proximorum, quos amare, & desiderare eis bonum, tenemur. Si autem creaturæ irrationabiles simpliciter absque aliarũ latione maledicantur, verbum est otiosum: sed vt relatæ ad Deum, vel vt bona hominis, sic peccatum mortale est: perinde ac si homini, vel Deo malediceretur. Si verò maledicantur relatæ ad aliquod malum, sicut Iob maledixit diei suæ, sic non est peccatum. Cùm autem huiusmodi maledictiones fiant verbo, sed nõ animo nocendi, vel parui nocumenti, vel ex animi surreptione, peccatũ veniale est, ex imperfectione actus: nisi in illo paruo tempore, & in illa subita passione iræ esset determinatus consensus: quia tunc non euaderetur mortale: secundum Caietanum in summa. eod titu. quamuis trãsacta ira nollet tale malum. Conformiter Sanct. Tho. secunda secundę.q. 79.ar. 3. De maledictione, qua quis maledicit de proximo cum denigrando famam, suprà, Detractio, per totum. maledicere secundum seminus peccatum est detractione, susurratione, & contumelia: quia malũ pœnæ minus est malo culpæ: Tho. ibi suprà, ar. vlt.

MALEFICIVM.

1 MALEFICIVM, quo quis nocet per dæmonum inuocationẽ, impediendo vsum matrimonij, fascinando pueros, & huiusmodi, mortale est dupliciter: tum quia nocumentum proximo infert, tum quia dæmõ ibi inuocatur, quod sine mortali fieri non potest, suprà, Inuocatio per totũ. Et ad maleficium ducitur omnis incantatio. &c.

2 NEC licet malefi- cium alio male- fi- cio

cio soluere, licèt faciens tale maleficiũ semper fit paratus ad hoc peccatũ, sicut vsurarius ad mutuandum sub vsura: quia inuocatio dæmonum, vel exercere maleficium nunquàm licèt: sicut mutuare ex se licitum est, vt gratis mutuare. Ideo hoc peccato vti nullo casu possumus ad nostram vtilitatem, sicut mutuatione vsurarij. Soluere autem maleficium sine maleficio, qui scit, potest: puta, soluendo ligaturam in qua erat maleficium, & huiusmodi. Vide aliquid infrà, Matrimonium, §. 49. Consentit Caietanus ibi in summa. Quomodo autem possint maleficia solui, vide. Silu. verb. maleficiũ. q. 7.

MALITIA.

MALITIA, qua quis ex sola intentione mali eligit malum, & nõ ex passione, peccatum est grauius cæteris, ex eo, quod eligit malum, & peccat ex habitu vitioso, & malitia est principium peccandi: secundum Tho. quæstion. de ma. q. 3. prima secundæ. q. 78. art. 1. Et hoc peccatum maxima difficultate emendatur. Potest etiam esse veniale ex imperfectione actus, vt quando quis malitiosè métitur de re parua. Ad hoc autem quod quis ex malitia delinquat, oportet quod malitia peccandi sit principium: vt dicit Thom. quæstionibus de mal. qu. 3. a. 12. ad. 5.

MANDATVM.

1 MANDATVM nominat impositionem adimpletionis voluntatis alicuius factum alicui, nullo dato vel præmisso pretio, ad vtilitatẽ mandantis. Si vero sit ad vtilitatem illius, cui mãdatur, dicetur persuasio, vt no. Bartol. in l. non solum. ff. de iniur. §. si mandato. Mandatarius dicitur, cui mandatur.

2 SI mandatarius faciat contra formam mandati, vel prçter, vel citra, nõ valet gestum per ipsum: secundũ communiter doct. vide tex. cum gl. in c. si cui. de elect. in 6. & Pa. in c. fi. de resti. spol. quoniam quando ad actũ datur certa forma, paria sunt agere contrà, citra, & præter formam.

3 SI duo mandantur, etiam sub certa forma, licèt non possint simul impleri: debet tamen fieri quod potest, & valebit gestũ. facit quod no. doct. in c. constituimus. de rescrip. vide Pa. in d. c. fin.

4 MANDANS aliquod delictũ fieri, quod post longum tempus perpetratur, si non reuocauit expressè, vel tacitè, tenetur: secundum Inno. in c. ad audientiam. de homi. suprà, Irregularitas. §. 15. Concor. Bart. cum glo. l. 3. §. fi. ff. de adimen. leg.

5 MANDANS tenetur mandatario de omni damno secuto ex casu fortuito, sine eius culpa: quod mãdans cogitare potuisset, & quod propter executionem mandati, quod sine mercede, sed gratijs implere voluit, euenit: secundum Pa. in c. sicut. de iureiuran & Inno. ibi. Secus si exequitur causa pietatis, vel parentelę, vel mercedis, vel ex debito. can. si dominus. 2. q. 3. 13. qu. 2. c. non inferenda. De eo autem quod cõtigit inexcogitabile verisimiliter non tenetur.

6 MANDATVM per mortem mandaroris expirat, re integra: secundum doct. in ca. gratum. & cap. relatum. de offic. deleg. aliàs non. l. mandatum. c. manda.

7 SI mandatum fiat posterius, nõ derogat priuilegio, nisi de eo faciat mentionem. c. graue. de offic. ord. Si mandatum sit generale, non prohibet nisi illicita. c. super quibusdam. de verb. signific. Si sit speciale, derogat generali, etiam si de eo non faciat mentionem cap. pastoralis. de rescript. secundum Ber. nisi quando generale in effectu est speciale. c. ex parte. de offi. deleg. vel in priuilegijs. ca. cum ordinem. de reser. vel quando res non est integra, vel in legatis ff. de supel. leg. l. 4. Quomodo autem res dicatur integra, vide do. in d. l. mandatum.

8 MANDATVM rei turpis nullũ est. ff. mand. l. 3. mandausq; delictum fieri quomodo teneatur, & includatur sub dispositione iuris, vel statuti punientis eum, qui tale delictũ fecit: vide Pan. in c. mulieres, de sent. excom.

MANIFESTVM.

MANIFESTVM, quod est idem quod notorium, est proprie id, quod probatione non indiget: secundum glo. c. olim. de verb. sig. Vt quando euidentia facti manifestat, vel constat per confessionem, vel legitimam probationem. Alio modo id dicitur manifestū, quod sufficienter probari potest, & de facili per multos testes. l. hæredes. c. de testam. tertio modo manifestū dicitur, quod patet omnibus, vel aliquibus, & in re dubia, vel in pœnalibus capere oportet primo modo: in c. fi. de verb. sign. infrà, Notorium, §. 1. Etiam secundum Pan. in c. olim. de verb. sign. Dum de manifesto loquimur materia subiecta consideranda est, & loquendi vsus.

MARTYRIVM.

MARTYRIVM sustinere, & ad hoc subeundum paratum esse, quando opus est, propter Christū, & salutem animarū, est in præcepto Th. ql. 4. q. 12. a. 2. aliàs est de perfectione, scilicet se offerre. Aliquando malum est se offerre, ne detur occasio alicui malè agēdi. Cum autem offertur, debet patienter tolerari. Et quodcunque bonum humanum relatum in Deū, martyrij causa esse potest: ex Th. secunda secundæ. q. 124. a. vlt.

MATRIMONIVM.

1 MATRIMONIVM est coniunctio viri & mulieris, indiuiduā vitę consuetudinem retinens, inter legitimas personas. 4. sen. d. 27. secundū magistrum, Tho. & Pet. de pa. Ex hoc sequitur, quod neque vnus vir plures possit habere vxores, neque vxor plures viros: quia loquitur in singulari: neque vnquàm nisi ex diuina dispensatione licuit: quia est contra legem naturę, in qua solus Deus dispensat in cap. gaudemus. de diuort. Item intelligitur definitio de matrimonio consummato inter fideles: quia hoc nunquàm potest separari, quin sit matrimonium, licèt quo ad habitationē que. t.

2 IN contractu matrimonij contingit multis modis peccare, vt si contra hatur contra impedimenta, vel non debito modo, vel contra intentionem sacramenti, vel mala intētione, aut ex indignitate personæ: & de omnibus his oportet confessorem esse bene instructum, vt sciat quæ impediunt cōtrahendum, & quæ dirimunt contractum, & huiusmodi.

3 IMPEDIMENTA matrimonij, quædam impediunt contrahendū, & dirimunt contractum, quædam impediunt contrahendum, sed contractū non dirimunt. De primis impedimentis sunt hi versus pro memoria à summistis recitati. Error, conditio, votū, cognatio, crimen, Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas: Si sis affinis, si forte coire nequibis, Hæc socianda vetant connubia, facta retractant. Hæc dicuntur impedire: quia si matrimonium de facto contrahatur, nō tenet secundū legem, & dirimūt matrimonium, non verū, sed taliter de facto contractum. Nam si superueniret vero matrimonio, nō dirimeret: quia verum matrimonium non separatur.

4 PRIMVM impedimentum est error circa substantiam personę, vt si intendo contrahere cum Hippolyta, & contraho cū Antonia, vel intendo cōtrahere cum primogenita, & supponitur altera, tunc matrimonium nullū est. Si autem error esset circa qualitatem, vt quia credebam pulchram, diuitem, vel huiusmodi, & non est sic, nihilominus tenet matrimonium. capit. tua. de sponsal. & Panormit. in capit. 2. de coniug. seruo. & Thom. 4. sentent. d. 30. a. 1. Primum non est matrimonium, quia non cōsentit in personam. not. in c. tua. de spon. Secundū sic, quia consentit in personam, nō in qualitatem.

5 SECVNDVM impedimentum est conditio, scilicet seruilis, vt si quis cōtrahat cum serua, quam credebat liberam, cùm ipse sit liber, matrimonium non tenet. Idem de libera, si ignoranter contrahat cum seruo: quod si sciret, non contraheret, quia seruus non potest tradere potestatem corporis sui alteri: secundum Thomam. 4. sentent.

d. 35.

d.36. & in dicto cap.2. & ibi Panor. Si autem seruus contrahat cum serua, quam liberam credit, vel serua cum seruo, quem liberum putat, tenet matrimonium: quia non deterioratur cõditio ex parte contrahentis, ideò à fortiori tenet, quando melioratur conditio, vt si seruus contrahat cum libera, quam credebat seruam, vel econuerso ex parte contrahentis, in dicto capitulo secundo.

6 SERVVS potest contrahere, etiam ignorante, & contradicente domino: quia matrimonium contrahere est de iure naturali, seruitus autem de iure positiuo: secundum Thomam 4. sent. suprà. & determinationem ecclesiæ, in capitu. 1 de coniug. seruo. licèt secundum pessimas leges ciuiles non possit: vt dicit Panormita. in cap. proposuisti. secundo not. eod. titul. Et si contrahat domino ignorante, vel contradicente, non tenetur reddere debitum, sed potiùs obedire domino: tamen posset accidere casus in particulari, quòd teneretur, etiam nolente domino: vt propter periculum castitatis, vel quando paruum, vel nullum damnum ex hoc domino sequeretur. Bene ergo sunt considerandæ particulares circunstantiæ. Vide Panormi. in d. cap. de coniug. seruo. Si autem de beneplacito domini contraxit, tenetur reddere debitum, etiam domino contradicente: secundum Thom. in 4. sentent. suprà. quia concedente domino matrimonium, concessit & omnia, quæ sequuntur ad ipsum: & consequenter non potest dominus talem seruum vendere, taliter vt vxor priuetur debito: secundum Thom. 4. sentẽ. d. 35. & Panormita. in dicto cap. 1. Nec vir potest se ipsum taliter vendere, vt vxor priuetur debito quòd si illa non consentiente, se ipsum maritus vendiderit, nullũ potest generari præiudicium matrimonio, cùm seruitus superueniens non dirimat matrimoniũ contractũ, & sic poterit vxor petere debitum, & ille tenebitur ad omnia, quæ matrimoniũ requirit: secundum Th. 4. sen. suprà. a. 3. vxor verò nullo modo potest sic se seruam facere.

7 SI quis accepit ignoranter seruam, & postquàm cognouit seruitutem eius, accedit ad illam affectu maritali, non potest eam in conscientia dimittere, nisi secundum legem: vt tenet Thom. suprà, & Panormita. cum Inno. & Ioan. And. in cap. de coniu. ser. Si autem cognouit eam non tãquàm vxorem, sed ob aliam causam, vt propter delectationem, & c. secundum ius canonicum, nõ potest eam dimittere. c. inquisitioni, de sentẽ. excom. & d. c. 2. in conscientia autem non est eius vxor, nisi de nouo simul consentiant: nec debet reddere ei debitum, etiam ecclesia præcipiente, quia fornicaretur secundum Thomam: suprà: & ecclesia si hoc præcipiat, facit, quia non iudicat nisi de his, quæ foris apparent: & quia latet quo affectu talis accesserit ad eam, ideò ecclesia potest hoc præcipere: sed ipse non tenetur debitũ reddere: & hæc est sententia bonorũ doctorum. Nec potest eam propria authoritate relinquere, quando contraxit in facie ecclesiæ: secundum Rich. in 4. sent. quando reperit eam seruam. Quidam tamen, vt Host. dicũt, quod potest, quando seruitus est notoria. Melius tamen videtur, vt per ecclesiam dissoluatur, cùm in facie ecclesiæ sit facta.

8 TERTIVM impedimẽtum est votum, non quodcunque, sed solenne religionis approbatæ, siue fuerit professio expressè, siue tacitè facta: quia impedit, ne quis possit contrahere matrimonium: & si contrahat est nullum. c. vnico. de vot. in 6. quia per tale votum homo amisit proprij corporis potestatem. Secus de voto simplici, quod impedit contrahendum, sed nõ dirimit contractũ. in d. c. vnic. Idem dic de ordine sacro. in d. c. vnic. qui impedit, & dirimit eodem modo: & taliter cõtrahẽs ipso facto est excõmunicatus. in cle. eos. de cõsan. & affi. sup. Excõmunicatio 45. secus in ordinibus minoribus cõtrahentes, quia tenet, nec sunt excommunicati. Votum

autem simplex hoc modo non dirimit, licèt impediat, vt infrà dicemus, §. 53.

9 QVARTVM impedimentũ est cognatio, quæ est triplex, scilicèt naturalis spiritualis, & legalis. Naturalis, de qua infrà dicetur, §. 21. tollit matrimonium, & impedit vsq; ad quartum gradum inclusiuè, inter consanguineos, & consanguineas, & affines. Spiritualis autem cognatio contrahitur in sacramento baptismi, & confirmationis, tollitque matrimonium secundum tres tantùm lineas, videlicèt inter tenentem ad baptismum, vel chrismа, & baptizatum, aut confirmatum, ita quòd in parentem spiritualem, & filium, vel filiam spirituallem, non potest esse matrimonium, & pariter inter baptizantem, aut confirmantem, & baptizatos, vel confirmatos: secundum Caietanum ibi in summa. Idem dic de vxore tenentis ad baptismum, si eam cognouit per consummationem matrimonij. Secunda linea est inter compatrem, & commatrem. Tertia inter fratres, & sorores spirituales, id est, inter filios tenentis, & tentos, siue sint legitimi, siue non, dummodò sint naturales non autem si sint adoptiui: vt §. quod autem. 30. q. 3. & hoc impedimentum est ex statuto ecclesiæ. in capit. 1. de cognition. spirit. & si præcedit, impedit matrimonium, & dirimit contractum: non autem si sequatur. Alia autem sacramenta talem effectum non efficiunt, quia per alia sacramenta non fit aliqua regeneratio: secundum Thomam quarto sententiarum suprà. Cùm autem cognatio spiritualis sequitur, si ex articulo necessitatis hoc fit, vt cùm pater filiũ in articulo necessitatis baptizat, vel ex ignorantia, adhibita debita diligentia, etiam extra casum necessitatis, nõ impedit, quin quis reddere debitum, & petere possit. Si autem aliter fiat, impedit petitionem debiti, non autẽ redditionem altero exigente, qui nõ fuit in culpa: secundum Thomam suprà, & Pan. in cap. 2. eodem titulo: licèt quidam alij huic determinationi non assentiant.

10 ITEM not. quod si quis post consummatum matrimoniũ cum vxore baptizat, vel leuat aliquẽ, vel aliquam, tunc eius vxor contrahit spiritualem cognationem cũ eisdem, etiam quod fornicariè ante matrimonium cognouisset illam, non autem si nondùm cognouit, quia nondùm effecti sunt vna caro: secundum Pan. in cap. Martinus. eodem tit. Circa hoc quidam dubitant de cognita fornicatiè, sed sta in dicta determinatione, quæ est S. Tho. & aliorum magnorum Doctorum, & ratio militat eadem, quia vna caro facti sunt per carnalem copulam etiam fornicariè.

11 ITEM not. quando plures tenent eundem, non contrahitur inter eos talis cognatio: ideò, si vir aliquis & eius vxor tenent simul aliquẽ (licèt sit indecens) tamen inter eos non contrahitur aliqua spiritualis cognatio: secundum Thom. in 4. sent. Item quando pater contrahit cum aliquo baptizato, vel chrismato, legitimo, vel non legitimo, filij eius naturales contrahunt cum eodem, & dicuntur confratres. c. fi. eodẽ titu. Nõ autem si filius contrahit, oportet patrem contrahere cum eodem. c. illud. 30. q. 3. nec transit ab vno filio ad alium: ideò quamuis filius baptizatus contrahat cum leuante, & eius filijs, non tamen ipse leuans, nec filij eius contrahunt cum alijs fratribus leuati, siue baptizati. in dicto cap. 1. Item non baptizatus, vt Iudæus, si baptizet, vel aliter conueniat, non contrahit cognitionem spiritualem: quia non est capax alicuius spiritualitatis. Et si alicubi esset consuetudo contra dicta, debet seruari, si non seruando aliquod scandalum oriretur. c. 1. eodẽ tit. Et quod dictum est de baptismo, intelligitur etiam de confirmatione: & quod dicitur de leuante, intelligitur etiam de baptizante, & confirmante: & quod dicitur de viro, intelligitur de vxore, & econuerso, tam per matrimoniũ cognita, quàm per aliam copulam: quia facti

sunt

sunt vna caro, vt suprà dictum est. §. 10. Quod autem dictum est de consuetudine contraria, valet, quia secundum Panormit. in d. c. 1. videtur habere vim statuti.


12 ITEM nō est prohibitum, patrem spiritualem contrahere cum sorore filiæ spiritualis. c. fi. 30. q. 3. Item qui nō est patrimus. Si verò tangat, & non respondeat, intendens facere quod alij faciunt, sit patrimus, quia verba non sunt de essentia. Item secundum Panormitan. in capit. final. eod. titu. non requiritur quòd quis intendat contrahere, sed sufficit quòd tangat, vel teneat linteum: neque per procuratorem potest contrahi, secundum Panormitan. in c. veniens. eod. titul. & Ioan. Andræ in regul. potest quis. de regul. iur. libr. 6. Procurator autem qui tenet nomine alterius, si intendit contrahere, contrahit: si autem intendit, licèt tangat, non contrahit, secundum veriorem opinionem Frede. consi. 15. & non est simile de baptizante, vel leuante nomine suo, qui etiam sine intentione, vt dictum est, contrahunt.

13 RELIGIOSI, canonici regulares, monachi, abbates, non debent baptizare, vel tenere ad baptismum, vel confirmationem c. placuit. 16. q. 1. & c. non licet. de consecr. distin. 4. Neque per reiterationem baptismi contrahitur spiritualis cognatio, quia nō recipitur nouum esse spirituale, sicut in prima baptizatione.

14 QVANDO quis baptizatur in domo, ob necessitatem, cōtrahitur tunc: non autem postea quādo portatur ad ecclesiam, & fiunt solennitates, neque lauantes chrisma contrahunt, quia tunc non recipit esse spirituale.

15 TITIVS maritus Rosæ, tenet Socratem ad baptismum, ex quo Rosa fit mater spiritualis Socratis. Titius moritur, & Rosa accipit alium virū, ex quo generat Bertam, nunquid Socrates poterit accipere Bertam, Quidam dicunt quòd sic, quia non est expresse prohibitum. Gem. in cap. 1. eod. titul. tenet, quòd non, & melius: quia hic est filius spiritualis, & illa filia naturalis. Vt autem melius intelligantur casus prohibiti, ponuntur quinq; demunculæ hîc inferiùs.

Casus prohibiti in cognatione spirituali.




Quoniam hoc edictum de cognatione spirituali prohibitorium est ab ecclesia, consequenter personæ quæ non excluduntur, admittuntur, nisi aliud existat impedimentum, nec egreditur personas hic expressas, vt in c.1. eod. titul libr.6.

26 COGNATIO legalis, quæ scilicet est secundum leges humanas, quæ ab adoptione ortum habet, & hæc etiam impedit matrimonium contrahendũ, & dirimit contractum, & rationem adducit Thom.4. senten.d.42.q.2.a. 2. & Pa.in c.1.eod.titul.in glos. & c. ita diligere.30.q.3.& habet tres lineas secundum Thom. suprà.a.3. quæ hic inferiùs ponuntur.

27 PRIMA est inter adoptantem, & adoptatum, & filios, ac nepotes adoptati, & sic deinceps descendendo. Secunda inter adoptatum, & filios naturales adoptantis, ac legitimos. Tertia est inter vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter adoptantem vxorem adoptati: & hæc tertia linea sicut & prima est perpetua: secunda autem non, quia soluta adoptione possunt contrahere, quia non durat nisi quandiu manet in potestate adoptantis. Vnde mortuo patre, vel filio emãcipato, potest inter eos contrahi matrimonium, sed inter patrem naturalem, & matrem adoptantem, & inter patrem adoptantem, & matrem naturalem adoptati non contrahitur matrimonium, secundum Thomam suprà, a.3.ad.1. & in dict. capit. ita diligenter.

28 FILIVS adoptiuus potest (secundũ Innoc. & Hosti. in c. vnic. de cog. leg.) cõtrahere cum filia illegitima adoptantis, quia illegitimus non est in patria potestate. Institut. de nupt. §. pe. Pan. in c. vnic. eod. tit. in fin. & ibidẽ in glos. contrarium tenet, cui Thom. consentire videtur, secnndum Tab. nõ autem secundum Sil. & sic prima opinio melior est, quem etiam sequitur Archi. Floren. 3. part. titul. 1. capit. 13. & Pisa. Ioan. de Pla. & alij.

29 VIR & mulier ab eodem adoptati possunt simul contrahere, quia non reperitur prohibitum: quia si duo filij spirituales possunt contrahere, multò magis filij adoptiui, vt innuit Thom. & sequitur Archi. Florent. licèt aliqui contradicant. Et filius naturalis, & filia adoptata possunt simul contrahere, si vnus eorum emancipetur. canon. per adoptionem. 30.q.3. non autem in prima, vel tertia specie, quia cognatio est perpetua, etiam soluta adoptione. Iustit. de nupt. §. ergo, Horum autem omnium impedimenti causa est facilitas carnalis copulæ, propter cohabitationem talium personarum.



20 COGNATIO autem naturalis est duplex, videlicet consanguinitatis, & affinitatis. Consanguinitas secundum Thomam in 4. sentent. distinct. 40. quol. 1. arg. 1. est vinculum personarum ab eodem stipite descendentium. Et est quasi sanguinis vnitas.

21 TRES lineæ in gradibus consanguinitatis assignantur. Prima descendentium: vt pater, filius, nepos, & cæ. Secunda est ascendentium: vt filius, pater, auus, &c. Tertia est transuersalium: vt fratres, & descendentes ab eis, inter se in diuersis gradibus coniuncti. Vna persona sola non facit gradum propinquitatis: quia nullus est sibijpsi propinquus, sed alteri. Ideò oportet plures esse personas ad faciendum gradum.


22 IN linea ascendentium, & descendentium computantur gradus secundum quod vna persona propagatur diuersimodè ab alia: vt B. filius distat ab A. patre vno gradu. & C. qui est ambobus, in secundo gradu, & sic deinceps ascendendo, & descendendo. In linea verò transuersali, gradus considerantur, secundum quod plures propagantur ab vno: ideò debent computari secundum comparationem ad vnum principium, ex quo propagantur. Sed quia computatio legalis non conformatu reanonicę: ideo relicta computatione legali, dicemus de canonica, quæ in contractu matrimonij consideratur. Sic ergo hæc prima regula, pro maiori sequentium notitia.

23 QVOTO gradu distant personæ à communi stipite, tanto gradu distant inter se: vt duo fratres, sunt in primo gradu: quia à patre distant vno tantum gradu. Hanc regulam manda memoriæ: quia valdè necessaria est.

24 SECVNDA regula. Quando duæ personæ inæqualiter distãt à communi stipite, quoto gradu remotior distat à stipite, tanto gradu distant inter se: vt quia

vt quia C. distat ab A. duobus gradibus. & D. distat ab ipso A. tribus. ideò C. distat à D. in tertio gradu. c. final. de consang. & affi.

25 TERTIA regula. In linea quot sunt personæ, tot sunt gradus, vna dempta: quia vna persona non facit gradum: vt dictum est: ideò numera vsque ad quartum gradum inclusiuè quia huiusmodi consanguinitas impedit contrahendum matrimonium, & dirimit cõtractum. Vnde ad transeundum gradus prohibitos sex personæ requiruntur, quæ quintum gradum constituunt, in quo licet contrahere, & non infrà. Antiquitùs in noua lege vsque ad septimum gradum matrimonia erant prohibita, sed postmodum ecclesia ad quartum gradum inclusiuè restrinxit: vt patet in c. non debet. de consan. & affinit. quia vltrà inutile erat & periculosum gradus prohibere, cuius rationem assignat Thom. in 4. senten. vbi suprà. a. 4. & Papa potest circa hoc ita ordinare: quia non solum sacramentum matrimonium est, sed etiam in officium naturæ. Et ista prohibitio d. c. non debet: secundum Ioan. Andr. & Panor. post Host. in d. c. non debet. in linea transuersali tantùm est, cùm in linea ascendentium & descendentium secundum veriorem opinionem sit perpetua: quia si viuerent, semper illa reuerentia remaneret. Inter parentes, & filios: vt d. Archi. Flor. nunquam fuit dispensatum, nec dispensari potest: vt dicunt Doctor. quia est de iure diuino, fundato super naturali. In quibus autem gradibus dispensari possit, satis est dictum suprà. Dispensatio. §. 9. Vt autem clariùs dicti gradus cognosci valeant, exemplum ponitur, & figura sequens.


Typus graduum
consanguinitatis.
PLATO PATER.
GRAD. PRIMVS
Socrates filius Platonis.
Xerxa filia Platonis.
Thadæus Socratis filius.
Antonia Xerxa filia.
Petrus Thadæi filius, et Socratis nepos.
Lucia Antoniæ filia, & Xerxa neptis.
Cato filius Petri, Thadæi nepos, & Socratis pronepos.
Agnes Lucæ filia, neptis Antoniæ & Xerxa proneptis.
GRA. II.
GRA. III.
GRA. IIII.
Linea transversalis licita post quartum gradum.
Linea ascendentium in infinitum perpetuum impedimentum est.
Linea descendentium in infinitum perpetuum impedimentum est.

25 PER ea quæ dicta sunt de gradibus consanguinitatis, facilè possunt cognosci gradus affinitatis. Nota, quòd affinitas sic diffinitur.

26 AFFINITAS est proximitas personarum, ex carnali copula prouenies, omni carens parentela: vt declarat Thom. 5. sent. d. 41. q. 1. a. 1. ql. 1. quæ non deficit, etiam deficiente causa eius, videlicet copula carnali: secundum Thom. suprà, & capit. fraternitatis 35. q. 10. & ex omni actu carnali: quo fit mixtio seminum maris & fœminæ, siue fornicariè, siue matrimonialiter fiat, talis affinitas causatur: secundum Thom. suprà, non autem ex concubitu, per quem generatio sequi non potest. Vnde si vir etiam intret claustra pudoris fœminæ, & non seminet, non causatur affinitas: quia non fit mixtio seminum capit. extraordinariam. 35. quæst. 3. ex quo sequitur, quòd si non intret vir claustra, tamen seminet intus, & fiat mixtio seminum, causatur affinitas. Sed si vir intrat claustra, & semineat, mulier verò non seminet, causabitur affinitas: quia secundum Philosophum, potest sequi generatio ex sanguine mulieris, sine eius semine. Vide Panorm. in capit. fraternitati. de eo qui cognouit consang. vxo. suæ.

27 AFFINITAS sic cõtrahitur: quia omnes consanguinei vxoris efficiuntur affines marito, & omnes consanguinei viri efficiũtur affines vxori, in eodem gradu, quo erant consanguinitate iuncti: vt si Sempronius, & Berta sint coniuges, frater Sempronij, qui est in primo gradu consanguinitatis cum Sempronio, est in primo gradu affinitatis cum Berta, & Petrus frater Bertæ est affinis Sempronij in primo gradu, & sic de singulis. Cùm autem sint multa genera affinitatis, tantùm prohibetur primum genus nunc, in quo vera stat affinitas: vt in capitul. non debet. de consan. & affinit. Secus olim, vt in c. contradicimus. 35. q. 4.

28 SI affinitas præcedat, impedit contrahendum, & contractum dirimit, non autem si sequatur, & eodem modo impedit, sicut consanguinitas, propter eandem rationem: videlicet necessitatem cohabitandi simul: secundum Thom. suprà, & in c. 1. & 2. de consan. & affin. Sicut enim est quoddam amicitiæ vinculum inter consanguineos, ita & inter affines.

29 SECVNDVM Dei legem: vt patet Leui. 18. inter quasdam personas fieri matrimonium erat prohibitum: vnde versus, Nata, soror fratris, priuigni, nata vtriusq;. Et patrui coniunx, mater, priuigna, nouerca, Vxorisq; soror priuigni nata vtriusque, Atque soror patris, coniũgi lege vetantur. De quibus suprà, Dispensatio. §. 9. Aliud exemplum non pono, quoniam gradus affinitatis possunt patere per exemplum suprà dictũ de cõsanguinitate, cùm sit eodem modo mutata consanguinitate in affinitatem.

30 QVINTVM impedimentũ, quod impedit contrahendum, & dirimit contractum, est crimen duplex, videlicet homicidij, & adulterij: non cuiuscunque sed in his quatuor casibus: vt infrà. Primus casus est, quando alter coniugum procurat alterum occidi, per tertiam personã: tunc alter coniugum remanens, non potest accipere illam tertiam personam in perpetuum c. laudabilem. de conuer. infidel. & requiruntur tria. Primum quòd ambo machinentur in mortem alterius coniugum, videlicet, alter coniugum, & illa tertia persona. Secundum, quòd cum tali machinatione sequatur effectualiter mors. Tertium, quòd hoc fiat, vt possit cum illa tertia persona contrahere: quòd si machinatio adesset, & mors sequeretur, & non hac intentione machinatum esset, secũdum quòd ferè omnes limitant, non impediret, sed Caietan. in summa ibi dicit: quòd hęc non est bona limitatio: quia cùm spectet ad ius positiuum, & iura non apponant hanc limitationem, vt patet intuenti, nec aliquis alius canon allegetur ad hoc, non apparet securitas appositionis huius limitationis. Vnde vult ipse Caietan. quòd siue fiat cum tali intentione, vt inter eos fiat con-

coniugium, siue non, interuenientibus aliis conditionibus impediat: quoniã in d.c. super hoc.eo.& in c.laudabilẽ. de conuer.infid. talis nõ fit limitatio, ideò securũ non est sic limitare. Et hęc determinatio Caieta. satis rationabilis est: quia in iure positiuo sumus.

31 SECVNDVS casus est, ex homicidio mixto adulterio. Quando scilicet alter coniugum adulteratur, & per se, vel per alium occidit alterum coniugem, tunc inter coniugem remanentem, & personam, cum qua commisit adulterium, non potest esse matrimonium: vt in dicto capit super hoc. de eo qui du. in ma. quam pol. per adult. &c. si quis viuente. 31. quæst. 1. & intellige secundum doct. si fiat intentione, vt fiat inter eos matrimonium, aliter non impedit. quod non placet Caietan. vt suprà immediatè diximus. Quia siue adsit intentio, siue non impedit.

32 TERTIVS casus est ex adulterio mixto promissioni, cum fide data, vt cùm Berta vxor Petri dicit Antonio, ꝙ post mortẽ Petri accipiet ipsum in virum, & dat fidem, permittitq; secretò cognosci ab Antonio: siue enim promissio hæc præcedat, siue sequatur adulterium, nunquam inter hos adulteros potest esse matrimonium: etiam mortuo Petro. cap. si quis vxore. de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. &c. relatum. 31. q. 1.

33 QVARTVS casus est ex adulterio mixto contractui alterius matrimonij: vt si Petrutius habens vxorẽ, contrahat de facto cum alia, & cognoscat illam, siue adulterium præcedat talem contractum, siue sequatur, inter Petrutium & adulteram, cum qua de facto contraxit, stante primo matrimonio, nunquam poterit esse matrimonium. c. significauit. de eo qui du. in ma. quam pol. per adul. c. literarum. c. si quis. Intelige prædicta, si mulier illa adultera sciebat Petrutium esse vxoratum, quando contraxit cum eo, & adulteranit, vel si nesciuit quando contraxit, sciuit tamen antequam adulterauit, vel postquam sciuit, tamen postea cũ eo se miscuit. Si vero nesciuit Petrutium esse vxoratum, nisi post mortem vxoris eius priæ, potest si vult contrahere cum Petrutio: quoniam ipsa mulier nõ commisit adulterium formaliter, quia putabat Petrutium esse suum verum maritum. Requiritur ergo primò, quòd contrahant de facto per verba de præsenti. Secundò, quòd interueniat adulterium. Tertiò, quòd vterque sciat, quòd habet alium, vel aliam. Ex quibus sequitur, quòd si Petrutius mortua prima vxore vera, contrahat de nouo cum tertia, non obstante contractu facto per verba de præsenti cum secunda adultera, stabit cum tertia, etiam si post mortem primæ cognoscet secundam, ipsa secunda ignorante adhuc. per ca. veniens. de eo qui du. in ma. quam pol. per adult. Quod si Petru. post mortem primæ cognoscit secundum ignorantem adhuc affectu maritali: & postea contrahat per verba de præsenti cum tertia, antequam secunda sciat impedimentum, quod erat, tertia erit vxor Petru. & non secunda, quia cum secunda non est matrimonium, nisi de nouo consentiat. Cuius signum est, quod cognito impedimento quod erat antè, non obstãte copula habita, etiam affectu maritali, facta tamen per ignorãtiam: quia credebat illum esse virum suum, & non erat, potest se ab illo separare. Hæc verior opinio, quamuis quæstio sit valdè dubia. Vide Tabu. impedimẽtum. 7. §. 2.

34 QVIDAM ponunt quintum casum sic. Si mulier occident vxorem alterius, vt ipsum habeat in virum, vel econuerso vir occiderit maritum alicuius, vt eam habeat vxorem: inter homicidã, & relictũ, vel relictam, nõ potest esse matrimonium: & adducũt dictũ cano. si quis viuẽte. Sed quia canon ille loquitur de homicidio mixto cum adulterio, ideò standũ est in casibus illis solùm, qui in iure sunt, de quibus iste nõ est. Placet hoc Caiet. ibi in summa: secus quando interueniret adulterium, vt suprà dictum est satis.

35 IMPE-

35 IMPEDIMENTA alia quorundam criminum ponit Thom. 4. sent. dist. 35. in expositione literæ: vt est Incestus. c. si quis viduam. Vxoricidium. c. admonere. 33. quæst. 2. Raptus alienę sponsæ. canon. statutum. 27. quæst. 2. Leuatio proprij filij de fonte, insidiando matrimonio. canon. de eod. quæst. 1. Interfectio sacerdotis. c. presbyterum. de pœni. & re. Pœnitentia solennis. 33. quæstion. 2. c. de his. Acceptio monialis in vxorem. c. hæc verò. 27. quæsti. 1. Hæresis, secundum Thom. 4. senten. dist. 38. Hęc prædicta non dirimunt cõtradictum, sed impediunt contrahendum: quia contrahendo peccatur, si fiat sine licẽtia Episcopi, vel potentis dare: & dicit Archi. Floren. quod mortaliter agitur. Consuetudo tamen, quæ est optima legis interpres, est seruanda. Si cõsuetum est petere licentiam, non petendo peccatur: si non est consuetũ, non credo esse peccatum, contrahere in his casibus, nisi aliud interueniat.

36 SEXTVM impedimentum est, disparitas cultus: nam inter baptizatum, & non baptizatum, non potest esse matrimonium: cùm sine baptismo nullum possit recipi sacramentum: secus quando sunt baptizati, licèt sint hæretici, excommunicati, vel apostatæ, tenet matrimonium contractũ inter eos: licèt malè faciant sic contrahẽdo. c. caue. 8. quæst. 1. Ibi est prohibitio. Potest tamen Papa pro aliquo magno casu in hoc dispensare, quando ex hoc speraret conuersionẽ alterius coniugum, secundũ quendam Ioan. And. in capit. fin de condi. appo. licèt Card. teneat quod non possit. Sed quia hæc prohibitio est ex statuto ecclesiæ: ideò videtur quod possit, vbi non imminet periculum subuersionis alterius ad fidelitatem, & si Papa dispensaret, esset quidem matrimonium, vt est in naturæ officium, non autem vt sacramentum: quia sine baptismo in altero coniugum non esset sacramentum, & hoc intendit cardinalis, quia Papa non potest super sacramentis, &c.

37 INFIDELES possunt cõtrahere in omnibus gradib⁹ nõ prohibitis diuina lege, & si conuertantur, in illis remanere, secundum Thom. 4. senten. dist. 39. a. 2.

38 SI alter coniugum infidelium nolit conuerti, nec est spes conuersionis, nec qui vult conuerti, potest secum habitare sine iniuria creatoris, vel sine mortali, vel non vult secum habitare etiam requisitus, potest nubere libere, & vouere castitatem, & ordinari, & postquam contraxit cum alia, est solutum primum matrimonium. Sed antè si vult conuerti, vel est spes de cõuersione, vel vult secum habitare sine iniuria creatoris, non potest cum alia contrahere, secundum Thom. supra, a. 4. & 5. Ex hoc patet, quod Panorm. in capitul. gaudemus. de diuor. in glo. in verb. compellentur. malè dixit, dicendo matrimonium esse solutum antequàm contrahat, sed soluitur dum contrahit in fide, quia hoc est matus vinculum.

39 SI coniuges infideles conuertantur, si erant coniuncti in gradibus lege naturæ, vel Dei prohibente, debent separari: si autem lege tantùm, humana possunt cum illis remanere. Si verò plures quis habuerit vxores, quod est contra legem naturę, & conuertantur omnes, remanebit cum prima. Quòd si prima non vult conuerti, accipiet quam voluerit de alijs conuersis: etiam si dedisset libellum repudij alicui. quæ erat sua vxor: quia repudium est contra legem naturæ, secundum Thom. supra.

40 SI vnus coniugum conuertatur, alter non, filij qui rationis vsum non habent, debent dari conuerso. Si verò habent rationis vsum, possunt sequi quem volunt. d. c. gaudemus. &c. literis. de conuer. infid. Nullus enim ad fidem inuitus cõpellitur: quia credere voluntarium est.

41 SEPTIMVM impedimentum est vis, id est, violentia, siue sit absoluta, vt coactio, siue violentia, quæ est per metum cadentem in constantem virum, vt metus stupri, status, verberum, necis,

necis, & aliorum, quæ etiam homo constans timeret. Hæc enim vis impedit matrimonium, & dirimit contractum. Nam talis non consentit in matrimonium perpetuò, sed tantùm pro tunc. Et quia ecclesia vult matrimonia esse libera, ideò nõ tenet, secundum Tho. 4. sent. d. 19. a. 2. & 3. quolibet. 1. & Pa. in c. cũ locũ: de spon. Si tamen postea tacitè consentiat, ratificatur matrimoniũ, dũmodo consensus alterius perseueret, aliter non tenet: etiam si confirmauit iuramento, vel permisit se cognosci carnaliter, si de nouo non consentiat: quia primus consensus non valuit: etiam si volũtariè cõsensit: tamen propter metũ tunc consensit, non tenet, quia hoc nõ fuit purè voluntarium, sed mixtum cum violentia, & sic ex statuto ecclesiæ nõ valet. Quod bene notari debet: propter multa matrimonia facta tali motu, & nunquam postea ratificata.

42 OCTAVVM impedimentum est ordo scilicet sacer. habentes enim aliquẽ ordinem sacrum, non possunt cõtrahere: & si contrahũt, non tenet: sed sunt excommunicati. in cle. eos. de cõsang. & affinit. quòd autem impediat. est c. vnicum de voto. lib. 6. suprà, in tertio impedimento. §. 8.

43 NONVM impedimentũ est, quando scilicet vna persona est alligata alteri in matrimonio per verba de præsenti, non potest cum alia persona cõtrahere, & si cõtrahit, matrimonium nullum est: etiam licèt non consummasset cũ prima. c. licèt. de spon. duo. Si autem ante consummationem alter coniugum religionem ingrediatur, & profiteatur, post professionem remanẽs in seculo, potest nubere cui vult liberè. Si autem esset tantùm per sponsalia quis alligatus, secus esset infrà, Sponsalia. §. 7. licèt enim non posset contrahere: si tamen contraheret, teneret, quamuis mortaliter ageret.

44 CREDENS maritum suum esse viuũ, cùm tamen sit mortuus, & contrahens cũ aliquo, & credens non posse contrahere, non est matrimonium: quia non est consensum in matrimonium. cùm non posse esse credat: secus si contraheret credens posse contrahere: consentit enim in matrimonium, quod credit posse esse, & de facto potest, cum vterq; sit solutus, & nullum adsit impedimentũ, secũdum Veruer. & Archid. Floren.

45 DVBITANS de morte coniugis, non sufficit expectare per quinquennium, sed debet expectare certitudinẽ mortis. capitul. dominus. de secund. nupt. capit. in præsentia. de sponsa. & certum dicitur, quod per violentas præsumptiones habetur. Vt quia in acie fuit, & alijs redeuntibus ipse nõ venit, vel quia per amicorum literas constat, vel huiusmodi. Et si contraxit, & est dubitans, debet reddere debitum, sed non exigere: & si postmodum sciat pro certo primum viuere, dimittat secundum, & reuertatur ad primum, in dicto capitul. dominus, quòd si steterit cum secundo, reputabitur adulteta, canon. cùm per bellicam. 34. quæst. 2. & primus tenetur eam recipere. per dictum canon. cum per bellicam. nisi cognito primo viuere permisisset se cognosci à secundo. De huiusmodi certitudine iudex iudicabit, consideratis circunstantijs, vtrum sit certum, vel non, secundum Panormitan. in dicto capitul. in præsentia. qui post longam disputationem sic concludere videtur.

46 DECIMVM impedimentum. est publicę honestatis iustitia, quę oritur ex sponsalibus, & ex matrimonio non consummato, secundum Tho. 4. sentent. distin. 41. quæstio. 1. a. 1. quol. 4. Quòd autem impediat, habet ex statuto ecclesiæ. c. cõtinebatur. de despõsa. impube. & capitu. iuuenis. de sponsa. & impedit vsque ad quartum gradum, sicut affinitas, & consanguinitas: siue sint pura, & certa, siue sint nulla ex causa consanguinitatis, affinitatis, frigiditatis, religionis, vel alia causa: dummodò non sint nulla ex defectu consensus, vt puta facta ab infante, vel furioso, secundum quod fuit determinatum post Sanct. Thom. in capitul. vnico. de sponsa.

lib.6. Iustitia igitur publicæ honestatis, vetat illos inter quos sunt, vel fuerunt sponsalia pura, & certa, posse cum consanguineis alterius partis vsque ad quartum gradum contrahere. Vnde Titius mortua sua sponsa, vel etiam viuente, non potest contrahere cum aliqua consanguinea suę sponsæ, vsque ad quartum gradum, neque sponsa cum sanguineis Titij similiter. Secus quando non essent vera sponsalia, ex defectu consensus, vt dictum est, vel conditionata conditione suspendente actum de quibus infrà, vel incerta, vt si promisit ducere filiam Ioan. qui Ioan. plures habet filias. Vide hæc in dict. capitul. vnico, & in dict. capitul. iuuenis. & capit. sponsa. de sponsali. Et idem dic, imò magis de matrimonio non consummato: secundum Panormitanum in d. capitu. sponsa. & d. c. iuuenis. Et hoc impedimentum impedit contrahendum, & dirimit contractum, sicut de alijs impedimentis suprà diximus.

47 VNDECIMVM impedimẽtum impediens contrahendũ, & dirimens contractum, est impotentia coëundi, quando scilicet est perpetua, siue procedat ab intrinseco, vt ex naturali conditione, siue ab extrinseco, vt ex maleficio. capi. quod sedem eod. titu. & est hoc ex statuto ecclesiæ: secundum Thom. 4. sent. d. 34. Iudicare autem an sit perpetuum, vel non, ad ecclesiam spectabit, quæ statuit spatium triennij, infrà quod nisi alter coniugum factus sit habilis ad coëundum, data opera ad hoc fideliter, vt cõsummaret, ab ipsa ecclesia separatur matrimonium ex statuto ecclesiæ fundato in ratione naturali. Nam per matrimonium datur potestas vtri que in corpus alterius, quod non posset dari existente perpetuo impedimento, quod quomodocunque proueniat, siue ex nimia caliditate, siue frigiditate, siue maleficio, siue arctatione, siue alia causa, impedit, & dirimit. Secus autem quando non est perpetuum, licet per plures annos steterint non valentes, & fuerit separatum per ecclesiam matrimonium, & postmodum reperiatur potens, reintegrabitur primum matrimonium, & dirimitur secundum: vt Thom. suprà affirmat. Vide Panor. in cap. laudabilem. & cap. fraternitatis. eod. tit.

48 QVOMODO cõtrahentes sciunt tale impedimentum, & tamẽ contrahunt, tenet matrimonium: quoniam alium finem quærunt ex hoc contractu, & ius non prohibet: secundum Thom. suprà, ad 4. hæc est verior opinio, quam sequitur Tho. Pet. de Pan. & Archid. Floren. licèt Panormita. in capitu. consultationi. eo. tit. Innoc. & Hostien. dicant, quod non est verum matrimonium si scienter contrahunt. Vnde quatuor requiruntur ad hoc quod impediat. Primum, quod præcedat tale impedimentum: quia si sequitur matrimoniũ ratum, nõ potest dirimere. Secundũ, quod sit tantũ impedimentũ, quod nullo modo possit coïre. Tertiũ, quod sit perpetuũ. Quartum quod sit ignorãtia maximè facti.

49 IMPEDIMENTVM maleficij, quod nisi maleficio, vel arte dæmonis potest solui, debet reputari perpetuũ: quia nunquam licet illud soluere. suprà, Maleficium. §. 2. & secundum Thom. 4. senten. d. 34. a. 3. ad. 3. Differentia est tamen inter frigidos, & maleficiatos: quia frigidis post separationem matrimonij, non datur licentia nubendi alteri: quia frigidus vni, est frigidus alteri: maleficiato autem datur licentia nubendi cui velit: quia licèt non possit cum vna, poterit cum alia: secundum Thom. suprà, argu. 3. & ex experientia sæpiùs probatum fuit.

50 QVI contraxit cũ virgine, & nõ potest aperire claustra pudoris, licèt possit cùm corrupta misceri, non reputatur hoc perpetuum impedimentum: quia tunc per artem possunt aperiri claustra pudoris, vel aliquo instrumento, vel alio modo licito, nec esset peccatum: quia non fit ob delectationem, sed ad medicamentum: secundum Tho. suprà, ad 4.

51 SI mulier taliter sit arcta, quod nõ possit

possit fieri apta, nisi per incisionem: idem iudicium est sicut de frigiditate in viro, ita quòd non potest contrahere: & si contrahat, & pòst fiat apta per incisionem tantùm: oportet quòd de nouo contrahat: quia primus cõsensus non valuit. Idem quòd castratus non possit contrahere, patet, per dict. capitu. quod sedem. infrà, §. 13. Et quierigit virgam: non tamen potest seminare, non potest contrahere: secundum quòd tenet Pan. in dict. capitul. quod sedem. Alij autem tenẽt quòd sic, & verius: quia & si non potest seminare, potest tamen mulierem prouocare. tamen communiter tenetur quòd non potest contrahere: quia mulier potest dicere, volo fieri mater, vt dicit Sil. matrimonium. 8. q. 16. §. 2. Tab. impedimentum. 12. §. 6. tenet quòd potest contrahere, & hæc opinio magis videtur consonare dictis Sanct. Tho. facit glo. in c. quod sedem eod. titul.

52 Si alter coniugũ sciens impedimẽtum, contrahat altero ignorante, & comperto impedimẽto, alter qui erat ignorans, velit secum habitare tanquam soror, vel frater, tenetur alter qui sciuit habitare secum. ar. capit. 1. de eo qui du. in matr. Si tamen talis contrahat cum alia, vel alio, vbi non impedimẽtum, tenet matrimonium: primam tamen debet tenere, & alere vt sororem. consentit Rayn. & Petr. de Palu. Sed quid compellit ad hoc? ipse contractus, vt videtur velle Tho. 4. sentent. d. 34. quæstio. 1. a. 2. Posset etiam ex aliqua iusta causa alter separationem petere.

53 Quod dictum est de castrato intellige quando taliter est truncatus, quod seminare non potest, secundum quosdam. 32. q. 7. c. his qui. si verò seminare potest, sed inualidè, potest contrahere. & hoc sequitur Petr. de Palu. Alij autem dicerẽt, quòd dummodò possit virgã erigere, & prouocare mulierem, posset contrahere, vt suprà dictum est. Vide Sil. ver. matrimonium. 8. §. 7. quæstion. 16. Sequũtur alia impedimenta, quæ impediunt ne possit contrahi matrimonium: si tamen contrahatur, tenet. Et dicitur non posse contrahi, quia de iure non potest, & absque peccato fieri.

54 Primum impedimentum est interdictum ecclesiæ, vt si episcopus, vel curatus inhibeat aliquibus ne contrahant matrimonium, propter aliquam causam rationabilem: vt puta donec clarè constet de aliquo impedimento, vel huiusmodi. Quando ergo contra talem prohibitionem cõtrahunt, peccãt mortaliter, non tamen matrimon. est inualid. de matri. contract. con. interdi. per totum nisi esset statutum Papæ, qui solus potest facere personas illegitimas ad contrahendũ & tunc matr. contractum contra tale statutum Papæ nullum esset, quod cognoscitur, quando causa est perpetua: secundum Pan. in capit. ad dissoluendum.

Interdicta sunt etiam matrimonia clandestina, vt infrà, Sponsalia. §. 2. & infrà, §. 61.

55 Secundum impedimentum est votum simplex. Nam qui vouit castitatem simpliciter, si contrahat, mortaliter peccat, violans fidem Deo datam: tamen tenet matrimonium, nec illud potest sine mortali consummare, potest enim adhuc votum implere per ingressum religionis: sed postquam consummauit non potest petere debitum sine peccato, reddere tamen potest, & tenetur exigenti, vt si moriatur eius vxor, aliam accipere non potest, secundum Thom. 4. sentent. dist. 31. quæstione prima. Potest tamẽ super prædictis dispensari, & melius erit, propter periculum. Item intellige quòd tenetur reddere petenti expressè, vel interpretatiuè per signa, vel quando credit mulierem velle, sed propter verecundiam non petere. Nam propter hoc, non debet se onerosum exhibere in matrimonio, vt vxor semper habeat expressè petere, & Episcopus potest dispensare: vt communiter moderni tenent, in c. rursus. qui cleri. vel vouen.

56 Tertium impedimentum sunt

sponsalia. Quãdo enim quis alteri dedit fidem, non potest cum alia, vel alio contrahere: quia peccaret frangendo fidem, nisi ex rationabili causa occurrẽte. Si tamẽ cõtrahit, matrimonium tenet, nisi post sponsalia sponsam cognouisset maritali affectu. De sponsalibus suo loco dicetur.

Quartum impedimẽtum est, quando quis est alteri iunctus catechismo: quia tenuit eum ante baptismum ad cathechismum. c. per catechismum. de cog. spi. in 6.

57 QVINTVM impedimentum est incestus cũ consanguineis vxoris, tũc mortua vxore, punitur ab ecclesia, vt nullam aliã possit accipere. c. 1. de eo qui cog. consan. Similiter dic de vxore, quæ permittit se cognosci à consanguineis mariti: secundum Thom. & Archi. Floren. Non autem vniuersaliter intelligitur de omni incestu, vt credit Sum. Ang. non enim reperitur in iure, vt dicit Archiep.

58 SEXTVM impedimẽtum est vxoricidium. 33. quæst. 2. cap. admonere. non autem si vxor virum interficiat, nisi faciat intentione habendi adulterum: vt suprà dictũ est in impedimento criminis: non enim hoc reperitur scriptum. Intellige tamen iuxta superiùs dicta. §. 30. in 5. impedimento.

Septimum impedimentum est raptus alienæ sponsæ. in can. statutum. 27. q. 2.

59 OCTAVVM impedimentum est leuatio proprij filij de fonte baptismi. vel de chrismate. insidiando matrimonio vt possit vxorem priuare debito coniugij. ca. eo. 30. q. 1. suprà. §. 9.

NONVM impedimentũ est sacerdotis occisio. de pœ. & rem. c. presbyterum. quando scilicet cõuictus est de hoc in iudicio: secundum Pan. ibi secundum in vnam expositionem.

Decimum impedimentum est crimen propter quod quis fecit solennem pœnitentiam. 33. q. capit. de his Hoc non est amplius in vsu.

60 VNDECIMVM impedimentum est, si quis monialẽ accepit in vxorem. ibi verò, 27. q. 1. Hæc impedimenta sunt, vel ex statuto ecclesiç, vel iure naturç, ad quod fidelitas spectat & contra facere, maximè contra tres primos casus videlicet contra prohibitionem ecclesiæ cui tenemur obedire, vel contra sponsalitia: quia fides seruanda est, & cõtra votum: quia Deo fit promissio, est mortale. Si quis tamen contraheret post votum simplex, cùm intentione non consummandi matrimonium, sed ingrediendi religionem, ante consummationem, non peccaret mortaliter: quia non agit contra votum, tenetur tamen postmodum ingredi religionem: secundum Caietan. in sum. ibi, matrimonium. In reliquis autem casibus, non iudices mortale, si quis contrahat, quando desit contemptus, nec est consuetum petere licentiam: quia Episcopi scientes, & nihil dicentes, videntur consentire. Tutiùs tamen est petere dispensationem, vel per se, vel per alium, & Episcopus potest dispensare in omnibus, prætertquàm in voto sponsalitio: quia ista duo aliundè habent robur, quàm ex iure positiuo: secundum Caie. vbi suprà.

61 DEBENT etiam matrimonia publicè fieri, prætermissis bãnis, vt si quis scit aliquod impedimentũ, &c. dicat, vbi tamen est consuetudo, & omittendo incurritur peccatum: secus vbi non est talis consuetudo, sed clandestinè contrahens sine sufficientibus testibus, mortaliter peccat: tum ratione scandali, tum ratione periculi, quæ possunt oriri, vt quotidiè experimur. Posset autem per accidens aliquando contrahi secretè sine peccato, vt quando contracto matrimonio in facie ecclesiæ, reperitur impedimentum dirimens: quod erat secretum, & de nouo oportet contrahere, sufficit habita dispensatione occultè contrahere. Posset & alius casus occurrere excusans matrimonium clandestinum, statim tamen publicandum, & non esset mortale. capi. fin. de clandestin. de spon. & can. aliter. 30. q. 5. Vide etiam Caie. in 3. part. suprà S. Tho. circa fin. de hoc.

61 LICET sponsalia, & matrimonia omni tempore fieri possint, cùm non sit prohibitum, & petitio, vel redditio debiti, tamen certis temporibus prohibetur traductio nouæ sponsæ, & nuptiarum celebratio, & huius rationem assignat Thom. in 4. senten. d. 32. a. vlti. Interdicuntur enim ab aduentu vsque ad epiphaniam, à septuagesima vsque ad octa. paschæ, & à tribus diebus ante ascensionem vsque ad octa. pentecostes capitu. non oportet. 33. quæstio. 4. & tribus capitu. sequentibus. de matri. contract. contra inter. per totum. & capit. capellanus. de ferijs. Quando autem incipiant dicti dies, & obseruatio, an in vesperis, vel post, & quando finiantur, an intelligatur octa. epiphaniæ inclusiuè, vel octa. pentecostes, quæ est dies trinitatis, standum est consuetudini, secundum Arch. Floren. infrà. Nuptiæ, per totum.

63 AN consummare matrimonium his diebus sit peccatum mortale, quidam dicunt quod sic, quia principalis causa prohibitionis videtur esse consummatio, secundum Thom. suprà. & d. c. capellanus. prohiberi videtur copulam, vt d. glos. ibi. & Ray. dicit quod tria prohibentur, traductio, consummatio, & solennitas nuptiarum. Tabu. in verbo. impedimentum. 14. §. 1. tenet quod causa principalis est cõsummatio: ideò sine peccato fieri non potest. Caiet. autẽ in summa, ver. matrimonialis vsus. cap. 7. tenet oppositum.

64 DICIT enim quod cõsummare illo tempore, quo sunt prohibitæ traductio & nuptiæ, est quidem peccatum, quia fit contra finem præcepti, sed non mortale, si fiat sine solennitate, & traductione vxoris in domum, quia hoc non inuenitur alicubi prohibitum, nec cadit sub prohibitione ecclesiæ, vt prohibitum, sed vt finis prohibiti. Aliud est enim quod præcipitur, aliud quod est finis præcepti, sicut finis præcepti ieiunij, est eleuatio mentis, si tamen quis ieiunat, & non eleuat mentem, non est transgressor præcepti, & hæc opinio mihi magis quadrat, & pro vera illam teneo.

65 PECCAT etiã mortaliter, & peccato sacrilegij, contrahens per verba de præsenti, & non intendens animo contrahere, quia mentitur perniciosè in sacramento, & est fictus, tenetutque parti læsæ: & tale matrimonium non tenet, cùm non sit verus consensus. Sacrilegium etiam committit, contrahens cum aliqua conditione contraria bono matrimonij, videlicet, contra fidem, prolem, & sacramentum. ca. vlti. de condi. appos. vt si deducatur in pactum sterilitas, totalis separatio, vel non reddito debiti. & in his casibus, vltra peccatũ matrimonium non tenet, in dicto capit. vltimo.

66 PECCANT etiã mortaliter, contrahẽdo matrimonium ad malum finem, vt cùm quis accipit vxorem, vt ea abutatur liberiùs, vel vt furetur. Qui verò contrahit, nõ propter principalem finẽ: primò, vt propter prolem generandam, vel propter vitandam fornicationem, sed vel propter delectationem, vel diuitias, vel parentelam, & huiusmodi. Licet ordo præposteretur, non tamen mortale peccatum incurrit: quia non interuenit abusus sacramenti, ne hoc sacramentum ordinatur ad finem extraneum, sed remanet ordinatum ad suum finem, qui est mutua potestas corporum cõiugum: ita sentit Caiet. suprà. Peccatũ autem interuenit, quoniam debitus ordo non seruatur.

67 PECCAT etiam mortaliter existens excommunicatus, vel in peccato mortali, sine cõtritione cõtrahẽs: quia cùm sit indignus, iniuriam facit tali sacramento. Et intellige etiam de minori excommunicatione, quia separat à participatione passiua sacramentorum: ideo antequam contrahat, faciat se absolui, & confiteatur deuotè, vt hoc sacramentum dignè cum Dei gratia recipiat, aliter sacrilegij peccatũ committit.

68 QVANTVM autẽ ad vsum matri-

monij, multipliciter peccare contingit. Primò, quando quis tantùm propter delectationem vtitur actu coniugij, venialiter agit. Secundò, quando seruat vas, sed non debitum modũ, vt si mulier virum supergrediatur, vel aliter, & tunc est mortale, quando impeditur quod non possit sequi generatio, suprà. luxuria. §. 5. Quod si non impeditur generatio, & fiat ex rationabili causa, vt ne comprimatur proles in ventre, & huiusmodi, erit sine peccato. Tertio mulier peccat petendo debitum, tempore menstruorum, non tamen mortaliter, neque etiam reddendo: secundum Caietanum suprà. quia nulli facit iniuriã, qui in iure suo vtitur. Quartò, vti actu coniugij, cum periculo abortus, vel notabilis nocumenti sui, vel alterius, cùm quis aduertit, & non curat, mortaliter agit: quia est contra charitatem proximi.

6º NEGARE debitum coniugi petenti expressè, vel interpretatiuè, sine rationabili causa, est mortale: quia cõtra iustitiam. Rationabilis causa est, quando non potest sine periculo vitæ, vel grauis infirmitatis. ideò si lepra sit infectiua alterius, vel alia infirmitas, non tenetur sanus alteri reddere debitum cum periculo. Secus quando non esset periculum. suprà, Debitum. §. 3. Similiter quando petens commisit adulterium, quia ius petendi amisit: ideò exactus non tenetur reddere, suprà Debitũ. §. 4. & 16. Diuortium. §. 7.

7º AN sit mortale reddere debitum ante benedictionem, suprà, debitum. §. 12. & de tactibus, qui fiunt inter coniuges, suprà, Debitum. §. 8. & multa habes ibi ad hoc. Et Caieta. in commentarijs tertiæ partis S. Thom. circa finem.

7¹ DE benedictione sponsarum, consuetudo debet attendi. Secundæ nuptiæ, quæ secundæ sunt ex parte amborum coniugum, non debent benedici: si autem sunt secundæ ex parte viri tantum, & non vxoris, vt cùm virgo accipit viduum, debent benedici, sed si sunt secundæ ex parte vxoris, & non viri, vt cùm vidua accipit iuuenem non viduum, non benedicũtur: secundum Thom. 4. senten. dist. 42. q. vlt. a. 2. In capit. vir autem. de secund. nupt. non sit differentia inter virum & vxorem, sed dicitur quod siue vir, siue mulier transeant ad bigamiam, non debent benedici, ne iteretur benedictio. Quia verò consuetudo in multis locis aliter habet: ideò Thom. attulit rationem talis consuetudinis quæ quasi vbique seruatur, & si non esset consuetudo, credo quod stari deberet illi capi. tanquam determinationi ecclesiæ: & sacerdos iterans benedictionem, quando non debet, grauiter peccat, & punitur, in ca. 1. de secund. nupt. nisi obstet consuetudo, secundum Pa. ibi, & Ioan. And. & sponsa, quæ non est virgo, non debet benedici. c. seriatim. 32. distinc. & etiam debent benedici post cõsummationẽ, secundum Tab. impedimentum. 14. si hoc habeat consuetudo.

7² NON licet viro ob adulteriũ vxoris eam totaliter dimittere, & aliam accipere, secundum communiter docto. Caie. autem super Matthæ. 19. tenet: quod potest, ex textu euangelij, vbi dicit Christus: Quicunque dimiserit vxorem suam, nisi ad fornicationem, & aliam duxerit (scilicet in vxorem) mœchatur. Ibi enim motu quæstione, dicit sic sonare sensum planum scripturæ, sed quoniam non audeo me opponere contra torrentem doctorum, & iudiciorum ecclesiasticorum, ideò dixi textum nihil disponere de dimittente fornicatiam. Intelligo igitur ex hac domini Iesu Christi lege, licitum esse Christiano, dimittere vxorem ob fornicationem carnalem ipsius vxoris, & posse aliam ducere vxorem, salua semper ecclesiæ diffinitione, quæ hactenus non apparet. Nam decretales põtificiæ, de hac materia, non sunt diffinitiuæ fidei, sed indiciales facti. Profitentur autem ipsi pontifices, vt patet in c. quanto. de diuor. & c. licèt. de sponsa. duor. in his iudicijs aliquando errasse mani-

mo.

trimonium, nec ex his intelligas vxores posse dimittere viros fornicãtes, quoniam Christus non concessit hoc, nec est par ratio: sicut nec in veteri lege, vxor poterat repudiare virum, sicut econuerso. Nec ego sum primus, qui hunc euangelij textum intellexi, quoniam B. Amb. si intelligens, idem dicit & docuit. primæ Corint. 7. hæc Caiet. quasi de verbo ad verbum, sed oppositum est verum, vt tenent docto. in 4. sen. d. 35. ibi dicit Tho. quod nihil adueniens supra matrimonium, potest ipsum dissoluere. Et super primam Cor. 7. idem tenet, exponens illud, Præcipio non ego, sed dominus. vxorem à viro non discedere. Et Tho. soluit illud dictũ Mat. 19. quod Caie. accipit pro argumento: & dicit, quòd talis obiectio procedit ex falso intellectu. Item quia Caietan. allegat dictum Ambr. sed miror quod Ambr. pro se adducat, cum magister ibi dicat, quòd hæc verba non sunt Amb. sed à falsarijs in libris Ambro. creduntur posita. Ideò Paulus postquàm dixit, aut viro reconcilietur, de viro intulit. Et vir vxorem non dimittat, scilicet totaliter. Potest tamen dimittere quò ad thorum, ex causa, vt suprà diuortium. §. 2. hanc sequere veritatem.

73 SEPTEM casus sunt, in quibus vir mulierem adulteram non potest dimittere. Primus, si ipse vir etiam fornicatus est. capi. significasti. de diuort. etiam post separationem reintegrabitur, etiam si occultè, quia non deficit ius, sed probatio, secundum Tho. suprà, a. 6. ad 5. Secundus, si vir vxorem prostituit, in d. cap. significasti. in glos. vel si non prohibuit cùm posset, quia videtur idem quod consentire: non autem si dedit occasionem indirectè, vt non bene prouidendo, & huiusmodi capi ex literis de diuort. Tertius, quando mulier nupsit credens probabiliter virum suum mortuum, tunc non reputatur adultera. Quartus, si cognita fuit ab aliquo latenter intrante lectum sub specie viri. Quintus, si fuit vi oppressa absolutè. 82. propositio, 32. q. 5. Sextus, si post adulterium sponte reconciliatus, eam carnaliter cognouit, vel eam publicè adulterantem tenet in consortium maritale. 32. q. 1. cap. 2. & 3. Septimus est in c. gaudemus. de diuor. Si matrimonio in infidelitate contracto ex parte vtriusque, vir dederit vxori libellum repudij, & vxor alteri nupserit, tunc si vterque conuertatur: tenetur eandé vir accipere. Alij addunt Octauum, vt vt etiam ponit Thom. 1. Cor. 7. quando vir dedit occasionem mulieri adulterandi, non reddendo ei debitum, cõtra eius voluntatem, vt in c. secũdum verba. 33. q. 5. Alij dicunt non propter hoc excusari, quin maritus possit eam dimittere. argu. ibi in glo. Vide suprà, Diuortium. §. 4.

74 DIMITTENS vxorem adulterã liuore vindictæ, vel propter lucrũ, peccat. secundum Thom. 4. sent. d. 35. a. 6. non autem si ad propulsandam propriam infamiam, ne videatur criminis particeps, vel ad correctionem vitij vxoris, vel euitandum prolis incertitudinem. Quomodo autem debeat procedi in accusatione circa adulterium, quando quæritur separatio, vide Thom. vbi suprà a. 3. ad. 5. & in c. tuæ. de procurat. Quomodò etiam propter aliud crimen possit fieri diuortium, suprà, Diuortium. §. 8.

75 SI mulierem adulteram pœniteat de adulterio, vel est spes correctionis, non tenetur vir ex præcepto eam dimittere, quia pœna corrigens non requiritur, vbi est emendatio. Si autem illam non pœniteat, tenetur dimittere ex præcepto: ne eius peccato consentire videatur, dum correctionem debitam non apponit, secundum Thomam vbi suprà, a. 2. Si tamen crimen sit occultum, nec probari possit, non debet eam dimittere, secundum Petrum de Palu. in 4. sentent. & quando plus cohibetur retinendo, quàm eam relinquendo: vt si timeat quòd sic se prostituet, vel quando maritus timet sibi de incontinentia. In his casibus, secundum Petr. de Palu. suprà, nõ debeat eam deserere. Quòd si non dimittendo immineret scanda-

lum, debet notificare causam quare hoc facit, si potest: quod si non potest, non curet. Et si aliqua authoritas sanctorum videatur contraria, debet intelligi extra prædictos casus. Si autem inuenit eam incorrigibilem, posset eam includere, quod melius esset quàm deserere. Mulier autem non sic tenetur virum deserere, quia non tenetur corrigere virum, nec scandalum de hoc nascitur, & meliùs est illi cohabitare, quia pro tunc vitatur fornicatio, quam cum alijs faceret, nam quantò magis accedit ad vxorem, tantò minùs ad alias fœminas vadit. Si tamen nollet eam cognoscere nisi contra naturam, vel timeret, quòd eam traheret ad peccatum, debet eũ deserere si potest, vt mali imminentis occasionem fugiat.

76 QVAM primùm constat viro de adulterio vxoris, potest illam dimittere quò ad thorum proprio arbitrio: nec tenetur reddere debitum exigenti, quia præiudicaret sibi: secundum Thomam, suprà, a. 3. & fieret irregularis, id est, bigamus, nisi per ecclesiam compelleretur: & tũc aliter reddens, nullum sibi præiudicium facit. Quò autem ad thorum, & cohabitationem, non potest dimittere, nisi ecclesiæ iudicio: & si dimiserit, potest cogi ad habitandum cum ea, nisi statim possit adulterium probare secundum Hostien. infra octo dies. 33. q. 2. c. ecclesiastica. Ideò diuortium, non nisi iudicio ecclesiæ potest fieri, secundum Thomam nisi fornicatio sit carnalis, & notoria. Quod si sic est, potest. capitul. de illis. de diuort. Secus de fornicatione spirituali. & notorio. capitu. porrò, eodem titulo. secundum verò Panormitanum ibi, quando est notorium, est par ratio in vtroque gloss. in cap. fi. de conuer. coniu. Quando aliquid dicatur notorium, suprà. Manifestum, per tot. & Notorium. § 1.

77 SI alter coniugum adulterauit secretè, si petat debitum, nõ coactè, sed humiliter, non propter hoc mortaliter peccat, licèt fornicando ius petendi perdiderit, scilicet quasi sibi debitum, non autem quin possit petere quasi rogando, & non cogendo: nec tenetur reuelare vxori hoc, quia cùm hoc sit introductum fauore coniugis non peccantis: si sciret hoc, & redderet, præiudicaret sibi, non autem si ignoranter reddat. Sic tenet Tabul. ver. matrimonium. 4. §. 6.

78 VIR & vxor in causa diuortij ad paria iudicari possunt, licèt maior causa sit in vno, quàm in alio sufficiens: tamen ad diuortium in vtroq; secundum Thom. suprà. a. 4. reliqua quæ ad diuortiũ pertinet, suprà, Diuortiũ, per totũ. Si ecclesia alteri coniugum scienti impedimentum præcipiat cohabitare cum altero, obediet quò ad cohabitationem, & necessariorum administrationem, non autem quò ad debiti redditionem: secundum Vgo. quia absque peccato reddere non potest.

MEDICVS.

1 MEDICI multis modis peccant. Primò, quando ignorant infirmitatem, & tamen vel ex temeritate, vel ne reputentur ignorantes, vel propter lucrũ, aut huiusmodi, assumunt infirmum medicare, exponentes eum periculo mortis, vel notabilis nocumenti: & hoc est mortale: quia contra charitatem proximi. Vel si possunt scire, tamen nolunt studere, aut peritos consulere. Secundò, peccant mortaliter, quãdo cognita infirmitate negligunt studere de remedijs, vel visitare, vel propinare debitas medicinas si possunt: vel quando fecerunt vnam medicinam, & aduertunt non esse conuenientem, non mutant, ne credantur ignorantes. Si etiam exhibuerunt medicinam dubiam pro certa, vel non secundum artem, sed secundum suam stultam phantasiã volunt medicare, vel experimenta facere, & huiusmodi, quibus infirmus exponitur periculo graui, mortale est. Tertiò, quando consulunt propter sanitatem corporis aliquod, quod est mortale: vt fornicationem, pollutionem, incantationem, vel huiusmodi: mor-

mortale est hoc: quia contra honorem, & præceptum Dei, & etiam est prohibitum in capitul. cùm infirmitas. de pœniten. & remissio. Quartò, quando infirmus est in casu periculoso, & infirmitas grauis est: licèt nō sit in casu mortis, si medicus non admoneat, & inducat ad confessionē quantum potest: vt præcipitur in dict. cap. cùm infirmitas. etiam contraria consuetudine medicorum non obstante: quia non est consuetudo, sed corrupt ela contra bonos mores: ideò non valet: secundum Hostien. in dict. cap. cùm infirmitas. Caietan. tamen ibi in summa dicit, quòd si hæc constitutio non est approbata consensu medicorum vtentium, & superiores hoc scié tes tolerant, & medici non seruant, non ex contemptu, sed ex negligentia, vel respectu humano: vel quia hoc contrariatur suæ arti promittenti semper bonam spem, non peccāt mortaliter. Sed sufficit, quòd dicant illis qui in domo habitant, quibus infirmi cura magis incumbere videtur de salute animæ: vt ipsi admoneant infirmum, qui admonitus si noluerit confiteri, non propter hoc debet relinqui, ne fortè desperatus moriatur. Hoc enim videtur esse contra charitatem: qua tenemur & malis, & iniustis benefacere, & hæc mihi videtur bona determinatio, & satis modesta. Quintò, mortaliter peccant, si non nūcient secundum Archidiac. Flor. & Ioan. de Nea. quol. 11. quando probabiliter credunt, quòd nunciatio mortis infirmo erit multum vtilis animæ infirmi: vt quia confitebitur, disponet de testamento, & huiusmodi, ex quo multa bona proueuient: quia tunc agunt contra charitatem proximi. Secùs quando non credunt hæc debere sequi, tunc non tenentur. Sextò, si non medentur pauperibus infirmis, non valentibus soluere, & ipsi possunt, mortaliter agunt. Quia hic est extremus casus, in quo quilibet potens, tenetur ex præcepto subuenire. Secùs quando est diues, & non vult soluere, nisi quando medicus esset à communitate stipendiatus: quia tunc omnibus gratis seruire tenetur, tàm pauperibus, quàm diuitibus infirmis.

2 SI autem diues sit infirmus, & non vult soluere, non propter hoc medicus debet eum permittere mori sine medicamine, sed debet ministrare remedia, & postmodùm repetere ab eo, vel eius hæredibus stipendium, vel expensas pro eo factas, & ipse, vel hæredes tenētur mercedem soluere medico, qui fecit, quod ille, vel illi tenebantur facere, quamuis contra voluntatē auaram ipsius egerit. ff. de negot. gest. l. Pomponius. Vide in l. Stichus, ff. de pec. leg.

3 SEPTIMÒ peccant, quando nimis excessiuum stipendium petunt contra iustitiam, vel quando faciunt fieri expensas nimis excessiuas, & superfluas maximè pauperibus: vt vel ipsi plus lucrentur, vel aromatarij: vel quando citò possent sanare, sed in longum trahunt: quia quādiu pendet fructificat, & in multis alijs mortaliter delinquunt, quæ poterit prudens confessor aduertere, quando sunt notabiliter contra iustitiam, vel contra charitatem, vel contra bonos mores.

4 CLERICIS in sacris existentibus, vel in minoribus beneficiatis, & religiosis, non licet vti arte medicandi: nisi gratis, & vbi periculum non imminet. capitul. multa. ne cler. vel monac. Chirurgiam verò, quæ incisione, vel adustione, vel sanguinis effusione indiget, exercere eis non licet. capit. sententiam. ne cleric. vel monach. & capit. tua nos. de homi. Ibi enim interdicitur. suprà, Irregularitas. §. 47. Posset enim clericus in medicando irregularitatem contrahere, quam nó contraheret secularis medicus: quia non dat operam rei illicitæ sicut clericus, cui hoc prohibetur, ideò sibi opus illicitum est, non laico.

5 MEDICVS intrans monasterium in quod prohibitum est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ cuipiam excepto medico intrare, etiam quòd non sit doctoratus, dummodò

medicet,& hac de causa intrauerit nõ est excommunicatus: secundum Bartol.in l.sciendum.ff.de ædifi.edict. & ita casui hîc occurrenti respondit. An liceat vocare medicũ Iudæum. suprà, Iudæus.§.9.

6 LICET infirmi, & seruitores non teneantur obedire medico, cùm nõ sit eorum prælatus, nec possit præcipere: tamen si non stant consilijs medici, sed scienter, vel improbabili ignorantia, vel inordinato appetitu sumunt aliquid, propter quod notabile malum, vel mortem incurrant, mortaliter agunt contra charitatem, qua corpus proprium debent diligere. argument.canon.si non licet. vigesimo secundo, quæstione quinta. Idem dic de seruientibus: quia exponunt infirmum graui periculo, & sic si sequeretur mors, essent irregulares: quia ex eorum culpa secuta est. Secus quando ex inuincibili ignorantia faciunt, credentes prodesse infirmo. An medici, vel chirurgi debeant promoueri ad ordines.Sil.ver.medicus.§. vlti.

MENDACIVM.

1 MENDACIVM, quod importat falsam vocis significationem, semper est peccatum,si est cum intentione fallendi: quia est contra virtutẽ iustitiæ. Sed aliquando dicens mendacium intendit bonum proximi, & dicitur officiosum,& est veniale: aliquando intendit solatium, & dicitur iocosum, & est etiam veniale: aliquando intendit nocumentum spirituale, vel corporale, quod si sit notabile, vel ratione personæ, vel ratione rei, est mortale: si autem sit de paruare, vel sit secundum primos motus animi, vel sine animo multum nocendi,communiter est veniale. Similiter quando est ex loquacitate,vel sine mala intentione,nisi ex hoc aliquod graue damnum sequeretur, quòd quis debuisset aduertere: tunc enim mortale esset. Et dico mendacium esse pernicioſum, quando est contra sacram scripturam, vel contra scientias,quę sunt bona intellectus.

2 MENDACIVM prædicatoris de his,quæ pertinent ad officium prædicationis,& mendaciũ iudicis inquantum iudex, & eorum quæ in iudicio dicuntur secundum formam iudicij, siue sit iudicium temporale,siue spirituale: vt iudicium sacramenti, confessionis, mortale est,si formaliter mentiatur quis.suprà, Accusatio.§.vigesimo secundo.infrà,Confessio.§. quinto.Vide Sanct.Tho. secunda secundę. quæstio.110.a.3.& vlti. Archid. Flor. 2.par.tit.10.cap.1.§.3. Si qui negaret se Christianum esse timore mortis,an mortaliter peccaret.suprà.ver. Fides. §.7.Dicit enim Apostolus,Corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem.

3 SI persona grauis diceret mendacium,etiam officiosum, ratione scandali,posset esse mortale: & ratione iuramenti, suprà, Iuramentum.§.7.vel ratione voti, vt si vouisset non dicere aliquod mendacium,& diceret,mortaliter peccaret.

MERCANTIA.

MErcantiam exercere simpliciter propter lucrum tanquàm eius finem,non licet: quia finis talis mercatoris est inhonestus. Si aût lucrum ordinetur ad bonum reipublicæ, vel ad sustentationem propriæ familiæ, vel ad alium finem honestum, erit licita. infrà, Negotiatio.§.1.dummodò non fiãt fraudes, vel aliquod iniustum interueniatur,mendacia, iuramenta falsa,& huiusmodi. Tunc enim ratione adiuncti nõ esset licita,& propter hoc mercatores culpantur.

MERETRIX.

1 MERETRIX est illa, quæ venalem turpitudinem suam facit.32. q.4.c.meretrices,& prohibitum est ad eas accedere de iure diuino,in dict. c. meretrices. & eorum peccatum semper est mortale: quia contra legem naturalem, & diuinam, siue hoc faciant pro mercede, siue non. Quæ si accipiant pecuniam per fraudem, vel ab his,qui alienare nõ possunt, tenentur restituere, sicut de lusore: aliter non, nisi de cõsilio,tanquàm turpe lucrum suprà, Ludus.§.6.

2 DVM

2 DVM meretrices ad pœnitentiã reuertuntur, volentes de criminibus cõfiteri proprijs: secundum Caieta. ibi in summa. & in commentarijs tertię partis, debet sufficere confessori: vt sciat peccata sua in generali carnali: vt qđ per tot annos stetit prostituta omnibus nolentibus, & cę, tam religiosis quàm secularibus, tam consanguineis, quam aliter: & non oportet confessorem sollicitare eam de singulis peccatorum speciebus: quia hoc esset se, & illam prȩcipitare in tentationem, sine vtilitate. sed sat est hęc confusè dici. Potest enim prudens confessor existimare specierum, & actuum multitudinem, & numerũ turpitudinemque.

3 MERETRICIS oblationes recipi ecclesia prohibet, solum in criminis detestationem. Meretricem ducens in vxorem, vt eam à malo retrahat, meretur. 32. q. 1. c. non est culpandus.

MILES.

1 MILITVM peccata ponũtur Lu. 3. ca. videlicet concussio, calumnia, non contentari proprijs stipẽdijs. Concussio pauperum est, quando vi, vel metu, extorquent bona pauperũ vel in persona lædunt. Calumniari dicuntur, quando diuitibus falso imponunt crimen factionis, vel rebellionis, & hostilitatis. Non contentantur proprijs stipendijs, quando volunt expensas, & hospitia sine solutione, quę omnia sunt mortalia: quia contra iustitiã, nisi in re parua.

2 IMPLICANTVR etiam peccato luxuriæ: vt Philosophus dicit, sed magis hoc ex experientia patet & peccato blasphemię. vide suprà aliquid ver. Bellum, per totum.

3 MILITIA ars est licita, si debito modo fiat. c. militare. 23. q. 1. & maximè si seruant regulam datã à Ioã. Bap. Lue. c. 3. Non debẽt se exercere in his, in quibus est periculũ mortis, vel grauis mali, &c.

MINOR.

1 MINOR dicitur, qui 25. annum non compleuit. l. 1. ff. de mino. & potest petere restitutionem in integrum, non solùm in lęsione, quę de patrimonio demit, sed etiam cessantis lucri, ad quadriennium, postquã 25. annum cõpleuit, de his solum in quibus læsus est infrà. 25. annum, dum in minoribus esset. gl. de resti. in int. c. 2.

2 MINOR si intrat religionem: secundum Panor. in c. in præsentia. de probat. potest omnia bona sua alienare. quia mori fingitur. l. Deo nobis. C. de epis. & cle. non autem non ingrediendo, etiam ad causas pias sine authoritate curatoris, nec etiam contrahere. Quòd si ecclesiastico renuntiauit beneficio, minimè restituitur: quia in spiritualibus vt maior admittitur, agit, & cõuenitur l. ait prætor. ff. de mino, & in glo. in prin.

MINARI.

1 MINARI aliquando est mortale: quando quis alteri minatur graue malum, & iniustum: vel nõ ratione iustitiæ, vel correctionis, sed liuore vindictę: non curans an iustũ sit, vel iniustum: quia iniustum ex suo genere mortale est, nisi sit quid minimũ & vlciscì iniurias liuore vindictæ, etiã similiter est peccatum. Si autem hoc fiat ex subita ira, communiter est veniale. suprà, Ira. §. 1. Si autem fiat comminatio ad terrendũ tantùm, & non animo exequendi, est mendacium, & iuxta regulas mendacij iudicandum erit mortale, vel veniale.

2 QVOD si iurentur minę cùm intentione non exequendi, cõmittitur periurium: quia mendaciũ iuratur. Si autem iurantur minæ iniustæ, siue cum animo exequendi, siue non, mortaliter agitur quia malum iuratur, à quo recedere est necessarium. Si autem iurantur minæ iustæ cũ animo exequendi, si ante punitionem facta est aliqua mutatio, per quam minæ mereantur dimitti: vt quia correctꝰ est cui minabatur, vel huiusmodi, vel iudicatur melioꝰ esse nõ punire, propter aliquod melius bonum, iustè remittitur comminatio sine vitio periurij. suprà, Iuramentum. §. 12.

MISSA.

1 MISSA, in qua offertur sacrificium mediatoris à solo sacerdote ritè con-

tè cõsecrato potest dici. de sum.tri. c.1.§.vna & bene dispositio. suprà cõmunicare.§.1. Et dicitur secundum Vgo.de sancto Victo.quasi transmissa à populo ad Deum, per ministrum sacerdotem.

2 MISSA dici potest incipiendo in aurora, vsque ad horam nonam, secundum Th.3.par.quæst.83. inchoatam. propter tamẽ aliquam necessitatẽ, potest aliqualiter anticipari, & tardari, maximè in sabbato sancto, propter ordinationes, & in hoc maximè consuetudo ecclesiæ modernæ attendenda est, & contrafacere est mortale: quia fit contra generalem consuetudinem ecclesiæ, quæ seruari debet, secundum quod in diuersis locis diuersa est. Qui tamen ante auroram celebraret, credens esse auroram, vel haberet super hoc priuilegium, vt Episcopi.secundum glo.in cap.fi. de priui.lib.6. & fratres prædicatores olim congregationis Lombardiæ, cum licentia suorum prælatorum, non peccaret mortaliter, vel in nocte Natiuitatis Domini, vt in cap.nocte.de cons. dist.1. in qua nocte vna tantùm dici potest. capit.eo.soluisti.de celeb.miss. Thom.suprà.3.par.a.2. Pet. de Pal.in 4.sentent. Communicari omni hora dici, dummodò quis sit ieiunus à media nocte, non inuenitur prohibitum, licèt in mane sit hora congruentior. Neque bis in die, nisi cùm quis celebrat.

3 DICERE missam antequàm quis matutinas dixerit.secundum Veruer. mortale est, quia contra generalem, & approbatam ecclesiæ consuetudinẽ fit ca.in his. 11. d. posset tamen dici sine mortali, propter scandalum vitãdum, vel alia ex rationabili causa. Ante primam autem potest dici: quia hęc non est consuetudo, vt prima dicatur ante missam, imò in aliquibus ecclesijs ante primam dicũtur missæ, & quia aliquod statutum de hoc non est, ideò consuetudini standum videtur, quæ contraria huic non apparet.

4 IN ecclesia ordinariè celebrare licet, in alijs autem locis cum licentia. In mari autẽ, vel in fluuio, nunquam, etiam ob necessitatem licet, vbi probabiliter timetur de sanguinis effusione, secundum Archi.Floren. Sub diuo propter necessitatem licet celebrare, priusquam missam perdere: quia eo casu Papa dat licentiam. ca. concedimus.de con.d.1. Et quicunque celebrat, vel celebrare facit diuina, præterquàm in casibus in iure permissis, ei ipso facto est interdictus ecclesię ingressus.ca. episcoporum.de priuil.in 6. Idem si in locis à iure, vel ab homine iudice prohibitis, eodem ca. Quomodò fratres prædicatores super hoc habent priuilegium, suprà, Altare. §.4.

5 IN missa priuata, sufficit habere vnum qui respõdeat, & ministret arg. in.ca.proposuit, de fi.presb. & Pan.in c.quisquis.de vit.& honest.cler.nõ tamen debet esse mulier, quia ministrare non potest, nec incensum circa altare deferre.c.sacratas.d.23. & ca.vestimenta.de con.d.1. In missa verò solenni plures debẽt adesse, per c. hoc quoque de conse.d.1. & Tho.3.par.quæst. 83.a.3.ad vlti. Et vbi ius dicit plures debere interesse, nunc per contrariam cõsuetudinem, secundum Pet.de Pal. abrogatum est.

6 CELEBRANS debet habere calceamẽta, amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, casulam, quę omnia exceptis calceamentis debent esse benedicta, secundum communiorem opinionem. Debet etiam habere ignẽ. c.fi.de cel.mis. calicem cum patina, de quo suprà, Calix.§.1. cum altari lapideo, suprà, Altare.§.1. cum corporali, & tobalijs, seu mappis, quæ adminus debent esse duæ, secundum Archidia. Flor. & Petr.de Pal. Rosel. dicit quod sufficit habere vnam longam, quæ possit plicari, & corporale, & debent esse de lino simplici, vel canabe. suprà, Corporale.§.1. cum missali hostia, azyma, vino, & aqua de qua minus debet poni quàm de vino, vt in c. pernicioſus.de celebr.miss. suprà, Eucharistia.§.11. sine prædictis celebrans secundum communiter doct. vt dicit

eit Arch. Flor. peccat mortaliter quando scienter facit: & potiùs debet non celebrare, etiam si sit dies festus. Si tamen celebrat sine prædictis, non efficitur irregularis, vt dicit Rich. 4. senten. d. 13. cùm non sit cautum in iure sine calceamentis celebrare sine contemptu, & ex eo, quòd non habētur, non videtur mortale, cùm non reperiatur. Bonæ vbi consuetum est, possunt esse loco calceamentorum. Quomodò prædicta debent munda esse suprà, Corporale. §. 5. Sine missali celebrare, videtur mortale, quia celebrans exponit se periculo errandi in canone. Consentit Archi. Flo. & Ang. ver. missa. §. 37.

7 CELEBRANS capite cooperto sine rationabili causa, grauiter peccat, propter c. nullus episcopus. de con. d. 1. vbi præsumptuosè contrafacientes priuantur communione, quòd nō fieret sine graui peccato. Et quando legitur Euangeliū, omnes debent erecti stare, capite discooperto, per can. authoritate Apostolica. de con. d. 1. Angel. in verb. missa. §. 8. tenet quòd mortaliter peccāt propter illud verbum, præsumptuosè, capite cooperto celebrantes sine rationabili causa. quod satis rectè dictum videtur.

8 OMITTENS aliquod notabiliter de his quæ dicenda sunt, vt Euangelium, epistolam, canones, & huiusmodi, mortaliter peccat, secundum communiter doct. si scienter hoc faciat, & maximè si aliquod verbum de consecratione aduertenter dimittit, quòd si inaduertenter dimisit, & postmodùm aduertit, cùm locum in quo debebat dicere pertransiuit, & sine nota replicare non potest: vt si post dictam collectam, recolit de Gloria in excelsis, non debet explicare, nisi essent verba consecrationis necessaria, sine quibus consecratio nequaquam fieret.

9 SI sacerdos post incœptam missam desistat sine rationabili causa, mortaliter peccat, aliàs non, per dict. ca. nullus. de con. d. 1. & can. nihil. 7. quæst. 1. Concordat Sil. ver. missa. 1. §. 4.

10 POST sumptionem sacramenti, sacerdos debet os, calicem, & digitos vino abluere, nisi sit aliam missam celebraturus. cap. ex parte. de cele. miss. & Tho. suprà. a. 7. ad. 10.

11 SI sacerdos inchoata missa deficiat, ita vt non possit complere ante consecrationem, non oportet per alium supleri, secundum Tho. suprà, ar. vlt. ad. 1. potest tamen suppleri, & est securius, si sacerdos est ieiunus. Si defecit post incœptionem canonis, ante consecrationem, & scitur vbi dimisit, ibi incipiatur: quòd si ignoratur, incipiatur à principio canonis: quòd si defecit postquam incœpit consecrare hostiam, & non finiuit formam consecrationis, incipiatur ibi, Qui pridie. & dicat totam formam super eandem materiam, id est hostiam, vel aliam accipiat, prima remota, siue sit ieiunus, siue non, quando non adest sacerdos ieiunus: quia præceptum de perfectione sacramenti maius est, quā de ieiunio. Si defecit post consecrationem hostiæ, & ante consecrationem sanguinis, alius incipiet vbi dimisit, super eandem hostiam, quod melius est: quod si defecit dum consecrabat vinum, & non compleuit consecrationem, potest accipere alium calicem præparatum, & facere sicut dictum est de hostia. Si verò deficiat post consecrationem corporis, & sanguinis completam, incipiat vbi dimisit si scitur, sed si nescitur, incipiat ibi, Hæc quotiens, &c. Si defecit post sumptionem corporis, calice nō sumpto, accipiat aliam hostiam, & alium calicem præparatum seruato priori calice cum reliquijs, & incipiat ibi, Te igitur, &c. Et post assumptionem sacramenti, antequàm perfusionem sumat, recipiat quod seruatum est. Si autem deficiat post sumptionem totius, nun est necesse suppleri per alium ex Thom. suprà, & 4 sentent. d. 8. quæst. 2. ar. 4. quol 2. & in cano. nihil 7. quæst. 1. Hæc à sacerdotibus bene aduertenda sunt, vt veniente casu non erretur.

12 EXISTENS sanus, & temerariè nō perficiens incœptam missam, est ex commu-

communicatus minori excommunicatione, per dictum capit. nihil. & secundum Arch. ibi intelligitur tantùm de minori, quia in dicto canon. nullus episcopus. de consecrat. dist. 1. ponitur in illo casu pœna minoris excommunicationis, non autem si de ecclesia fugeret, propter periculum mortis, vt si videretur ecclesia ruere vel huiusmodi.

13 S 1 sacerdos post cõsecrationem recordatur se non esse ieiunum, vel esse in mortali, de quo non est confessus, vel esse excommunicatum, debet nihilominùs complere sacramentum, mediante contritione. Si autem hoc ante consecrationem accidat, inceptã missam deserat, si sine scandalo potest secundum Tho. suprà (licèt Petrus de Palu. dicat, quòd non debet deserere propter peccatum nõ confessum: quia sufficit in hoc casu contritio) maximè quando est excommunicatus, vel non ieiunus (quanquam Bona. dicat quòd tunc etiam si meminit se esse irregularem) nec in hoc in excommunicatione celebrando efficitur irregularis: quia non adest præsumptio. ar. in c. cleri. & c. latores. de cle. excõ. mi. Multa enim fieri permittuntur ad vitanda scandala.

14 S 1 musca, vel aliquid non venenosum, nec læsiuum, aut prouocatiuum vomitus, post consecrationem reperiatur in calice, debet capi, & diligenter lauari, pòst comburi, & ablutio simul cum cineribus in sacrarium poni. Si verò sit venenosum, vel (vt dictum est) læsiuum nullo modo debet sumi, neque dari, ne calix vitæ vertatur in mortem, sed debet seruari in aliquo vasculo, cum reliquijs, & ne sacramentum remaneat imperfectum, itetum ponatur vinum in calice, & incipiatur a consecratione sanguinis. Tamen si corpus iam sumpsisset, aliam accipiat hostiam, consecretque eam, & totum perficiat sacramentum. Thom. suprà, ad 3.

15 S 1 sacerdos post consecrationem hostiæ, aduertit quòd non posuit vinum in calice, vel aquam, debet statim apponere, & consecrare. Si verò post consecrationem calicis aduertit, quòd non appositit aquam, procedat quia appositio aquæ, non est de necessitate sacramenti: nullo modo debet aquam in sanguine apponere, quia sequeretur aliqua corruptio circa sacramentũ. Si verò percipit quòd in calice non fuit positum vinum, sed lixiuium, vel huiusmodi, & iam dixit verba consecrationis sanguinis, non tamen sumpsit effuso illo liquore, vinum & aquam ponat, & consecret, vt dictum est. Si autem hoc percipit post sumptionem, debet accipere aliam hostiam, & vinum, vt suprà & consecrare omnia, & sumere, non obstante quòd aquam sumpserit, vt seruetur debitus ordo perfectionis sacramenti, secundum Thom. suprà, ad 4. licèt aliter dicant quidam, hæc tamen opinio Sanct. Thom. probabilior est.

16 S 1 aduertit quando sumit calicem, quòd est aqua. antequàm deglutiat, debet expuere in calicem, & extracta particula hostiæ de aqua, aquam reponat in sacrario, & accipiendo, aliam hostiam & vinum, itetum consecret, vt dictum est. particula verò sumatur postmodum, si non timetur de vomitu: aliàs ponatur cum reliquis. licèt quidam dicant quòd debet comburi, & cineres in sacrario reponi, quod videtur esse immane sacrilegium: ideò melius est, quod dicit Tho ibi, suprà, quòd ponatur cum reliquijs, pro maiori reuerentia.

17 S 1 ante consecrationem aduertit non esse hostiam, vt quia à vento est rapta, vel quia non est triticea, vel quia est marcida, & c. tũc ea reiecta aliam accipiat, & sequatur vbi dimisetat, secundum Tho. & Arch. Flor. secundum autem Pet. de pal. & Ric. re incipiat à canone. Quòd si aliam bonam habere non potest, totum deserat, quia non posset sic perficere sacramentum. Nam sacramenti perfectio necessaria est.

18 S 1 percipit defectum hostiæ post sumptionẽ sanguinis, secundũ Arch. Floren.

Floren. & mentem S. Tho. rursus ponat nouum panem & vinum, & iterũ consecret, incipiendo à, Te igitur. vel secundum alios à, Qui pridiè, si tamẽ hoc percipit ante datam benedictionem, quia si pòst perciperet, non esset perficere, sed iterare, secundum Arch. Floren. Si verò non posset aliam hostiam habere, nihilominus sumat sanguinem, ne calix remaneat inassumptus, secundum Rosel. verb. Euchatistia. §. 3.

19 S I post assumptionem hostiæ, & ante assumptionem calicis percipitho stiam non fuisse conuenientem, secundum communiter doct. non obstante quod non sit ieiunus, accipiat aliã hostiã debitam: & incipiat Dominus Iesus qui pridie quàm, &c. vsq; ad. simili modo, &c, & postea alijs omissis, sumat eã, & inde prosequatur vbi dimisit, vt etiã d. Angel. verb. missa. §. 15. & hæc opinio melior est, vt sacramentũ sit perfectum.

20 S I sacerdos post consecrationem non recolit se dixisse verba consecrationis, vel alia necessaria ad hoc sacramentum, secundum Tho. suprà. a. vlti. ad. 5. propter hoc non debet mente conturbari, qui multa dicuntur, quorum memoria non remanet, & præsertim si est cõsuetus dicere bene considerate. Si verò certificetur se omisisse aliquod de necessarijs, vt sunt formæ, resumat à forma consecrationis, & sequatur cętera vt dictum est in defectu materiæ, ne mutetur ordo sacrificij. Sed propter alia dimissa non necessaria, non credo esse reassumendũ, ne mutetur ordo sacrificij, sed esse prosequendum missam secundum ordinem.

21 S I hostia consecrata caderet in calicem aliquo casu, ob quod sacerdos non posset debito ordine perficere, & procedere, non propter hoc debet iterare cum alia hostia, sed prosequi cum illamet, quia hoc non est de necessitate sacramenti, sed in significationem. ex S. Thom. suprà. ad. 6. Ideò prosequatur vsque in finem celebrationem.

22 S I sanguis per negligentiam, vel aliam causam effundatur, vel euomatur, vel hostię consecratę matcescant, vel aliter peteant, ex causa sacerdotis quid sit agendum: vide de cons. dist. 1. can. ex decreto. & can. si per negligentiam. dist. 2 & S. Th. suprà ad vlti. Hi aurem ex quorum negligentia hęcaccidunt, mortaliter peccant: quoniam in re excellentissima, diligentissimam curam habere tenentur. Quòd si animal quod comedit hostiam consecratam, potest capi, immediatè exenteretur: & accepta hostia reponatur in honesto loco, donec naturaliter consumatur, & nullo modo comburatur, quia esset immane sacrilegiũ, nec proijciatur in piscinã: animal autem comburatur, cuius cineres ponantur in piscinam, quia quandiu sunt ibi species panis, est ibi verum Christi corpus, cui summa reuerentia debet exhiberi. Et si aliquis esset ieiunus, & vellet illud sumere, esset laudandus, vt dicit Pet. de Palu.

23 S I assumpto sanguine, remaneat particula hostiæ in fundo calicis, apponatur digitus, & trahatur ad labiũ calicis. & sic sumatur, vel apponatur vinum, & simul cum eo sumatur: primum tamen est melius. Si autem adhęreat palato, resumatur vinũ, & cum eo deglutiatur, vel cum digito remoueatur: primum tamen est honestius. Fractio & figura, non etiam nocent consecrationi, propter tamen scandalum plebis, debet esse hostia non fracta, & rotunda.

24 S I vinum congeletur in calice ante consecrationem, debet liquefieri si potest, & sic consecrari, vt sit actu potabile, si autem congelatum consecretur, erit consecratum: quia non differt ab alio non congelato specie, sed tantùm qualitate.

25 MISSAM celebrare licet tantùm semel in die regulariter, plures tamen aliquando: secundum Thom. 3. par. q. 83. a. 2. vt in natiuitate domini dicuntur tres missæ: quarum vna tantùm ante auroram dici potest. Post autem simul omnes tres possunt dici. de

ci. de celebrat. missa. capitul. soluisti. Aliquando licet plures celebrare propter necessitatem. de celebratio. missa. capit. 1. & 1. & secundum Thom. suprà, ad 5. non tamen pro auaritia, vel adulatione, sed vel pro communicando infirmum, quando aliter fieri non potest, vel quando occurrit subitò sepeliendus, qui secundum consuetudinem non est sine missa sepeliendus, tunc potest dicere sacerdos vnam missam pro viuis, alteram pro defunctis, quando aliter commodè fieri non potest (hoc tamen hodie ampliùs non seruatur) vel quando in die festo peregrini adsunt, volentes audire missam. & aliter fieri non potest, vel propter benedictionem nuptiarum, vbi consuetum est sine missa non benedicere, vel quando quis habet duas ecclesias commendatas, vel vnam commendatam, & aliam intitulatam, & propter paupertatem non potest habere vicarium, vel aliter supplere: quia quilibet populus vult missam in sua ecclesia: vt in canone. 1. 21. quæstion. 1. & capit. dudum. de electio. vel quando eodem die occurrunt duæ missæ dicendæ, vt vna de festo, alia de feria, & non adest alius sacerdos potens supplere, vel quando aliqua magna persona, vt Episcopus, comes, & huiusmodi, qui solent missam quotidiè audire, adessent. Idem dicendum de alijs, etiam non magnis, quando in die festo veniunt, & tenentur audire missam, & aliter fieri non potest. In dictis ergo casibus, potest sacerdos bis celebrare, & non plus: & quòd sit ieiunus, id est, quòd non acceperit ablutionem, neque purificationem solitam recipi.

26 SI quis communicauit in aliqua die, & superueniat periculum de perditione hostiæ consecratæ, si sit ieiunus, potest illam sumere. argum. in canone, tribus. de consecratio. distinct. 2. reliquias autem potest sacerdos etiam post absolutionem sumere: quia non possunt faciliter seruari, & ex eo quòd in vna celebratione incontinenti hoc fit, etiam post absolutionem immediatè reputatur ieiunus: per ea quæ notan. in capitul. olim. el. 1. de restitution. spoliatorum. in glossa. Idem quia præceptum de ieiunio est propter reuerentiam sacramenti: sed reciendo reliquias, ne perdantur, est maior reuerentia, quàm sic relinquere: igitur est licitum. Non autem sic de eo quod non celebrando communicat: quia post absolutionem nō potest reliquias sumere: & qui semel celebrauit licèt post ablutionem possit reliquias sumere (vt diximus) non tamen iterum celebrare, vel aliam hostiam consecratam sumere, quia ritus ecclesiæ solueretur.

27 NON quilibet sacerdos omni die tenetur celebrare, per canon. quotidiè de consecra. distinction. 2. qui tamen curam animarum gerunt, tenentur saltem in festis de præcepto celebrare, vel celebrari facere, vt satisfaciant populo: argumen. capitul. 1. de celebration. missarum. An autem non legitimè impeditus, nunquam celebrans, maximè in solennitatibus, in quibus consueuerunt deuoti communicare, mortaliter peccet, suprà, versic. communio. §. 14. Vide Thom. 3. parte, quæstio. 82. a. vlti. & 4. sent. d. 13. q. 3. ar. 2. quol. 1.

28 SI quis instruitur in aliquo beneficio, vt quotidiè celebret, non tenetur sic institutus ad quotidiè celebrandum: secundum Panormitan. in capitul. significatum. de præbend. & capitu. cōsuluisti. de celebratio. missa. sed debet intelligi, quòd celebret quãto frequentiùs potest, salua sua honestate, & debita deuotione sacramenti. Similiter dic si institueretur ad dicendum peculiarem missam, vt de mortuorũ, vel aliter, & hoc quotidiè, hoc non obstante, potest, & debet celebrare de feria, quando occurrit, per capitul. quidam. de celebra. missa. Secus quando instituitur, vt quotidiè celebret in tali capella: quia tenetur, vel ipse celebrare, vel supplere per alium, si potest, aliter obligationi, & promissioni non (vt debet) satisfacit.

29 QVI-

29 QVILIBET tenetur omni festo de præcepto audire missam, si potest, nisi magna necessitas eum excuset. canone, missas de consecrat. dist. 1. & capitu. omnes fideles. Et hoc de præcepto ecclesiæ: nisi tales essent excommunicati, interdicti, vel legitimè impediti. Alijs autem diebus non tenentur, non obstante canon. solet de consecratio. distinct 1. & capitulo fina. de priuilegijs. in 6. quia non obligant ad præceptum, sed hortantur ex honestate.

30 LEGITIMA impedimenta sunt in particulari: vt elicitur ab Archidia. Floren. & alijs doct. custodia infirmorum, qui sine periculo notabili relinqui non possunt, ipsa infirmitas, ob quam infirmus sine periculo exire non potest: custodia puerorum, qui sine periculo relinqui non possunt: arduum negotium, quod esset relinquendum propter auditionem missæ, officiales, castellani, seruitores dominorum, & seruitrices. Domini, & consiliarij, qui vrgentibus causis tempore missæ sunt occupati. Puellæ nubiles, quando prohibetur à parentibus, quos etiam rationabilis causa in hoc excusat, vt si propter honestatem, vel consuetudinem, vel periculum hoc faciant. Viduæ etiam, si per aliquot dies secundum laudabilem consuetudinem in domo clausæ maneant: secus quãdo hoc fieret per mensem. Coniugatæ quę sine virorum scandalo ire non possunt, vel turbatione familiæ, si non præparent prandium, & huiusmodi. Debent tamen domini, & patroni seruis & ancillis suis dare tẽpus eundi ad missam quantum possunt. Itinerantes si commodè non possunt audire: vt quia societas noluit expectare, vel nauis voluit recedere, & huiusmodi: & solus eundo erat in periculo, vel propter latrones, vel propter expensas, quas à socijs habebat, vel huiusmodi. Mulieres etiam pauperculæ, non habentes vnde decenter vestiantur, & quæ exeuntes ad missam sic deriderentur: & breuiter quotiens quis missam dimittit propter aliquod, quod rationabile iudicatur: secundum rectum iudicium, remoto contemptu, excusatur à mortali. Vt sunt custodes portarum, rerum, domus, & huiusmodi, qui libenter irent ad missam, nisi prædicta obstarent. Reliqui autem omnes vsum rationis habentes, tenentur, si sciunt, vel commodè scire potuerunt hoc præceptum: secundum Petrum de Palud. In huiusmodi discretus confessor auditor pœnitente iudicabit.

31 TOTA missa à principio vsque ad benedictionem debet audiri: in dicto capitulo, missas. & quia modicũ pro nihilo reputatur. capitulo, re vera. de consecratione. distinctione secunda. ideò, qui modicum dimitteret, vt introitum, vel huiusmodi. vel quia occupatur quis in mysterijs missæ, non agit contra præceptum: secus si dimittat partem notabilem: secundum Archidiaconum Florentinum: vt esset euangelium, vel tertia pars missæ, & huiusmodi. Neque necesse est auribus proprijs audire verba, licèt sit bene factum, sed sufficit præsentem ibi esse, & vacare pro illo tempore his, quæ dicuntur, quia sic intendit ecclesia, & quòd non se occupet in alijs pro tunc. Nec necesse est, quòd audiatur in propria parochia, vel alia ecclesia, sed vbicunque audiatur, satisfit. Similiter satisfacit siue quis audiat missam, quæ deberet de eo, de quo fit officium, dicit: vt est argum. in capi. quidam laicorum. de celeb. miss. & ibi Panor. siue audiat aliam. Licèt quidam teneant oppositum, & malè, quia d. ca. missas. & capitul. quidam. non loquuntur de necessitate de propria missa, sed de cõgruitate. Et Panormitan. etiam ibi in dicto cap. quidam, & Archid. Floren. dicit, quòd non tenetur, & si fortè contra prædicta esset aliquod ius, per contrariam consuetudinem abrogatum est.

32 MISSA de sancto aliquo ita prodest defunctis, ac si de mortuis diceretur, quò ad sacrificium, quò autem ad orationes, magis prodest ea, quæ pro-

defunctis est: tamen huic defectui facit satis maior deuotio, vel affectio eius, qui missam de sancto celebrat: secundum Thomam 4. sentent. d. 45. q. 2. a. 1. ql. 1 ad 5. Vnde non est bene factum relinquere missas ordinarias, quando debent dici pro missis mortuorum.

33 SI sacerdos est celebraturus pro aliquo, vel aliquibus, dummodò non fecerit promissionem alicui de merito totius illius missæ, & superueniat alius, vel plures, rogantes celebrari pro animabus suorum defunctorum, potest omnes acceptare, & valet pro omnibus secundum deuotionem offerentium. Nam offerentes eleemosynam, & rogantes offerri, dicuntur offerre & ipsi sacrificium; & in hoc sensu potest intelligi canon. non mediocriter. de consecration. distinctio. 5. Debet ergo sacerdos esse cautus, vt nulli promittat specialiter, sed dicat: rogabo pro eo, &c. Hoc secundum mentem Sil. ver. missa, primo circa finem. Idem videtur sentire sum. Angel ver. missa. §. 32. quò ad meritum speciale.

Quomodò missa concubinarij nō possit audiri, supr. Clericus. §. 13.

34 MISSA boni sacerdotis orantis etiam in personæ ecclesiæ, vt eius instrumentū plus valet, quàm mali ad impetrandum gratiam: quantò enim melius est instrumentum, tantò opus melius efficitur. Quòd autem ad sacramentum æqualis est, licèt aliqui dicant contrarium. Primum tamen est secundum Thom. 4. sent. dist. 13. q. 1. a. 1. ql. & ratio, quæ hîc adducitur, est optima.

35 SI sacerdos tribus sigillatim promisit celebrare vnā missam, & postea non celebrat, nisi vnā pro illis tribus: secundum Per. de pa non satisfacit: potest tamen secundum eum, & Archi. Florent. multis modis excusari. Et primò propter impossibilitatem celebrādi: vt quia oportet ipsum celebrare secundum intentionem prælati. Secundò propter consuetudinem, & maximè si talis sit consuetudinem. Tertiò, si in alijs suffragijs satisfacit, vel si haberet tantùm affectum ad quemlibet trium, sicut ad vnum tenetur habere, vel sequendo superiorem opinionem. Et si promisit celebrare in vno loco, vel de spiritu sancto, vel aliter, & non facit, infideliter agit, & nō satisfacit.

36 SACERDOTES, qui sunt de aliquo collegio, debent celebrare secundum intentionem præsidentis, qui est dispensator onerum, & commodorū, & potest dare licentiam alicui, vt celebret pro aliquo amico suo, ex rationabili causa.

37 QVI celebrat, vt Deus aliquē perdat, mortaliter peccat. arg. in cap. quicunque. 26. qu. 5. nec nocet illi hoc sacramentum, cùm de natura eius sit prodesse: vt arg. 1. quæst. 1. can. si aut Deus; Posset tamen excusari à mortali, si talis esset inimicus reipubl. vel talis, cui tale malum iustè possit imprecari, & non faceret liuore vindictæ sed pro iustitia, vel cōmuni bono seruando.

38 MISSA non debet dici, nisi pro his, qui sunt membra Christi, vt pro viuis & mortuis in charitate existentibus. cap. visum. de consecrat. dist. 1. & Thom. 3. parte, quæst. 79. artic. 6. ad 2. alijs autem non prodesset. Prohinc qui sunt in gloria, celebratur ad honorem & gloriam eorum, vel pro solatio viuorum.

39 AVDIENS missam de præcepto, non potest simul dicere aliquam aliā orationem, vt officiū, ad quod tenetur sub præcepto, quia cùm sint duæ obligationes, duo tēpora distincta requirunt. suprà, Festum. §. 11.

40 RELIGIOSI præcipitur in cle religiosi. de priuil. ne dicant verba infamatoria, vel falsa, & ne laicos à frequentia ecclesiarum suorum prælatorum, vel accessu retrahāt sub interminatione anathematis. Missam celebrantes, omissionis tot peccata habere possunt, quot sunt requisita ad eius celebrationem, quæ volentem celebrare scire oportet, ne omittendo peccet.

MISERABILIS *persona.*

MISERABILES personæ sunt, quæ per se non possunt causam promouere. cap. 1. de postul. & sunt secundum Panor. in cap. licèt. de cens. cæci, pauperes, pupilli, viduæ, & morbo laborãtes, qui possunt ab ecclesia auxilium implorare, quando nimis in collectis grauantur in canone, significantibus. de officio delegat. & ibi Pan. Excusantur autem hi à muneribus personalibus, secũdum eundem Pa. in dict. cap. licèt. non autem à realibus ordinarijs, nisi principes velint ea remittere. cap. de vacation. mun. & de mune. pa. quasi per totum. Pro miserabili persona constitutus in sacris potest aduocare, etiam in foro secuto. Abb. in cap. 1. de postulat. Facit quod not. in cap. ex teno re. de foro competenti.

MODERAMEN.

MODERAMEN inculpatæ tutelæ est, quando id fit, quo omisso iniuria repelli non potest, nõ enim imputatur alicui quod facit, si aliter se defendere non poterat, & iniuriam repellere. l. scientiam. §. quod cum aliter. ff. ad leg. Aqui. quod considerabitur ad arbitrium boni viri, pensatis circunstantijs, scilicèt modò, qui est circa qualitatem armorum. Non enim debet resistere cum armis, si sine armis inuaditur, vel si venit cum pugno, non debet baculo repercuti: vnde potest talibus vti, quæ sufficiant ad repellendum, & non plus. Considerandum est etiam moderamen in cursu temporis, vt quando inuaditur persona, antequàm quis percutiatur, potest incontinenti inuadentem percutere, vt euadat percussionem, & iniuriam, & magis dicitur repellere iniuriam, quàm inferre. & intelligitur glo. in l. ex plagis, §. tabernarius. ff. ad le. Aqu. & Bar. ibi. Si autem iniuria iam est facta, non est licitũ percutere etiam incontinenti, quia nõ est defensio, sed vindicta, quę non est per missa singulis, sed iudici, nisi timeretur geminata percussio, secundũ Inn. in c. olim. de restit. spo. Si verò violentia rebus infertur, debet repelli incontinenti, licèt iam sit facta iniuria, quia hęc nõ est vindicta, sed defensio. Item consideranda est causa, vt scilicèt fiat ad defensionem, & nõ ad vltionem: & hæc defensio manualis, quia naturalis est, per aliquam legem, vel iudicem tolli non potest. Secus de ea, quę est de lege positiua aliqualiter, vt sic, vel sic appellare.

MOLLITIES.

MOLLITIES, quæ est idẽ quod peccatum pollutionis contra naturam voluntariè, siue fiat sine instrumento, siue cum instrumẽto proprio, vel alieno, mortalis est, sicut & ipsa pollutio, de qua infrà, Pollutio, per totũ. Est & mollities alia opposita perseuerantiæ, qua homo adeò est deditꝰ delectationibus, vt non solùm à contristantibus, verùm etiam à tollentibus delectationem abducatur, vt viâ virtutis deserat, & quia contra rationem, ideò peccatum est.

MONACHVS.

[1] MONACHI differunt à cõuersis & oblatis: secũdũ Pa. in c. nõ est. de reg. quia cõuersi sunt, qui offerũt se & sua, mutando habitũ, & profitẽdo, laici tamẽ sunt, quia non promouẽtur ad ordines. Oblati verò sunt, qui se, & sua offerunt monasterio, habitu non mutato. Et secundũ glo. in c. vt lex. 27. q. 1. isti cõuersi & oblati magis astringuntur monasterio, quàm monachi: quia etiã causa arctioris religionis non possunt ad alia monasteria transire, quamuis à superiore licentiam petãt, quia efficiuntur quasi serui monasterij. Monachi verò hodie sunt propriè, qui habitum mutant, profitentur, & ad ordines promouentur. 16. qu. 1. in multis capitulis.

[2] MONACHORVM nomine in materia odiosa non veniunt alij religiosi, vt patet in cle. 1. de sta. mo. vbi tex. postquàm excommunicauit monachos, subiungit, aut canonicos regulares, quod frustrà fuisset appositum,

si nomine monachorum venirent omnes religiosi. Pan. verò in c. ex parte. de postul. dicit, q̃ cõstitutio emanens respectu religionis, licèt loquatur de monachis, ad oẽs tamen religiosos extenditur, nisi possit diuersitatis ratio assignari: & hoc in omni materia. Primũ tamen videtur melius, quia ibi non aparet specialis ratio differentiæ, & tamen nomine monachorũ non includuntur canonici regulares, &c.

3 LICET ordo manachorum sit artioris obseruantiæ, quàm canonicorum regularium: vt dicit Th. 22. q. 189. a. 8. ad 2. tamẽ si monachi essent laici, liceret eis transire ad ordinem canonicorũ aliũ, & non econtrà. ca. mandamus. 19. q. 3. Si autẽ monachi sint ministerijs obsequentes, nõ licet transire ad dictos canonicos, bene tamen econuerso, perita tamen superioris licentia. c. statuimus. 19. q. 3. & d. c. mandamus. Quomodò regulariter possint transire infrà, Religio, §. 14.

4 MONACHVS non potest fieri canonicus ecclesiæ secularis. ca in noua. 16. q. 7. extrà, de elec cùm causam. Idẽ die de religioso per allegata.

5 MONACHVS vel religiosus non possunt promoueri ad aliquod beneficium, vel dignitatem ecclesiæ secularis, nisi sit episcopalis: secundum Pan. in c. quod Dei. de sta. mo. neque ad canonicatum, vel ad aliud simplex beneficium in ecclesia collegiata. c. super eo de regu. nec in hoc Episcopus potest dispensare secundum Car. In ecclesia autem non collegiata, secundũ Pan. potest eligi, vt sit præpositus, non autem secundum Host. nisi dispensatiuè. Si autem ecclesia sit cũ cura, potest religiosus de iure cõmuni promoueri, vt cõmuniter tenetur: secundum Host. Ioan. And. & Cal ab episcopo sine dispensatione, & hoc sequitur Fel. in cons. 131. Domini tamen de rota tenent q̃ requiratur dispensatio: vide nihilominùs text. cum glo. in c. parochia. 17. q. 1. & tex. in d. c. quod Dei. qui dicit, quòd monachi possunt promoueri, ex quo videtur quòd non indigeant dispensatione.

6 MONACHVS non potest habere curam animarum in ecclesia, vbi monachi collegialiter habitant: secundũ Panormita. in cap. 1. de capel. mo. sed debet episcopus capellanum instituere, qui populum de cõsilio monachorum regat.

7 MONACHO non licet locum habere in diuersis monasterijs. c. fi. de re lig. dom. nisi vnum monasterium sit sub alio, nec potest præfici in diuersis monasterijs, nec pluribus ecclesijs curam animarum habentibus, nisi vni ex alio pendeat. l. 6. de præb. c. cùm singula. vbi ponitur pœna committentibus monacho prædicta, & alias administrationes consuetas non eiusdem monasterij.

8 MONACHVS vel religiosus deputatus alicui ecclesiæ, tenetur ad substantialia suæ regulæ, vt ad tria vota, ad deferendum habitum, etiam si sit episcopus, nec debet portare rochetum. c. clerici. de vit. & ho. cle. & tenetur abstinere ab esu carnium, sicut ante, nisi dispensetur: secundum Gof. allegantem. c. quisquis. d. 41. Ab alijs autem, quæ officium suum impediunt, absoluitur, non autẽ ab his, quæ non impediunt, imò magis iuuant, nõ absoluitur, & sic intelligitur. ca. monachum. 20. qu 1. & c. nemo 16. qu. 1. quando verò, & quomodò eximatur ab obedientia Abbatis: vide c. vnicum. 19. q. 1. & c. parochia. 16. q. 1. & c. sanc. can. visis. 16. q. 2. Vide Tab. ver. monachus. §. 5.

9 SI talis dispensatione indigeat, ad illum recurret, sub cuius iurisdictione ecclesia sua subiecta est, siue sit abbas, siue episcopus, vel Papa, quanquàm ipse sit exempta. & ipse secũ poterit dispensari, sicut alij prælati exemptorum: vt dicunt quidam rationabiliter, & eligere sibi confessorem.

10 MONACHIS multa prohibẽtur in cle. ne in agro dominico. de sta mo. & in c. ad monasterium de stat. mon. & cap. in singulis. Vide ibi, si opus est, & sunt decem, videlicèt: deferre habitus secundum formam, omni mense confiteri, & eucharistiam suscipere.

expan-

exponatur regula ab aliquo, &c. non vti camisijs, seruare silentiũ certis horis, & locis, facere capitula triennia, & interdicitur aucupatio, & venatio: nõ ire ad curias mandatur: non tenere arma, non comedere carnes. infrà, Religio. §. 12. Thom. quolib. 9. a. 4. Multa alia prohibentur eis in sua regula, & ordinationibus suis, quæ videndæ essent.

11 MONACHVS comedens carnes, nõ peccat mortaliter, nisi propter præceptum, vel contemptum, licèt dicatur in canone, quòd incarceretur, quia intelligitur de monacho contumaci, vel inobedienti. infrà, Religio, §. 12. Vide Sanct. Thom. secunda secundæ. quæst. 186. artic. 9. vbi rationem horũ scribit.

12 Ex contractu monachi, cui commissa est administratio, tenetur abbas, & monasterium, inquantùm se extendit administratio: secundum Innoc. aliter nõ: nec ipse monachus tenetur, quia nihil habet: tamen omnis actio per monachũ acquisita, etiam si sit furtiuus ad monasteriũ pertinet. ff. de acqui poss. l. 1. Quia quicquid acquirit monachus, monasterio acquirit, sibi autem nihil, cùm proprium habere nequeat.

13 ABBAS, nec monasterium tenentur pro furto rei depositæ alicui monacho, nisi Abbas fuisset in causa, vt quia vidit, & potuit facilè prohibere, & noluit: vt credit Inno. Dicit tamen Host. q. licèt Abbas videat res auferri, & non prohibeat, licèt peccet, non tamen credit ipsum, vel monasteriũ teneri, ex quo fuerunt penes personam monachi. c. 1. de depo. & hoc credo verius, nisi fuisset talis persona, quæ hoc prohibere debuisset.

14 MONASTERIVM non tenetur pro delicto monachi, vel Abbatis, nisi pro quanto versum est in eius vtilitatem: secundum Innocentium, & Host.

15 Si monacho relinquatur aliquid conuertendum in vsum pauperum, quod licitum est. de testam. c. 2. lib. 6. vel pro vsu vestimentorum, vel librorum, vel huiusmodi, valet, abbate consentiente, aliter non: & si relinquatur, vt administret, prout sibi placet, tanquàm res propria, non poterit habere etiam de licentia Papæ. per d. c. ad monasterium. quòd si abbas nolit cõsentire ad suscipiendum dictam administrationem, teliciũ non valet, & remanebit apud grauatum. l. vnic. ca. de caduc. tollen. Abbas autem poterit auferre talem vsumfructum, in quo tenuit legatum à monacho. per c. 2. de statu monach. Cautelam autem eius, qui vult quòd monachus habeat vsumfructũ, esset si sic diceret: lego tali vsumfructum talis rei, donec & quousque molestabitur per suum Abbatem, quo casu nolo amplius quòd habeat, secũdum Paul. de Cast. ff. ad Treb. §. tres hæredes. l. Lucius. Quomodò bona ingredientium religionem pertineant ad monasterium, infrà. Religio. §. 17. 21. & 22. Quid fiendum de bonis relictis illis religiosis, qui nihil habere possunt: vide auth. ingressi. ca. de sacr. san. eccle.

MONASTERIVM.

1 MONASTERIVM non potest noua cõsuetudine grauari seruitio, vel onere, nisi à patrono in principio de episcopi cõsensu sint imposita: non tamen in dote necessaria, sed in aliijs à dote. c. scientes. de cens.

2 MONASTERIA frequentans monialiũ, si sit clericus, sine causa manifesta & rationabili, post admonitionẽ deponitur, & secularis excõmunicatur. c. monasteria. de vi. & ho. cle. Monasteria, in quibus sunt masculi & fœminæ, quæ dicuntur dupla, licita non sunt: vt not. in c. diffiniuimus. &c. in decima. 18. q. 2.

MONETA.

MONETA, suprà. Falsarius, per totum.

MONOPOLIVM.

MONOPOLIVM est singularis negotiatio in ciuitate, & damnatur. c. de monopolijs. l. vnica. Vnde non licèt mercatoribus cõcordare inter se: vt omnes vno pretio vendant, & non minori aliquis vendere possit,

neque licet vt vnus solus sit venditor, vel emptor: & contrarium facientes, peccant mortaliter, propter pœnam exilij, & spoliationis omnium bonorum appositam. Insuper quia hoc est contra iustitiam, & bonum reipubl. Ideireò tales essent penitùs exterminandi è ciuitatibus.

MORA.

1 MORAM incurrit quis, quando non facit, quod facere tenetur, & eo tempore. vt not. in c. vlt. de loc. Et quando dies apposita est obligationi, nò requiritur monitio: vt quis constituatur in mora: in d. c. vlt. quia dies pro homine interpellat. Si dies non sit apposita, requiritur monitio: secundū Pa. in c. licèt Heli. de simo. & de accus. c. 2. quamuis gl. in d. c. licèt Heli. dicat quòd in pecuniarijs admonitio est de honestate, non de necessitate. infrà, §. 2. Obligatio. §. 5.

2 MOROSVS tenetur ad restitutionem damni emergentis ex tali mora ipsi creditori, & lucri cessantis. Et not. quòd non dicitur in mora, qui potest se tueri legitima exceptione: per regulam, non est in mora. de reg. iur. lib. 6. Ignorantia autem, quando quis tenetur, & impossibilitas excusant à morositate. per l. quod te. ff. de re. cre. & quando non fuit monitus: secundum Ludo. de Ro.

3 MORA purgatur ex celeri solutione ante factā requisitionē: vt not. in d. c. vlt. Not. q; mora & culpa ęquiparā tur, nisi in hoc, quòd mora est purgabilis. l. seruum. ff. de verb. obl.

4 MORA sua vnicuiq; semper est nociua: propterea si quis est in mora restituendi aliquid, & casu etiam fortuito pereat, nocet morosò, nisi clarum sit, quòd eodem modo apud dominum perijsset. per l. fi. §. 1. ff. ad leg. Rhod. de iact. Si autem dubium est, non liberatur debitor: quia interpretatio fit contra eum. l. cùm res. ff. de leg. 1. §. final.

5 SI debitor fuit in mora soluendi, & postea creditor in mora recipiendi, vel econtrà, vltima mora nocet. l. debitor. ff. de vsur. & fru.

6 MORA semel cōmissa purgari non potest, quando dies præfigitur à lege, vel canone pœnam imponente: vt dicit Ioan. And in regula, mora. in 6. de re. iur. quia pœna semel cōmissa non purgatur, & sic intellige iura dicentia moram non purgari. de elect. c. in cunctis nisi in eodem canone caueatur, quòd mora possit purgari, & pœna vitari. & ita iura cōtraria, quæ videntur velle, quòd purgari possit: vt in c. t. d. 18. & d. 100. c. quoniā. & de sup. neg. præla. c. literas intelliguntur.

MORTVVS.

1 MORTVVM spoliare, peccatum est contra legis prohibitionem. l. 3. ff. de sepul. vio. quia spoliatores mortuorum latronibus comparantur. 4. l. Ethicorum.

2 MORI pro salute proximi, quando adest articulus necessitatis, quilibet tenetur esse paratus: quia ad hoc cogit charitas, suprà, Episcopus. §. 3. & 4.

3 NON est peccatū petere a morière, vt post mortē veniat, & de suo statu informet: secundum Th. q. 3. q. 9. a. 1. secundū tamen diuinum iudiciū. Esset tamen peccatum, si hoc procederetur dubitatiōe fidei, vel ex alia iniusta causa. Magis enim scripturis sacris, quàm mortuis credere tenemur: vt ex euangelio Luc. c. 16. colligitur.

4 EXPONERE se mortis periculo p salute personę, per quā ecclesia, vel respub. sustētatur, laudabile est: secundū Th. secunda secundæ. q. 12. a. 6. Et nullus est à morte eripiendus contra iura: secundum Th. ij. ij. q. 10. a. 12. ad 2.

5 MORS illata etiam pro criminibus, aufert totam pœnam peccati, vel partem, secundum quantitatem culpæ, & patientiæ, & contritionis, si patienter toleretur: non autem sic de morte naturali, per quam non purgatur quis à peccatis actualibus: secundum Th. secunda secundę. q. 164. a. 1. ad 6. licèt quidam oppositum teneāt, & malè, quia in naturalibus neq; meremur, neque demeremur: vt sic. Scotus autē in 4. sent. d. 21. dicit, quòd si voluntariè acceptetur, est sufficiens pœna pro venialibus.

ISTI dicũtur esse in articulo mortis, videlicet laborans febre continua, obsessus vbi machinæ iaciuntur, obsessus ab hostibus volentibus eũ occidere, nauigaturus per loca periculosa, iturus per loca insidiosa, ætate cõfectus, vel breuiter status cuiuslibet, arbitrio boni viri pensatis debitis circunstantijs, iudicantis talem esse in mortis articulo. & hæc est generalis regula, qua possit quis iudicari esse in articulo mortis: vt possit absolui, &c.

MORTVARIA.

MORTVARIA, suprà, Exequiç per totum.

MVLIER.

MVLIER, suprà, Fœmina, per totum.

MVRMVRATIO.

MVRMVRATIO est quędã querela cum impatientia, in his, quæ homo debet patienter ferre: vt dicit quædam gl. super illud Sapien. 1. Custodite vos à murmuratione. Et committitur aliquando contra Deũ, quando displicet alicui, quòd non det prosperitatem, vel mittat tribulationem, vel quòd non regat mundum modo nostro. Est etiam cõtra homines, quando scilicèt quis conqueritur de re iusta, vel iniusta, sed non debito modo, vel non apud eum, cuius interest prouidere, & licèt cõmuniter sit peccatũ veniale, est tamen quandoq; mortale: vt si ex ipsa fiat contra aliquod præceptum, vel propter scandalum, vel huiusmodi. De pœna murmurantiũ, vide c. alienus. d. 90. Hoc vitium coincidit cum detractione, quamuis murmurationis nomine minùs significetur: vt dicit Caieta.

MVTILARE.

MVTILARE se, vel alium, est illicitum, secundum Th. secunda secundæ. q. 65. a. 1. & peccatum ex se mortale: quia notabile nocumentum infertur sibi, vel proximo, quod est cõtra charitatem: nisi fiat propter sanitatem totius corporis, secundum artem medicinæ, vel per publicam potestatem, propter bonum commune. Mutilare autem est membrum inutile reddere, vel truncare. suprà, Corpore vitiatus. §. 1. Quomodo inducatur propter hoc irregularitas, suprà, Irregularitas. §. 2. & 5. & Corpore vitiatus. §. 2.

MVTVVM.

MVTVVM est, quòd de meo fit tuum. ff. si cert. petat. l. 2. & consistit in his, quæ mensurantur, & ponderantur. in d. l. 2. Ex hoc sequitur, q; si res mutata pereat, etiam casu fortuito, periculum manet apud eum, qui mutuò accepit. l. incendium. c. si cert. peta. Res enim si pereat, perit illi, cuius est. Secus quando consignatur pecunia in bursa, tunc non est mutuum, sed depositum. ff. si cert. petat. l. si ab initio.

HABENS pecuniam sibi pro aliquo tempore inutilem, mortaliter peccat, si non mutuat indigenti petenti: secundum Sco. in 4. quia facit contra præceptum naturæ, & Christi. Luc. 6. Intellige tamen primò, quòd sit tutus de retrahendo tempore opportuno. Secundò, in indigentia citra necessitatem, vel decentiam. Si autem esset extrema necessitas, debet commodare, etiam quòd nõ esset tutus de rehabendo. Si enim tenetur tunc subuenire, multò magis mutuare, suprà, Eleemosyna. § . 3. Vide infrà, Vsura, quando non licèt, per totum.

NAVFRAGIVM.

RAPIENTES res de naufragio, siue in mari, siue in littore, siue in aqua, mortaliter peccant: quia contra iustitiam agunt, & proximum notabiliter offendunt in bonis, & tenẽtur restituere. l. si quis ex naufragio. ff. de incen. rui. & naufrag. nec aliqua consuetudo potest excusare, quin sit furtum. ff. de acqui. rer. dom. l. qua ratione. in fi. Et si talis sit prælatus, vel clericus. debet deponi. c. dilecti. el 1. de accu. si laicus debet excommunicari, si non restituat, vel est excommunicatus. de rapt. c. excommunicationi. suprà, Excommunicatio 78. Intelligede spoliantibus eos, qui ex iusta causa nauigant: secus de piratis, & hostibus fidei, qui nomini Christiano ini-

micantur.capit. de furt.in authentic. nauigia.

2 RAPIENS de naufragio rem statim perituram: vt saccharum,vel huiusmodi,quæ sine illo non fuisset salua,si sine quocûque vitę periculo hoc facit,tenetur restituere: quoniam ad hoc agendum charitas fraterna illum vrgebat: debet tamen habere laboris sui præmium. Si verò cepit cum qualicunque vitæ periculo, & patronus aliter non erat habiturus, quia perijsset,non tenetur restituere: quia cũ tali periculo non tenebatur suffragati domino. Si autem patronus alia via verisimiliter erat rehabiturus, licèt mortis periculo se exposuerit, restituet, & laboris sui mercedem accipiet ad arbitrium boni viri. In illo enim casu non habebantur pro derelicto. Si autem fieret statutum,vt rapientes de naufragio tantum lucrarentur, teneret:quia fit in fauorem naufragantium,& rapientes tunc deberent habere mercedem taxatam. Si quis autè prędicta iactata in mari,vel sponte,vel per naufragium inueniat à casu, tenetur restituere, nisi haberentur pro derelicto: secundum gl.in c.cùm dilecti. de accus.

NECROMANTIA.

NECROMANTIA, quæ importat diuinationem per dæmonem repræsentantem mortuorũ personas, mortale peccatum est:quia ibi est dæmonum inuocatio,& societas,quę sine mortali esse nõ potest, suprà,Incantatio.§.1.infrà,Superstitio.§.3.

NEGLIGENTIA.

NEGLIGENTIA in opere exteriori vel interiori potest esse mortale peccatũ:vel quia negligitur opus necessarium ad salutem, vt confessio, vel huiusmodi vel contemnitur opus bonum,& sic voluntas cadit à charitate:quia contemptus vbique damnabilis est:aliàs communiter est veniale. Arch.Flor.in 2.part.tit.9.c.3.in fin.videtur velle,quòd negligentia,quæ est ex cõsuetudine,sit mortalis:vt puta habens consuetudinem non dicendi officium horis debitis,quę nõ sunt de prę-cepto.Hoc tamen verum esse non teneo:quia licèt consuetudo aggrauet, non tamẽ quod est ex se veniale, facit mortale. Posset tamen hoc dictũ esse verum, accipiendo consuetudinẽ pro cõtemptu. Et si ita accipit idem Arch. verum dicit.

NEGOTIATIO.

1 NEGOTIATIO,quę alio nomine mercantia dicitur, multis modis est peccatum. Primò ex malo fine, vel propter auaritiam, vel alio fine, qui si sit mortalis,etiam ipsa erit mortalis.Secundò,ex persona: vt si à clerico vel religioso exerceatur .supra,Clericus.§.10.& 16. Tertiò, si fiat diebus festis,exceptis nundinis.suprà.Feriæ, vel festũ.§.15. Est enim opus seruile, quod interdicitur die festo. Quartò, ex loco inhonesto.c.in omnib⁹. d.81. Neque in ecclesia debet quis negotiari.16.q.8.c. & hoc diximus. aloquia mortale est.De immu.eccl.c.domum decet. in 6. nisi magna necessitas excuset,vel honor Dei,aut subuẽtio cultus Dei: vt debent facere vendẽtes candelas in ecclesia,qui non debent principaliter lucrũ intendere,sed secundariò,aliter non possunt. Quintò, si dolosè exerceatur cũ mendacijs,& periurijs.Sextò,si est reipub.damnosa: vt faciunt monopoliones,vel si lucrũ quęratur immoderatum. Septimò, si negotietur cum habente malam conscientiam scienter: tenetur enim tunc quàm citiùs potest soluere talem societatem.Si verò non potest,protestetur, quòd de illicitis lucris non vult se intromittere.art.d.83.c.error.& in prædictis modis non est necessaria restitutio,sed tantùm de cõsilio:nisi vbi interuenit iniustitia in venditione,vel emptione,vel quando quis fuit causa, quòd pretium nimis creseeret, emendo totum,vt cariùs venderet: secundum Rodo.tunc tenetur læsis,quia ipse dedit causam damni dati iniustè. Concord.Silu.in summa.verb.negotium.

2 LICITVM est assecurare merces, vt si saluæ veniant assecurans certum quid lucretur: vt quinque pro centenario:

natio: si autem pereant, totam mercē ſoluat: ſecundum Archi. Flor. nec obſtat c. nauiganti. de vſu. quia hic nō eſt aliquod mutuū. vt not. Ioan. Cal. ſed hoc fit tantùm ratione periculi. Idem poteſt fieri aſſecurādo pecunias, quas quis portat, vel quas mutuat quis alteri, quòd rehabebit. Idem dic in ſaluo conductu perſonæ, hoc poteſt fieri cū lucro, dūmodò ſeruetur promiſſum. Vſura. §. 8. nec eſt lucrū illicitum, neq; turpe, cùm ad aliquem bonum finem ordinetur.

3 De lucro, quod fit, quando aliqui exponunt ſe fortunæ, dicentes, quid vis ponere, quòd cras pluet, vel talis infrà menſem morietur, & de alijs in quibus tantùm eſt vanitas: dico nō eſſe licitum lucrum: quia non ordinatur ad vtilitatem proximi, ſicut prędicta aſſecuratio, ſed tantùm eſt hic vanitas, ideò illicitum: non tamen tenetur quis ad reſtitutionem ex hoc, ſicut de turpi lucro, quod de conſilio debet dari pauperibus. An autem liceat aſſecurare mercatori illum, qui ponit pecunias in ſocietate, quòd pecunia ſua erit ſalua, & quod lucrabitur quinq; pro centenario, vel huiuſmodi. infrà, Vſura. §. 8 Sil. ver. Negotium. q. 4.

NEMESIS.

NEMESIS, id eſt, triſtitia, quam homo habet de alieno bono temporali, quia talis indignus eſt hoc habere, vt puta, eſt malus homo, & eſt diues, vel bene fortunatus: quando ſe extendit ad arguendam Dei prouidētiam, tanquam iniuſte diſtribuentem bona temporalia, eſt peccatum mortale, vel ſi homo propter talem triſtitiam ita afficitur, vt velit malos imitari homines, mortale eſt. Triſtari autē de huiuſmodi aliqualiter, ſemper tamen cum Dei reuerentia, non videtur peccatum, ſed licitum: ſicut de aliquo monſtro triſtari. ſuprà. Inuidia. per totum, & præſertim ſi propter aliquē bonum finem fiat.

NOMINATIM.

NOMINATIM dicitur, quando alicuius proprium nomen exprimitur, vel quando ita circunſtantiæ indiuiduales exprimūtur, vt dubium nō ſit, de quo dicatur, vt ſi quis tacito nomine proprio, dicāt filium primogenitum Petri de Petro, &c. vel Petrū cum ſuis fautoribus, de quibus fautoribus conſtat notoriè, vel cum dicitur talem villam, cum hominibus illius, omnes de quibus conſtat notoriè eſſe de tali villa, dicuntur nominatim. Vide Inno. in ca. Lateranenſi. de prēben. & Pan. ibi, qui nititur cōcordare glo. in clem. 1. de vi. & ho. cle. & gloſſ. in capit. conſtitutionem. de ſententia excommunica. in 6. & in pœnis requiruntur circumlocutiones valdè ſtrictæ non autem ſic in fauorabilibus, in quibus larga fit interpretatio.

NOTARIVS.

NOTARIORVM peccata ſunt ſi non ſeruant iuramenta per eos facta, ſi falſa conficiunt inſtrumenta in toto, vel in parte, ſi reprobant acta licita, ſi occultant, vel lacerant inſtrumenta protocolla. Hos de mortali in prædictis excuſare neſcio, niſi ſecundum quòd ignorantia, vel deceptio eorum poſſet aliquo modo eos excuſare, vel quando errant in aliquo modico ſine malitia, nec ſunt magnæ importantię. infrà, Tabellio. per totum. Concord. Caieta. in ſumma.

NOTORIVM.

NOTORIVM aliquando dicitur iuris, vt cùm quis iuridicè eſt cōdemnatus, vel cōfeſſus in iudicio, vel legitimè conuictus. ca. veſtra. de coha. cle. Aliquādo dicitur facti, vt cum populus eſt teſtis, & non eſt locus diſſimulandi. c. tua. de coha. cle. nec requiritur quòd omnes de villa ſciant, ſed ſufficit quòd ſint decem graues, & honeſtæ perſonæ, quia decem homines faciunt populum. 10. q. 3. c. vnio. ſecundum gloſſ. Ray. Aliquādo dicitur notorium facti permanentis, vt quando quis publicè tenet concubinam in domo. Aliquando dicitur notorium facti tranſeuntis, vt quia occidit hominem publicè. Aliquādo dicitur notorium facti præſumpti, vt cū quis tenetur communiter pro filio talis viri, vel affine, & huiuſmodi.

3 NOTORIVM iuris quandoq; exigit cõtra negantem probationem .ca. ſicut.de ſenten.& re iu.In notorio facti non requiritur ordo iuris,qui alias eſſet obſeruandus. capit. ad noſtram. el.2.de iureiur . Facti vero euidentia non indiget accuſatione.c. euidentia. de accuſ.

3 LICET duo teſtes non ſufficiãt ad cauſandum notorium,requirũtur tamen,& ſufficiũt ad probandũ,ſecundum Pan.in.d.capit.veſtra.de cohabit. cler.In notorio iuris præſumpto,ſecũdum Pan.in d.c.veſtra iuris ordo ſeruandus eſt.In notorio aũt facti,nõ requiritur niſi ſcientia,& citatio.Imõ ſi conſtat, quòd nulla defenſio poſſit cõpetere,citatio non eſt neceſſaria, & ſic intelligitur cap.olim de re iudi.&cap venerabilem.de elect.

NOVITIVS.

1 NOVITIVS quilibet poteſt eſſe, qui eſt rationis capax , & pubes, & qui poteſt eſſe religioſus.c.per totũ 20.q.1.& c.cùm ſimus.de regul. nec poteſt quis eſſe nouitius propriè, niſi poſt 14 annũ in maſculo, & 12.in fœmina.in c.ad noſtram. &c. ſignificatum.de regul. quia ante illud tempus non poteſt experiri quod ſit caſtitas. nec malitia ætatem poteſt ſupplere.in d.c.ad noſtram. Quòd ſi ante hoc tẽpus ipſo conſentiente offeratur à parẽtibus,ſecundũ Dit.libr.2.non poterit exire ante legitimã ætatem,ad ſimilitudinem carnalis matrimonij ca.de illis de deſpõ.impub.& ſi propria authoritate intrat impubes,à parentibus , vel tutoribus ante annum,& diem poterit extrahi.cap.puella.21.q.2.non autem ſi ipſi conſenſerunt tacitè, vel expreſsè.c.addidiſtis.20.q.2.Si autem in annis pubertatis fuerit ingreſſus , extrahi non poterit, ſecundum gloſſ. in d.cap.puella.

2 NOVITIVS datur vnus annus probationis regulariter .c. ad apoſtolicã. de regula.Poteſt tamẽ ante hoc tẽpus profiteri intercueniente cõſenſu nouitij,& monaſterij,& tenet profeſſio ,licèt malè faciant prælati, ſi ſine magna diſcretione, & cauſa hoc faciant. in d. c. ad apoſtolicam . & quia aliquibus videtur prohibitum, ne ad profeſſionem recipiant ante 18.annum,in cap. quia in inſulis. de reg. ideò quia hoc non eſt multum clarũ,quę ſint inſulæ rigidę,melius crediderim ſtãdum fore laudabili conſuetudini . licèt Pet. de Pal.illam decretalem in inſulis eſſe reuocatam dicat,vt Arc.Flo.in 3,par. tit.16.c.3.§.1.adducit, quod tamẽ clarum non eſt. Mendicantes nõ poſſunt recipere quenquam ad profeſſionẽ ante annũ completũ probationis.de reg. libr.6.c.non ſolũ.& ca.conſtitutionẽ. Moniales autem ordinis prædicatorũ non attẽtantur ad hoc , tum quia non ſunt mendicantes,tum quia capit. loquitur in maſculino genere, videlicet fratres.tum quia,vt dicit Tab.ibi.§.4. habent priuilegium cle.IIII. in bulla,quæ incipit,ex tenore.vt poſſint ante annum profiteri dũmodò ſint puberes,& non ſint in inſulis.In idẽ concurrit Sil.ver.Religio.3.§.3.

3 PROFESSIO facta in quacunque religione ante annum pubertatis,non valet in d.c.ad noſtrã.facta autẽ in ordine mendicantiũ poſt annũ pubertatis.& ante annũ probationis,nõ obligat illi religioni in particulari profeſſum.ſed in cõmuni.in d.c.nõ ſolũ.& recipiẽtes ſic mortaliter peccãt, & puniuntur pœna grauioris culpę,& amplius non poſſunt aliquem ad profeſſionem recipere,per d.c.non ſolum.Si tamen durante tali ſuſpenſione aliũ reciperent,non efficerẽtur irregulares, ſecundum Gemi.in d. c. non ſolum. quia receptio ad profeſſionem non eſt actus attributus certo ordini,vt poſſit inducere irregularitatem.

4 ABBATIBVS etiã prohibetur receptio ad profeſſionẽ ante annũ probationis , tamen ſi proficiatur , tenet profeſſio.quia cap.in inſulis.quamuis prohibeat,non tamen dicit quod talis nõ ſit aſtrictus,ſicut dicitur in d. cap. non ſolum.

5 CLEMENS 4.in bulla quę incipit, Ex tenore.determinauit, vt ſuprà diximus,quod moniales predicatorum

poſ-

possunt profiteri ante annũ probationis,& post annum pubertatis:in insulis autem post annum. 17. Furiosi autem,& amentes,& qui non sunt doli capaces,durante tali impedimẽto profiteri non possunt,& annus probationis in fœmina debet incipere post cõpletum annũ 12. in masculo post 14. In furioso autem, vel eo, qui non est capax doli, post cessationem talis impedimenti. Illo enim tempore nõ potest experiri religionem.

6 NOVITIVS semper potest exire sine aliqua pœna.in c. postulasti.de regul.nisi sit professus tacitè,vel expressè.c.statuimus.de reg.

7 NOVITIVS efficitur professus tacitus,secũdum Pa.in ca. vidua de reg. si sponte se ingerit,& scienter actibus, qui tantùm professis conueniunt de iure,vel consuetudine,& scit hoc tãtùm illis cõuenire,& quod per triduũ in eodem proposito perseuetet, stãdo cum habitu professorum distinctè in forma,& scissura,vel colore. Secũdò, secundum Inno.& d.Anto. deferẽdo habitum professorum,sciens quod talis habitus solum cõuenit professis,& quod ex tali delatione de iure, vel consuetudine inducitur professio tacita, & quod habitus sic distinctus, & q; sponte faciat, & quod detur ei ab eo, qui potest eum incorporare religioni aut ipso consentiente accipiat, secundum Panor. in d.cap.vidua .cum per seuerãtia tridui. Tertio modo per delationem habitus, qui non distinguitur ab habitu nouitiorum, nisi benedictione , scientibus & consentientibus illis, quorum interest incorporare.Vide tamen.Cle.eos.de regn.& Panor.in capitu.ex parte. Quomodo autem inducatur professio tacita, quando quis intrat cum animo mutandi vitam,infrà.Votum.§.18.an ad seculum redire queat.

8 PROFESSIO tacita facta ante,vel infra annum probationis, nõ obligat sic professũm illi religioni,sicut si fuisset expressa per d.c.constitutionẽ, sed obligat in communi. Illam tamẽ religionem obligat ipsi tacitè professio,ita vt non possit ab ea expelli, si nõ vult, aliter non esset religiosus iste, si nulla ei religio teneretur,& posset cõtrahere matrimoniũ,cuius contrarium dicit text.in cap.vnico.devoto.libr.6.Si tamen habuit animũ obligandi se religioni. Nam si non intendebat se obligare,votum non fuit.

9 IN ordine mendicantium professus expressè infra annum,si non intendebat se obligare,nisi illi religioni,quam professus est , non tenetur neque illi, neque alijs ,sed liberè potest redire ad seculum . Si autem intendebat saltem in communi se obligare religioni,non poterit ad seculum redire: tamen si contrahat , tenebit matrimonium.Si verò tacitè profiteatur in ordine dicto, obligatur religioni , & si contrahat, non tenet matrimonium: quia tacita professio non prohibetur, sicut expressa : in d.c.non solum. & c . constitutionem in regione mendicantium . & hæc est ratio diuersitatis.

10 DEFERENS habitum professoris,vbi habitus distinctus est, cũ protestatione , quod ob hoc non intendit profiteri,quia iste actus potest fieri,& animo profitendi, & animo probandi,talis protestatio iuuat : secundum Ioan.Andr. vt alleg . Gemi.in c.1.de reg.& Pa.c.ex parte.de regu. Vbi autem habitus non est distinctus,non est necessaria talis protestatio.Pa.in c. postulasti.de regul.nisi quando portaret vltra annum.

Socrates vouet intrare religionem, & habet animum perseuerandi , non tamen vouet perseuerare. Si ingrediatur, & exeat , quia non sibi placet ex aliqua causa satisfecit. Similiter si voluit , vt experiretur , non potest exire vsq; ad probationem:aliter idem esset ac si non venisset:quia qui non stetit, non venisse dicitur: & si inuenit religionem sibi gratam , habentem ea, quæ quærebat per probationem , & refutat illam,ex sola libertate non satisfacit:sed mortaliter peccat: quia ex voto intelligitur , se obligasse ad probandum bona fide,& nõ fictè: ideò si proban-

probando omnia grata inueniat, tenetur profiteri, & perpetuò remanere. Qui verò vouit religiosum esse, tenetur non solùm intrare, sed etiam profiteri: quia nisi per professionem, non potest esse religiosus: nisi aliter in intẽtione haberet, ad quam in foro animę est recurrendum. Concordat Thom. & Caieta. secunda secundæ. q. vlt. a. 4. Et si vouit intrare, & exire, peccat: quia de re mala promittit, nec votum huiusmodi tenet.

11 ABBAS sine consilio capituli sui non potest aliquem ad professionẽ recipere, secundum Pan. in c. ad apostolicam. de regular. quia hoc est aliquod præcipuum, quod fieri non debet sine consilio capituli, vt dicitur in regula monachorum, nisi aliter habeat consuetudo, quæ primò est inspicienda, vt dicit text. in c. fin. de regula libr. 6. Episcopus autem potest recipere ad professionem, & erit verè religiosus, licèt non inter monasterium, secundum Innoc. alleg. c. si vir. 27. q. 2. secus de alijs prælatis inferioribus. Oppositum videtur tenere Panor. Vide tamen Ge. in dicto capit. constitutionem. & concludè quòd siue Episcopus, siue alius habens authoritatem incorporandi, recipiat aliquem ad professionem, nomine alicuius monasterij sibi subiecti, alicuius approbatæ religionis, cum consensu maioris partis illius monasterij tenet professio, & est verè religiosus, & sic habet intelligi Ge. Secus autem si aliter fiat, nisi consuetudo secundum regulam, vel ordinationes per sedem apostolicam obstent approbatæ, quæ in huiusmodi, & in alijs seruari debent.

12 ANNVS probationis debet esse cõtinuus secundum Panormi. in capi. ad apostolicam. de regular. quia interruptio tẽporis minuit de austeritate regulæ. Ideò nouitius, per interpolationem non posset austeritatem regulæ experiri, si tamen per annum continuum expertus fuisset, & exiens postea reuerteretur, non esset necesse de nouo illum probare.

13 NOVITIVS debet deferre habitũ illius religionis, quam vult profiteri, & in monasterio, secundum Tancre. cũ quo tenet gloss. in capit. super eo. de regula. & ita habet consuetudo: & delatio habitus extra monasterũ, nũquam tacitam induceret professionẽ, in dicta clementina, ecs.

14 NOVITIVS quando vult profiteri, non est necesse quòd seruet certã formam verborum, quam quædam religiones habent: secundum Panor. in capitul. porrectum de regular. nec aliqua scriptura est necessaria: quia professio in Deum dirigitur. Potest etiam fieri per procuratorem, cùm quilibet actus per procuratorem possit fieri, nisi excipiatur. l. prima. §. vsus. ff. de procuratori. Cùm ergo iste actus non excipiatur, potest fieri. Facit regula, potest quis. in 6. de regulis iuris.

15 QVI vult intrare religionem aliquam, etiam minorum, non tenetur renuntiare seculo, nisi quando vult profiteri, per dictum capitul. non solum, licèt in regula fratrum minorum dicatur præcipiendo, quòd dicant volentibus intrare religionem eorum, quòd vendant omnia bona sua, & ea studeant pauperibus erogare: quia hæc verba debent intelligi post annum probationis, & ante professionem, ne sint hæc verba contraria verbis dicti capitul. non solùm. Ideò illa verba sunt magis exhortatoria quàm præceptiua.

16 VOLENS ingredi religionem aliquam, si in ipso ingressu, vel ante, eidem donet omnia bona sua, si nõ profiteretur tacitè, vel expressè rehabebit omnia: secundum Panor. in cap. quod à te. de cleri. coniu. quia tunc in dubio videtur donasse causa mortis, qua cessante, non profitendo reuocatus Idem si, professio non teneat, licèt crederetur tenere, secundum Barto. C. de sacrosanct. eccle. authen ingressi. sicut relinquens omnia bona Titio, credens esse filium suum, reperto quòd non sit filius, auferuntur ab eo, & veniunt succedentes ab intestato. in l. si pater. C. de hęre. instit. Si verò nõ donauit omnia,

sed

sed aliqua, non rehabebit: quia videtur donasse causa ingressus, & sic debet intelligi Panor. & Hosti. in d. capi. statuimus. qui videtur dicere oppositum. Est cap. constitutionem. & capit. beneficium. de regul. in 6. Si verò sciebat professionem non tenere, non rehabebit, quò ad iuris præsumptionem in dubio, præsumitur enim tunc absolutè donasse: sed in conscientia, quàdo potest sciri quod solùm donauit causa ingressus, & non propter aliud recuperabit: quia semper videt donasse causa mortis: & hoc est satis æquum vt rehabeat.

17 BONA nouitij non professi tacitè, vel expressè, morientis, donata simpliciter monasterio, remanebunt ibi post mortem eius. Si verò expressè non cõtulit, vel ante mortem expressè collata reuocauit, succedent proximiores ab intestato: secundum Panor. in c. præsentia. de probat. & sic intelligẽdi sunt Cy. & alij doct. in dicta auth. ingressi. & d. Ant. in d. ca. præsentia. de probar. & Bart. in authen. si qua mulier. C. de sacrosanct. eccles.

18 NOVITII non tenentur ad præcepta religionis, plusquam alij seculares, nec possunt puniri pœna perpetui carceris, etiam quod delinquendo incurrerent si essent professi: secundum Gemi in d. cap. non solum, quia sic nõ essent liberi posse reuerti ad seculum: nec possunt eligi in prælatum. ca. nullus de elect. libr. 6. nec ordinari, etiãad primam tonsuram. ca. in monasterijs. 19. q. 3. neq; beneficium eorum si habent infra annum probationis vacat, nisi constet ipsum habere animũ mutãdi vitam, nec eo inuito potest alteri conferri: sed per aliũ seruiet beneficio. cap. beneficium. de regul. lib. 6. de fructibus beneficij debita portio assignabitur seruienti beneficio, reliqua seruabuntur in vtilitatem ecclesiæ: secũdum glos. in d. capi. beneficium, & per capit. quia sæpe. de elect. libr. 6. Etsi est canonicus nouitius, ad electionẽ Episcopi non debet vocari. per d. capi. beneficium. & Ioan. Andrę. ibi. Secus in electione, quæ pertinet, non iure patronatus. Nouitij gaudent priuilegio clericali, ita quod eos percutiens est excommunicatus, suprà, excommunicatio. 1. Est capit. religiosè de priuil. libr. 6. Idem de conuersis approbatæ religionis.

19 NOVITII intrantes religionem approbatam animo mutãdi vitã, perseuerandi, & seruiendi Deo, plenariã omnium peccatorum remissionem, si sunt bene contriti, consequuntur: secundum Thom. secunda secundæ. q. vlti. a. 3. ad. 3. quia si quis eleemosynis potest statim satisfacere, multò magis qui se totaliter offert Deo per religionis ingressum. & in vitis patrum dicitur, quod intrantes religionem, consequuntur eandẽ gratiam, quam & baptizati: vt allegat Tho. ibi suprà. Imò tenet diuus Bernard. in quodam ser. quod quilibet religiosus, quotiens de præteritis est bene contritus, existens in gratia, & est contentus de sua professione, & paratus si nõ fecisset, quod faceret, & actu se totum Deo offert, semper plenariam consequitur indulgentiam: quia Deus pensat voluntatẽ plusquàm opus: ideò dum profitẽtur, & sunt in mortali, si postmodum eos pœniteat, & actualiter confirment votum suum modo dicto, consequũtur etiam indulgentiam propter eandem rationem. De hoc Tab. dubitat, & ad negatiuam magis videtur declinare partem.

NVPTIÆ.

NVPTIÆ, suprà, Matrimonium. §. 62. His autẽ, quæ ibi dicta sunt adde, quod nuptiæ tria important, scilicet, sponsorum benedictionem, sponsæ traductionem in domum spõsi, & conuiuium: & hæc tria dicuntur prohibita temporibus ibi suprà dictis. Et quia pœnæ non extendendæ, ideò illis temporibus possunt matrimonia contrahi per verba de præsenti, & spõsalia, & qui credũt euadere peccatum faciẽtes benedictionem in sabbato ante aduẽtum, vel septuagesimam, & in sequenti dominica facientes alia duo, scilicet traductionem, & conuiuium, non euadunt transgressionẽ legis, magis

gis enim hæc duo prohibentur, quàm primum, quod est quoddã spirituale. Et scienter cõtra hoc statutum facientes, peccant mortaliter: quia cũ publicè hæ fiant, non videntur fieri sine cõtemptu. consummare autẽ matrimonium his temporibus nõ est mortale vt suprà dixi, Matrimonium. §. 63. sed tantum illa tria prohibentur. Vide suprà, Matrimonium. §. 64. Concor. Caieta. in summa ibi.

OBEDIENTIA.

1 OBEDIRE Deo in omnibus quę mandat, etiam quod videatur esse contra legẽ naturalẽ, & cõformare voluntatem proptiã diuinę in his quę vult nõ velle, in quantum nobis innotescunt, est de necessitate salutis: secundum Tho. secunda secũdæ. q. 104. a. 4. quamuis homo non teneatur semper velle quod Deus vult: quia non vult ea nos velle.

2 INFERIORES tenentur obedire suis superioribus. secũdum quod sunt superiores: & quia circa actus interiores volũtatis, & intellectus directè, & circa naturã corporis, homo nõ habet superiorem nisi Deũ: ideò in his nulli homini tenetur, quando tamen actus interior colligatur exteriori, tenetur obedire, vt si præcipitur dici deuotè officium, præcipitur cõsequenter attẽtio, quæ est actus interior, & huiusmodi. Similiter licèt homo nõ possit præcipere subitò, q. contrahat matrimonium, vel non contrahat: tamen quãdo aliquis promisit viuere castè, adimendo sibi quod erat naturale, potest cogi per superioris præceptum, & tenetur obedire, & sic de alijs secundũ Tho. vbi suprà. Ita etiam circa comestionem, & matrimonium ecclesia ordinat, & tenemur obedire, licèt non possit prohibere hæc absolutè.

3 RELIGIOSI prælatis suis tenentẽ obedire in omnibus, quæ ad regulare conuersationem pertinent, in his quæ sunt in eorũ regula, aut ordinationibus explicitè, in alijs autem licitis nõ tenẽtur de necessitate: sed tantũ de perfectione: in quibusdã autem neque tenentur, neq; debent, vt in his quę sunt contra Dei præcepta, vel cõtra regulã in quibus Prælatus dispensare non potest. ex S. Tho. secunda secundæ. suprà quol. 1. a. 15. & quol. 10. a. 10. Etiam secundum Archi. Floren. 3. par. tit. 16. c. 1. §. 6. & 1.

4 SI mandat Prælatus cõtra Dei preceptum sibi reuelari crimẽ occultum, non seruato ordine fraternæ correctionis, vt suprà, Accusatio. §. 7. Inquisitio. §. 8. vel prẽter præceptũ, vt dicere mendacium, vel verbũ otiosum. c. dominus. 2. q. 3. non ei obediendũ est. Secũdò, si præcipiat cõtra ordinationes ecclesiæ, vt quis celebret pro hęretico. c. si quis Episcopus. 2. q. 3. Tertiò, si cõtra ordinationes suæ ecclesię, vel contra regulam, aut constitutiones præcipiat sine rationabili causa: quia tunc non potest dispensare, nõ debet subditus obedire. Si autem est dubium, obediat: arg. in ca. quod culpatur. 23. q. 1. & iudiciũ superiori relinquat. Quartò, licèt Prælatus nõ possit auferre necessaria corporis, vt cibũ, & vestimenta, & huiusmodi, potest tamen determinare de tempore, qualitate, & quãtitate horum, in quibus subditus tenetur obedire. Quintò, si præcipiat ea, ad quæ sua potestas nõ se extendit, vel fieri faciat maiores austeritates quã sua regula mandat, nisi hoc ei imponatur per modum pœnitentiæ, vel punitionis delicti. vt not. Vgo. in c. præsens. 23. q. 3. non tenetur obedire. laudabile tamen est vt obediat, per. at. in c. quid ergo. 2. q. 3. Sextò, si præcipiat aliquod habens speciem mali, vt scilicet se nuder coram alijs. & huiusmodi: quia videtur inhonestum, nõ tenetur obedire: secundũ glo. in c. non est. q. 2. 3. Septimò, si aliquod vanum præcipiat, vt leuate festucam, vel huiusmodi, sine aliqua vtilitate, nõ tenetur etiam. cap. admonere. 23. q. 2.

5 AD prælaturam tamẽ potest subditus cogi, & etiam quod nõ habeat sufficientem scientiã: secundũ Pe. de Pa. 4. senten. d. 19. q. 1. & non peccat obediens. Secus si sponte hoc faceret, sicut de confessoribus à prælato expositis. Octauò, si præcipiat aliquid vbi est

mortis

mortis periculum, vt esset, pestilēti seruire, non tenetur obedire: quia in his quæ ad naturam corporis pertinent, omnes sumus pares. Potest autem cogere ad ordines suscipiendos, & confessiones audiendas subditum, dummodò non adsit legitimum impedimentum. infrà. Ordo. §. 13. Hæc enim ad regularem conuersationem pertinent.

6 SI Papa qui superiorem non habet, mandaret aliquod iniustum continēs, vel sapiens hæresim, vel continens peccatum, vel ex quo præsumeretur vehementer ecclesiam debere turbari, vel aliqua mala futura, non esset ei obediendum, etiam si sub pœna excommunicationis præciperet: secundum Panor. in c. inquisitioni. de sen. excom. &c. si quando. de reiect. Si verò mandat seculari non sibi subiecto ratione ecclesiæ, causæ, vel personę, circa tēporalia: vt quod det bona sua alteri, cui non tenetur, non tenetur ei obedire: quia in hoc non est ei subditus: secus si circa spiritualia: secundum eundem Panor. vbi suprà, neque religiosis viram arctiorem præcipere potest: in regula, quod omnes tangit. in 6. Et si mandat, vt alicui notoriè indigno assignetur certum beneficium, in quo non potest dispensare, non est ei parendum: secus quando potest dispensare, & constat expressè de eius intentione. secundum Ioan. Andrę. in capi. adeò. de rescrip. &c. significauit. de offic. ordi.

7 SI Episcopus mandet alicui clerico, quòd res suas det alteri, sine causa rationabili, non tenetur dare. arg. in c. cum apostolus. de cēsibus. si autē mādet vt libros suos acquisitos, tamen de bonis ecclesiæ accōmodet alteri clerico literis idoneo, cùm ipse non sit idoneus ad literas, tenetur accommodare, quia hæc est rationabilis causa, videlicet ecclesiæ vtilitas, arg. in c. quia super. 7. c. 1. aliter non tenetur. c. requisisti. de testa. & c. cùm dilectus. de iure patro. §. nos igitur. neque tenetur obedire, si mādet, vt renuntiet beneficio, vt alteri conferat. in d. c. quia super. Intellige causa iusta non existente, etiā secundum Ray.

8 EPISCOPO imponente clerico quicquam pro negotijs ecclesiæ, tenetur obedire, nec valet si excuset se pro cura rei familiaris, quia bonum cōmune præfertur particulari. Nec valet, si dicat, q. sunt alij meliores, &c. quia in talibus oportet seruare talem ordinē secundum Ray.

9 LAICI non tenentur obedire prę latis spiritualibus, nisi in his tantùm, quæ promiserunt in baptismo, quia in alijs nō sunt eis superiores. Sed dominis temporalibus, qui verè sunt eorum domini, tenentur obedire in temporalibus, prout iustitia requirit, secūdum Thom. secunda secundæ. q. 104. a. vltim. non autem contra iustitiam, nisi fortè ad euitandum magnum scandalum, vel magnum periculum. Consentit Gul. quia in huiusmodi illis nō subijciuntur.

10 SI Episcopus mandat sacerdoti, vt excommunicet Titium, quem sacerdos scit esse innocentem: si scit ita notoriè, quod possit probare, debet antè episcopum probare eius innocentiam: & si probauerit, non debet eum excommunicare, licèt possit solum denuntiare. Si verò nō possit probare, & res dubia sit, tenetur obedire, secundū Tho. in quol. vt alle. Pisa. & per c. qui culpatur. 23. quæ. 1. Obedientia enim ipsum à peccato seruat, dum dubius est, vel probare non potest.

11 FILIVS tenetur obedire parentibus, quò ad dispositionem domus, & morum disciplinā, quia in eis est subditus. Tho. q. 2. a. 9. quando autem sit mortale peccatum, suprà, Inobedientia. §. 2. satis dictum est.

12 IN omni obedientia sunt intelligēdæ aliquæ conditiones, vt dicit glo. in c. 2. de voto videlicet, Si adest possibilitas. c. querelam. & c. breui. de iureiuran. Secundò, q. sit rationabilis causa, secundum quod not. Pa. in c. magnæ. de voto. & Ar. in ca. vtinam. 76. d. & inobediens non potest præscribere, quia semper est in mala fide. c. fin. de regul. &c. sic nobis. in gl. Quando autem

tem inobediens mortaliter peccet, supra. Inobedientia, vide amplè. Obediétia etiam potest esse circa ea, quæ libéter volumus, si in ea propter præceptũ principaliter feramur. Thom. secunda secundæ. q. 104. ar. 2. ad. 3.

OBLATIO.

1 OBLATIO, id est, quod offertur à Christiano ecclesiç de re donabili, iustè acquisita. ca. quia in omnibus, de vsur. & c. ex transmissa. de decim. & monachus, seu alius religiosus, potest recipere oblationes, vel vt pauperes, vel vt ministri altaris, vel vt parochiani. c. oblationes, 10. q. 1. Vide S. Tho. 2. 2. q. 86. a. 2. & Pan. in c. pastoralis. de his quæ fi. à prælat.

2 OBLATIONES factæ in parochia, seu altari, cedũt ecclesiç parochiali, siue factç imagini, siue capellç, sunt rectoris, & non presbyteri capellæ, secũdum Pan. & Ant. in dicto capit. pastoralis. etiam si imago cui sunt factæ sit depicta in muro, infrà limites parochiæ. & facit glo. in l. statuæ. ff. de vsufruct. Quod quidam limitant si intuitu parochiæ. Idem si fiant celebranti in ecclesia alicuius, quia sunt similiter rectoris, nisi esset Episcopus celebrans, quia tunc communi iure sunt eius. c. super eo. de paro. nisi consuetudo obstet, quæ est sequenda. De collatis aũt, & oblatis religiosis in ecclesijs eorundem, non possunt prælati aliarum ecclesiarum aliquid sibi vendicare. secũdum Panor. in c. nimis iniqua. de exce. præl. quia videtur res illa ei collata intuitu ecclesiæ. & non nomine oblationis, & expressiùs hoc tenet in ca. 1. de sta. mon. & est text. expressus in d. ca. 1. & quoad fratres prædicatores est prohibitio. Cle. 4. in priuilegio, q̃ incipit, nimis iniqua. Vnde ex hoc priuilegio dicti fratres possunt facere oratorium in suis ecclesijs in missa. Sicut concludit etiam Tabel. ver. oblatio. §. 1. in fin.

3 PAROCHIANI ad offerendum oblationem non possunt compelli, secundum Panor. in rubr. de paro. & S. Thom. 2. 2. q. 86. a. 1. Primò, quando tenentur de ratione census, quem annuatim soluunt. Secundò, ex obligatione testamentaria. c. quanto. de censi. Tertiò, quando sacerdos indiget, & ipsi abundant. Ad hoc est c. si Episcopus. de offi. ord. lib. 6. Quartò, quãdo hoc habet consuetudo. c. ad apostolicam. de simon. Et in his duobus vltimis casibus, oblatio quò ad quantitatem remanet voluntaria, secundum Tho. suprà. Idem dic de primitijs, secundum eundem. ibi. a. 4.

4 DE qualibet re possessa licitè, potest fieri oblatio, nisi vergat in detrimentũ alterius: secundum Thom. suprà. a. 3. & hoc repræhendit Christus Matthæ. 15. dicens, Vos autem dicitis munus quodcunque ex me est, tibi proderit, &c. Vel propter scandalum. Vnde aliquæ personæ prohibentur offerre oblationes. 30. d. & intelligi debent quãdo eorum crimina sunt manifesta, nolunt̃que corrigi. Et idem dicendũ est, de hæreticis, excommunicatis, & Iudæis. in d. c. quanto. de censi.

5 SI cõsuetudo habet, quod oblationes quæ fiunt in dominica, sint rectoris, & quę fiunt in festo sancti alicuius sint sacristæ, & talis sanctus veniat in dominica, oblationes erunt rectoris: quia maior est dominica, quam festũ illius sancti, & hoc, secundum quod concludit Bart. per l. proconsul. ff. de off. proc. Sacerdos potest recipere oblatum pro missis dicendis, quas pœnitenti iniunxit, vt faceret celebrari, nisi sit scandalum, a quo cauere debet. Vide c. ab omni. de vi. & ho.

OBLATVS.

OBLATVS quis sit, suprà, Monachus. §. 1.

OBLIGATIO.

1 OBLIGATIO iuris, vinculum importat, quo necessariò quis astringitur ad aliquid dandum, vel faciendum. Insti. de oblig. in princ. aut vel patiendũ. & sine cõsensu est nulla. ff. de pact. libr. 1. Intellige voluntario, & cum animo obligandi. facit glo. in c 3. de vot.

2 TRIPLEX potest esse obligatio, videlicet, naturalis, quæ cõtinet naturale vinculum consensu cõtracta inter eos,

eos,qui rationis capaces sunt tantùm, ligans solùm in foro cõscientiæ; & ad agendum in contentioso foro ineffi-cax. Alia ciuilis tantùm dicitur, non obligans in foro conscientiæ, nisi se-cundum q̃ quis à superiori cogitur, secundum Inno. in c.quia plerique.de immun.eccles. Tertia dicitur naturalis & ciuilis simul,vt cũ quis ciuiliter, & cum solennitate se obligat ad ali-quod quod naturalis æquitas suadet: vt soluere agrum,qué in veritate tene tur soluere: & hæc in vtroq; foro ob-ligat.De his instit.de oblig.per tot.iu-stitia enim ad hoc etiam cogit.

3 IN obligatione generali,nõ veniunt ea,quæ quis specialiter non obligasset, vt si Titius obligauit omnia bona, nõ intendebat obligare pannos, lectum, & alia, sine quibus viuere non pote-rat,secundum Bart.in l.1. C. quæ res pig.obl poss. Contra enim æquitatem esse videtur.

4 OBLIGATIO, cui oppositus est terminus ad sollicitandum implemẽ-tum obligationis, adueniente termi-no non dissoluitur, quia iam contra-ctus est factus: vt si contractis spon-salibus, promisi ducere sponsam infra mensem,elapso mense non dissoluitur hic contractus.Si verò terminus posi-tus sit ad finiendum, vel limitandum contractum, adueniente termino sol-uitur obligatio illius, per quem nõ ste tit quin impletetur contractus ini-tium, vt si promisi tibi tali die facere venditionem de domo,& per te sterit elapso illo die,non ampliùs teneor,se-cundum Pa. & Gof. in c.sicut ex lite-tis.de spons.

5 SI dies apposita sit obligationi, & actor, & reus sunt eiusdem fori, tene-tur reus sine interpellatione offerre, & ire ad domum actoris, secundum Pan.in c.licèt hely.de simo. quia dies interpellat pro homine.cap.potuit.de loca. quòd si non sunt eiusdem fori, sufficit quòd reus dicat in domo sua, paratus sum soluere, si sit qui reci-piat:iuxt.not.in l. item illa.ff.de con-stit.pec.& quod ibi not. Bart. pro li-mitatione d.c.potuit.Intellige tamen, nisi aliter sit in pacto specialiter.Si au-tem dies non est apposita, requiritur monitio. in l.si ex legati causa. ff. de verb.obl.suprà,Mora.§.1.

6 QVANDO turpitudo est ex parte recipientis obligationẽ, obligatio non tenet,secundum Pa. in c.debitores.de iur.iu.ex quo patet,quòd obligatio de soluẽdis vsuris nõ stringit, nisi inter-ueniat iuramentum,secundũ Pa.in d. c.debito res. quia iuramentũ sit Deo, qui non turpiter accipit: nec qui sic iu rauit,peccauit. Simplex autẽ promis-sio nulla fuit, propter turpitudinem hominis recipientis. Vide Th.secunda secundæ.quæ.88.ar.3.ad 3. Is pro quo quis negotia vtiliter gerit,eidem obli-gatur.ar.in l.cùm pecuniam.ff. de ne-go.gest.& Pan.c.2.de preca.

OBSTINATIO.

OBstinatio importat inhærentiam pertinaciter alicui peccato, vt cũ quis intendit pertinaciter perseuera-re in peccato,sicut quãdo non vult re-mittere iniuriam, vel vult tenere con-cubinam,vel ita habituatus est in pec-cato, quòd est factum sibi quasi natu-rale,& quasi nunquàm inest ei aliquis motus ad bonum,& ad resurgendum à peccato, & tales parum distant à sta tu damnatorum: quanuis possint con uerti,secundum Caiet. ibi,in summa. Vide Th.q.24.a.11.

OTIVM.

OTium secundum Gre.est quòd ca-ret intentione piæ vtilitatis, aut iustæ necessitatis, & propter hoc non omne verbum, vel factum iocosum otiosum est, nec consequenter pecca-tum:imò in talibus contingit esse vir-tutẽ,quę eutropelia dicitur. Et quan-uis verbum otiosum sit communiter veniale: tamen potest esse mortale, si dicatur in cõtemptum Dei, vel proxi-mi,vel propter aliquem finem, qui sit peccatum mortale, vt ad incitandum aliquem ad luxuriam,& huiusmodi.

ODIVM.

1 ODIVM secundum Tho. secunda secundæ.q.34.a.5. & 6. nõ est vi-tium capitale, sed formaliter oritur ex inuidia:dispositiuè autem ex ira.Si

fit contra Deum est grauissimum peccatum, secundum Thom. ibi. a. 1. cùm nihil sit in Deo quantum est ex se odibile, cùm sit simplex bonitas. Si sit contra proximum ex suo genere mortale peccatum est, quia directè contra charitatem est: licèt ex imperfectione actus, quandoquè sit veniale, sicut alia peccata.

2 QVI odit non proximum, sed eius prauos mores, vel inimicitiam, quam tenet contra charitatem, non proptiè odit proximum, & consequenter non peccat: quoniam & Deus odit impios, & eorum impietates. Et qui odit bonum proximi, etiã ad bonum finem, vt puta, ad correctionem, non peccat: quia hoc est magis amare proximum, quàm odire. Et qui vellet proximum puniri iustitia mediante, secundum eius demerita, non liuore vindictæ, sed magis zelo iustitiæ, & vt alij timeant, non peccat: quia hic est affectus iustitiæ vindicatiuæ.

3 QVOMODO dono debet quis propter odium subtrahere communia beneficia, suprà. Charitas. §. 1. Sunt tamen hortandi homines, vt ab inimicis non subtrahant consueta beneficia colloquia, & huiusmodi: etiam extra articulum necessitatis, vt omnis spiritus odij de mente eradicetur, & inimicus ad bonum prouocetur, exemplo Christi, qui Iudæis illum persequentibus, prædicationis, & curationis beneficia non subtraxit.

OFFICIVM.

OFficium seculare vendere licet dominis, dummodò vendant personis, de quibus possit præsumi, quòd sint vtiles ad talia officia exequenda, & quòd non vendantur tanto pretio, quòd recuperari non possint sine grauamine virorum subiectorum. Attamen quamuis possint hoc modo licitè vendi, nihilominùs non expedit, quia illi, qui ad huiusmodi officia essent magis idonei, quandoq; sunt pauperes, & non possunt emere, vel si sunt diuites, non ambiunt officia, nec aspirant ad illa propter lucrum. Vnde magis videtur expediens, vt boni homines eligantur, & etiam inuiti compellantur secundum S. Tho. ad ducissam Brabantiæ. Est etiam hoc pernicioſum satis reip. secundum Caiet. ibi in summa, quia communiter indigni habent officia, vbi sunt venalia. Tollitur etiã ratio studiorum, & bonarum virtutum, ex eo quòd non nisi pecunia habentur officia, non virtus, sed pecunia honoratur, venditur plerunq; actus iustitiæ, & multa alia mala sequũtur: vt testatur experiẽtia, per quam videmus reip. ruinam. Et quia actiones humanæ iudicandæ sunt secundũ quod in pluribus inuenitur, ideò huiusmodi venalitates vt abominabiles exterminandæ sunt, ex quo concludo, q; licèt speculatiuæ sint licitæ, secundum tamen quòd nunc sunt in vsu, nõ sunt exercendæ. suprà, Dominus. §. 10. An officialis possit aliquid recipere supri, Dominus. §. 13.

OLEVM.

OLeum sanctum. quod chrisma dicitur, conficitur per episcopum in die cœnæ, & non alio die. ca. omni tẽpore. de conse. dist. 4. Fit ex oleo, & balsamo, cum quo benedicuntur fons baptismalis, calix, patina, ecclesia, altare, episcopi in manibus, & capite quando consecrantur, puer baptizatus in fronte & vertice, omnes fideles quando chrismantur, & est omni anno consecrandum & innouãdum. c. si quis de alio. de conse. dist. 4. Grauiter quoq; punitur sacerdos vtẽs in baptismo de alio, quã de hoc nouo. per d. c. si quis de alio. Est & oleum catechuminorum confectum per episcopum, quo inunguntur baptizati inter spatulas, & in pectore, & manus sacerdotis cùm ordinatur, principes, & reges in brachio, & humero, ecclesia, & altare ante chrismationem. Tertium oleum est sanctum, quo vnguntur infirmi in mortis articulo. infrà. Vncto. per to. & in cap. vn. de sac. vnct. De secundo, & tertio oleo, non inuenitur prohibitum, quin alijs diebus possit confici, sicut de primo, vt in d. c. omni tempore, &c. quoniã. de sent. excomm. in 6. Oleum non sacratum addi-

additum sacrato, totum erit sacratum sicut dictum est de aqua, suprà, Aqua. §. 2.

OPINIO.

1 OPINIO est illicita. Primò quando quis eam sequitur, non quia magis rationabilis, sed quia est opinio suæ sectæ, quam vult tueri, tunc talis opinio illicitè tenetur, quia non volùtate sed ratione opinio amplectẽda est. Secundò quando talis opinio licèt videatur rationabilior tamen repugnat dictis sacræ scripturæ, quia sacra scriptura est regula morum, & fidei: ideò omnis opinio examinanda est secundum illam. Et propter hoc damnantur opiniones hæreticorum, repugnantes sacræ scripturæ, vel determinationi ecclesiæ, vel ei, quo communis ecclesia vtitur. Vnde à mortali excusari non possunt sequentes huiusmodi opiniones scienter, & pertinaciter: hoc enim ad hæresim pertinet. Si verò non apparet has esse contra bonos mores, neque contra determinationem ecclesiæ, neque contra sacram scripturam, & sequitur aliquis tales opiniones credens benefacere, & sine pertinacia, non peccat, etiam quòd tales opiniones essent falsæ, imò hæreticę, sed non manifestę. Vnde nunc multa sunt hæretica condemnata quę antè sine peccato potetant teneri: secundum Tho. 1. q. 32. a. vlt. quia manifestus error non erat. Vnde etsi Abbas Ioachim tenuit contra fidem. in cap. damnamus. de sum. tri. non fuit hæreticus: quia talis articulus nondùm erat damnatus.

2 IN credendis, vti pro regula, opinione est illicitum nisi opinionem superiori regulæ sanctæ ecclesiæ, & apostolicæ sedis, quæ in his, quæ sunt firmiter credenda, errare non potest, cùm à spiritu sancto regatur, quis supponat. In operandis verò, vbi sunt opiniones, semper tutior pars est eligenda, ne quis exponat se periculo ambiguitatis, & consequenter peccandi, quod illicitum est, vt in contractibus, vbi plures sunt Doctorum opiniones: quia faciens opus aliquod, quod dubitat esse mortale, mortaliter peccat: quia taliter operans, potiùs vult voluntatem propriam adimplere, quàm à tali opere, etiam si sit mortale abstinere, & sic mortaliter agit, non curans perdere Dei amicitiam pro tali opere. Et prædicta intellige de opinione, quæ est cum formidine alterius partis. Nam qui sequitur vnam opinionem, & non tenet pro dubia, sed pro certa, & sic operatur, non se exponit dubio, sed pro certo tenet: ideò non peccat, sicut qui sequitur opinionem aliquam, & formidat de oppositio. Item licèt aliquando vna opinio sit meliòr altera: tamen non tenetur quis semper meliorem sequi: quia non tenetur facere, quod meliùs est, sed quod bonum est. Ideò quando dicitur, quòd tenetur amplecti tutiorem, intelligitur, quando est cum formidine alterius partis, sed quando firmat se in vna opinione alicuius Doctoris, quam veram credit, licèt credat aliam opinionem esse meliorem, non propter hoc exponit se mortali: quia non sequitur aliquod, de quo dubitet esse falsum, licèt credat minùs bonum.

3 OPINIO, quæ meliori rationi innititur, sequenda est: secundum Panor. in c. capellanus. de fer. & Doctor. referens plures opiniones, videtur sequi vltimam, quando aliam non firmat: secundum Host. in c. 1. de priuil. libr. 6.

4 OPINIO sequens æquitatem scriptam, præfertur sequenti rigorem iuris. ca. vnico. de rer. permutat. in 6. fallit in odium Iudæorum, contra quos rigor præfertur æquitati. cap. 2. de Iudæ.

5 OPINIO, quę soluit, potiùs sequẽda est, quàm ea, quæ ligat, regula, Odia. libr. 6. & opinio habens pro se legem, vel antiquam consuetudinem, debet præferri non habenti. c. literas. de restit. spo. ca. cùm expediat. de elect. libr. 6. & l. minimè. ff. de legi. An Papæ opinio prævalcat opinioni concilij. suprà, Concilium. §. 2 &. 3. In dubijs doctrina ecclesiæ Romanæ, quæ

principaliter est in Papa, est regula fidei, & ad ipsum pertinet huiusmodi dubia determinare. ex S. Thom. secunda secundæ. q. 2. a. 3. de potentia. q. 10. a. 3.

ORATIO.

1 ORANS ex intentione formaliter, & non intendens orationi, peccat: quia irreuerenter Deo loquitur in oratione. Si autem orat materialiter, vel se exercendo in cantu, vel vt otium fugiat, & non attendat, non irreuerẽter agit, & consequenter non peccat: secũdum Caietan. ibi, in summa.

2 ORATIO est necessaria: vt reuerẽtiam Deo exhibeamus, cui debitores sumus, & vt impetremus, quod Deus disposuit per sanctorum orationes implendum: secundum Thom. prima secundæ. q. 83. art. 2. & solus Deus est orandus principaliter, ad implendum quę petimus: sancti autẽ orandi sunt, ad impetrandum: secundum Thom. vbi suprà. ar. 4. Dicere autem sanctos non esse hoc modo orandos, & non posse pro nobis orare, fuit hæresis Vigilantij, & nouiter à Lutheranis suscitata. Ideò dico, quòd sunt orandi: quia sicut Deus agit hæc inferiora per secundas causas, vt ordo naturæ seruetur, ita nos exaudit per sanctos, tanquàm per causas medias. Secundò vt sancti honorentur. Tertiò, si viui pro innicem possunt orare: multò magis sancti possunt pro nobis orare. Quartò, quia sic habet vsus ecclesiæ, quæ orationes ad sanctos dirigit: & secundi Mac. 15. dicitur, quòd Iudas Machabęus vidit Oniam, & Hieremiam, qui erant mortui, orare pro populo Iudæorum.

3 QVI non orat pro se, & proximo etiam inimico in casu quo credit per orationem posse se, vel alium de aliquo graui malo eripere, peccat mortaliter, sicut negando eleémosinam in articulo necessitatis. Agit enim contra præceptum Christi dicentis, Orate pro persequentibus, &c.

4 ORATIO communis, quæ fit à ministris ecclesię in persona populi: secũdum Tho. suprà, a. 12. debet esse vocalis, ita vt possit innotescere toti populo, pro quo profertur ideò irrationabiliter agit sacerdos celebrans ita submissè, vt vix à seruitore audiatur: & qui stant in choro taliter dicentes officiũ: vt ipsi tantùm seipsos percipiant vt suprà, ver. horæ. in fin. dictum est. Et peius agunt qui tantùm mouent labia, & neque seipsos audiunt, quos credo non satisfacere officio. Oratio autem singularis sufficit, quòd sit mẽtalis: & debet esse cum intentione: vt dictum est suprà, Horę §. 19. Peccator orans ex bono naturæ desiderio, ex pura Dei misericordia exauditur, dummodò petat necessaria ad salutẽ suam, piè, & perseueranter, Thom. secunda secundæ, suprà.

ORDO.

1 ORDINES conferẽs indigno: secundum Tho. 4. sent. d. 24. q. 1. mortaliter peccat, similiter prælati, & alij qui faciunt promoueri: quia infideliter dona Dei dispensant, & ecclesiæ detrimentum faciunt, & honori diuino. Idem de consulẽtibus, promouentibus, & præsentãtibus tales, quando scienter faciunt, vel non adhibent curam scire eos dignos, quia cooperãtur ad malum. cap. votum. 2. q. 1. nec sufficit secundum Alb. Magnum, non scire eos esse malos, sed oportet, quòd sciant eos esse bonos, per illum modũ, quo est possibile scire.

2 ORDINES superiores nullus debet recipere, nisi habeat inferiores, ex ordinatione ecclesiæ, licet antiquitùs hoc aliquando non seruaretur: secundum Thom. suprà. Qui ordines sunt 7. videlicet ostiariatus, lectoratus, acolytatus, exorcistatus, subdiaconatus, diaconatus, & sacerdotij, quorum tres vltimi sacri dicuntur: secundum Tho. suprà, tales ad castitatem tenentur. suprà, ver. matrimonium. §. 8.

3 PRIMA tonsura non est ordo propriè, ideò iura inter ordines non posuerunt. c. seriatim. d. 32. sed est deputatio, seu dispositio ad Dei cultum. Et quia ordo proprie nõ est, ideò characterem non imprimit.

4 QVI-

4 QVI ordinatur debet necessariò tangere, quæ porriguntur tangenda ab ordinante: secundum Petr. de Pa. in 4. sent. & Atch. Flor. 3. par. tit. 16. c. 14. qui recitatis opinionibus videtur declinare cum Pet. de Pa. Alber. & S. Tho. suprà. q. 1. a. 1. quol. 5. dicunt sufficere porrectionem, vnde in concilio sub Euge. IIII. cùm traditur materia ordinis, nunquam fit mentio de tactu ipsius, sed solùm de actu tenente se ex parte ministri, id est, porrectione, datione, traditione, & assignatione: vt dicit Caieta. ibi in summa. Securius tamen est tangere, cur si non tetigit, nõ est aliter supplendum propter hoc. Idem videtur, quod sola eleuatio manuum sufficiat. & non necessarius cõtactus: secundum Archi. Flor. suprà. licèt securiùs sit tangere. Sufficit etiã tangere rem porrectam vna manu, vel digito.

5 CHARACTER imprimitur in traditione instrumenti pertinentis ad actum illum, qui est principalior in illo ordine: secundum Pe. de Pa. & Thom. suprà: vt in sacerdotis ordinatione, in datione calicis, sub determinata forma verborum, quantum ad actum, qui est consecrare corpus, & sanguinem Christi: quantum verò ad potestatem absoluendi, in impositione manuum, dicendo, Accipite spiritũ, &c. In diacono, in datione libri euangeliorum. In subdiacono, in traditione calicis, & patinæ vacuæ: secundum Tho. & Petr. suprà. In acolyto, in datione vrceoli vacui: secũdum Tho. & Archi. Flor. suprà. In lectore, in traditione prophetiarum. In ostiario, in traditione clauium. In exorcista, in receptione libri exorcismorũ. secundũ Tho. suprà.

6 OMNES ordines minores, & prima tonsura possunt dari eidem personæ eodem die, vbi est consuetudo. licèt Inno. & Host. in c. de eo de tẽpo. ord. contrarium dicant. glo. tamen ibi dicit, quod omnes ordines minores simul eidẽ dari possunt. Sed dic, quod consuetudo est seruanda, quæ habet, & est in practica, quod simul eodem die, eidem personæ conferuntur cum prima tonsura. Ideò intellige Innoc. & Host. vbi non est consuetum, & facere esset scandalum. Ordines minores, cùm aliquo sacro, eodem die, eidem dari non debent, sinè licentia Papæ: secundum Inno. & Host. in c. dilectus. de tempo. ord.

7 PRIMA tonsura omni tempore potest cõferri: secundum Hostiens. & d. Ant. in c. consultationi. de temp. ord. ordines vero minores potest quilibet Episcopus dare in dominicis diebus. secundum Hosti. in dict. c. de eo. dummodò nõ videatur tenere generalem ordinationem, & similiter Abbas. secundum domin. Anto. in dict. c. de eo. imò etiam in alijs festis: secũdum Hostiẽ. Alij autem ordines dari debent ab Episcopis tantùm in sex temporibus anni, videlicèt in sabbatis quatuor temporum, sabbato ante dominicam de passione, & sabbato sancto. de tempor. ord. per totum. & per S. Thom. 4. sen. d. 25. in expositione literæ. Hoc tamen tempus non est de substantia ordinis. capi. sanè. de temp. ord. De pœna autem recipientium ordines extra dicta tempora suprà. Irregularitas. §. 82. Si extra hæc tempora, & post prandium darentur, tenerent quidem, licèt peccatum & pœna incurrerentur: secundum Vgo. in c. ordinationes. d. 75. Hæc de essentia ordinis non sunt.

8 IN ordinatione si aliquid omittatur, quod sit, vel dubitetur esse de substantia, totum debet iterari: quia non dicitur iterari, quod dubitatur esse factum. c. solennitates. de con. d. 1. si autem est clarum, quod non est de substantia, non debet iterari, sed statuto tẽpore cautè suppleri. ca. presbyter. de sac. non ite. & concord. Innoc. ibi. c. t. Et suppleatur ab eodẽ qui ordinauerat, si possibile est: secundum Innocen.

9 DE substantia non est tẽpus ordinationum. in d. c. sanè nec ætas. c. diaconus. d. 77. nec vnctio. c. 1. de sac. vnct. nec impositio manus Episcopi, scilicet tactu corporali. c. fi. de sac. nõ iter.

nec quod recipiatur à proprio Episcopo ordo, vel quod non recipiat simul. c. quod translationem. de tempo. ord. vel sit ieiunus ordinans, vel ordinatus, vt communiter tenetur, & hæc certa sunt non esse de substantia. Alia quædam sunt dubia: vt est missa, de qua communiter videtur, quod non sit de substantia: vt no. Docto. in cap. quod sic. de elect. De minoribus certũ est, quod non est de substantia: vt manifestat consuetudo, quæ legis interpres est.

[10] QVANDO omissum est aliquid, debet suppleri per eum, qui ordinauit si fieri potest, vel per alium si non potest, seruata forma pastorali. Omnia quoque, quæ sunt in pastorali intelliguntur esse de substantia, nisi oppositum in iure pateat. Debet autem sic suppleri: vt suppleatur tempore ordinationis: secundum Hosti. & patiens defectũ, veniat quasi ministrans Episcopo, & non sit intentio Episcopi reiterare, sed supplere: & fiat sine scandalo quantũ est possibile. Et non exequatur officium vsquequo sit suppletum. c. 1. de sac. non ite. & ibi gl. & secundum Theo. illa dicuntur de substantia, in quibus imprimitur character, de quo supra dictum. §. 5.

[11] ORDO Episcopatus, quo ad potestatem eius, suscipitur in impositione manuum Episcoporum super caput eius. ar. in ca. Episcopus. iuncta gl. d. 23. secundum veriorem opinionẽ.

[12] SI Episcopus facit actus, & alius dicit verba, vel econtrà, in factis ordinibus, nihil facit, quia sacramenta sunt vnitatis, quę diuidi non possunt. capitul. quia passus. de con. d. 2. in minoribus tamen fallit. in capitu. acolytus. 25. d.

[13] QVI coactè, & contra suam volũtatem ordinatur, non est ordinatus: quia nõ intendit facere, quod facit ecclesia: sicut nec reciperet baptismum. c. maiores. de baptis. Si autẽ ordinetur contra voluntatem suam, non absolutè, sed conditionatè: quia nollet, tamẽ quia mandatur ei sub aliqua pœna est contentus, recipit ordinem: quia intẽdit ordinari magis quàm talem inobedientiam incurrere: & potest quis ad hoc cogi per superioris præceptum & ad Episcopatum, & ad curam animarũ. sec. Pe. de pa. tenetur obedire, nisi adsit legitimum impedimentum. supra, Obedientia. §. 5. Et sine necessitate cogens inuitos ad ordines, est puniendus. c. 2. 74. d.

[14] ORDINATVS metu cadente in constantem virum, non tenetur continere, secun. Gul. si non vult, quia continentia non debet esse nisi voluntaria. c. ante triennũ. d. 31. alias sic. cap. prælatum. de his quæ vi me. ve. cap. & præcipuè si consensit voluntate in susscipiendo ordines sacros, quia voluntas cogi non potuit. Si talis non habebat vxorem, quando fuit ordinatus, tenetur continere. c. de Iudæis. d. 45. quod si habebat quãdo ordinatus fuit & ipsa vellet cõtinere, ipse etiam tenetur continere propter ordinẽ sacrum, quem recepit. Si verò ipsa nolit continere, tenetur reddere debitũ, quia hoc facere non potuit in vxoris præiudicium, nec in conscientia coactio excusat, quia etsi corpus cogebatur, poterat tamen non intendere ordines susscipere, & ita ad castitatem nõ obligari. In foro autem exteriori, non poterit cogi, si protestatus fuit nolle ordinari, vel de coactione omnino inuoluntaria constet.

[15] REGVLARES non debent ordinari contra voluntatem suorum prælatorum. cap. ad aures. de tempo. ordi. Quos possit episcopus ordinare vide. c. nullus. de tem. ordi. li. 6. & in c. præcedenti.

[16] ORDINANS non sibi subditos, est suspensus à collatione omnium ordinum per annum. c. eos. de temp. or. in. 6. Si tamen ordinatus erat clericus. Ordinati sic non sunt irregulares, sed sunt suspendendi, per d. ca. translationem, & si celebrant antequam suspendantur, non efficiuntur irregulares. secundum Hosti. licèt grauiter peccẽt antequam eorum episcopi ratam habeant talem ordinationem: vt not. in d. ca. eos. nisi quando eorum episcopi

sunt

sunt suspensi manifestè, propter aliorum ordinationes, tunc eorum subditi sine horum licentia possunt à vicinis Episcopis ordinari. in d. c. eos. & c. 1. de temp. ord. li. 6. De vltramontanis ordinatis ab Italico Episcopo, & econtrà, supra, Irregularitas. §. 81. satis sit dictum.

17 ORDINANS ad ordines sacros ante legitimam ætatem, est suspendendus à collatione ordinum, & sic ordinatus ab executione ipsius ordinis, vsque ad ætatem legitimã, secun. d. Ant. in ca. vel non est. de tempo. ordi. arg. cle. generalem. de ætate & qua. or. & peccat si ante legitimam ætatem exequatur. non tamen fit irregularis, nisi prius suspendatur, sicut de iure debet suspendi. supra. Irregularitas. §. 82. Aetas. §. 1.

18 EPISCOPVS qui renuntiauit locotãrum, si rogetur à proprio Episcopo, potest ordines conferre: si autem renuntiauit loco, & dignitati, potest tantùm minores conferre. supra, Irregularitas. §. 79.

19 NON possunt ordinari ad sacros ordines, nisi vsum rationis habentes, secun. Tho. 4. sent. d. 25. a. 1. ql. 2. bene tamen ad ordines minores, De ætate autem requisita ordinandis, supra, Aetas. §. 1. Bigami prohibentur. supra Bigamus. § 4. Solenniter pœnitentes. c. ex pœnitentibus. d. 50. Neophiti. d. 48. c. quoniã. Obligati curiæ. d. 51. ca. 1. De seruis, & corpore vitiatis. vide in suis titulis. De illegitimè natis, in ver. illegitimus. §. 1. cum quibus dispẽsetur, supra. Beneficium. §. 28. vsque 34. Peregrini ignoti, non sunt ordinãdi. in c. nullus. de æta. & qua. or. lib. 6. Hermophroditæ. supra. eo. tit. §. 1. Infames, supra infamia. §. 7. Irregulares, suspensi, excõmunicati. vide in suis titulis. Interrogandi sunt ergo ordinantes, si huiusmodi scienter admiserõt: si seruauerunt quę sunt in suis pontificalibus, si non contulerunt gratis. Ordinati verò, si in peccato mortali receperunt, an ante debitam ætatẽ, sine licentia sui superioris: quia in omnibus mortale videtur, & cætera.

20 ORDINVM collationem non potest denegare episcopus existenti in dignitate, & beneficio, alio non existente impedimento. c. ex tuarum tenore. de temp. or. sicut potest secularibus, & regularibus, quibus non tenetur. c. ad aures. de tempo. ordi. imò sine licentia sui prælati tales nõ possunt promoueri ad ordines, & sic loquitur d. ca. ad aures.

ORGANVM.

1 ORGANORVM vsus in ecclesia est licitus, licèt Romana ecclesia coram pontifice eis non vtatur. nõ tamẽ licèt inter diuina in eis canere, vel pulsare seculares cantus, vel plausus, aut turpes, & amatorias cantilenas, & est mortale, secun. Caie. ibi. in summa. Est enim contrarium diuino officio, cuius est excitare deuotionem, & tales cantus excitant ad turpia, vel vana. Si militer qui tales conducunt sonatores, & consentiunt eis in hoc, possent hi aliquo modo excusari, quando crederent non esse prohibitum, cùm in alijs ecclesijs sic fieret. Sed à sono turpium, nulla ignorantia excusat: quia statim continet contrarietatem ad solennitatem Christi, secundum Caieta. ibi, in summa, supra, Cantus. §. 4.

ORNATVS.

1 ORNATVS exterior mulierum, ac virorum, solet multipliciter esse peccatum. Primò, ex fine malo, qui si sit mortalis, & ornatus erit mortalis: vt si fiat ad prouocãdum aliquã personam non coniugem, ad lasciuiã, si sit venialis, vt pro aliqua vana gloria, erit & venialis. Secũdò, quãdo ponitur in hoc tanta sollicitudo, vt prætermittantur necessaria ad salutem, vt missa, tunc est mortale. Tertiò, si sit contra legem obligatiuam ad mortale, quæ potest cognosci, secun. Caietan. ibi, in summa, ex pœna, vt si esset sub pœna excommunicationis, & ita seruaretur, esset mortale. Si verò legis leuis est pœna, & deficit cõtemptus, non erit mortale: sicut si adesset contemptus. Si verò sit contra consuetudinem, quæ non transierit in legem,

communiter est veniale, q. si consuetudo transierit in legem, sine pœna, & desit contéptus, est veniale. Quartò ex qualitate. vt quãdo habitus est indecens, vel minus honestus, vt quãdo ostendunt pectus, & huiusmodi, si desit mala intentio, non videtur mortale, posset tamen esse ita inhonestus, quòd ex eo personę scandalizarentur, & esset mortale, quia daretur alijs materia scandali. Quintò, ex fuco, quod cõmuniter veniale est, nisi aliud adiũgatur. Potest etiam fieri fucatio sine peccato, vt cùm celatur turpitudo ex aliquo accidente proueniens, vel ex aliqua rationabili causa. Sextò, ex nimia preciositate ornatus in annulis, torquibus, & huiusmodi, vltra conditionem personarum. nam quod est nimis preciosum cui, non erit comiti, & hoc communiter est veniale. Septimò, ex scandalo, vt cùm quis ornat se, vt ab alio inhonestè appetatur, mortale est: quia dat occasionem peccandi, cum mala intentione. Si non habet malam intentionem, neque propter hoc ornat se, vel hoc facit vt proprio marito placeat, vel propter alium respectum, qui non est peccatum mortale, non mortaliter agit, etiam quòd multi peccent eam personam appetendo, & ipsa sciat se appeti, hoc enim est scandalum tantùm passiuum in ea, secundum Caieta. ibi, in summa. Non enim rei illicitæ dat operam.

[2] PORTARE capillos mortuorũ, & huiusmodi, dummodo desit superstitio, & mala intentio, etiam quòd sit ibi vanitas, non est mortale peccatum.

[3] ALI QVI dicunt, quòd licèt mulier non intendat ruinam alicuius ex suo ornatu. tamẽ cũ aduertit quòd aliqui prouocantur ex hoc, non debet se illis offerre, & quotiens se offert, mortaliter peccat, quod est valdè durum: ideò videtur melius dicendum, quòd si ex parte mulieris non est intẽtio ad prouocandum, nec sibi placet quòd prouocentur ad peccatum, licèt placet ei quòd laudetur, vt pulchra: si vana superfluitate, & fuco ornet se, non propterea mortaliter peccat: quia alij peccãt ipsam amando turpiter, non enim dat occasionem, sed illi accipiunt, secundum Caietan. suprà. Sicut qui credit multos sibi desiderare mortem cùm vident ipsum, propter hoc non potest exire domum, & ad alia negotia. Sicut & Christus, sciebat multos debere scãdalizari de verbis sacramenti eucharistiæ, & tamen hoc non obstante, protulit verba. Neque propter prodigalitatem est mortale, nisi secũdum quod prodigalitas ipsa mortalis est. Vidè Caiet. secunda secundæ. q. 169. & infrà, Scandalum. §. 3.

OSCVLVM.

[1] OSCVLVM tripliciter potest cõsiderari, secundum se solum, & sic nõ est peccatum: vnde inuicẽ osculamur ex amicitia, & consuetudine, sine peccato. Secũdò, potest fieri propter delectationẽ sensitiuam, ordinatam ad aliquem actum peccati mortalis, & tunc est mortale, ex Intentione osculantis extra matrimonium. Tertiò, potest fieri ex delectatione sensitiua tantùm, non vltrà progrediendo, & sic etiam mortale est: quia actus venereus est ex se. Huiusmodi autem oscula extra matrimonium facta ob delectationem, & non ex beneuolentia, vel consuetudine, mortalia sunt, secun. Caie. ibi in summa, supra, Impudicitia. §. 1. quidam tamen aliter sentiunt, & malè, &c.

[2] MVLIER aduertens se osculariã consanguineo secundum mortem patriæ, sed tamen libidinosè, non peccat, etiam quòd non renuat, sed tantùm ille, qui malam habet intentionem, imò malè ageret negando publicæ signum amicitiæ, secundum Thom. secunda secundæ. q. 115. a. 4. Intellige prædicta si principaliter fiant propter delectationem: quia talis delectatio est infra latitudinem venereorũ mortalium.

PACTVM.

[1] PACTVM est duplex, scilicet vestitum, & nudum. Vestitur autem sex modis, re, verbis, literis, consensu, cohærentia, & interuentu rei, vt cùm dicitur

dicitur, dabo tibi equum meum, si de deris decem, si interuenit datio decé, teneris mihi dare equum. Insti. de verbo. signi. Nudum vero dicitur quando non aliquo prædictorum vestitur. sed est in meris, putisque confinibus conuentionis, vt si promisi tibi dare centum sine aliqua præcedente interrogatione, vel scriptura, vel huiusmodi, & consentis, quod si non consentis, non erit pactum, sed pollicitatio: de qua. ff. de pact. l. iuris gentium. §. igitur. Similiter dicitur nudum, quando non continet causam: quia traditio rei sine causa, nullius est efficaciæ. l. nunquam nuda. ff. de acquir. re. do. quia tamen quãdoquè fallit, vide Pa. in c. si cautio. de fide instru.

2 Ex pacto nudo, & sola promissione, ex iure canonico, & in conscientia quis obligatur, quando videlicet exprimitur causa, secun. Pa. in c. prudentis. de do. & c. si cautio. de fide instru. vt dicèdo promitto tibi decem, quia dedisti mihi equũ, vel huiusmodi. Si verò sit nudum, taliter quod nulla exprimatur causa, non obligat, etiã in conscientia: quia præsumitur per errorem promisisse. Tamen si quis dicat, promitto tibi donare centum, quia præsumitur, quod hoc faciat ex liberalitate, nõ est sine causa, & sic obligatur, vel si promittitur loco pio aliquid, quia præsumitur, quòd se obligauerit fauoré piæ causæ, nec præsumitur error. c. fi. de suc. ab intest. vel si habuit animum se obligandi, quando nudè paciscebatur, secundum Thom. 4. senten. d. 38. & facit c. literarum. de voto. Alias si non habuit animum obligandi, non tenetur sub mortali, nisi subesset causa, quæ aliàs obligaret: vt si promisit dare panem existenti in extrema necessitate, quia tenetur dare, etiam quòd non habuerit animum obligandi se, etiam non tenetur, si adueniat aliqua conditio rationabilis, quam si cogitasset à principio, talem promissionem non fecisset: secundum Thom. secunda secundæ. q. 11. Vide etiam ipsum circa dicta suprà, secunda secundæ. q. 88. a. 3. Item quando est promissio de re parua, non obligat ad mortale.

3 PACTVM vestitum non omne obligat, secundum Pa. in c. pactiones. de pact. quia vbi iuramentum non obligat, neque pactum: fortius est enim iuramentum, quod fit Deo, quàm pactum factum homini: quoniam homine quocunque maior est Deus.

4 PACTVM dolo initum, non valet c. cùm vniuersorũ de re. permu. quò ad dolosum. Similiter si sit alteri captiosum. ff. de rescin. ven. l. si id quod purè. in fi. Item si sit factum ob niniam reuerentiam alicuius personæ, non obliget l. 1. ff. qua re. ac. non da. Item si sit iuramento firmatum, & contineat turpitudinem. ff. de pact. l. si vnus. §. pacta. quæ turpem causam: & quod contra ius est turpe dicitur, c. faciat homo. 12. q. 2. si tamen hæc turpitudo sit vel ex parte vtriusque, scilicet iurantis, & recipientis, vel ex parte iurantis tantùm, non tenet: vt in regula, quod nõ est obligatorium. in 6. Si verò solùm turpitudinem ex parte recipientis sit, tenet. ca. debitores. de iureiur. Item si sit pactum in conuentionibus innominatis, non obligat, si ille cum quo contraxit, non implet ex parte sua contractum. l. ex placito. C. de rerum permu. & l. naturalis. §. 1. ff. de præ. ver.

5 PACTA inita per fratres mendicantes cum rectoribus ecclesiarum parochialium, super iuribus parochialibus, puta iure funerandi, & huiusmodi, si sint facta per priores, vel guardianos cum cõsensu suorum conuentuum, vel locorum, tenent: licèt non interuenerit licentia sui generalis, vel principalis, seu sedis apostolicæ, dummodò sint honesta, c. ex eo, de pact. in 6.

6 PACTA iuramento firmata, continentia turpitudinem, scilicet quòd est peccatum vel contra ius ex parte recipientis tantùm, obligãt. c. debitores de iureiur. suprà. §. 4.

7 PACTVM de non cedendo bonis tenet, nisi sit notoria paupertas: secundum Panor. in d. capit. pactiones. tunc

enim videretur se obligare ad carceres, quòd non potest. quia nemo est dominus membrorum suorum.

8 PACTVM filiq dũ traditur nuptui, quòd cõtenta dote ad patrimonialia bona non habebit recursum, si firmetur iuramẽto, tenet, aliàs non. capitu. quamuis: de pact. lib. 6. suprà. Dos. §. 2. Tenet etiam si faciat postquam tradita est nuptui: secundum Ioan. mo. quia est ratio eadem. concor. Gemi.

9 PACTVM quòd est cõtra substantiã contractus, etiã quòd nõ cõtineat turpitudinem, vitiat ipsum actũ, siue sit per viam modi, siue per viam conditionis, siue resolutiuè, siue suspensiuè, siue etiam in matrimonio, quod est valdè fauorabile: secundũ Pa. in. c. fi. de condi. ap. quia remota substãtia alicuius actus, remouetur & ipse: quia sine substantia nihil potest subsistere, ad hoc c. tua. de spon. & cognoscitur aliquod esse de substantia alicuius, quando sine eo illud stare non potest.

10 DE pactis pœnalibus appositis contractibus. vide Sil. verb. pactum. circa fin. & infrà. Pœna. §. 5. 6. & 7. Quomodò pacta obscura debeant interpretari, Tab. ver. pactum. §. 11.

PALLÆ.

PAllæ altaris, id est, tobaliæ, siue mappæ, super quibus extenditur corporale, quot esse debeant, & quales, suprà. Missa. §. 6.

PALLIVM.

DE pallio quod est speciale ornamentum Archiepiscoporum, vide in c. nisi. eo. tit. & Pa. in c. antiquz. de priuil. &c. quoniã. 100. d. Ad confessores. hæc materia parum pertinet.

PAPA.

1 PAPA debet eligi à duabus partibus cardinaliũ, aliter si se pro Papa ingerit, est excommunicatus: suprà Excommunicatio. 93. Similiter recipientes talem: c. licet de elect.

2 ELECTIO Papæ facta per simoniã secundum statutũ Iulij II. in concilio Lateranen. sessione 5. ipso facto est nulla, ex quo patet, quod Papa potest statuere circa electionẽ sequentis Papæ, nec sede vacante possunt mutare cardinales. & est summus inter omnes: quia habet plenitudinẽ potestatis, alij partem sollicitudinis per c. de cætero. 2. q. 6. & per S. Tho. in lib. contra errores Græ. c. 65. Et licet Leo Papa iudicio Imperatoris se supposuerit, hoc tamen fecit sponte: secũdum Tho. secunda secundæ. q. 67. a. 1. ad secundum.

3 PAPA quò ad forum ciuile, vbi nõ habet iurisdictionem tẽporalem, non potest tollere legem: secun. Io. An. nisi in his, in quibus est periculum animæ, cùm potestates sint distinctæ. ca. causam. el. 2. qui fil. sint legit. In quibus autem animarum periculum est, quò ad vtrunque forum potest. de senten. excommu. lib. 6. c. decernimus. & ca. nouit. de iudi. & cap. fi. de rescrip.

4 PRINCEPS ita ex suo contractu obligatur, quòd sine culpa priuare nõ potest. eũ, quem instituit in aliquo castro, vel baronia, vel huiusmodi, nec successores: etiam quòd habeat plenitudinem potestatis. d. c. nouit.

5 PAPA habet iurisditionis suæ authoritatẽ à Christo, mediãte electione ecclesiæ, vel habentis vicem ecclesiæ, & omnis alia potestas in ecclesia, ab ista, & sub ista est quantum ad institutionem, seu collationem, ita quòd Papa ea potest vti in sui adiutorium: etiã quòd sit secularis: secũdum Her. vt recitat Arch. Flo. 2. par. titu. 23.

6 AD Papam potest fieri appellatio ab omni principe, etiam temporali, & non recognoscẽte superiorem in temporalibus. in c. licèt. de for. cõp. quando alter non potest haberi. & res, est alicuius momenti.

7 OMNIS potestas iurat fidelitatem Papæ, & obedientiã, recognoscens ab eo omne quod habet. ca. tibi domino, 63. d. Etsi aliquãdo aliquis Imperator donauit ecclesiæ, vt de Constantino dicitur, non fuit donatio, sed restitutio.

8 PAPA potest renuntiare papatui, etiã si iurasset nõ renũtiare, cùm adest causa rationabilis, sicut fecit Papa Ciriacus, & multi alij, vt dicit Archi. Flo. 3. par. tit. 23. & de renun. li. 6. c. 1.

9 PAPA

9 PAPA iudicem non habet in terra, nisi desinat esse caput, aut se sponte subijciat: vnde à nullo potest deponi, nisi seipsum suo facto deponat, licèt concilium possit declarare, quod sit depositus. 2.q.7.capit. nos. 9.q.3. cap. nemo iudicabit. Authoritas enim Papæ, vniuersalis ecclesiæ, & generalis concilij, est eadem: secundum Thom. secunda secundæ.q.2.ar.10.

10 SI Papa sit hæreticus clarè, & nolit se emendare, ipso facto mortuus est, & depositus: pro alio autem crimine, etiam notorio, non potest deponi: secundum August. de ancho. de pote.pa. & Petr. de Palud. de pote.pa. Caieta. de authoritate pa. & concilij, c.16. & 27. quia licèt sit caput languidum, est tamen caput. Et licèt Pan. dicat oppositum, tamen ei non est credendū: tū quia hæc materia est theologalis, & magis ad theologos spectat, quàm ad canonistas: tùm quia ipse Panor. semper fuit concilijs, magis quàm authoritati Papæ: vt dicit Sil. ver. Papa q.4. Si autem Papa malis moribus ecclesiam destrueret, vel patrimoniū ecclesiæ totum daret parentibus, resistendum esset illi per honestam repræhensionē, sine tamen depositione eius: & contra eius voluntatem conuocari posset concilium, vt per illud Papa moneretur, & resistendo in malis, remedium apponeretur: non tamen hæc multitudo sic congregata sine authoritate Papæ haberet authoritatem concilij: secundū eundem Pet. de pal. suprà.

11 PAPA posset liberare omnes animas purgatorij, etiam quod plures essent, si quis pro eis faceret, quod iuberet, peccaret tamen indiscretè concedendo, & in hoc sensu dicunt docto. quod non potest spoliare purgatorium: secundum quod dicit Sil. in verb. Papa.q.4.§.6. & indulgentia. §.7. & probat ratione, adducēs etiam Arch. Flor.

12 PAPA potest tollere, & mutare statuta concilij generalis, nisi essent statuta declarantia aliquid esse de iure diuino: vt sunt articuli fidei, declarati per concilia, & hoc ex cau. ca. non debet. de consan. & Tho. contra impug. reli. Christia. nec obstat c. contra. 25. q.1. quia modo prædicto capitur. Intellige etiam dummodò non decoloretur status ecclesiæ per talem mutationem, vt intelligit Pa. in d.c. non debet. & quod adsit causa: & sic intelligitur ca. proposuit. de concess. prēb. tamen etiā quod sine causa dispensset Papa in omnibus his quæ sunt de iure positiuo, tener, licèt peccet: secundum Tho. suprà, dispensatio. §.7. & 13. Et, vt d. Sil. ver. Papa. q.15. sic facere, permittendus non esset.

13 PAPA ex rationabili causa posset absoluere laicū ab obligatione præstita alteri, & etiā collectare, & pro necessitate vnius primæ accipere ab alia. ar. in cap. per principalem. 10. q.3. & Thom. in secunda epistola ad Cor. capitu. 11. non autem sine rationabili causa, vt auferre librum meum, & alteri dare secundum placitum suum, quò ad temporalia: secundum Pan. in c.2. de voto. & Inno. in ca. inquisitioni. de senten. & re iudi. Vide aliqua ad hoc propositum, suprà Cōcilium. & ver. dispensatio.

PARAPHERNVM.

1 PARAPHERNVM est id, quod mulier habet præter dotem, vndecunq; veniat: secundū glos. C. de pact. conuent. in rubri. In quibusdam tamen locis habet consuetudo, quod & dos, & omnia mobilia sint communia: & sunt priuilegiata, sicut bona dotalia quò ad hoc, vt pro eis tacitè sint hypothecata omnia bona viri, sicut pro dotè: secundum gloss. in capitul. ex literis. de pignoribus. Vide tamen distinctionem Panormitan. ibi in dict. capitul. ex literis. nisi specialem hypothecam mulier pro his à viro exegerit.

2 MARITVS inuita vxore, non debet habere fructus paraphernaliū naturales, quando non est translatum dominium eorum in ipsum, nec debet se intromittere de illis. C. de pact. conuen. l. hac lege. & nunquam præsumitur maritus habere dominium eorum,

eorũ,nisi expressè appareat, vel probetur:secundum glos.in l.final.C. de pact.conuen.Et si maritus dicta bona malè administrat,tenetur de dolo,lata culpa, & leui, vt not. in d.l.fina. Cumque maritus volente vxore habet fructus,quicquid supersit non eõ sumptum,ad vxorem pertinebit:per not.in d.l.fin.& l.vbi adhuc.C.de iure dot.& hoc consuluit Bar. secundũ Bald.

3 STATVTVM loquens de dote, extenditur ad paraphernalia:secundum Alberic.in l.de quibus. ff.de legi.col. 24. Qua actione repetantur,Vide Sil. ibi quæstione.5. Paraphernum dicitur à para,quod est iuxta, & phernai, dos,quasi iuxta dotem.

PARENTES.

1 PARENTVM nomine veniũt pater,mater,auus, auia, & superiores.ff.de verb.signific.l. appellatione. Quomodò tenentur alere filios,& eõtra,suprà.Alimenta.§.2.

2 PATER obligatur ex filij contractu,quando res versa est in patris vtilitatẽ,vt quia mutuo accepit,vt se vestiret decenter, etiam sine licentia patris.ff.de in rem verso.l. 3. §. Labeo. quod si non est versum in vtilitatem patris, neque de eius mandato fecit, & pater rem apud se non habet, non tenetur.ff. de in rem verso l. quod si seruus.§.sed si sic accepit.Neq; in hoc casu dominus pro seruo tenetur. Si tamen haberet peculium filij. vel serui, deducto prius peculio, quod pater habet in illo,& dominus in peculio serui,tenentur.l.sed si damni.§.peculium. ff. de peculio.suprà, Dominus,§ 5.& 6. An parentes testificati pro facto filij queant. vide Docto.& Abb.in c.videtur,qui mat.accus. pos. & in c.super eo.el.2.de testi.

PATRIA POTESTAS.

PATRIA potestas soluitur.Primò quando transit in potestatem alterius:vt in l.si arrogator. ff.de adop. vt si fiat quis religiosus. Secundò,si profiteatur post pubertatem in religione approbata:vt not.glo.in c. 20. q.2. Ante autem pubertatem nolente patre,non potest profiteri, nec matre inuita,potest pater offerre filium religioni ante dictam ætatem:secundum Panorm.in c.2.de regul. quia de iure diuino & naturali tenetur filius parentibus obedire.Tertiò per emancipationem.suprà,emancipatio.§.1. Quartò,per sacrum ordinem.c.frequens.d. 54. Quintò,per dignitatem Episcopalem c.si seruus.el.2.d.54.

PECCATVM.

1 PECCATVM actuale duplex est, quoniã aliud est mortale,eò quod mortem spiritualem inferat animæ, auferendo gratiã Dei,ex qua viuit anima, iuxta illud apostoli, Viuo ego, iam non ego, viuit in me Christus, & peccans mortaliter, semper vel expressè, vel interpretatiuè, refutat Deum pro vltimo fine. Aliud est veniale,quia non perfectè attingit rationem peccati, nec est contra charitatem, sed præter:nec contra præcepta Dei,sed præter. Est & aliud peccatum nõ actuale,sed dicitur originale,quod est priuatio originalis iustitiæ,collatę primo homini, vt erat caput generis humani,ex S.Thom.2.senten.d.35.& pluribus alijs locis, quos breuitatis gratia omitto.

2 PECCATA quædam sunt spiritualia,quorũ finis est spiritualis delectatio:vt superbia.alia carnalia,quorũ finis est delectatio corporalis: vt gula, & huiusmodi.De his apostolus.1.Co. 7.ait.Emũdemus nos ab omni inquinamento carnis,& spiritus. Spiritualia sunt quinque,carnalia duo, videlicet gula,& luxuria,cętera spiritualia sunt,secundum Grego.13.mor.li.

3 PECCATVM omne in quantũ habet rationem culpæ,est voluntarium, quia voluntas est propria, & per se causa peccati.Thom.1.2.q.73.a.6.in co.& quod nullo modo est volũtariũ nunquàm est peccatum: secundũ sententiam.Aug.lib.retract.& ca. quod autem.15.q.1.

4 ACTVS interior voluntatis, & exterior alicuius potentiæ,quando sunt coniuncti ad vnum malũ finem, non sunt duo peccata,sed vnũ, sed multiplicatio

plicatio actuũ volũtatis, peccata multiplicat, saltem quantum ad numerum, vt si vadens ad occidendum hominem diuertat voluntatem ad alia, & post iterum deliberet occidere, semper multiplicat peccata, nec est vnum peccatum numero, licèt sit vnum specie. Sunt enim hîc plures actus deformes ipsius voluntatis numero distincti, licèt non sit nisi vnus actus exterior, sine quo etiam voluntas peccasset. Tho. 2. sent. d. 42. q. 2. a. 1. sic tenet Tab. in versi. peccatum. §. 8.

5 QVANDO plures sunt actus exteriores, sed vnus actus voluntatis, non sunt plura peccata, sed vnum, habens tamen plures deformitates, vt si quis furetur, vt luxurietur, vel propter gulam, omnes enim isti actus ordinãtur ad vnum finẽ, à quo habent actus vnitatem specificam, vnitatem autem numeralem ab actu voluntatis vno, & continuato, Thom. 2. sen. d. 42. q. 1. a. 1. per totum. A voluntate enim peccatum est, sine qua peccatum esse non posset.

6 PECCATO transeunte per contritionem remanet reatus pœnæ, qui est obligatio ad pœnam. Thom. suprà, a. 2. Qui si quidẽ reatus est, quod ammodò medium inter culpam, & pœnam.

7 NVLLA creatura per naturam suam impeccabilis est, nisi per gratiam à superiori natura adiuuetur: quia ex quo libera est, rectè agere, & non agere, ordinare, & non ordinare se in Deum potest, secundum Tho. 3. contrà gen. c. 109.

8 HOMO post lapsum Adæ, quamuis sit in gratia Dei, non potest diu stare sine peccato veniali, secus de mortali. Si autem sit extra gratiam, nõ potest diu viuere sine mortali, nisi per gratiam releuetur à mortali, secũdum Thom. prima secũdæ. q. 109. a. 8. quia peccatum, quod non per pœnitẽtiam purgatur, suo pondere ad aliud trahit vt Greg. d.

9 PECCATA non sunt omnia æqualia, secundum Thom. prima secundæ q. 73. a. 2. sed vnum est grauius altero, secundum quòd maiori virtuti opponitur, vel maior deordinatio in vno inuenitur, quàm in alio, vel secũdum maiorem voluntatem ad peccandum.

10 PECCATVM originale minus habet de culpa in nobis, quã quodcunq; peccatum veniale: quia minus voluntarium. Tho. 3. part. q. 1. a. 4. in o. ideò minor pœna debetur ei, licèt respectu naturæ sit grauiùs, ibidem Tho.

11 PECCATVM quod ex genere suo est veniale, aliquando fit mortale ex intentione, vt verbũ otiosum dictũ cũ intẽtione adulterãdi: & quod est mortale ex genere suo, potest esse veniale ex imperfectione actus, vt furari vnũ quattrinũ. Tho. 1. 2. q. 88. a. 4. & a. vlt.

12 PECCATVM veniale disponit ad mortale, quia ex frequẽtia peccandi fit inclinatio ad peccãdũ mortaliter, alio modo temouendo ordinem, qui si seruaretur, conseruaret hominẽ à mortali, nunquàm tamen id quod veniale est, idem potest fieri mortale, neque ex multis venialibus aggregatis potest fieri vnum mortale, secũdum Thom. suprà. nam mortalium pœna æterna est: venialium verò temporalis. Dicuntur tamen ab Aug. occidere, quia ad mortale disponunt si negligantur.

13 PECCATA quæ sunt contra præcepta legis diuinę, naturalis vel humanę, sunt mortalia, nisi ex imperfectione actꝰ, vel respectu rei paruæ, sec. Th. 2. 2. q. 35. Peccata autẽ quæ sunt contra mãdata, cõsilia, vel monitiones dictarũ legũ, communiter sunt venialia: nisi ibi ponatur vltimus finis, vel habeatur intentio ad aliquod mortale, vel interueniat cõtẽptus, vel nõ curetur de salute proximi, vel nisi contrariũ dictet etiã erronea conscięntia. Peccatum veniale, et si charitatis habitum nõ remoueat, & consequenter in anima maculã nõ efficiat, actũ tamẽ charitatis retardat, ideò nitorem impedit, qui ex actibus virtutum est. Tho. prima secundæ. q. 98. a. 1.

PECVLIVM.

1 PECVLIVM prout nominat pecuniam, quàm habet existens in aliena potestate, vt filius familiãs, vel seruus, diuiditur: quonlã aliud est castrẽse,

se,aliud quasi castrense,aliud profectitium,aliud,aduentitium. Castrēse est, quod filiusfamiliās acquirit in castris, id est, in bello, & de illo potest disponere,vt dicemus. Quasi castrense est,quod acquirit filius aduocando, & in omni officio publico. Profectitiū verò, quod obuenit occasione patris.glos.in l.cùm oportet. C.de bon. quæ libe.In po.cōst. & hoc acquiritur patri,quò ad proprietatē,& vsumfructum, vt infrà dicetur. Aliud aduentitium, quod filio aduenit aliundè quàm intuitu patris, vt ex donatione,bona fortuna,industria, vel huiusmodi, & proprietas acquiritur filio, vsusfructus patri.infrà.§.13.

2 QVICQVID donatur filiofamiliās degenti in militia,vel ibi acquirit, quod nō esset acquisiturus,nisi ibi fuisset,est peculiū castrēse, secus si sine militia erat acquisiturus.ff.de castr.pecu. l.castrense.

3 ACQVISITVM per aduocatos,& assessores, etiā non ex salario publico, sed clientulis, erit quasi castrense, secundum Bart. & glos.in l.fori. C.de aduo.diuer.iud. Idem secūdum Bar. to.in l.si mulier.ff.de cast.pec. de relictis aduocato pro emendis libris, vel equo,causa eundi ad officia,& huiusmodi. Idem dicit per eandem rationem Barto.de medicis, magistris artium,notarijs, & similibus, quorum salarium quod habent à priuatis, erit quasi pro castrensi. Facit pro hoc Ange.de Aret. inst. per quas perso. nob. acqu.§.igitur. De notarijs distinguit Sil.vers.peculium.1.§. 10. quia si sunt communes,quod acquirunt, non est quasi castrense. Si verò sunt communis,vel dominorum, vel officialium: qui debent ex publico habere salarium,sicut infrà.§.9. Idem omnibus habentibus aliquam administrationem,& dignitatem ex publico,& occasione huius aliquid lucrātur, etiam ex priuatis salarijs. Secus de officio procurationis, carpentarij, & huiusmodi, quæ non sunt officia publica: licèt salarium sit quandoquè publicum, quia non habent illud ex causa publica. Ingeniarij reputantur inter officia publica.Sali.in l.fi. C. de inof. testa. Publicum ergo officium,luctum quasi castrense esse facit.

4 SI aliquid donatur militi, vel aduocato, vel habenti officium publicum, quod notoriè ad officium eorū pertineat, vt si donentur arma militi,& huiusmodi,sine dubio tale munus erit castrense, vel quasi à quocunque donetur. Si autem tale donum non est aptum officio,non est castrense,nisi quando donans ex militia, vel alio officio motus est, vel quando tale donum datū est pro emendis aptis ad talia officia publica. Quæ autem possunt esse apta ad huiusmodi officia,& ad alia, vt seruus, & huiusmodi,non erunt castrensia, nisi specialiter, & nominatim fiat mentio, quòd hæc donantur pro hoc officio:secus si simpliciter,& sine tali expressione donentur,secundum Bart. in d.tract. de duo.fra.ff.de castr. pec.l. miles præcipua.l.castrense.l.forte.

5 DONATVM filiofamiliās, non militi, nec existenti in officio publico, cum expressione verborum, quòd sit castrense, vel quasi, propter hoc non erit castrense, secundum Bartol.in d. tract. operabitur tamen, vt patri non acquiratur vsusfructus, quod potest facere donans.C. de bon. quæ lib. authen.excipitur. Et sic licèt expressum vitietur. non tamen tacitum.ff.quib. mod.pig.vel hyp.solu.l.1.

6 SI pater det filio existenti in studio libros, exprimens se velle donare, quos nomine eius emit: si filius tempore donationis erat iam doctor, vel aduocatus, acquiruntur ei quasi castrensia. C.de cast. pecu.l.1.nec poterit sic donatum reuocari, quasi donatio sit incontinenti valida. l. si filius. C.famil. ercis. Vnde non communicabuntur,in dict.l.1. Si verò tantùm scholaris erat.si studium suum compleuerat ante mortem patris, efficiuntur ei quasi castrense, quia incipit quasi militare. l. siue emancipatis. C.de donatio. Nec venirent in collationem. Secus si ante mortem patris

non compleuit, quia qualitas personæ non patitur. cùm non habeat aliquam de dignitatibus quæ ponuntur in l.fi.C.de inof.testa.& quia scholares non gaudent priuilegio sicut magistri,& doctor. C. de sta.liber. l.1.in fi.fallit tamen hoc, si dictos libros filius non est adeptus,nisi post emancipationem: quia tùc erunt sui,& idem dic de quocunque donato à patre filio post emancipationē, vel si donata ante emancipationē,post tamē de voluntate patris possedit, nec potetit pater reuocare. l. siue emancipatis.C. de don.quando verò dubiū est, an pater donauerit, ad coniecturas est recurrendum, secundum Bar. in addit. ad d.tract.

7 NAVTAE,remiges,patroni, siue alij officiales in nauibus,in mari, vel in alijs fluminibus, si ex causa publica officium suum exerceant lucrū computabitur pro castrensi. in l.1.ff. de bon.pos.ex testa.mili.secus si pro causa propria nauigent, vt pro mercantia, vel si sunt piratæ, vel pro iniusto bello: etiam quod haberent salarium ex publico. quia iniustum bellum non est bonum publicum,ideò quod sic lucrantur, non computabitur pro castrensi.

8 FILIVSFAMILIAS potest testari,& ad libitū disponere de peculio castrensi,vel quasi: quia illud acquirit sibi quò ad dominiū, & vsumfructū, nec illud cōmunicabit cū fratrib⁹ post mortē patris.l.cū anti.ff. de inof. test.

9 PECVLIVM castrēse est,quod acquiritur à viris disertissimis,causarum patronis, iuris doctissimis, notarijs, & agentibus in rebus, magistris studiorum, liberalium artium, medicis, & omnibus, qui omnino salaria, vel stipendia recipiunt publica.in d.l.antiquis. vnde solùm notarij communitatis, vel officialium, qui de publico salarium habēt, acquirunt in quasi castrensi, non autem alij communes, vt suprà dictum est.§.3.

10 SI pater dat filio existēti in studio pecuniam pro causa necessaria, post mortem patris non computabitur in sortem ei, tempore diuisionis cum fratribus, si nihil erat apud patrem quòd esset filij.l.quæ pater.ff.fam. ercis. Secus si aliquid filij castrense, vel quasi, erat apud patrem, quia tunc in dubio præsumitur, quòd pater administratorio nomine egerit, & sic ei imputabitur in partem. Faciunt not. in l.fi.C.de dot.prom.

11 SI filiusfamilias pecuniam datam à patre pro emendis libris consumpsit cum meretricibus, vel ludendo, vel huiusmodi, post mortem patris computabitur ei in suam partem, secundum Bart. in auth. quod locum. C.de collat. Idem de donato à patre filio pro emancipatione, quod erit computādum ei tempore diuisionis, secundum Bar.l.1.C.de colla.

12 SI filius inceperit de mandato patris viuente patre studere,patre mortuo,si voluerit complere studium,vel doctoratij,facier de suo:nisi pater aliter ordinauerit, secundum Bart.in d. tract. quia hic est nouus actus. C. de legat.1.l. si seruus obligatus.§. sed si. nec fratres eius tenentur.

13 PECVLIVM aduentitiū,est quod acquiritur ex industria, vel euentu, vel fortuna, vel aliundè, ex donatione facta non intuitu patris, nisi fieret ab imperatore,vel in petatrice, quia tunc quasi castrense iudicatur. C. de bon.quæ libe.l. cùm multa. Idem de donato à rege,quia statutum loquens de imperatore generaliter, intelligitur de rege etiam. secundum Inno in c.super quibusdam. de verbo. sign.Et in isto aduentitio filiusfamiliās acquirit dominium, siue proprietatem, & post mortem patris, non tenetur illud communicare cum fratribus, sed erit specialiter suum. C. de collat.l.fi. Pater autē donec vixerit habet vsumfructum. nisi remiserit, vel nisi detur cum pacto, quòd pater non habeat vsumfructum, & quibusdam alijs casibus,de quibus Institu. per quas capi. no.ac §. sancitum. in glos.& Bald.in l.contra.ff.rer.amot.

14 DONATVM abextraneo, vel relictum filiofamiliās contemplatione patris,

patris, erit profectitium, secundum Bart. in d. tracta. si contemplatione filij, erit aduentitium. ff. de acqui. hæred. l. aditio. Si verò non apparet cuius contemplatione sit datum, deprehenditur ex futuro euentu, quia si relinquitur vt habeat post mortem patris, præsumitur quòd sit relictũ contemplatione filij: si verò vt habeat tantùm viuente patre, præsumitur contemplatione patris esse factum. Similiter ex opere potest comprehendi: notat. in l. socium qui. §. final. ff. pro socio.

15 S I pater donat filio præcedentibus meritis filij erit hoc aduentitium, vt tenet glos. in auth. vnde si pater. C. de inoff. test. si autem donat non propter merita, sed vt filio, erit simplex donatio, quæ non valebit nisi morte patris confirmetur.

16 S I filiusfamilias post mortem vxoris vigore statuti lucretur dotem, vel partem dotis, erit hoc lucrum aduentitium: si ipse filius ex labore suo sustinebat onus matrimonij, si autem pater sustinebat onus, erit profectitiũ: si partim sustinebat pater, partim filius, erit partim profectitium, & partim aduentitiũ pro impẽso onere, secundũ Barto. suprà. & l. sed & si quis. §. 1. ff. de stip. seru.

17 PRETIOSA vestimenta, & ornamenta, vt torques, perlę, & huiusmodi, à patre facta nurui, imputabuntur in partem filij, non secundũ quod valebant quando fuerunt empta, sed quantum valent nunc, quia tales res non præsumuntur donatæ, sed accommodatæ. ff. commo. l. si vt certo. nisi magnitudo diuitiarum faceret præsumptionem: vt in l. filius. ff. de donat. hæc secundum Bald. in l. si patruus. C. communia vtriusque iudic. Vestes verò lugubres datæ mulieri, & quæ sunt consumptæ, & quæ sunt paruæ æstimationis, efficiuntur suæ. Sic nanque rationabiliter iura disponunt.

18 LVCRVM, quod facit vnus fratrum cũ pecuuia hæreditatis: secundũ Bart. in d. l. si patruus. si nomine communi fecit diuisionem faciet cũ alijs fratribus, si autem nomine proprio fecit mercantiam non diuidet cum alijs lucrum, l. Titium & Mæuium. §. alterum. ff. de admi. tut. nisi esset tutor, vel curator aliorum: tunc enim primam pecuniam lucratam diuidet, aliud autem lucrum de pecunia iterata nomine proprio, non diuidet cum alijs. Idem dic de eo, qui negotiatur de pecunia minoris, vel ecclesiæ: vt in l. si proponis. C. de re vendi. Quòd si ignoratur cuius nomine fecerit. si solitum negotium cõtinuauit cum alio fratre mortuo superstitibus filijs prę-mortui fratris, in cõmuni indiuisam substantiam possidentibus, tunc communi nomine fecisse videtur. arg. in. l. nam & si seruus. ff. de neg. gest. Secus præsumitur si insolitam exercuit negociationem, nisi ex libro rationum aliud appareat.

19 S I pater dat filio fundum: vt exeo alat se, si ex fructibus lucratur, vel ex negociatione, vel colendo agrum: erit lucrum aduentitium. l. cum oportet. C. de bon. quæ libr. Intellige quando filius coleret ipse fundũ proprijs manibus, & de parte sua lucraretur: secundum Bart. in d. l. cùm oportet.

20 S I pater in peculio filij aduentitio fecit expensas necessarias, vel ad perpetuam vtilitatem, computabũtur in diuisione cum alijs fratribus: secundum Bart. in d. tract. nisi pater fecisset animo non repetendi, quod tunc cognoscitur, quando expensæ sunt ita paruæ, quòd non excedunt quantitatem fructuum. quia tunc præsumitur donare, & sic non veniunt cõmunicandæ cum alijs fratribus. Secus si excedunt, & tunc erunt communicandæ. Si verò dicti sumptus non fuerunt necessarij, nec ad perpetuam vtilitatem, sed tantùm ad vtilitatem fructuum. non sunt communicandæ: quia onera & expensæ ad eundẽ patrem pertinent. ff. de impen. l. neq; stipendium. Idem dic de eo, quòd expendit in datijs, & collectis, quia ipse pater habet fructum. l. si pendentes. §. sed si quid ff. de vsufruct.

21 S I pater dict⁹ naturali pietate pro delicto filij sui se obligauerit, post mortem patris omnes filij debent pro parte sua sustinere: secūdum Bal. in d.l. si patruus. & l. liber captus. ff. de capti. Secus si ex necessitate hoc fecit, vtputā dictante hoc decreto: quia de parte sua soluet. l. igitur. ff. de liber. cau. & not. doct. de eo, qui condemnationes soluere cogitur.

22 S I pater intulit damnum in bonis aduentitijs filij in fructibus, de quibus ipse pater non habebat vsumfructum, tenentur fratres emendare de cōmuni: secundum Bal. suprā, & in d.l. cùm oportet. non aūt si habebat vsumfructum, vel læsio est parua, etiam quòd non haberet vsumfructū, secus si perpetua, vel intolerabilis sit: in d.l. cùm oportet, §. sed cùm tacitas.

23 S I post mortem patris vnus fratrū contrahat debitū pro communi vtilitate, erit soluendum de communi: secundum Spec. tit. de iudi. Similiter de societate dic. Secus si non pro communi vtilitate. Similiter si dos sit versa in communem vtilitatem, de communi soluetur, aliter non. Idem de condemnatione soluta per vnum de cōmuni soluetur, quando maleficium pro cōmuni vtilitate est factū, scientibus, & acceptantibus: secundū eundem Spec. secus si ignorauerunt, vel non consenserunt.

24 S I vnus fratrum vult militare, vel filiam maritare, vel filiū tenere in studio, de suo faciet, nisi aliter sit conuentum inter eos. lib. si socius pro filia. ff. pro soc. & Bal. in d.l patruus.

25 DE peculio, quod ex societate acquiritur, sciendum quòd tres sunt societates. Prima est omnium bonorū, quando socij ita cōueniunt vt omnia bona, quę habēt, & habituri sunt quo modocunque (iustè tamen) sint communia. Secunda est quæstus & lucri, quando scilicèt conueniunt, vt omne lucrum proueniens ex opera & solertia sit commune, non autem ex donatione, legato, hęreditate, vel huiusmodi. Tertia dicitur societas certæ rei, quando scilicèt cōueniunt, vt stent ad vnum panem, & vnum vinum, vel faciunt certam negotiationem, in qua aliquando vnus ponit pecuniam, alius laborem. hæc colliguntur ex Bart. & Bald. in d.l. si patruus. & in tract. Bar. de duob. fratrib.

26 QVANDO sit contracta societas inter aliquos, potest aduerti: secundū Bald. vbi suprā, quando simul stant, & quamuis non negotientur, omnia tamen salaria, dotes, in communi conferunt: ex his præsumitur intentio, etiam si vnus negotietur, & alter non, sed quæcunque sibi eueniunt, ponunt in communi: nam lucri communicatio societatis est contractio, etiam si vnus esset aduocatus, vel alter lucraretur, & alter haberet curam domus, & ponunt in domo, videtur cōtracta societas. Et licèt vnus plus lucretur quā alius, tamen in generali societate omnia æquè sunt diuidēda. l. si socius pro filia. ff. pro soc.

27 S I mulier in domo exercet aliquā artem non cōmunem cum alijs personis: vt quia est chirurgica, vel huiusmodi, nec propter hoc dimittit opera communia domus, lucrum, quod de tali arte facit, erit proprium, nec diuidet cum alijs, nisi ponat illud in communi: tunc enim intelligitur cōtracta societas. Idem dic de filiabus alterius fratris. Bald. in l. si vxorem. c. de condi. infer. tam in leg.

28 S I vnus fratrū dotauit filiam fratris patre sciente & patiente, & non tenebatur eam dotare, poterit repetere dotem: quia vtiliter eius negotium egit, nec videtur donare: quia solus nō facit: sicut quando extraneus alterius filiam dotat. l. ex morte. capit. de pact. conuent.

29 S I frater spurius viuente patre cōtrahit societatem omnium bonorum cum legitimo fratre, post mortem patris spurius habebit partem hęreditatis iure societatis: secundum Bald. in l. 1. c. pro soc. de hac materia infrā, Societas. circa prin. in ver. vsura. vide aliquid. Hæc est bona cautela, quando quis vult, quòd spurius cum legitimo in hæreditate succedat.

PECVNIA.

1 PECVNIAE nomine veniunt largo vocabulo omnia quæ possunt esse in matrimonio, quorũ aliquis potest esse dominus. c. totum. 1. qu. 3. & omne quod pecunia potest mẽsurari: secundum Thom. secunda secundę. q. 78. a. 2. Propriè verò dicitur pecunia denarius. Car. in clemen. exiui. §. porrò. de verb. sign. ideò cùm prohibetur pecunia, intelligitur de moneta, cuiuscunque generis sit tantùm.

2 SOLVTIO debiti in quãtitate, vel numero existentis debet fieri secundũ pecuniæ valorem currentem tempore contractus, siue pecunia sit reprobata in totum, siue alterata in partem in perpetuum. respectu cursus: secundũ Pa. in c. quanto. de iureiur. &c. olim. de cen. & hęc est cõmunis opinio doc. Et hoc tam in moneta minuta, quàm grossa: secundum d. Ant. & Pan. in d. c. quanto. Si verò non est alterata in perpetuum, sed ad tempus, secus est: secundum Panorm. suprà. ar. in l. Pretia. ff. ad leg. Falcid. Et dicitur pecunia diminuta, vel alterata in perpetuum, quando princeps non vult, quòd expendatur nisi pro tãto, cùm priùs pro maiori vel minori pretio expenderetur. Diminuta verò ad tempus dicitur, quãdo hodie florenus valebit 80. cras valebit 81. & sic de die in diem crescit, & decrescit. Dicitur verò reprobata, vel quia falsa, vel quia à Principe bannita.

3 SOLVTIO fienda ratione cõdemnationis iudicis debet fieri de pecunia currente tempore condemnationis, si ratione statuti condemnationis, debet solui de moneta currenti: secundum Spec. & verius: quia pœna de minori debet solui. capitul. odia. de regul. iur. lib. 6. Solutio autem, quam fieri mandauit princeps, fiet de moneta currente tempore, quo mandauit, si princeps sciebat valorem eius: secundum dict. Ant. in d. c. quanto. ar. in d. c. olim. Solutio verò respectu legati fiet secundũ valorem monetæ currentis tempore conditi legati: secundum Panormita. in d. c. quanto. Idem dic de antiquis pensionibus: secundũ Ioan. And. in c. pe. de censi.

4 PETRVS mutuauit Paulo, vel de posuit C. aureos restituendos in auro tantùm. Paulus non potest restituere in alia materia, neque in alia forma inuito ipso Petro, & augmentum, vel diminutio ad ipsum Petrum pertinet. Si autem mutuauit C. libras in auro, vel argento, satis est, quòd restituat C. libras in quacunque moneta. Si autem simpliciter fuit factum mutuum in auro, vel argento, non potest restituere in alia forma, vel materia, quando Petrus ex hoc pateretur damnum. Si autem nõ patitur damnum, potest restituere aurũ pro auro, & argentũ pro argento, etiam mutata forma, & ipse Petrus tenetur acceptare, nisi aliter loci consuetudo haberet: secundũ Panormitanum in dic. cap. quanto. & Bar. in l. Paulus. ff. de solutio. De falsificantibus, & radentibus monetam, suprà, Moneta, per totum, Falsarius, per totum. Solitus ex pecunia lucrari, cõtra morosum debitorem agere potest. vt soluat, quod verisimiliter fuisset lucratus ex mutuata pecunia. Abb. in c. per vestras. de don. inter vir. & vxo. col. 2.

PEDAGIVM.

PEDAGIVM, & Pensio. suprà. Gabella, per totum, & infrà. Vectigal, per totũ. An sit mortale peccatũ fraudare huiusmodi, multi tenent, & non sed si inueniantur, pœnam soluant, postquã fuerint cõdemnati: tamẽ quia ex natura sua tenetur solui, quod solui debet secũdũ iustitiã, nõ soluere huiusmodi gabellas. ad furtum pertinet: ideò à mortali tales non soluentes excusare nescio: sicut tenet Caiet. in vet. vectigal. de quo suprà. Gabella. §. 6. Quis possit pedagia imponere, vide Abb. in c. innouamus. de censi. & de verb. signif. c. super quibusdam.

POENA.

1 POENAM, quam quis incurrit transgrediendo aliquod statutũ, vt videlicet tantùm soluat, qui cõtra fecerit, non tenetur etiam in foro pœnitentiali, nisi postquàm fuerit de hoc

sententiatum, etiam quòd lex dicat, quòd ipso facto incurrat: quia adhuc requiritur sententia declaratiua: secũdum Ray. Concordat Thom. secunda secundæ. q. 63. a. 3. ar. 12. q. 2. c. fraternitas. in gloss. Quidam limitant hoc, quantùm ad pœnas requirentes actũ hominis necessariò ad executionem, secus autem in pœnis trahentibus post se executionem: vt est excommunicatio. & huiusmodi. Caiet. in summa ibi, dicit hoc fallere in duobus, scilicèt in censuris, & pœnis testamentarijs. Vnde & excommunicatus, & suspensus, interdictus, & irregularis est, quisquis contra latam à canone de huiusmodi sententiam facit, absque alia declaratione iudicis. Et vidua non castè viuens, si fuit relicta domina, & vsufructuaria, donec castè vixerit, tenetur de cõsumptis postquàm non castè vixit, etiam si à nullo iudice humano ad hoc compellatur, & hoc est: quia casu eueniente desinit succedere in tali vsufructu, marito sic disponente. Idem dic, quando relinquitur vsufructuaria, donec ad secundas nuptias trã fierit, perdit vsum fructũ, etiam si secretè nubat, & ratio est sola testatoris voluntas: secund. Caie. ibi, quia ventũ est ad casum, in quo testator bona sua ad eam transire noluit.

2 APPELLATIONE pœnæ secundum Canonistas non venit pœna pecuniaria, sed tantùm corporis afflictiua: secundũ Pa. in c. inter alia. de immu. eccl. largè tamẽ aliquando veniũt aliæ pœnæ, quarum aliquæ sunt spirituales, videlicèt increpatio. c. peruenit d. 84. Censura excommunicationis, interdicti, suspensionis. c. quærenti. de verb. signif. Infamiæ, & depositionis. de qua in c. si episcopus. d. 5. Aliæ corporales, videlicèt abstinentiæ, verberationis, seruitutis, publicationis omnium bonorum, exilij. Aliæ pecuniariæ, aliæ sanguinis, vt mortis, vel detruncationis.

3 IVDEX ecclesiasticus potest imponere pœnam pecuniariam: secundum Panor. in c. licèt de pœnis. videlicèt mulctando, si illa magis timetur: quia pœna certa non est à iure statuta pro arcenda contumacia, ideò potest imponere: vt sibi videtur. in c. de causis. de offi. dele. diffiniendo autem potest etiã imponere, quando subest statutũ, vel consuetudo: vt vltra pœnam iuris imponatur pecuniaria: quia potest iudex adiuuare canonẽ, nouam pœnam apponendo: vt in c. 2. de constit. lib. 6. dũmodò hoc procedat à vitio cupiditatis. Si verò tale statutum, vel consuetudo non extant, prælatus extra iudicium pecuniam pro delicto exigere non potest, sicut faciebant illi diaconi. de quibus in cap. licet. d. 100. Si autem iudicialiter procedat, & certa pœna non est appositа, potest imponere pecuniariam: & si est posita cum causæ cognitione, potest illam pronũtiando temperare, non autem postquàm pronuntiauit: vt in §. notandum. 2. q. 3. nisi quando super tali crimine potest dispensare: vt in cap. at si clerici. de iudic.

4 QVANDO iudex ecclesiasticus exigit pœnam dictã in casu licito, vt ex statuto positam, secundum Hostiens. potest sibi retinere, tamẽ euitet suspicionem cupiditatis, quando imponit nõ ex statuto, sed ex officio suo, debet deputare in pias causas. Multa enim fieri possunt, quæ tamẽ fieri non expediunt.

5 POENA appositа in contractibus, ii citè potest exigi à seruante fidem contra non seruantem, dummodò nõ fiat in fraudem vsurarũ: secundum Pa. & Inn. in c. suam. de pœ. nisi quando cõtractus est contra ius (licèt sit præter ius) & nullus. c. dilecti. de arbi. Et hoc etiam in foro pœnitentiali, etiam si interesse excedat.

6 QVI promisit sub certa pœna soluere, & nõ soluit nisi partem, si obligatio fuit diuidua, soluere tenetur tantùm partem pœnæ, si autem fuit indiuidua, tenetur soluere totam pœnam: secun. Pa. in d. c. suam. Et dicitur obligatio diuidua, quando solutio partis affert tantam cõmoditatem respectu partis, quantã solutio totius, respectu totius. vt si promisi tibi scribere duos

libros, & tantùm vnum scripsi. Indiuidua verò, quando tantam vtilitatem non affert, vt si promisi scibere vnum librum, & tantùm medietatem scripsi.

7 POENA apposita in contractu, etiã altero reclamante, dummodò contractus locum habeat, incurritur à nõ seruante: secundum Pa. in c. Raynaldus. de test. vbi infert vnum not, quòd pœna apposita ex conuentione committitur ex sola contradictione facti, quãquàm contradictio non habuerit iuris effectum.

8 SI lex plures pœnas ponat alternatiuè, id est, sub disiunctione, videlicèt, puniatur tali vel tali pœna: secundum Panorm. in c. inter cæteras. de rescrip. optio eligendi pœnam datur iudici: si verba legis ad iudicem dirigantur. ad hoc est l. si fugitiui. cap. de seruis fugit. Si verò dirigantur ad reum, optio ad reum pertinet: vt in l. quicũque. c. de seruis fugiti. Si verò verba impersonaliter proferantur, est dubitatio: tamen abb. vbi suprà, tenet propter glo. ibi allegatas, & propter cap. quoniam. vt lite contest. quòd optio datur iudici, & non reo, qui reus semper mitiorem pœnam eligeret, & sic quasi frustraretur alternatiuæ legis clausula. Consuetudo tamen deberet seruari, si esset, quòd semper vna pœna soluatur.

9 SEMEL punitus in iudicio pro aliquo crimine, non debet ampliùs pro eodem puniri: quia vt dicitur Na. 2. c. Deus non iudicat bis in idipsum. Et nemo debet duplici contritione cõteri: vt in capitu. at si clerici. de iudic. quamuis in eodem iudicio aliquando multiplex imponatur pœna, quæ tamen omnes pœnæ pro vna sufficienti computantur. Quando lex imponit aliquam pœnam facienti aliquod malum, nisi tale malum perficiatur, licèt attentetur, pœna non venit imponenda: secundum Panormita: in c. 1. de eo qui mit. in pos. licèt alia imponatur pœna iudicis arbitrio. Similiter dic de pœna per statutum posita. Secus autem de pœna, quæ per iudicis decretum venit imponenda, quia delinquens punitur, ac si opus perfecisset. Ex quo ad actum propinquum peruenit: vt in l. si quis non dicam. capit. de epis. & cle.

POENITENTIA.

1 POENITENTIA, de qua Tho. in 4. sentẽ. d. 14. & 16. agit, est virtus motalis pertinens ad iustitiã, puniens peccatum, quod dolet commisisse. Est & sacramentum continens contritionem confessionem, & satisfactionẽ, de quibus suprà, Confessio, per totum, & Contritio, per totum. an etiam nolens acceptare aliquam pœnitentiam perficiendam in hoc mũdo possit absolui, suprà, Confessio, §. 29. & quomodo, si acceptauit, teneatur perficere: licèt Ta. in ver. pœnitentia. dicat hunc non esse absoluendum. §. 2. & quomodo, si acceptat, & non perficiat. non tenetur iterare confessionem: suprà, Confessio, §. 10.

2 POENITENTIA quædam erat solennis, sed quia nõ est ampliùs in vsu, ideò de ipsa non loquemur. Alia est publica tantùm, & hæc etiam à simplici sacerdote potest imponi, etiam clerico, dummodò non sit solennis, & non debet imponi nisi pro graui & publico peccato. nec confessor imponens talem pœnitentiam publicam, dicitur reuelare peccatum, nec confessionem: quia nescitur pro quo peccato dederit talem pœnitentiam: secundum Thom. 4. senten. d. 14. Alia est virtualis, quando quis dolet, de quo dolendum, & quantum est dolendũ. Alia est, quam confessor imponit in confessione, de qua suprà, Confessio. §. 29. Alia est secundum canones, vt scilicèt pro quolibet mortali imponatur septennis. c. hoc ipsum. 33. q. 2. sed quia hodie omnes pœnitentiæ sunt arbitrariæ. consideratis personarum circunstantijs: vt in cap. tempora. 26. q. 2. & c. mensuram. de pœnitentijs. dist. 1. ideò dimittamus quomodo intelligantur, & de pœnitentia data à confessore dicamus.

3 PERFICIENS pœnitentiam data à confessore in peccato mortali, licèt

licèt non satisfaciat Deo, satisfacit tamen ecclesiæ: ita quod non tenetur amplius reconfiteri de illis peccatis ri tè confessis, pro quibus data est pœnitentia, neque tenentur eandem pœnitentiam reiterare, sed potest cum alia Deo satisfacere. suprà, Confessio sacramentalis. §. 10. Infrà, Satisfactio. §. quinto.

4 IN vltimo vitæ, secundum Thom. in 4. sent. d. 20. quilibet peccator potest pœnitentiam peragere: quia manet in eo vsus liberi arbitrij, quo mediante Dei auxilio potest ad gratiam se quilibet disponere, quanquam talis pœnitentia sit valdè dubia: secundum Augu. per c. quem pœnitet. de pœn. d. 7. Ideò qui à dubio vult liberari, dum sanus & mentis compos est, pœnitentiam agat.

PERCVSSIO.

1 PERCVTERE aliquem, id est, verberibus affligere contra iustitiam, peccatum mortale ex suo genere est: quia & ei nocumentũ infertur, & iniuria. Si tamen percussio leuis sit, & parua iniuria, propter imperfectionẽ actus erit venialis culpa. Quòd si percussio fiat secundum iustitiam ab eo, qui authoritatem corrigendi habet, vt à prælato, patre, iudice, vel huiusmodi, peccatum non est, nisi in corrigendo modum excederent, vel animo iniuriandi, & non ex charitate faceret: non tamen possunt mutilare, vel occidere, nisi sint domini alicuius perfectę communitatis, vt sunt principes ciuitatum, & huiusmodi, non autem princeps vnius tantùm familiæ, vel collegij: ex Sanct. Thom. secunda secundę. q. 65. a. 2.

2 CLERICI in minoribꝰ causa correctionis possunt verberari, etiam pro leuibus culpis, nõ autem in sacris existentes, nisi pro maioribus criminibꝰ debent verberari. ca. cum beatus. 45. dist. & c. disciplina.

3 REGVLARES verberãtur à prælatis iuxta tenorem suarum constitutionum, etiam pro leuioribus. citra tamen sanguinem. c. reprehensibilis. de appel. in fin. Intellige effusionem enormem: secundum Gul. ar. in cap. archiepiscopatum. de rap. In huiusmodi autem correctionibus debet attendi cõsuetudo, quæ est optima legum interpres: quia quandoque consueuit fieri percussio per prælatum, quandoquè per alium de mandato ipsius, & corã. Vide Tab. ver. excommunicat. 5. casu primo. §. 7.

4 EPISCOPO non licet aliquẽ propriis manibus verberare. c. non liceat. 86. d. Alijs autem prælatis sic. d. 44. §. Salomon.

5 RELIGIOSI nõ debẽt verberari per laicos, nisi quando sunt incorrigibiles, vel aliter reprimi non possunt, sed per alios regulares vel seculares clericos. Quomodò autem, & pro quo crimine fiat degradatio, vide But. in cap. & si. de iudi. Silu. verbo. degradatio. §. 4.

PEREGRINVS.

1 PEREGRINI propriè, qui vadũt ad visitandum alienas ecclesias, vel sanctorum corpora, sunt sub protectione ecclesiæ. capitu. innouamus. de treu. & pa. & qui eos spoliant rebus suis, sunt excommunicandi. capitul. si quis Romi petas. 24. qu. 3. Nunc autem per processum cutiæ sunt excommunicati, qui peregrinantes Romam, & Hierusalem spoliant. suprà, Excommunicatio 4.

2 RES peregrinorum sunt suorũ hęredum, & debent eis restitui quando moriuntur, si commodè possunt inueniri, aliter qui capiunt animo nõ restituendi, mortaliter agunt. Si autẽ non possunt inueniri, vel non commodè possunt hæredibus restitui, quia sunt in longinquis partibus, vel esset opus magna expensa, vel huiusmodi, debẽt pauperibus erogari, non obstante statuto vel consuetudine in contrariũ. secundum Host. Contra enim diuinã legem consuetudo non tenet, nec contra bonos mores.

3 QVOMODO peregrini possũt admitti ad ordines, & ad alia, si habent literas testimoniales sui episcopi, cuius sigillum sit notum: vide capit. cùm secundũ, de prębẽn. & c. sopitę. de cen.

Si probant se amisisse literas, & earũ tenorem, admittũtur. cap. cùm olim. de priui.

4 PEREGRINI, & viatores, vbicũque se inuenerint in paschate, possunt absolui, ex declaratione Eugenij IIII. suprà, Absolutio. §. 16. Et si recesserunt cum licentia sui parochiani, vel Episcopi, intelliguntur etiam habere licentiam cõfitendi, & accipiendi communionem, si in paschate se alibi inuenerint, nisi expresse reseruauerit sibi aliquos casus. Ex quo enim dat licentiam, & non reseruat, videtur concedere. Accedentes etiam ad Papam ex iusta causa, siue in fauorẽ suum, siue alterius: secundum Pan. in cap. meminimus. de app. post Innocent. sunt sub Apostolica protextione, vt interim contra eos non procedatur. Vide Sil. ibi. q. 2.

PERFIDIA.

PERFIDIA, qua homo non attendit promissum, peccatum est: quia contra virtutem fidei. & si iocosa, vel officiosa, venialis est: si autem perniciosa, quia videlicet nocet proximo quò ad animam, vel quò ad corpus, vel quò ad bona alia notabiliter, est mortalis. Si autem pro re parua, vel in primis motibus, vel sine intentione violandi finem, vel nocendi proximo, sed ex obliuione, vel ignorantia, vel confidentia, vel huiusmodi, venialis erit. quia tunc formaliter non erit perfidia, iuxta regulas mendacij. Ex his declarationem multorũ, quę possunt accidere non seruantibus fidem, elicere potes. Concord. Caieta. ver. perfidia.

PERICVLVM.

EXPONENS se periculo mortaliter peccandi, vt faciens rem, de qua dubium est, an sit licita, vel non, mortaliter peccat: quia sic potiùs vult trãsgressionem diuini præcepti, quàm abstinere à tali opere. Similiter peccat mortaliter vadens ad locum, siue cum societate, siue non, vbi est periculum peccandi mortaliter, & timet peccare, vel propter aspectum, vel persuasiones, vel commoditates, vel huiusmodi. Non enim hoc ex suo genere mortale est: quia nunquam homo cogitur ad peccatum mortale, sed ex conditione personæ, quæ scit se fragilem, & dubitat cadere: eò maximè si per experientiam nouit se pro tali hora cecidisse: quia scriptum: Si oculus tuus scandalizat te, & cæt. Si verò constitutem se credit, & necessitas illuc eundi vrget, non peccat mortaliter: secus autem non vrgente necessitate: secundũ Caietanum ibi. Exponere autem se corporali periculo, ad vitandũ animæ periculum, & propter Dei honorẽ, laudabile est.

PERIVRIVM.

1 PERIVRIVM, quod propriè est falsum iuramentum, mortale peccatum est: quia Deo fit iniuria, & contra illud præceptũ Leui. 19. Non periurabis in nomine meo. Ad discernendum autem quando est mortale, attende quando est formale periurium, vt cùm quis aduertit se falsum iurare, & vult iurare. Sic enim semper est mortale. Si autem non intendit iurare falsum, & tamen iurat, dicitur periurium materiale. Quando autem homo prudens & sciens periurat, semper mortaliter agit. Si verò periuret ex lapsu linguæ, aut inaduertenter, vel ignoranter, non erit mortale: quia actus nõ est perfectus, sed tantùm periurium materialiter. Si tamẽ iste actus rediret in naturam suę formę, vt cum quis non intendit falsum iurare, tamẽ iurat falsum, non curans adhibere curam, ne falsum iuret, tunc esset mortale: quia conuincitur potiùs velle periurare, quam discutere, ne falsum iuret: secundum Caie. ibi. Parum enim de periurio videtur curare, de quo multum curandum est.

2 OMNE periurium, siue in affirmãdo, siue in negando, in quacunque materia fiat, vel quibuscunque verbis, & quacunque coactione, metu, ioco, leuitate, consuetudine, vtilitate, vel excusatione fiat, peccatum mortale est, quia contra Dei præceptum: nisi ex imperfectione actus, vt dictum

est

est suprà immediatè.

3 OMNE periurium promissorium de præsenti, dū promittitur aliquod bonū vel malū, sine animo seruandi, aut animo obligandi se, aut animo non iurandi, semper est mortale, quia deest præsens veritas. Si quis autem iurauit animo vero facere aliquod malum, quod est mortale, vt occidere hominem, incurrit periurium: quia iuramentum applicatur ad materiam, quam oportet falsificare, & sic est mortale peccatum etiam quia firmatur voluntas ad aliquod mortale. Si verò tale malū est veniale, tunc iurans animo faciendi peccat tātùm venialiter: vt si iuret non mutuare sorti extra casum extremæ necessitatis. De futuro autem tempore iuramentū promissorium si non adimpletur, incurritur periurium, quando est obligatiuū, & est mortale, nisi quando materia non est capax vinculi obligatorij: vt quando est de malo, siue veniali, siue mortali, vel de omissione alicuius supererogationis boni, vel de actu indifferenti ad bonū, vel malum: vt si iurauit ire ad campū, vel leuare festucam, vbi nullum reperitur bonum, vtile, vel honestum: in his nō tenetur quis seruare iuramentum, sed siue mortali potest contrauenire, quia non est materia obligatoria, & ita nō est simpliciter periurus, sicut si esset materia obligatoria.

4 ITEM ex aliquo euentu non tenetur seruare, vt si iurauit Rex facere gratiam quamcūque, & petatur aliquod malum, vt fecit Heroditas, nō tenetur seruare, vel si euentus esset impeditiuus maioris boni: vt si iurauí contrahere cum Berta, & postmodùm volo religionem intrare, non teneor seruare iuramentum. Item ex modo iurandi: vt si quis iuret non sedere in prima sede, vel huiusmodi, ad honorandum alterum, & tamen precibus coactus sedet, non est periurus: quia intelligendum est, quantum ad ipsum nolebat sedere: & in multis similibus. Sic Petrus dixit, non lauabis mihi pedes in æternum. Item quando quis iurauit vi, vel metu cadente in cōstantem virum. Tutius tamen est in his iuramētis factis metu à superiori relaxationō habere. Item ex relaxatione facta, vel ab eo, cui facta est promissio, vel à superiore, non tenetur sub peccato mortali seruare, & contraueniendo nō fit periurus.

5 PERIVRIVM comminatorium de præsenti, vt cùm quis iurat animo mendaci, semper est mortale in quacunque materia fiat: quia fit Deo iniuria, & deest præsens veritas, vt suprà dictum est. Si fiat animo veraci super re, quæ de se mortalis sit: vt quia iurauit diffamare, vel furari, &c. mortale est, & non tenetur implere, imò adimplendo mortaliter peccaret. Si verò iurauit punire, & hoc secundum iustitiam, & ex punitione maius bonum oritur, debet seruari: secus si non oritur, sed maius malum, vel quando is, cui comminatus est, veniā petit, & corrigitur: in his autem discretione opus est, & recti iudicij consideratione, quid magis expediat. An peccet mortaliter exigens iuramētum ab aliquo, quem scit falsè iuraturum, suprà, Iuramentum, §. 33. & alia, quæ ad hanc materiam spectant, vide ibi Iuramentum, per totū. An sit peccatū mortale sine necessitate iurare, suprà, ver. Iuramentum. §. 7.

PERMISSIO.

PERMISSIO peccatorum sine rationabili causa peccatum est. Rationabilis autem causa est, vel vitatio maioris mali, sicut lex lupanaria permittit, vel inductio maioris boni: vnde prælati, vel patres permittentes aliqua mala propter tenendam pacem, & huiusmodi, non peccant. Si autem facerent propter aliquod commodū proprium, vt quia lucrantur aliquod munus, vel fauorem, & huiusmodi, grauiter peccarent. Quando autem sit mortale, vel veniale, in casibus particularibus matura consideratione indiget. Vide Thom. 4. senten. d. 33. qu. 2. 12. & secunda secundæ. q. 93. a. 3. & Panormita. in c. vt clericorum. de vi. & hon. cleri. ver. prælati, infrà, Prælatus. §. 2. & 5.

PERMVTATIO.

PERMVTATIO rei cum re, siue sit eiusdem speciei, siue non, multipliciter est iniusta. Primò, si non seruatur æqualitas: vt si do vnum equũ bonum, & tu das mihi vnũ debilem. Secũdò, si interuenit fraus, ex vna vel ambabus partibus, tunc vltra peccatũ mortale tenetur, defraudator de damno defraudati, etiam si fuit scienter defraudatus (licèt non propriè possit dici defraudatus) sed propter necessitatem permisit se defraudari. Iustitia enim in huiusmodi contractibus seruari debet. Tertiò, si permutantur spiritualia quasi pretio æstimata aliquo, de quo vide infrà, ver. Simonia. §. 2. Quartò, quando huiusmodi permutatio prohibita est lege vel statuto, sicut permutatio seruorum fugitiorũ. c. ad l. ff. de pla. l. in fuga. & beneficiorum ecclesiasticorũ, quæ non commutantur cõmuniter sine authoritate superiorum suprà, ver. Beneficiũ. §. 72. vsque ad 77. Ibi enim sufficienter de tali permutatione dictum est. De hac materia tractans Fede. Senen. ponit quasdam cõclusiones, quas recitat Ar. Flor. 3. par. tit. 15. circa finẽ. Vide ibi, si expedit, & placet. Has etiam Sil. verb. permutatio. § 13. diffusè recitat, quas non pono breuitatis gratia.

PERTINAX.

PERTINAX dicitur, qui in propria sententia perseuerat plusquam oportet: secundum Isid. lib. 6. etymo. Et si quis sit pertinax circa materiam non perniciosam, neque sibi, neque alteri, nõ est peccatum mortale, nisi fortè ratione scandali. Si autem sit pernicioſa, vt cùm quis est pertinax in his, quę sunt fidei, vel in aljs, ex quo actualiter sequitur damnum notabile sibi, vel alijs, in anima, vel in corpore, vel in rebus, mortale est: si autem in solo intellectu sistit pertinacia, dummodò rectè credat, diligat & operetur: secundum communem ecclesiæ traditionẽ, non video peccatum mortale, nisi ex superbia, quæ esset mortalis, procederet: nam ex inani gloria oritur: secundum Tho. secunda secundę. q. 138. Aristo. verò in 7. ethi. libr. pertinacem appellat ichiponomenem, id est, fortem sententiæ.

PIETAS.

PIETAS patentum non potest tenere filios, quin eis inuitis ingrediantur religionem, dũmodò parẽtes habeant vnde viuere possint, & sustẽtari sine illis: vel quando ipsi traherẽt filios ad peccatũ: & sic ministrãdo parentibus abstraherentur à diuino cultu. Secus quando non abstraherentur à Dei cultu propter hoc, & aliter non possent sustentari: quia tunc non possunt eos deserere: secundum Thom. secunda secundæ. q. 101. a. vlti. si quis autem iam est professus religionẽ, nõ potest exire, vt ministret parentibus constitutis in necessitate: nõ extrema: quia iam mortuus est mundo: potest tamen, imò tenetur quantùm potest, salua sui prælati obedientia, & suæ religionis statu, studium adhibere, vt parentibus subueniatur. Intellige omnia extra extremam necessitatem: quia in extrema necessitate non solùm propter parentes, sed etiam propter alios tenetur exire: quia hoc est de iure naturæ, contra quod votum non potuit obligare. Subuenire enim proximo in extrema necessitate, diuini iutis est, contra quod hominis præceptũ non tenet.

PIGNVS.

PIGNVS ab hypoteca differt: quia pignus est rei mobilis transeuntis in creditorem: hypoteca verò rei immobilis non transeuntis in creditorem. Inst. de act. & ob. §. inter pignus. sed quantùm ad actionem non differunt.

HAEC sunt, quæ pignorari possunt, videlicèt res tã præsentes, quàm futuræ: secundum Hostiens. vt fructus pendentes, partus ancillarum, fœtus pecorum, & huiusmodi. ff. eod. l. & qui nondùm. Item res corporales, & incorporales, vt cautiones, & omnia debitorum. ff. eod. l. cùm conuenit. Item vsusfructus. ff. eod. l. si is. Item seruitutes rusticanæ, vbi suprà. Quædam pignorari non possunt,

possunt, vt res ecclesiæ, videlicèt res sacræ, vasa, & ornamenta ecclesiæ. C. de sacrosanct. eccle. l. sancimus. nisi ecclesia superflua habeat, & necessitas vrgeat, & aliundè prouidere non possit ex rebus mobilibus. 10. quæst. 2. cano. hoc ius. & 12. quæst. 2. canon. autum. Item liberi homines obligari non possunt: secundum docto. & qui hominè liberum in pignus accipit, creditum perdit, & aliam tantundem quantitatem tenetur soluere. in authen. vt nulli iudices. §. quia verò. tenet tamen in redèpto ab hostibus. C. de ca. & postlim. reuer. l. fin. tamen propter necessitatem famis pater potest obligare filium, & non econtrà. C. de patri. qui fil. distr. per totum. magis enim filius obligatur patri, quàm pater filio.

3 PIGNVS accipere est illicitum tribus modis. Primò, si accipitur ad lucrum, quod non computetur in sorte quia hoc est contra naturalem iustitiam. Secundò, si accipiatur in pignus, quod impignorari non potest, vt res ecclesiæ, & quę dicta sunt. Tertiò, si apponantur pacta prohibita à iure, vt si fiat pactum, quod si debitor certo die non soluat, pignus trâseat in feudum. ff. de solu. l. Calipodius. & non valet hoc pactum, quia fit fraus legi, valet autem pactum quòd amissio pignoris quocunque casu liberet debitorem. C. de pig. ac. l. quæ fortuitis. Item si debitor obligatur ad nõ redimendum pignus absolutè, vel vsque ad certũ tempus sibi præfixum: ar. in ca. precarium. de prec. Item si creditor obligatur ad non vendèdum pignus post legitimã interpellationem debitoris. Prædicta igitur in quantum vergunt in damnũ creditoris, vel debitoris, sunt contra iustitiam, & in tantũ peccata, in quantum proximum damnificant, & iustitiam lædunt: & secundum quantitatem læsionis, pensanda sunt grauia: quia propter læsionem peccata dicuntur, & sunt.

4 SI creditor bona fide vendat pignus minus quàm sit creditum, residuum à debitore repetet: si plus, quòd supereſt debit debitori. l. fin. C. de iur. dot. Sic enim iustitiæ seruari videtur æquitas.

5 PIGNVS per creditorem receptum potest alteri pignorari, vt est text. in l. 1. C. si pignus pignor. dat. sit, & vltra tres vices, tenet Angelus in dicta l. prima contra Speculatorem, & bene potest impignorari, & dum alteri impignoratur, nõ debet impignorare quis pro maiori quantitate, quam receperit, aliter contra iustitiam facit.

6 CREDITOR tenetur fructus pignoris computare in sortem, non solùm quos recepit, sed etiam quos potuit percipere, si ex sua negligentia nõ percepit, & quod supereſt restituere debitori: secundũ glos. in c. cùm contra eod. tit. & Panor. ibi & Ioan. And. in cap. 1. & 2. de vsu. licèt contrariũ senserit Hostien. quò ad percipiendos. Verius tamẽ videtur, quod dicit Cal. videlicet, quòd si satisfactum est sorti, tenetur etiam de percipiendis: quia est possessòr malæ fidei, in non restituendo rem. Si verò non est satisfactũ, non tenetur, nisi sit in dolo, vel lata culpa: & sic limita. & concor. lib. 1. & 2. C. de pignor. ac. & Doct.

PIGRITIA.

PIGRITIA qua homo redditur tardus ad exequendum ea, quæ debet, vel metu laboris, vel difficultatis, peccatum est rationi repugnans: aliquando mortale, quando scilicet est circa materiam necessariam: iuxta notata, suprà, Negligentia, per totum. Concord. Caietan. in summa, ver. pigritia. Si verò non sit de necessarijs ad salutem animæ vel corporis, venia le erit, nisi aliquid aliud adiungatur, vt præceptum, vel contemptus, & huiusmodi.

PIRATA.

PIRATAE, id est, latrunculi marini (& non fluuiales) sunt omnes excommunicati, ex processu curiæ, suprà, Excommunicatio 13. & omnes sunt in damnationis statu, quia cõtra iustitiam tale opus exercent. Eorum etiam receptores, auxiliatores, cõsiliatores, & fautores sunt excommunicati, secundum Ioan. Andr. in c. excom-

munication em. de rap.

PISCATIO.

PISCATIO, venatio, aucupiũ, omnibus ex se sunt licita: redduntur autem illicita in maioribus solennitatibus, vt est dies paschæ, & huiusmodi: in alijs autem minoribus, & in dominicis sunt licita, si sit causa vrgens, vt indigentia, vel quia alio tempore pisces, vel animalia haberi non possunt, quia non comparent, & eum licentia saltè parochialis, & quòd pars vna detur pauperibus. ca. licèt. de fer. Hæc intellige quando principaliter fit causa lucri, si autem fiat causa recreationis, prædicta non requiruntur, sed absolutè licet.

2 PISCARI in flumitibus publicis, & perpetuis, omnibus licet, nec potest rectè prohiberi, secundũ Ioan. de Plat. instit. de rerum diui. §. flumina. Similiter applicare naues ad portum, & eas ad saxa, vel arbores ligare, quæ in ripa existunt licet, etsi proprietas talium sit aliquorũ singulariũ, quorũ sunt prædia, vsus tamen cõmunis est. Et si dominus fundi, & nautra cõcurrunt, præfertur dominus nautæ, aliàs præfertur qui primò occupat, nisi aliquis eorum prætenderet publicam vtilitatem, & alius priuatam, quia tunc præfertur, qui prætendit publicã, secundũ Butr. vide aliquid infrà, Venatio, per totũ.

PLACERE.

PLACERE hominibus tunc mortale peccatum est cùm propter hoc Dei præcepta, vel hominũ quis transgreditur, & magis vult Deo displicere quàm homini, secundum illud Apostoli, Si hominibus placerem, seruus Christi nõ essem. de hoc Ar. Fl. 2. par. tit. 10. c. 2. & Th. secunda secundæ. q. 115. a. 1. suprà. Adulatio. §. 2. & secundum finem, media, & circunstantias iudica de mortali, vel veniali.

POLLVTIO.

1 POLLVTIO qua solitariè semen humanum effunditur extra vas debitum, siue in somno, siue in vigilia accidat, si nõ est voluntaria, peccatum non est: si autem sit voluntaria est peccatum mortale, quia contra naturam: & dicitur mollities. Est autem voluntaria, quando est procurata, vel veniẽti ex se, consentite: & quando quis potest, & debet prohibere, & non prohibet, dicitur indirectè volita. Si autem non potest prohibere, quia natura facit opus suum, non tenetur. Et si potuit impedire tollendo occasiones, & tamen non tenebatur tollere, vt quia dabat operam rei licitæ, equitando, vel dormiendo, vel audiendo confessionem, & huiusmodi, non est in culpa, etiam quòd non impedierit. Quando autem non habet rationabilẽ causam commorandi in cogitationibus turpibus, vel non dat operam rei licitæ, secus est, quia non potest licitè a peccato excusari, secundum Caiet. in summ. ibi. & ql. 1.

2 POLLVTIO quę fuit peccatũ mortale, impedit sumptionem cõmunionis, & quia in peccato mortali non est sumenda, & quia vsque ad 24. horas, natura hominis sic remanet deordinata, secundum Thom. 3. part. q. 80. a. 7. & 4. senten. d. 9. a. 4. si tamen quis post talẽ pollutionem, quę fuit mortalis, confessus, & contritus, celebret ante 24. horas, ex deuotione, etiam cessante magna necessitate, non peccat mortaliter, nec est aliquod præceptum ecclesiæ hoc prohibens, & mira antiqua, vt c. qui nocturno. d. 6. nõ amplius obligant, sed est de consilio, quòd expectat per 24. horas: quod patet per Thom. 4. senten. d. 16. in expositione literæ.

3 POLLVTIO quę inuoluntariè accidit, si complaceat in ipso actu, vel post, propter delectationem, etiã quòd causa illius non sit mortalis, est peccatum mortale ex ipsa complacentia. Si autem complaceat propter naturæ alleuiationem, & exonerationẽ, non est mortalis, sec. Tho. 4. sent. suprà, & Pet. de Pal. Similiter appetens pollutionem propter eandem causam, nõ peccat mortaliter, nisi ex tali appetitu sequeret sufficiens causa voluntaria ipsius pollutionis, secundum quandam opinionem, quã recitat Pet. de Palu. ibi, & hoc rationabile est, quia appetere quod

quod non est mortale, non est peccatum mortale, & quia pollutio, quę fit à natura sine causa præcedente voluntaria nō est mortalis, ideò nec eius appetitus, supr. Communio. §. 5. Eodem modo si fiat in vigilia, iudicādum est sicut in somnis.

POPVLVS.

POPVLVS ex 10. viris fieri potest, vnde ad hoc q̄ aliquis dicatur populū scādalizare, sufficit q̄ 10. viri graues, & honesti de populo scandalizentur. licèt in populo sint mille viri, sec. Io. in summa cōf. q̄ 10. viri faciāt populum, est c. vnio. 10. q. 3. in glos. congregationem autem faciūt duo. c. 1. de ele. & tres collegiū ff. de ver. sig. l. Nerarius. Ius autē collegij potest in vno seruari, omnibus alijs mortuis, vel priuatis, secundum glos. in c. 1. de postu. ptælat. licèt non remaneat collegium, quia vocis significatum deficit.

POSTVLATIO.

DE postulatione prælatorum, quia magis ad iudices, quàm ad cōfessores spectat, remitto studentes ad ius canonicū: extrà de postu. & ad ea quę supr. dicta sunt, de elect. supr. Electio. per tot. & quomodo peccant postulātes indignos, sicut eligētes, satis ibi dictum est. Nam nec criminosi necnon professi. tacitè, vel expressè, nec epileptici, nec mutilati, nec bigami, nec qui de iure nō possunt eligi, sunt postulādi, vide Sil. verb. postulatio. q. 3. §. 1.

PRÆBENDA.

PRAEBENDA propriè cōsistit in perceptione fructuū: canonica verò in iure eius, qui receptus est in canonicum, ad quod ius postea pertinet præbenda, stallus in choro, & locus in capitulo, siue vox, vt in c. relatum. de præb. de consti. c. cùm M. Et quamuis præbenda sit quoddā temporale, quia tamen est annexa spirituali, ideò vēdi nō potest sine simonia. 1. q. 3. c. si quis obiecerit. nec promissio de præbenda vacatura valet, secundum Innoc. d. c. relatum.

In receptione canonicorum, & collatione præbendarum, absentes canonici sunt vocādi, si commodè fieri potest, nisi consuetudo obstet in contrarium: aliàs quod in eorum absentia fieret, deberet irritari eis instantibus. de præbend. c. cùm in ecclesijs. libr. 6. Quid sit dignitas, & qui habere possunt, vide aliquid suprà. Beneficium. Dignitas §. 1.

PRECARIVM.

1 PRECARIVM secundum Pan. c. 1. 2. & 3. eod. tit. dicitur, quod precibus petentibus conceditur, tandiu durans, quandiu is, qui concessit patitur, & est contractus gratuitus, differens tamē à donatione, & cōmodato: quia donatio regulariter non reuocatur, & in commodato debet esse vsus certus, & tempus saltē tacitè determinatum, quod si vnū istorum deficiat, erit precarium, nec commodatū potest reuocari ante vsum ad placitum. c. 1. de comm. sicut precariū. c. final. eod. Non tamen liceret reuocare sine causa, & cum magno dāno proximi, quia obstaret sibi exceptio doli: cùm non possit negari quin sit beneuola actio, & ideò nō debet aduersari in beneficio concesso.

2 SOLVITVR precarium voluntate eius qui concessit. ff. eod. l. 1. & morte eius cui concessum est. c. fin. eod. quia concessio personalis extinguitur cum persona in regula, priuilegiū. de regul. iur. libr. 6. Item alienatio rei concessæ precario nomine soluitur, si is cui est alienata à primo domino velit reuocare. in d. c. fin. Item finito tempore ad quod res fuerat concessa. ff. eodem. l. cùm precarium. Non autem soluitur morte concedentis. sec. Pa. in c. precarium. eod. nā vbi actus validitatis pēdet ex voluntate alterius, non reuocatur per illius mortē. præsumitur enim quis perseuerare in ea voluntate, qua moritur, ca. maiores. de bap. Secus est, quando aliquid conceditur vsque ad placitum suum, quia per mortem spirat: in c. si gratiosè. de rescr. lib. 6.

3 NON potest præscribi res precario nomine habita, vel sicut precaria regulariter, secundum glos. in c. clerici. 16. q. 3. nisi ex magna longinquitate temporis dominus obliuiscatur possessionis,

sessionis, taliter quod nesciat vbi sit sita, & possidens esset in bona fide. Deprecaria fœminini generis, & præcariè, Pa. c. 1. eod.

PRÆCEPTVM.

1 PRAECEPTVM aliud affirmatiuũ obligãs semper, sed nõ ad semper, sed tantum quãdo accidit casus: vt dare eleemosinam pauperi occurrenti in extrema necessitate. Aliud est negatiuum, obligans semper, & ad semper, id est, pro omni tempore, vt illud, Nõ mœchaberis. Nullũ enim tempus est, in quo hoc liceat. Panor. in c. nouit, de iud. & doct. in 3. sent. d. 37. & S. Tho. secunda secundæ. q. 99.

2 PRAECEPTA legis diuinæ, quædam erant cæremonialia protestantia diuinam virtutem, & figurabant quę futura erant in nouo testamento, vt præceptum de immolatione agni. & qui nunc seruaret talia præcepta, peccaret mortaliter, quia hoc esset protestari Christum nasciturum, quod est contra fidem nostram. Quædam sunt iudicialia, quæ sunt determinationes iustitiæ inter homines obseruãdę, quę licèt iam cessarint, si quis ea seruaret tanquàm ex illa lege habita, mortaliter peccaret, quia esset hoc iudaizare: non ex se mortifera sunt, & absolutè seruare illa nõ est ex se mortale. suprà, Lex. §. 2. Quædam autem sunt mortalia, quę sunt secundum rationis dictamen, & legis naturalis, & hęc durant, & seruari debent, quia lex naturalis semper manet.

3 PRAECEPTA decalogi sunt decẽ, tria pertinentia ad Deum, & 7. ad proximum, secundum glos. Augusti. super Exo. & declarat Thom. prima secundæ. q. 100. a. 5.

4 QVOMODO autem, vel quando prȩceptum obliget ad mortale, & verba legis, difficilè est scire, propter varietatem doctor. Quædam enim præcipiuntur vt consilia, quorum transgressio mortale non inducit, quædam autem vt necessaria, & hæc communiter mortale inducunt. Commune autem est vtriusque generis præceptum quod transgressio tam ex cõtemptu, quã ex se impeditione finis, mortale peccatũ inducit. Ratio primi, quia contemptus præcepti, siue prȩcipiẽtis iniuriam infert ex propria ratione. Secundi autem est, ex eo & finis præceptorum communium, est dispositio ad virtutem necessariam ad salutem animæ. Ad hoc omnia præcepta ordinantur, iuxta illud primæ ad Tit. 1. Finis prȩcepti est charitas. Vnde si quis non vult ieiunare, non solum quia cõtemnit præceptum, sed quia non vult domare carnem, ad quod est institutum ieiunium, peccat mortaliter. Consentit Caietan. in summa. verb. præceptum.

5 PECCATVM etiã transgressionis diuinorum, & naturalium præceptorum, cognoscitur esse mortale ex materia. Nam quando materia est necessaria ad salutem animæ, transgressio est mortalis, quia cõtra vitam animæ: vt est illud, Non furtum facies, & huiusmodi. Si autem materia est tantùm necessaria ad sanitatem, vt nõ dicere otiosa, & huiusmodi: horum transgressio non est mortalis, quia nõ occidit animam, sed ægram reddit. Iure autem humano difficile est hoc cognoscere, quia aliquando exre parua fiunt præcepta ad mortale obligantia, ideò ex materia sciri minimè possunt.

6 Ex appositione pœnæ quandoque potest sciri, vt si fit talis, quod cum ea vita animæ stare non possit, inducit mortale peccatũ, vt est pœna excommunicationis læsæ sententię. Si autem pœna stet cum salute animæ, vt pœna suspensionis, interdicti, regularitatis, pecunię, & huiusmodi transgressio nõ inducit mortale, secundum Caiet. ibi in summa, qui dicit, quòd transgrediens prȩceptum sub pœna excommunicationis cõminatę, non peccat mortaliter, sicut clericus nutriens comam & barbam: quia antequàm excommunicetur, debet prius moneri, & tunc si monitioni nõ paruerit, dignus est excommunicari. Sil. in verb. prȩceptum. §. 3. dicit, quod si excommunicatio lata continet intolerabilem errorẽ, non

ligat

ligat transgressorem ad mortale: quia nullus nisi pro mortali potest excommunicari.c.nullus.11. q.3. quando autem imponitur pœna excommunicationis comminatoriæ, id est, non latæ sententiæ, sed ferendæ, obligat ad mortale: quia licèt Arc.Flor.2. part.tit.4.c. 2. dicat hoc non esse clarum, tamen vt refert Ioan. de Neap. quidam hoc tenent, & benè, quia tales contrafacientes meruerunt excommunicari, & sic mortaliter peccauerunt. Similiter si imponitur pœna suspensionis, depositionis, vel interdicti, secundum eundem Archi.Flor. & si imponitur pœna maledictionis æternæ, vel indignationis omnipotentis Dei cap.vnic. de sta. regul. in. 6. Similiter quò ad pœnas corporales, vt si imponitur pœna mortis, vel mutilationis, vt faciunt leges, & statuta quæ debent seruari, secundū Thom. prima secundæ. quæst. 96. ar. 4. quia tales pœnæ non inferuntur communiter, nisi pro eo, quod est multum læsiuum iustitiæ. Similiter si imponitur pœna grauioris culpæ, vt fit in religionibus, idemq; de præceptis factis ab homine, & licèt ista opinio videatur rigida, tamen est secutior. Vide tamen suprà, Lex. §. 4.

7 Ex verbis aliquando cognoscitur quòd sit præceptum, quando præcipiens vtitur verbis, quibus præcipientes, & intendentes obligare ad mortale solent vti: vnde respiciendum est ad diuersos mores diuersarum ecclesiarum & religionum. Nā in ordine fratrum prædicatorum, mos præcipiendi est, dum illi cui præcipitur mandatur facere veniam, & pòst prælatus dicit, præcipio tibi in virtute spiritus sancti, & sanctæ obedientiæ, & hoc habetur pro præcepto obligatorio, quia sic cōsuetum est intelligi huiusmodi verba pro præcepto antonomasicè, secundū Caietanum ibi in summa. Not. quòd in lege aliquando ponitur multiplex verbum, vt volo, rogo, mando, committo, iubeo, in his non est clarum, q; per ista verba quis ad mortale obligetur, nisi aliud constaret de voluntate præcipientis, vel præciperet de materia necessaria. Aliqui dicūt quòd ista verba præcipimus, iubemus, mandamus, præcipiendo, vel per virtutem obediē tiæ, & huiusmodi est præceptum, etiā in materia non necessaria: nisi aliter constet de intentione mandātis, vt Sil. dicit, verb. præceptum. §. 2. argumen. in c. quod præcipitur. 14. q. 1. Si autem sunt verba inhibitoria, vt interdicimus, prohibemus, &c. etiam sunt obligatoria, si sunt præceptiua, secundum Panorm. in capitu. nam concupiscentiam. de constituti. Si autē fiat per verba communia, vt statuo, decerno, & huiusmodi, non esset præceptum, siue dicantur in singulari, siue in plurali: nequeper verbum debet, quādo materia est consultiua. Attendēdus est tem per pro regula generali cōsuetus modus præcipiendi, per quæcunq; verba fiat. arg. in c. dilectus. de consuet. & est text. in cle. exiui.

8 Ex intentione præcipientis, transgressio mandati est mortalis, si ipse intendat hoc, & eius intentio sciatur, quod est difficilè scire. Intentio legis in communi benè scitur: quia est facere homines virtuosos. Intentio autem legis ecclesiasticę, est nō inijcere laqueos animabus, sed promouere ad vnionē cum Christo, & ecclesia: vnde præcepta legis obligantia ad mortale, strictè sunt interpretanda, & non ita latè: vt multiplicatis præceptis illaqueanter animæ: ideò sit tibi pro generali regula, quòd transgrediens quodcunq; præceptum iuris positiui, sine contemptu & refutatione finis, sed vel ex pura ignorantia, vel ex apparenti sibi excusatione, & non adest animus faciendi cō tra præceptum obligatiuum ad mortale, nunquam mortaliter peccat: quia non est intentio ecclesiæ bonas illaqueare animas, & consequētet nec incurrit excommunicationem: licèt fortè ad cautelam esset absoluendus: secundum mentem Caieta. in sum. ibi. suprà lex. §. 4. Hinc sequitur, quòd prælati debent esse valdè prudentes, dum præcipiunt: vt non per calorem iræ, odij vel huiusmodi præcipiant, sed quieto animo & pro re importāti præceptā

cepta sua quando opus est faciant.

PRÆCIPITATIO.

PRAECIPITATIO, peccatũ est: quando quis non consideratis considerandis, sed per impetum voluntatis, vel passionis, fertur ad agẽdum, ad instar illius, qui se corporaliter de alto præcipitat: quod ad imprudentiã pertinet, mortaleq; peccatum est quando est multum pernicioſa secundum materiam necessariam, aliàs veniale. De hoc vitio. Tho. secunda secundę. q. 53. a. 1. Iudica de hoc, sicut de vitio prudentiæ opposito.

PRETIVM.

PRETIVM rerum venalium, non consistit in indiuisibili, ita vt qui non soluit illud pũctualiter, cõtra iustitiam agat, sed habet latitudinẽ quandam, ita quòd addẽdo, vel minuendo aliquid minimum, non tollitur iustitiæ æqualitas: secundum Tho. secunda secundæ. q. 77. suprà, Emere. §. 2.

PRÆDICARE.

[1]PRAEDICARE nullus debet, nisi officium prælationis habeat, vel ex authoritate habentis prælationem. Vnde ad Ro. 10. c. dicitur, quomodo prædicabunt nisi mittãtur. quantæcũque ergo scientię, & sanctitatis sit, prędicare non debet, nisi à Deo missus: secundum Thom. ql. 12. quod probare debet, sicut Moyses aliquo miraculo probauit, aliter contrafaciens, mortaliter videtur peccare, cùm possit excõmunicari. de hære. c. excommunicamus. el. 1. idem tenet Panor. in c. sicut. de hęre. Idem concludit diuus Thom. 3. part. q. 71. a. fin.

[2]VIDENTVR etiã mortaliter peccare prædicatores, si in peccato mortali incõtiti prædicent, cõtra illud Psal. Peccatori dixit Deus, quare autem tu enarras iustitias meas? &c. Sic enim iniuriam facit prædicationis officio, à Christo instituto, & maximè, quando quis sic indignè prædicat, abutens prędicatione tanquàm declamatione. secundum Caiet. ibi suprà. Si autem sit indignus, vellet nihilominùs esse dignus, & mundus ad prædicandum, licet ex humana fragilitate sit indignus, non videtur mortaliter peccare: secundum Caieta. suprà, quia prędicare non est actus alicuius sacramenti. suprà, Correctio. §. 10.

[3]PRAEDICATOR, dicens mendacium, siue contra doctrinam fidei, siue bonorum morum, siue de gestis sanctorum, aut miraculis, vel propheţis, siue de quibuscunque alijs, quæ ad instituendum, docendum, persuadendũ, monendumque auditorem, tanquam verbum Dei petinẽt, mortaliter peccat: quia quantũ in se est, euacuat vniuersam ecclesiæ authoritatẽ, & Christi fidem per officium prædicationis originatam. Si dubium pro certo afferat, per eandem rationem mortaliter peccat. Quòd si prædicando dicat aliqua impertinentia ad prædicationem, vt iocosa, non peccat mortaliter mentiendo, nisi ratione scandali. suprà, Mendacium. §. 3.

[4]PECCANT prædicantes quæstiones speculatiuas, leges ciuiles, poëtas Latinos, vel vulgares Philosophos, Romanorum gesta, & similia, non vtilia, qui hoc videtur esse officij prædicationis abusio, cùm dicat Christus, Prędicare Euangelium. Ideò si multum in hoc excedunt, grauissime peccant: secundum Caieta. suprà adulterantes verbum Christi. Credo tamen quãdo hoc faciunt non principali intẽtione, sed ad maiorem declarationem eorũ, quæ habent prædicare, quòd non peccent, maximè mortaliter: quia totum dicitur Euangelium, quod ad declarationem Euangelij assumitur, sicut & Doctores assumũt dicta Philosophorum, & Augu. & Hiero. aliquando allegauêre dicta Poëtarum, & alij. c. tuttbat. d. 37. non ad pompam, sed vtilitatem. sed de his intellige, quòd peccẽt, qui per totam prædicationem in huiusmodi versantur: vt appareant, & ad fructum animarum non attendunt quod est contra intentionem officij prædicationis.

[5]PRAEDICATOR habens inordinatum affectum siue ad temporale lucrum, siue ad humanam laudẽ, adeò quòd hæc est vltimus finis eius, vel pec-

pecuniam tanquam prędicationis pretium quærit, quod ad simoniam pertinet, mortaliter peccat: aliàs venialiter. Et hoc possunt aduertere, quando magis gaudent de magna pecunia, & de gratia populi, quàm de fructu animarum, quem tamen principaliter debent intendere. Cùm autem studeant placere hominibus: vt ex plurium cõcursu maiorem fructum faciant, non credo eos peccare: quia finis est honestus. Aduerte, quòd contra prædicantes falsa miracula, est lata excommunicatio: & an talis censura teneat. supra. Excommunicatio. 76.

6 Peccant etiam mortaliter, si in sermonibus suis detrahant prælatis ecclesiarum: intellige secundum glos. si nominatim, aut per circumlocutionẽ, quæ vicem habeat proprij nominis. Idem si laicos ab ecclesiarum suarum frequentia retrahant, quia hoc eis inhibetur in virtute obedientiæ, & sub pœna grauis culpæ. in clem. religiosi. de priuil. & intelligit de prædicatoribus religiosis.

7 Hi sunt qui possunt prædicare: vt colligitur ex Car. in c. dudum. de sepul. videlicet Papa, & cui ipse commisserit. Episcopus etiam in aliena diœcesi, nisi prohibeatur. Archidiaconus, cui Archiepiscopus in sua diœcesi commisit, & diaconus ex commissione. omnes prælati ecclesiastici si sunt diaconi, quantum ad suos subditos, alijs autem non, nisi de superioris authoritate. Sacerdos curatus secundum Panormita. in c. inter cætera. de off. ord. Fratres prædicatores, & consequenter alij mendicantes. per d. c. dudum. vbi dicitur. Authoritate Apostolica statuimus, & ordinamus: vt prædicatorum & minorum ordinis fratres, in ecclesijs, & locis eorum, ac in plateis communibus, liberè valeãt cleto, & populo prædicare, ac proponere verbum Dei, hora illa duntaxat excepta, in qua locorum prælati (si enim vellent totum mane, vel totum diem occupare, non possunt.) Episcopi, vel habentes iurisditionem quasi Episcopalem, cum administratione in re communi, idem de vicario Episcopi, si vult ipse prædicare vt vicarius tantùm, (quia aliter non potest fratres impedire) prædicare voluerit, vel coram se facere solenniter prædicari (secus si clam eorum paucis: vt in camera, & non in publico) in qua prædicare cessabunt: præterquàm si aliud de prælatorum ipsorũ voluntate processerit, ac licentia speciali (non enim sufficit præsumpta, vel tacita voluntas, sed requiritur licentia specialis.) In studijs autem generalibus, vbi sermones ad clerum ex more fieri solent diebus illis, quibus prædicari solenniter consueuit, ad funera etiam mortuorum, & in festis specialibus, siue peculiaribus eorundem fratrum, possunt ijdem fratres, & liceat eis liberè prædicare: nisi fortè illa hora, qua solet ad clerum in prædictis locis Dei verbum proponi, Episcopus vel superior clerum ad se generaliter conuocare, aut ex aliqua ratione, vel causa vrgente, clerum ipsum duceret congregandum. In ecclesijs autem parochialibus, fratres illi nullatenus audeant, vel debeant prædicare, vel proponere verbum Dei: nisi fratres prædicti à parochialibus sacerdotibus inuitati fuerint, vel vocati, & de ipsorum beneplacito, & assensu, seu petita licentia fuerit, & obtenta, nisi Episcopus, vel superior per eosdem fratres prædicari mandauerit. Ista clemen. extenditur modo ad omnes mẽdicantes, & fortè ad alios iuxta eorum priuilegia. Declarationes huius c. vide in Tab. ver. prædicare. in multis. §. 1. 2. 3.

8 Possvnt dicti prædicatores prędicare tempore interdicti, & etiam in ecclesia interdicta. in c. responso. de sententiæ excommunicatio. quia ibi simpliciter conceditur sine limitatione, nisi Papa specialiter indiceret prædicationem, non autem alij prælati, in dict. capitul. responso. quia cùm sint exempti Episcopi, vel alij prælati super eos in hoc potestatem nõ habent, sed communi iure eis permittitur. d. c. responso.

9 Secv

9 SECVLARES & mulieres, licèt possint hortari sedédo: vt abbatissa,& priores societatum,non tamen prædicare formaliter, etiã cum licentia Episcopi,maximè mulier:quia officiũ hoc virile est:secundum Panor.in c.noua. de pœni.& remiss.

10 QVANDO aliquis est valdè ignorans de necessarijs ad credendum, vel operandum,& habet commoditatem eundi ad prædicationé, vbi huiusmodi declarantur,videtur mortaliter peccare si nõ vadit:quia saluté animę negligere videtur.Si autem vltra hoc cõtemnit, manifestè mortaliter peccat. Christus prædicauit annis tribus, & quasi mensibus tribus, & vixit annis 33.& mensibus tribus: secundũ Tho. 3.part.q.39.a.3.

PRÆLATVS.

1 PRęlatus dicitur communiter quisquis habet curã animarum.c. tua. de cleri.ægrot. propriè verò, nomine prælati veniunt maiorẽ habentes pręrogatiuam sine iurisditione:vt plebanus,decanus,archipresbyter, & consimiles.de form.com c. Romana.in 6. proprijssimè autem habentes iurisditionem.c.2.de iudi.iuncta glo.& in c. dudum.de sepul.§ in ecclesijs.qui prælatus à collegio eligitur,& per electionem iurisditionem accipit in collegio: secundum Innoc.in c. cùm ab ecclesiarum.de of.or.Requiritur ergo primò electio, & confirmatio per superioré, vel quòd præferatur ipsi collegio per superiorem habentem potestatem. c. nihil de elect.Secundò, quòd vniuersitas, vel collegium, quod ipsum elegit, sit clericorum, vel religiosorum: quia aliàs non posset dare iurisditionẽ in personas ecclesiasticas: secundum Inno.Tertiò,quòd iste electus sit cleri eius: quia aliter iurisditio spiritualis in eum non caderet,vt in c.cùm causam. de præscrip. Quartò,quòd habeat iurisditionem ordinariam in foro contentioso excommunicãdi. Vnde priores mendicantium, & aliorum ordinum,sunt hoc modo propriè prælati, & possunt esse conseruatores. suprà, Conseruator.§.2.

2 NEGLIGENTIA prçlati in omissione necessariorum ad eius officiũ: vt in visitatione,correctione, & huiusmodi,est peccatum:secundum gloss. in c.ea quæ.de off.archi.& teneturnõ solùm de dolo,& lata culpa,sed etiam de leui culpa, de damno ecclesiarum, & fortiùs animarum:secũdum Hosti. in d.c.ea quæ. De alijs prælatorũ peccatis, vide ver. Episcopus per totum, permissio, negligentia, correctio. §. 10.& 11.

3 PRAELATVS non tenetur veniã à subdito petere, etiam quòd excesserit in eius correctione, ne eius authoritas eneruetur. d.86. c. quoniam.& secundum Aug.in regula.

4 PRAELATVS obligans ecclesiam pro alienis debitis,ipso facto est suspẽsus ab administratione spiritualium, & temporalium:eodem modo si alienat pro alienis debitis, non autem si pro proprijs,& si sic suspẽsus celebrat, non efficitur irregularis: secundum Panorm.in ca.2.de solu. quia non est suspensus ab ordine,sed ab administratione. quamuis Hosti. oppositum teneat & malè. Potest tamen mutuare, & facere eleemosynam pauperibus, quando abundat:secundum Panorm. ibidem. quia bona ecclesiæ superflua sunt pauperum,ideò si eis dentur,non est malum.

5 PRAELATVS non tenetur omnibus placere, imò non potest,& quanto iustior, tantò minus potest: secundum Panor. in c.qualiter & quãdo cl. 2.de accusa. Quomodo potest eligere sibi confessorem. suprà, Absolutio. §. 14.vide de hoc in ver.alienare.§.3.An hæreditatem possit repudiare seu legatum.supr.Alienatio.§.17.

PRÆSCRIPTIO.

1 PRAESCRIPTIO, & vsucapio importat acquisitionem dominij per continuam possessionem temporis à lege definiti,authoritate legum vim capiens, pœnã negligentibus inferens, & finem litibus imponẽs. ff. de vsuca. lib.3.Nec est contra ius naturale, imò rationi consonum, quia negligentes punit,& terminat lites. Cùm autem

est

est legitima, id est, cum bona fide, & tanto tempore, vt iura canonica approbant, ius parit in foro conscientiæ, ita quòd sine peccato retineatur, etiá si postea sciatur fuisse alienum: quia ratione legum rationabilium, factus est dominus rerum legitimè præscriptarum, secundum Caiet. ibi in summa. Differt tamen præscriptio ab vsucapione: quia vsucapio est rei mobilis, quæ in triennio completur. c. quas actiones. 16. q. 3. præscriptio verò, est rei immobilis, & non ita citò completur, sed ad eius complemẽtum, maius temporis spatium requiritur, vt in sequenti. §. dicetur.

2 PRÆSCRIPTIO vna longi tẽporis est, videlicet annorum decem, inter præsentes, id est, in eadem ciuitate existentes, secũdum Accur. vt not. glo. in l. cùm in longi. C. de præscrip. lon. temp. Alia xx. annorum, inter absentes. Alia est longissimi temporis, videlicet xxx. vel xl. annorum. 16. q. 3. §. potest. Intellige contra laicos, quia contra ecclesiam laicus non præscribit.

3 AD præscriptionem secundum iura canonica quatuor requiruntur. Primò, possessio rei præscribendæ continua sine interruptione vsque ad finem præscriptionis. c. illud. eodem. & in regula, sine possessione. de regulis iuris. & quòd teneat eam nomine suo, & nõ alieno, vt colonus, nec præcario, & huiusmodi, qui non proprio nomine possidẽt. c. cùm venissent. de rest. spo. Secundò, requiritur bona fides præscribentis, id est, quòd credat esse rem suam, licèt erret in facto. l. bonæ fidei. ff. de verb. signi. limita in præscriptione vbi requiritur aliquis actus positiuus. Pa. in c. fi. de præscri. Tertiò, requiritur titulus iustus. c. si diligenti. de præscri. cum limitationibus, quas ponit Pan. in c. de quarta. eo. vel si titulus saltem præsumptus, secundum Archid. Flor. & secundum Veruer. Tunc nanq; quis secura conscientia dicitur habere iustum titulum, quando nihil probabilitatis innotescit ei de contrario: & dicitur iustus titulus secundum eundem Veruer. omnis actus, per quem solet dominium acquiri, vt iure hæreditario vel ex emptione, vel donatione, & huiusmodi. Quartò, quòd sit talis res, quæ possit præscribi: non enim omnia præscriptionem patiuntur, de quibus vide Sil. ver. præscriptio secundo, §. 2. quasi vsque in finem, sicut peccatum, ecclesia, loca religiosa, & alia plura.

4 SI quis dubitat, licèt nesciat habere iustum titulum, est possessor bonæ fidei, vsquequo sciat se iniustè possidere, tunc enim cessat bona fides. Vade cum tali dubitatione potest præscribere, maximè si à principio nõ habuit tale dubium: debet tamen diligẽter inquirere, & cũ inuenerit rem esse alienã, statim restituere. gl. in c. fi. eo. & est tex. in c. si virgo. 32. quæst. 2. ibi enim dicitur bonæ fidei possessorem esse, quandiu alienum possidere quis ignorat.

5 SI quis à principio præscriptionis fuit malæ fidei possessor, postmodum effectus in bona fide perseuerat, non præscribet, nisi incipiendo à tempore quo incœpit habere bonam fidem, secundum Pan. & Hostiẽ. in d. c. fi. contra Inno. & Bart. in d. c. fi. quia oportet quòd præscribens in nulla parte tẽporis habuerit cõscientiam rei alienæ, Facit d. c. si virgo. & hoc tene.

6 QVI completa præscriptione, incipit habere malam fidem, id est, scire rem præscriptam non fuisse suam, nõ propterea tenetur restituere, lege sic disponente, secundum Tho. quol. 12. a. 25. quia lex potest aliquem pro peccato, & negligentia punire in re sua, & alteri tradere. Ad hoc est lex Lucius. ff. de euic. & c. quid dicam. 14. q. 4. secus ante completam. infrà, Restitutio. §. 24. Licèt aliqui his contradicant, hoc tamen verum est, vt tenet gloss. in c. vigilanti. eo. Vin. Tancre. Gof. Ioan. de rip. & Panor. in d. c. vigilanti. & ita tene. Dicitur possessor bonæ fidei, cùm quis credit tradentem rem, esse dominum rei, vel habere dominium distrahendi, licèt erret

in facto. ff. de verb. significa. l. bonæ fidei. quæ semper præsumitur, nisi probetur in contrarium.

7 POSSESSIO naturaliter interrũpitur, per maris, vel fluminis inundationem, vel occupationem fundi, per violentam deiectionem, si res à possessore furioso sublata est. l. naturaliter ff. de vsuc. vel si quomodocunque amissa est, vel possessor habuit animum deserẽdi rem. ff. de ser. vrb. præ. l. si ædes.

8 PRAESCRIPTIO ciuiliter interrumpitur octo modis, de quibus agitur, non in conscientia, sed in exteriori foro. Vide Tab. ver. eodem. §. 16.

9 QVICVNQVE potest proprio nomine possidere, potest præscribere, non autẽ qui alieno nomine possidet c. si diligenti eod. Et precariè possidentes non possunt præscribere per quodcunque tempus possederint. c. clerici. 16. quæstio. 3. Item coloni. in dicto capitul. clerici. & sequenti. Item vsufructuarius. §. fructuarius. Institut. per quas perso. no. ac. Item nec creditor præscribit pignus. l. nec creditores. C. de pig. act. quia tales prædicti alieno nomine possident. Vnde si post cẽtum annos posset probare aliquod tuo nomine possessum, præscriptio non curreret.

10 IN multis etiam casibus non currit præscriptio, etiam quòd non interrumpatur. Primò tempore prælati, qui malè alienauit rem ecclesiæ. canon. si sacerdos. 16. quæstio. 3. Secundò, tempore vacationis ecclesiæ. capitu. 1. & c. de quarta. eo. Tertiò, si prælatus eius est hæreticus, quia tunc quasi vacare intelligitur, & procurator, vel œconomus à prælato constitutus agere non potest. in cler. procuratorem de procura. Quartò, tempore schismatis. eod. capitul. cùm nobis. capitul. quia diligentia. de electio. Quintò, tempore excommunicationis ipsius prælati, vel suspensionis. c. quia diuersitatem. de præbend. Sextò, contra eum qui est in ætate pupillari. C. in quib. caus. res in integr. non est ne. l. fin. Item quando quis est in potestate patris. C. de bonis quæ liberis l. quæcunque. Item non currit tempore matrimonij contra vxorem, quæ agere non potest, quò ad dotem repetendam, & c. C. de iure dotium. l. in rebus. Item quando quis iusta causa impeditus agere non potest. c. ex ratione. de appella. & est generalis regula, quia talis non est in culpa negligentię, propter quam admittitur præscriptio.

11 NON currit præscriptio contra eum, qui diu aliquid sine causa soluit. C. de agri. & censi. l. litibus imponentes. & capitul. peruenit. de censib. Nec incipit currere præscriptio crediti, nisi finito termino, vt si Petrus tenetur Antonio hinc ad annos decem soluere. C. ducatos, non incipit currere præscriptio, nisi finito decennio, qui erat solutionis terminus. C. de præscript. 30. vel 40. an. l. cùm nouissimi. §. illud.

PRÆSVMPTIO.

1 PRAESVMPTIO est duplex, vna secundum canonistas, quæ secundum Gof. est alicuius facti dubij plena. quãdoquè semiplena probatio. At quia hæc ad forum exterius pertinet, iuristis relinquamus. Vide Tabu. ibi in principio. Alia est secundum theologos, pertinens ad forum animæ, quæ secundum Thom. secunda secundæ. quæstion. 21. a. 1. videtur importare quandam immoderantiam spei, & est vitium, quo quis actu interiori, vel exteriori aggreditur opus excedens suam facultatem, quasi non excedat. & quia hoc contra rationem, & virtutem magnanimitatis est, ideò peccatum: vt si ignorans præsumat mederi corpora, docere, prædicare, & huiusmodi: & vniuersaliter facere, quod nescit. Vel si vitiatur potestate, vel iurisditione, quas non habet, sicut si acolytus præsumat legere epistolam cum manipulo, vel euangelium, & non iudex iudicare, vel secularis iudex iudicare clericos, & huiusmodi: vel si indignus præsumat facere, quæ ad dignos pertinent, vt communicare in peccato mor-

mortali, vel arguere alios cùm sciat se alijs peiorem, vel conuersari cum mulieribus, & huiusmodi. Quando igitur talis præsumptio iniuriam, vel damnum infert alteri notabile, tunc mortale peccatum est: sicut si confessor ignorans præsumat audire confessiones, & medicus curare corpora, cũ nesciat, vel si quis præsumptuosè se periculo exponit peccandi mortaliter, cõfidens nimis in seipso, videtur mortaliter peccare: quia si alios exponere periculo mortis corporalis, & spiritualis, est mortale, multò magis seipsum.

[21] ITEM quando quis sperat à Deo aliquid consequi, quod non est possibile secundum diuinam legem, vt veniam peccatorum siue contritione, vel vitam beatam proprijs meritis, quia hoc derogat diuinę ordinationi, & est contra spiritum sanctum, cuius auxilium videtur spernere: ideò mortale est, quod quidem peccatum ex inani gloria, secundum Gre. ex superbia ortum habet.

PRÆVARICATIO.

PRæuaricatio est peccatum, quo quis a debito officio diuertit ad oppositum fouendum, vt actor ad fouendum reum, vel è contrario: quod est contra rationem rectam, & si fiat iniusto iudicio, aut aliàs in præiudicium diuini, vel communis boni, aut proximi, mortale est ex suo genere, quia contra iustitiam. Remota autem iniuria, & damno, consideranda est ratio declinationis, quia posset esse talis, quòd constitueret mortale, vt si quis propter lasciuiã, vel huiusmodi præuaricator existat, aliàs erit veniale, secundum Caietan. ibi in summa, & bene.

PRIMI MOTVS.

PRimi motus sensualitatis, qui naturales dicuntur, nec sequuntur imaginationem, carent peccato: quia non sunt in potestate voluntatis, ne veniant. Primi autem motus, qui non ex imperio rationis procedunt: tamen voluntas poterat impedire, possunt esse peccata: sed quia ratio super his non habet plenũ dominiũ, ideò non habent plenam rationẽ peccati, quòd sit mortale: sed est veniale: si tamen ratio huic motui consentiret in re turpi, & mortali, mortale esset. Quomodò peccatum in sensualitate possit esse vide S. Tho. 2. sent. d. 24. q. 1. a. 1. & 2.

PRIVILEGIVM.

[1] PRIVILEGIVM dicitur quasi lex priuata, secundum Tho. secunda secundæ. q. 96. a. 1. ad 1. secundum canones verò priuilegium est, quando aliquid contra iura conceditur. c. priuilegia. d. 3. Si verò aliquid cõceditur præter ius commune, quod sit sine alterius præiudicio, dicitur beneficiũ, vt notat. Pa. de verb. sig. c. olim.

[2] QVODDAM priuilegium dicitur reale, vt quod ecclesiæ, dignitati, ciuitati, vel loco, vel personis ratione loci, vel alicuius rei conceditur. c. cũ olim eo. & tale perpetuum est, cùm adhæreat rei, nisi fortè perimatur res. 25. q. 2. c. 1. vel nisi reuocetur ex causa. c. recolentes. de sta. mona. §. 1. Aliud est singulariter personale, vt quod alicui, vel aliquibus personis conceditur, certis, & proprijs nominibus expressis. ca. volentes. de offic. lega. & tale non egreditur personam, cui conceditur: nisi hoc exprimatur. capit. constitutus. de concess. præbend. Et si conceditur ratione dignitatis, non vtitur eo si aliam adipiscatur dignitatem. capit. bone. §. fi. de postula. prælat. Aliud est communiter personale, quod conceditur personis, non expressis proprijs nominibus, sicut de priuilegio minorum 25. annorum. in l. 1. ff. de minor. Aliud est singulariter personale, & communiter corporale, vt quod alicui collegio, vel vniuersitate conceditur sic, quòd quilibet de illa vniuersitate eo possit vti. capitul. contingit. de sententia excommunica. vt sunt priuilegia prædicatoribus, & minoribus concessa. Item aliud est communiter corporale, vt id, quo solùm communitas se iuuare potest, & non singularis persona, vt in c. qui manumittitur. 22. quæstione secunda. & talia dicũtur corpo

ralia priuilegia, quia cum collegio extinguuntur.

3 QVICVNQVE potest facere constitutionem, potest priuilegium concedere respectu suæ constitutionis, vel rei ad se pertinentis, secundum Host. & omnes. Vnde Imperator potest concedere priuilegia in temporalibus, non autem in spiritualibus: quia de his nil potest statuere. 96. d. cap. bene quidem. Papa verò in spiritualibus semper potest, in temporalibus autem in terris suæ iurisditionis, in alijs autem etiam, nisi sit in præiudicium iuste dominorum, quia secundum Tho. 2. sentent. d. 44. in terra Papa tenet apicem potestatis spiritualis, & temporalis.

4 PRIVILEGIVM quod est cõtra ius, debet stricte interpretari, vt minus deroget iuri communi quàm possit. c. cùm dilectus. de consuet. Vnde si cum illegitimo dispensetur, quòd possit promoueri ad ordines, intelligitur tamen de minoribus ordinibus, secundum Panormita. in c. si quisquam. de cohab. cleri. & mul. suprà, Clericus. §. 4. Imò si non exprimitur causa quare concedit, aut non fit ex certa scientia, vel motu proprio, non præsumitur de voluntate Principis. l. 1. C. de peti. bon. imò per importunitatẽ obtentum, per l. 1. C. de fundis limitro. Aliqui volunt quòd simul ponatur ex certa scientia, & motu proprio, vt Bald. in c. licèt causam. de prob. Idem dic de rescripto, quòd ius tertij tollit, & de priuilegijs ad beneficia, vt in 6. de præben. ce. quamuis. nisi consuetudo aliter interpretetur. vt no. in ca. quòd dilectio. de consang. & affi. & nisi verbis aliud exprimitur: quia à propria significatione verborum recedere non debemus, nisi de mente aliter constet. in c. olim. & cap. in his. de verb. signi. Si tamen priuilegium enormiter lædit ecclesiam, vel alium non valet, nisi fiat specialis mentio de enormi læsione: secundum Panor. in c. cùm ad hæc, de cleri. non resi. quia in dubio non præsumitur principem concedere aliquid cum graui dispendio alterius. l. quotiens. C. de præl. Imper. offe. vnde priuilegiũ immunitatis ab oneribus personalibus concessum alicui à principe, non liberat eum ab alijs oneribus, quæ potest leuiter, & breuiter expedire. Casus est in l. decurio. C. de decu. infrà, Rescriptum. §. 11.

5 PRIVILEGIVM largo modo sumptum, pro omni præter ius concesso, largissimè interpretãdum est in præiudicium concedentis: in præiudicium verò aliorum, si est, debet stricte interpretari. ca. quia circa. de priuil. in glo. vlt. & per Inno. in c. olim. de verbor. sign. non tamen ita stricte, vt nihil operetur: quia semper priuilegium debet aliquid operari. capit. si Papa de priui. in 6. & seruetur proprietas verborum: quia quãdo sunt ibi verba lata vniuersalia, & præcisa, est latè interpretandum, vt no. Anto. de But. in ca. olim. de verb. sig. quamuis materia sit odiosa, non excluditur lata interpretatio, quæ ex proprietate verborum nascitur, vt etiam innuit Abb. in d. cap. olim. vbi dicit quòd priuilegiũ debet latissimè interpretari, vbi verba hæc patiuntur. Et quando priuilegium, vel gratia concessa personæ loquitur simpliciter, debet intelligi: secundum conditionẽ personæ. ca. placuit. & can. si viuæ. 16. q. 1. Et quando constat de mente legis, vel priuilegij, debet seruari: secundũ Pan. in c. quanto. de priui. in glos. fi. In dubio recurrendũ est ad verba. de reg. in. li. 6. regi. fi. Quando autẽ verba sunt ambigua, eius est interpretari cuius est cõdere: secũdum Host. & interim negotium suspẽditur. c. inter alia. de sent. excom. Frustrà etiam priuilegium daretur, si de iure communi fieri posset. Panor. in rubri. de consecr. eccles.

6 MVLTIS modis priuilegium perditur. Primò, vnico actu cõtrario directè facto ab eo, qui habet potestatẽ renũtiandi priuilegio. c. cùm accessissent. de cõstit. Intellige quando priuilegium est cõcessum personæ priuatæ, ad non faciendũ, non autem si sit concessum communi, vel ecclesiæ, vt no. glo.

glo.in d.c.accessissent. Secundò, per spatiũ annorum decem perditur, si ille cui datum est ad aliquid faciendũ, eo non vtitur: quod limitat Panor.in d.capit.cùm accessissent, quando non confertur ecclesiæ, aliàs secus. Tertiò, per secundum priuilegium mentionem faciés de priori, vel si primum erat generale: & secundum speciale, etiam quòd non faciat mẽtionem de primo, perditur.c. veniens.de rescrip. ibi diffusè Panormit. Quartò, per propriam renuntiationẽ. Vltimò, per reuocationem concedentis. Non est tamen decens quod reuocẽtur: secundũ H. sine causa. Alios autẽ modos perdendi, vide in c.suggestũ de decimis.

7 QVANDO priuilegiũ est notoriũ, sicut nunc est priuilegium prædicatorum, & minorum, non tenentur priuilegiati comparere si citentur, & sententia lata contra eos est nulla: secundum Pan.in ca.cùm ordinem. de rescrip.in gloss.fin.post Ioann. Cald. Secus si non sit notorium, & vbi non constat notoriè de priuilegio, citatus debet comparere, & allegare priuilegium, aliàs sententia lata contra eos teneret. Et dicit idem Panor.quod in hoc multi iudices simplices decipiuntur. Requisitus verò à locorum ordinario, in loco congruo, & secuto, coram aliquibus iuris prudentibus, & omni suspitione carentibus, deputatis per ordinarios ad hoc, tenetur priuilegiatus exhibere integraliter priuilegium, & clausulam, de qua controuersia est, transcripram.capit. cum personæ de priuileg.libr.6. Intellige quando non est notorium, vt dictum est.§.superiori.

8 DOMINI terrarum superiorẽ recognoscentes, non possunt aliquibus concedere priuilegia super talijs non soluendis, nisi tantundẽ detrahant de solutione sibi fiẽda à communi, aliter iniustitiam committunt. grauantes communitatem propter aliquos particulares. Si tamen adesset aliqua rationabilis causa, propter quam aliqui deberent priuilegiari, credo quod non peccarent: quia causa rationabilis tollit iniustitiam. Si autem Imperator, Papa, vel princeps non recognoscens superiorem hoc fecerit, debet seruari, & qui se grauati senserint, ad superiorem recurrant. Tales enim qui non recognoscunt superiorẽ, possunt exercere ea quæ sunt Imperatoris c. per venerabilem.qui filij sint leg. non tamen possunt facere sine rationabili causa, aliter peccant contra naturæ legem facientes, & iustitiam.

9 QVILIBET potest renũtiare priuilegio suo: secundum Pa.ca.si de terra.eod.tit.nisi sit in præiudicium superioris, vel tertij, ideò exẽptus non potest renũtiare exẽptioni, sine licẽtia Papæ.cap.cum tempore.de arbit.

10 DE essentia priuilegij nõ est bulla: secundum Inno. & alios doct.in cap. constitutus.de rescri. tamen sine illa probari non potest, nisi per testes, vel alias probationes posset probari.capi. olim.el.2.eo. & si moriatur Papa antequam bulla extrahatur, valet, si fuit verè antè concessa: quia bulla (vt dixi mus) non est de eius essentia.

11 PRIVILEGIVM cõcessum patri ratione dignitatis innatæ, transit in filios: secundum Pano.in c.licèt.de censi.si sit cõcessum ratione officij vel professionis, transit in filios legitimos viuente patre: si verò ob necessitatem sit concessum, non transit, vt si cæcus propter infirmitatem sit exemptus, non tamen eius filij: quia videtur in eis ratio concessionis cessare.

12 PRIVILEGIVM cõcessum Titio, valet etiam eius socio, quando aliter esset inutile priuilegiato: secũdum Pan.in c.quàm sit.de iud. Facit ca.licèt.de priuil.in 6.

13 PRIVILEGIVM alteri cõcessũ non potest diminui, etiam per legatũ à latere: secundum Pan.in cap.nisi specialis.de offic.leg.

14 PRIVILEGIVM quod solùm cõtinet ius cõmune, aliquid prodest: secundũ Host. quia magis solet timeri, quod specialiter prohibetur, quàm quod generaliter.can.quanquam. d. 23.vel quia magis sciuntur priuilegia quàm iura: vel quia cùm ius malè ser-

uetur, per priuilegium innouatur. c. 2. de treuga & pac.

15 EXEMPLARIA priuilegiorũ sic authenticantur: secundum Pan. in ca. si instrumenta. de fide instrum. Si iudex diligenter inspiciat, & tunc plures notarij subscribant, quod iudex sic fecit, & inuenit integra, &c. Vnus etiam notarius sufficit authoritate iudicis. Quomodò autem deprehendatur falsitas priuilegij. & bullæ, suprà, Bulla per totum. & Sil. verb. Tabellio, §. 10. Vide Archie. 2. par. tit. 1. capi. 18. & in c. quàm graui. de cri. fal.

16 SI Papa cõcedat priuilegium alicui collegio, vel monasterio, cum tali clausula, quod non intelligatur reuocatũ per quodcunq; breue, vel aliud, nisi de hoc fiat specialis mentio de verbo ad verbum, etiam si in literis contineretur, quod tam exempti, quàm non exempti teneantur ad aliquod faciendum. Postmodum Papa dat bullam legato cũ plenissima authoritate, videlicet, quod tam exempti, quàm non exempti ei pareant, non obstantibus quibuscunque, &c. etiam si de ipsis deberet fieri mentio de verbo ad verbum, quę voluit in illis haberi pro expressis, intelligitur per ista verba generalia plenissima, derogatum esse primo breui: secundum Feder. conci. 46. quamuis in alio concilio tenuerit cõtrarium. Et est tex. bonus in clement. dudum. circa fin. de sepultu. Aliter oporteret dicere potestatem Papæ diminui, cùm non possit habere omniũ memoriam. Satis enim est quòd de voluntate eius appareat. Considerandа sunt ergo semper verba primi, & secundi priuilegij, & secundum clausulas maiorem, vel minorem vim habentes iudicare: secundum Panormi. in capitul. cùm non stantia. de censi. Idem dic de secundis testamentis derogantibus primis, quod sufficit expressio voluntatis volentis reuocare, etiam quod non fiat mentio de verbo ad verbum: secundum Panormitan. quia nemo potest imponere legem, à qua non possit recedere, in l. si quis ff. de testamen. Vide suprà aliquid, Constitutio, per totum. Lex. §. 13. quando huiusmodi incipiãt valere, & obligare. Nota. quod in c. nisi specialis. de offic. delega. not. 2. dicit Pan. quod legatus etiam de latere non potest minuere priuilegium alteri concessum. Et facit gl. in c. illorum. de præb. verb. authoritate propria: De priuilegijs fratrũ prædicatorum, infrà, in ver. suspensio, vide aliquid. §. 24.

PROBATIO.

1 PROBARE communiter incumbit asserenti per c. fi. 6. q. 1. &. ff. de prob. l. 2. Probatio in genere triplex. Prima euidentissima, per instrumẽta, priuilegia, & huiusmodi. c pia. de excess. li. 6. Secunda, euidens per testes, vel facti euidentiam. capit. tua de cohab. cleri. & mul. Tertia, minus euidens, per coniecturas. capitu. afferte. de præsumpt. In specie autem plures sunt, quæ his verũbus continentur. Aspectus, sculprum, testis, notoria scriptũ, iurans, confessus, præsumptio, fama probabunt. Hîc nouem probationum species manifestantur.

2 SCRIPTVRA librorum antiquorum reseruatorum in custodia publica, & fideli, fidem facit: secũdum Pan. in c. cum causam. de probat. & per c. ad audientiã. de rescrip. vt si reperiantur in camera Cardinalis, vel Episcopi, & non sint in graue præiudicium tertij secundum Panormi. ibi, secus si sunt in præiudicium tale. contra. c. inter dilectos. de fid. instru. Idem dicas de scriptura antiqua in lapide scripta. Instrumento autem producto de Archiuo publico, creditur. secundum gl. in d. c. cùm causam. Pro hoc facit d. c. ad audientiam.

3 MONVMENTORVM scripturæ non probant proprietatem. C. de teli. & sum. fun. l. monumentorum. adiuuant tamen probationem: secundum glo. ibi. non tamen plene probant.

4 SINGVLARES testes nihil probant. c. licèt. de probat. diuersæ verò probationes, quæ tendunt ad vnum, sunt sufficientes ad iudicis animũ inducendum ad plenam credulitatem. Inducũt etiam plenam probationem,

sive

siue sint vnius generis, siue diuersi, vt vnus testis cum infamia, iuxta not. in c. primo. de appella. Idem dic de alijs præsumptionibus, & adminiculis cũ vno teste de visu, & pluribus de credulitate probant: secus quando tendunt ad diuersa.

5 APODISIA, siue chirographum scriptum inter præsentes coram testibus, cum subscriptione partium, & testium, etiam sine die, & anno, fidem facit secundum Pan. c. 2. de fid. instru. aliter non. Quid autem requiratur ad scripturam authẽticam, & publicam, vide Tab. ibi. §. 3.

6 LIBRI rationũ alicuius boni mercatoris secundum Panor. in d. c. 2. faciũt bonam præsumptionem, & cum alijs adminiculis probant contra tertium: probant tamen pro scribente in his, quæ dependent à sua voluntate. In huiusmodi autem credo, quod sit respiciendum ad consuetudinem, & statuta diuersorũ locorum. Multum enim faciunt cõsuetudines locorum, & statuta.

7 IN criminibus non proceditur per verisimiles præsumptiones, sed debent esse luce clariores ad condemnationem. l. sciant cuncti. C. de proba. sed solùm per violentas: nisi in crimine simoniæ. c. sicut de simo. & in crimine hæresis. de hæret. c. cùm contumacia. in. 6. & C. de hæret. l. 1. Æquiuoca. vt datio annuli, quæ plura potest significare, non probant vnum determinatè.

PROCVRATOR.

1 PROCVRATORVM peccata vide suprà, Aduocati. quia quasi eodem modo delinquunt. Procuratorũ quidam sunt ad iudicia, quidã ad negotia, & quia hoc ad exterius forum pertinet, vide si vis iuram. de procur. quomodo instituãtur, quales esse debeant, & ad quas causas, & actiones admitti queant.

2 PROCVRATOR est idoneus ad contrahendum matrimonium pro alio, si habeat speciale mandatum: aliàs non, etiam si haberet cum clausula, vt posset omnia alia, &c. & cũ expressione vnius quod requirit speciale mandatũ secũdum gl. in c. fi. de procu. ver. speciale in 6. infra, vicarius. §. 9. Similiter non aliter tractat causam matrimonialem: & talis non substituit, nisi de hoc speciale habeat mandatum, & si fuerit vetitus, vel reuocatus, etiam si iurasset nõ reuocare. si cõtrahat pòst non tenet contractus, etiã quod ignoret reuocationẽ: hoc enim est speciale in martimonio carnali. c. fi. eod. in 6. Secus in spirituali matrimonio, ad prælatum scilicet eligendum.

3 NON omnes casus per procuratores explicari possunt, vt pœnitentia. c. quem pœnitet. de pœ. di. 1. Responsio adulti quando baptizatur. cap. pro paruulis. de conse. dist. 4. & susceptio cuiuslibet sacramenti, & omnis actus expressè exceptus à iure. Alij autem explicati possunt in 6. de reg. iur. cap. potest quis. Excipiuntur alij qui casus, in c. qui ad agendum. iuncta glo. in 6. de procur.

4 SI procurator vadens pro facto domini spolietur à latronibus vel huiusmodi, non tenebitur dominus ipsum de hoc damno releuare, quia hęc sunt extrinseca à mandato, & imputanda casui fortuito, sed solũ expensas quas fecit eundo, redeundo, & stando pro causa: etiã si à principio nihil dictum esset de expẽsis, & etiã quantũcunque assumpserit voluntariè mandatũ, restituet. Si autem principaliter staret pro proprijs negotijs, non posset petere, nisi quantum expendit pro causa.

5 ADMINISTRATOR ecclesiæ, licèt non sit dominus, vt in c. 2. de dona. potest tamen instituere procuratorem. c. petitio. de procura. intelligit de procuratore largè, id est, syndico, & actore, vt limitat Pan. in c. edoceti. de reser. Et est quasi idem iudiciũ de aduocato, & procuratore, vt Tab. dicit, ver. procurator. §. 7.

PRODITIO.

1 PRODITIO quæ est deceptio cõtra fidem datam, peccatum est, cũ filia auaritiæ esse dicatur. suprà, Auaritia. §. 4. Et tanto grauius, quanto maior iactura sequens fuerit.

3 DANS operam occultè, vt castrum quod Plato iniustè detinet, reuertatur ad Titium verum dominũ, principaliter zelo iustitiæ, nõ peccat, quia quilibet debet proximum iuuare, & in persona, & in rebus, & hoc quando credit, quod verus dominus aliter nõ poterit habere, & quòd ex hoc non sequetur mors, neq; scandalum quod raro euenit: ideò hoc non est alicui consulendum, neque prædicandum. Si verò ex odio, vel alio malo fine fieret, peccatum esset, & mortale: argu. ea. fertur. 1. q. 1. non tamen teneretur restituere, quia rem alienam non tulit, licèt in modo auferendi deliquerit.

3 NON licèt alicui priuatæ personæ proditoriè occidere veneno, vel huiusmodi, hostem capitalem alicuius domini, vel ciuitatis, neq; ad hoc priuatum inducere, licèt quis possit peccato priuati, parati ad hoc vti, vt dicit Arch. Flo. secunda par. ti. 1. c. 22. §. 8. & infrà, tyrannus. §. 1. Videtur tamen Archie. ibi non firmare pedem, cùm dicat sic a peritis audiuisse. Ego autem dico quempiam peccato alterius parati, vti non posse, quando talis actus nõ nisi cum peccato fieri potest, sicut est maleficium, quod semper cum peccato fit: secus de mutuo, quod sine vsura fieri potest. Concord. Caie. ver. maleficium.

PRODIGALITAS.

PRodigalitas vitium est, quo quis superfluè, & sine necessitate erogat bona sua contra virtutem liberalitatis. Si autem sit pura, & non alteri peccato admixta, peccatum veniale est, quia non est contra charitatem sed præter. secundum Caietan. ibi in summa. Si autem impietati, vel adulterio, vel alteri mortali peccato fuerit iuncta, erit mortalis, sicut si pater prodigè expendens bona, filios in miseria relinquit. Hoc enim ad impietatem vergit, & propterea mortalis efficitur prodigalitas: & sic de alijs iudicabis, quando mortali agitur appetitu: secus si veniali.

PROFESSIO.

1 PROFESSIO expressa de necessitate quinq; requirit. Primò, quòd profitẽs compleuerit annũ 14. in masculo, & 12. in fœmina. c. 1. de reg. lib. 6. aliter fit in insulis, suprà Nouitius. §. 2. & 8. Secundo, quod professio fiat ei, qui potest religioni incorporare, vel de eius licentia, vel nomine, quia sic posset habere ratum: aliter nõ posset ratum habere. Tertiò, quòd fiat religioni approbatæ, c. vnic. de voto. in 6. Quartò, quòd prælatus requirat concilium, capituli. Quintò, quod fiat de tribus votis. Si enim deduceret in pactum, quòd non intenderet de vno aliquo voto se obligare, licèt de alijs non esset professus: secus si non deducit in pactum. & promittat seruare seruanda, &c. quia intelligitur de omnibus. suprà, Nouitius. §. 5.

2 MASCVLVS siue fœmina profitẽtes in manibus alicuius religiosi religionẽ, efficiuntur religiosi, licet non ingrediantur monasterium, sed in domo sua remaneant, secundum Pan. in c. insinuãte. qui cler. vel vo. etiã quod non recipiant habitum, dummodò sint expressè professi: ex quibus colligitur, quod habitus nõ est de substantia religionis. Ad hoc facit cap. porrectũ. de regul. & Inn. in d. c. insinuãte.

PROXENETA.

PRoxeneta, qui mediator existit inter negotiatores, quãdo vtitur fraude, & mendacijs inter eos (vt facere solent) non solùm mortaliter peccat, sed etiam restituere tenetur, si quid sibi applicat vltra suam mercedẽ: vt cũ dicit venditori, quòd non inueniuntur nisi decem, & emptori quod nõ potest habere, nisi pro vndecim, & illud vnum tenet pro se, vel quãdo accipit ab vno aliquid muneris, & defraudat alterũ infr. vsuta. §. 39. & 40. vide aliquid.

PRVDENTIA.

PRudẽtia carnis, qua aliquis habet pro vltimo fine vitæ suę bona corporis, secundũ Th. 2. 2. q. 55. a. 1. & 2. manifestè mortale peccatum est, quia per hoc Dei inimicus constituitur. Rom. 8. Prudentia carnis inimica est

Deo

Deo. Et quia sic Deum pro vltimo fine quis habere non potest, cùm non possint duo vltimi fines esse. Si verò non habeat carnis delectationem pro vltimo fine, sed affectũ aliqualiter inordinatum, qui tamen non auertit à Deo, erit veniale. Quia præter charitatem, non contra, est.

PVRGATIO CANONICA.

PVRGATIO multis modis dicitur quandoquè pro purgatione spirituali capitur, sicut dicimus per pœnitentiam, & baptismum peccata purgari. cap. cùm omne. de consec. dist. 2. quandoquè dicitur vulgaris, quæ fit ferro candenti, aqua bullienti, vel duello: de quibus si quis euaserit, dicitur purgatus. Sed hæc prohibetur sub pœna mortalis peccati. in c. mennã. 2. q. 5. & de purgatione c. per totum. quia hoc est tẽtare Deum. Alia dicitur canonica, à iure canonico statuta, quando quis de crimine sibi obiecto vult se immunem ostendere, & hæc fit quandoquè per iuramentum infamati coram iudice suo, & iuramento testium compurgãtium, qui tot esse debent, quot enormitas criminis requirit, & bonæ opinionis, & de quibus sit verisimile, quòd non periurent. de purga. cano. per totum. & 2. q. 5. ferè per to.

2 QVANDO quis apud suum iudicem infamatus est, & infamia publica laborat, & apud graues, & bonos viros, & non est orta ab inimicis, tunc iudex debet præfigere terminum, vt si quis vult accusare, compareat, qui si compareat, audiatur canonicè, si non compareat, & infamia crebrescit, procedat iudex ad inquisitionẽ, & si nullus appareat etiam denunciator, nec conuincitur, tunc compellat eum iudex ad purgationem canonicam, secundùm not. Io. gloss. in c. presbyter. 2. q. 5. suprà, Inquisitio. vide aliquid. per totum.

3 SVSPITIO verisimilis sufficit ad inducendam dictam purgationẽ, quãuis non sit quis infamatus, sed vt temeraria suspitio repellatur. c. si quis. eod. Violenta autem suspitio sufficit ad sententiam. c. dixit. 23. q. 1. & Inn. & Host. in d. c. si quis. Aliqui dicunt, quòd talis infamia etiam verisimilis, non sufficit, si non est infamis, nec semiconuictus, nec accusatus: secũdum Ray. in sum. confess. quia hoc nullo iure cauetur, & quia sic prælatis aperiretur via ad vindictam, & hæc opinio videtur rationabilior.

4 ACCVSATVS, & iudicatus, si indicta sibi purgatiõe deficiat, debet puniri ac si fuisset conuictus. c. de homicidio. Quòd si per modũ inquisitionis, vel denuntiationis agatur, pœna erit arbitraria, secundum Gofr. Hosti. & Pan. in c. accedens. de accus. Idem die, si propter infamiã tantùm est processum extraordinariè punietur, vt est casus in ca. significasti. de adulte. & cũ iudex ex præsumptione procedit, debet multum temperare sententiam, vt not. in c. afferte. de præsump. Quando verò, crimen est notorium, vel appareat accusator, non debet reus ad purgationem recipi, etiam si offert. cap. 2. eod tit. & c. cùm dilectis.

5 DE forma iuramenti se purgantis, vide in c. si quis viduam. d. 50. & cap. quotiens. eod. titu. De numero autem compurgatorum, & quales esse debeant, in d. c. presbyter. c. inter sollicitudines. eod.

PVRGATORIVM.

PVrgatorium negare mortale peccatum est, quia contra diuinam iustitiam, & etroneum, & à fide alienum est, secundum Tho. 4. sentẽ. d. 21. q. 1. a. 1. ql. 1. & secundũ Greg. Nis. qui negat purgatorium, hæreũm incurrit. Et fuit error Græcorum, quem recognoscentes in concilio Florentino ab iurarunt. Potest etiã per sacram scripturam rectè intellectã probari. Nam dicitur primæ Cor. 3. Si quis superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim declarabit, qui in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem saluus

erit quasi per ignem. Ex hoc patet, q̃ de igne inferni non potest intelligi, quia per illum nullus saluatur, sed de igne purgatorij, sicut exponunt Tho. ibi. Anor. Aug. & alij. Item patet per illud Math. 5. Iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris: amen dico tibi, non exies donec reddas vniuersum quadrãtem. Per hunc carcerem Ambros. exponit purgatorium. Item per illud Math. 12. Qui dixerit verbum in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc seculo, neque in alio. Ergo in alio seculo potest fieri remissio, non in inferno, quia ibi nulla est redemptio, neque in paradiso: quia ibi nec culpa nec pœna purganda est, ergo in purgatorio: & sic intelligit Greg. Item 2. Mach. 12. Sancta & salubris excogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. quod non potest intelligi de existentibus in paradiso, neque in inferno, ergo de existentibus in purgatorio. Et licèt hic liber apud Hebræos non sit canonicus, secundum Hieron. in prologo Galeato, est tamen apud Christianos authenticus, vt ibi dicit Hierony. & Augustin. 18. libro de ciuit. Dei. & secundum canonem concilij Carthaginen. August. in lib. de cura pro mortuis. approbat suffragia pro mortuis. Idem Ambros. de obitu Theodosij, & Dama. dicit hunc vsum orandi pro mortuis, ex ritu apostolorum emanasse, quod etiam Dion. affirmat. Ecce quantum errant hi moderni hæretici, conantes purgatoriũ remouere. De pœnis, & loco purgatorij. non est præsentis speculationis, quia ad conscientiam non pertinent, sed tantùm credere ipsum esse, ad peccatorum purgationem debemus, vt tenet ecclesia Christi. An Papa liberare possit omnes animas à purgatorio, suprà, Papa. §. vndecimo.

PVRGATIO.

PVrgatio mulierum post partum non est necessaria, nec peccant mulieres intrantes ecclesiã ad referendum gratias Deo ante illud tempus. Si tamen ex deuotione volunt abstinere aliquandiu ab ingressu, nõ sunt reprobandæ, nisi facerent seruantes ritum iudaicum, vel ex superstitione: extra eod. c. vno. Hoc enim mortale peccatum esset, & Christianæ fidei contrarium. Ante purgationem non est mortale viro cognoscere propriam vxorẽ, ex consilio tamen deberet abstinere secundum Ray. & Veruer. d. 5. c. ad. eius. & 31. q. 7. c. non solùm

PVSILLANIMITAS.

PVsillanimitas vitium est magnanimitati oppositum, quo homo ex paruitate animi se retrahit à magnis operibus, & honoribus, suam facultatem non excedentibus, ac si excederẽt: ex S. Thom. secunda secundæ. q. 133. Est etiam hoc vitium aliquando mortale, quãdo ea à quibus retrahit, sunt simpliciter de necessitate salutis, vt cũ quis non vult confiteri tempore debito, timens iterum relabi, vel non vult acceptare prælationem impositam ex præcepto, timore deficiendi, & huiusmodi. Si verò retrahatur ab alijs nõ necessarijs, sed vtilibus sibi, vel proximo, maximè in spiritualibus, est veniale, & tanto graniùs, quanto res saluti animæ expediens magis est, & honori diuino, quem quilibet quærere tenetur.

QVÆSTVARII.

1 QVÆSTVARII dicuntur, qui per diuersas diœceses discurrunt pro eleemosinis, nomine vel hospitalium, vel monasteriorum, vt sunt, qui pro S. Antonio quærunt, qui communiter dicũtur zaratani. Hi non debent admitti, nisi veras literas Apostolicas, vel diœcesanorũ ostendant, quarum forma ponitur in c. cũ ex eod. de pœni. & remis. & debent prius per Episcopum examinari antequam acceptentur: vt in cle. abusionibus. de pœni. & remis. nec permittantur prædicare: nisi secũdùm, quòd in literis sua continetur in d. c. cùm ex eo.

2 QVOD si in literis eorum continetur, quòd charitatiuè recipiantur, & fideles ad eorum exhortationem conuocent, non propter hoc rectores eccle-

sia

cleſiatum, aut clerici tenẽtur hoc facere ſi nolunt quia in extraua. Cle. IIII. eſt reuocatio huiuſmodi literarum, quantum ad conuocationem, & tales quæſtuarij non debẽt habitũ falſæ religionis portare, aut indulgentias vel alia falſa propoñere. Vt in d. cle. abuſionibus. & in d. c. cùm ex eo. habetur. At ſi publicè delinquant, ab ordinarijs poſſunt puniri, licèt ſint exempti. c. tuarum. de priuile. niſi aliquod aliud habeant in ſuis priuilegijs, quod ſeruari debet ſecundum glo. in d. c. tuarum. vt eſt in priuilegijs prædicatorũ & minorum. ſuprà, Exemptus. §. 1.

RANCOR.

RAncor ſecundũ, quod importat diſplicentiam cõtra aliquem, propter quod deſiderat, vel quærit malũ alteri, naſcitur ex acidia. Aliquando eſt filia iræ, & mortalis, ſi malũ ſit importãtiæ. ſuprà odiũ. §. 1. Quomodò quis tenetur dimittere ſigna rãcoris. ſuprà, Charitas. §. 1. Etiã propter ſcandalum debet facere.

RAPINA.

1 RAPINA per quam quis violenter, & contra iuſtitiam accipit rẽ alienam, mortale peccatum eſt: tum quia iniuriã proximo infert, tũ quia damnum, ſiue fiat à bellantibus, ſiue à latronibus, ſiue ab habentibus poteſtatem publicam, dũmodò contra iuſtitiam, & violenter rapiant, reſtitutioni ſunt obnoxij. Si autem rapiant in bello iuſto, vel authoritate publica: ſecundũ iuſtitiã, licèt vim inferãt. non dicuntur propriè raptores, niſi excedant limites commiſſionis: ſecundum Tho. ſecunda ſecundæ. q. 66. a. 8. ſuprà, Bellum. §. 11. & 13.

2 SI probauero furtum contra aliquem, vel rapinam, ſtabitur iuramẽto meo de quantitate rei raptæ ſecundum Panor. in c. ſuper eo. de his quæ vi me. ve. & Inno. ibi. Et poteſt probari furtum, & rapina per ſocios familiares, & huiuſmodi: vt etiam tenet Sil. ver. rapina. §. vlt.

3 DE pœna raptorũ quomodò excõmunicantur ab Epiſcopo. c. 1. de rap. quomodo denegatur pœnitentia niſi reſtituant, & quãuis eos pœniteat, & non reſtituant, negatur ſepultura. c. ſuper eo. tit. & c. literis. etiã ſi faciant, quod poſſunt. & hoc fit ad aliorum terrorem.

4 RAPTOR etiam dicitur, qui virginem, vel ſanctimonialem, vel viduã, etiam largo modo vi opprimit, & ſine dubio mortaliter contra legem Dei agens, etiam per leges grauiter punitur. c. de raptoribus. 36. q. 1. nec rapta poteſt cum raptore contrahere de iure ciuili: vt dicetur infrà. §. 5. C. de rap. virg. vel vid. l. vnic. ſuprà, Luxuria. §. 4.

5 ALIQVANDO perſona rapitur propter alium finem, vel vt vendatur: vel ob aliud, & tunc vltra iniuriã ſibi factam, iudicandum eſt peccatũ ſecundum finem, pro quo raptor rapit. Et quod dictum eſt, quod rapta non poteſt contrahere cum raptore, intellige de iure ciuili, de iure canonico, quandoque poteſt: vt quando præceſſit tractatus de nuptiis: ſecundum Panorm. in c. cùm cauſa. de rap. Vide in c. accedens. de rap. quia rapta ſi vult, poteſt cum raptore contrahere.

RATIOCINIVM.

RAtiocinijs obnoxij, an poſſint promoueri ad ordines, vide cad. propterea. d. 5. ff. de mu. & ho. l. reſcripto, & Innoc. in c. vnico. de obliga. ad ratio. C. de cle. & epiſ. l. quiſquis emerſit. Hæc ad aliud forum pertinent.

RATIHABITIO.

1 RATIHABITIO qua quis conſentit in illud, quod nomine ſuo geſtum eſt, multas requirit conditiones ad hoc, quòd retrotrahatur ex fictione iuris. Et primò ſi debeo habere aliquod ratum, oportet quòd ſit factũ nomine meo, id eſt, ad mei contemplationem. ſecundum gloſſ. in c. cùm quis. de ſent. excom. lib. 6. videlicet, licèt ſim contentus Petrũ occidiſſe Ioan. quem non interfecit nomine meo, non dicitur ratihabitio. Secũdò, oportet, quod habeã factum, tanquã factũ nomine meo. Poſſum enim eſſe contentus de homicidio facto nomine meo,

meo, sed nollem factum fuisse nomine meo: & tunc non dicitur ratihabitio: secundum la. de Are. Aduertendum tamen est, quod in maleficijs, non solum expressa ratihabitio sufficit, sed etiam tacita. vt puta, quia non statim reuocat, quod scit nomine suo factum, vel nõ contradicit. Tunc præsumitur ratihabitio. ca. notum. 2. q. 1. secus autem in non maleficijs.

2 TERTIO, requiritur, quod extrema sint habilia ad illum actum perpetrandum, scilicet tempus in quo factũ gestũ est, & tẽpus ratihabitionis. Exemplum extremi ad quod Titius interfecit Socratem nomine Platonis, non habentis rationis vsum. Plato nõ potest postmodum hoc factum habere ratum: quia illo tempore quo gestum est, non poterat hoc imperare. Exemplum extremi à quo. Cicero debebat infra necem dies aliquod agere, sed cùm non posset, amicus eius Sempronius, elapsis his decem diebus fecit illud, non potest Cicero factum tale habere ratum: quia post illũ terminum non potuisset Cicero illud facere, cùm iste terminus esset de substantia facti.

3 QVARTO, secundum Inno. in ca. prudentia. de offic. deleg. requiritur, quod illud factum valeat: quia quod nihil est, ratum haberi non potest: vt si quis non habens potestatem, sententiam ferat nomine iudicis, iudex non potest ratam habere. quia nulla est: cũ sine aliqua authoritate, & commissione eam tulerit.

4 QVINTO, quod sit de his, quę possunt mandari fieri per alium nomine meo, per mandatũ expressum. Nam quædam per alium explicari possunt: vt furtum, homicidium, & huiusmodi, & in his currit ratihabitio: quædã explicari non possunt per alium: vt adulterium, & corporis delectationes, & in his non habet locum ratihabitio. c. sciant cuncti. de electio. libr. 6. Si tamẽ quis perpetraret adulterium nomine alicuius, non principaliter propter delectationem, sed in vituperium mulieris, vel alterius, & ille ratum haberet, credididerim, quod curreret ratihabitio: quia hoc mandari potuit, & fieri eo fine, quo mandatũ est.

5 SEXTO, quod lex solum requirat delictum simpliciter: quia si requireret maleficium, & per prius machinationem, seu tractatum, non sufficeret ratihabitio: vnde licèt mulier post mortem viri habeat ratum homicidium: quia tamen non est machinata priùs, non impediet matrimonium cùm occisore: secundum Gemi. c. cum quis, de sent. excom. libr. 6. quod tamẽ faceret, si præcessisset machinatio. Quãdo autem lex requirit solum factum, currit ratihabitio: secus si cum facto aliud.

6 QVIA ratihabitio mandato cõparatur, quò ad Deum, ideò ita mortaliter agit ratum habens delictum, ac si fieri mandasset. Si autem tantùm mente ratum habet quis percussionem clerici, per quam incurritur excommunicatio, non tamen ostendit hanc ratihabitionem per aliqua signa exteriora, licèt mortaliter peccet: quia consentit in id quod mortale est, non tamẽ excommunicationem incurrit: quia ecclesia de occultis non iudicat. ca. sicut nobis. de simo.

RENVNCIATIO ecclesiæ. suprà, Consecratio. per totum.

RECOMPENSATIO. suprà, Compensatio. per totum.

RECVSATIO.

RECusari potest pluribus ex causis iudex delegatus. secun. Pan. in ca. accedens. vt lit. non cont. & primò, si aduersarij est consanguineus, si commensalis illius, si ex eius patria, vel districtu oriundus, si non est accessus ad iudicem, nisi per terras inimicorum, si cum aduersario loquitur in aure, & familiariter, si litigabat ex aliqua causa cum eo, si est imperitus, & habet assessorem suspectum: secundum Panor. suprà, & in capi. de iudi.

RELIGIO.

1 RELIGIOSI proprijssimè dicuntur promittentes tria vota profitendo,

do, licèt omnes Christiani, & clerici, & omnes rectè viuentes, possint largo modo dici religiosi. de deuot. ca. gaudemus. & de constit. c. ecclesia. &c. ex multa. de voto.

2 REGVLAE approbatæ religionum sunt quatuor, Basilij, Benedicti, Augusti. & Francisci, sub quibus omnes religiosi militant, exceptis Carthusiensibus, qui suas ordinationes pro regula habent. Istæ regulæ nisi per Papam mutari possunt. c. omnis. de regu. iu. Secùs de constitutionibus, & ordinationibus eorum, quę quotidiè in capitulis fratrum mutantur secundũ temporum varietatem.

3 QVANVIS religio sit status perfectionis, religiosi tamen non tenentur perfecti esse, sed solùm tendere saltem virtualiter ad perfectionem, vel non contemnere illam. De hoc vide S. Th. secunda secundæ. q. 184. a. 2. aliter in malo statu esse videntur. Habere aliqua bona in communi, non derogat perfectioni religionis: quia & Christus, & Apostoli habebant in communi. & hoc negare est hæreticum: secundùm quod determinauit Ioan. XXII. in extrauag. quæ incipit. Quia vir reprobus. & Io. XII. ca. dicitur de Apostolis, quòd habebant loculos, & præcipuè Iudas. Tho. secunda secundæ. q. 188. a. 7.

4 IN materia odiosa contra regulares, vel religiosos, non veniunt illi de tertio habitu, Iesuitæ, Hospitalarij, Hierosolymitani, vel huiusmodi, qui non sunt propriè religiosi, licèt quendam modum benè viuendi teneant etiam à Papa approbatum: secundum Panormi. in rubri. de regu. sed solùm comprehendit illos. qui tria vota substantialia promiserunt, in aliqua religione alicuius approbatæ regulæ: secundum Ioan. And. in gl. cle. 1. de deci. Si autem adderetur, quicunque religiosi, tunc etiã intelligitur de omnibus prædictis, qui ita suo superiori promittunt obedientiam, quòd non possunt retrocedere, nec matrimonium contrahere. In materia verò fauorabili, benè veniunt omnes suprà dicti: secundum eundem Panor. & quomodò etiam gaudeant priuilegio clericali. suprà, Excommunicatio. 1. Vide ibi.

5 QVILIBET potest religiosus effici, dummodò sit debitæ ætatis de qua suprà. Nouitius. §. 1. Secundò, quòd non sit seruus: quia sine licẽtia domini non potest ingredi. Tertiò quòd non sit obnoxius debitis. Si tamen debet pecuniam alteri, & non potest soluere ante ingressum religionis, cedere potest bonis crediteri, & sufficit. Non enim propter pecuniam obligatur persona hominis libri: & sic potest ingredi. Inde satisfaciet monasteriũ, si quid lucrabitur, vel ex successione eius, vel donatione ingressi, vel aliter. Quòd si ad ratiocinia communitatis sit obligatus, non recipiatur. c. legem. d. 4. Si verò priuatorum, honestum est: vt prius de ratiocinijs se expediat, licèt non sit necessarium: secundum glo. Ray. Quartò, nisi sit in dignitate Episcopali, & suprà: quia tunc requiritur licentia Papæ. ca. licèt. de regul. Et si habet aliqua beneficia ante professionem, non debent alteri conferri. c. beneficium. de reg. li. 6. sed debet pars fructuum assignari alicui, qui seruiat beneficiò, in d. ca. beneficium, reliquũ erit monasterij, ne illi sit onerosus, 16. q. 6. ca. de lapsis. Quintò, quod non consummauerit matrimonium, vel post sponsaliarem habuerit: quia tunc ingredi non potest, sicut ante consummationem, etiam si iurasset eam ducere. cap. peruenit. el. 2. de iur. suprà, Impedimentum. §. 49. Sextò, quòd nõ coactè, sed voluntariè intret, aliter ingressus non tenet. ar. in c. 1. de regu. in aliquibus autem religionibus, vltra prædicta requiritur sanitas corporis, quòd sit legitimè natus, animo promptus, literatus, vel ad honestos labores aptus. Si quis tamen cum aliquo istorum immeditatè dictorum impedimentorum reciperetur, vt plurimũ teneret receptio: quia non videntur talia impedimenta, quæ possint impedire vitam regularem, nec quòd alteri iniustitiam, vel iniuriam inferant, ideò

ideò tantum bonum impedire non debent, nisi aliud addatur.

6 INTRANS religionē vt fiat prior, vel triumphet, etiam quòd ista non assequatur, est tamen religioni obligatus: secundum Pan. in c. vt clerici. de regul. Similiter dic de eo, qui dolosè ductus est ad religionem c. ex parte. de conner. coniu., quia dolus propriè non dicitur, cùm quis ad bonum inducitur: vt est religio.

7 PROFESSVS metu mortis illato ab homine, non obligatur per tale votum, nisi postmodùm ratificet. capit. porrectum. de regul. Si autem metus sit naturalis, vel casualis, vt euadat de aliquo periculo, & huiusmodi, tenetur religioni, si deliberato animo hoc fecit: secundum veriorem opinionem. in dict. capitul. porrectum. quia Deus quandoquè tales immittit timores: vt quis ad ipsum conuertatur. Blanditijs tractus ad religionem, & professus, tenetur ibi stare: quia non coactus intrauit, sed bona illius non veniens monasterio allicienti. c. constituit. 20. q. 3.

8 SI religiosus profitendo intendit se ad tria vota obligare, licèt cum hoc intendat aliquod malum facere, vt furari, vel aliud. & vt melius hæc faciat profitetur, tenetur religioni. Obligatio enim ad vota, est de essentia, & nō impletio, secundum Petr. de palu. 4. sentent. d. 26. Si autem in professione exprimat aliquid quod non esset contrarium essentiæ religionis, vt quòd vult comedere carnes, vel huiusmodi, tenet professio. Si verò non intendit ea ste viuere, vel huiusmodi, non est professus, quia intētio hæc repugnat essentiæ religionis. Idem dic si exprimat vce dum profitetur suprascripta & tunc cogi per ecclesiam non poterit, sicut si non exprimeret.

9 INGRESSVS, & professus in aliqua religione, in qua tātùm seruabantur essentialia, & ipse non plus intendebat seruare, quàm tunc ibi seruaretur, si postmodum reformetur, non tenebitur in conscientia seruare nisi ea, quæ intellexerit seruare à principio, secundum Pan. in capit. super eode regu. quia votum debet esse voluntarium. ca. licèt. de regu. Secus autem in foro exteriori, & sic intellige Angelicam. ver. Religiosus. §. 32. Et reformato monasterio, necesse habebit adire aliud, vel de nouo profiteri, secundum reformationem.

10 SI prælatus cum maiori parte capituli, ordinet aliquid obseruandum supra regulam arctans, illi qui nō consenserunt, non tenentur seruare, secundum glos. c. gesta. d. 74. & secundum Thom. secunda secundæ. q. 104. a. 4. quia promiserant obedientiam secundum regulam, & constitutiones, & non suprà. Si verò statuerunt aliquod ad reformationem regulæ antiquæ, vel aliqua conferentia ad pleniorem obseruantiam illius, sic tenentur, secundum Innoc. in d. capit. super eo. & Ioan. And. in c. vnico. de regul. libr. 6. in glo. & ista videtur conuenientior, & æquior decisio.

11 RELIGIOSVS transgrediēdo regulā, & sua statuta, non peccat semper mortaliter, sed solùm quando transgreditur, vel ex contemptu, vel quia ex se, & non ex regula sunt præcepta vel quia sunt præcepta à prælato, vel ab ipsa regula, vel ab ordinationibus: tunc transgrediens mortaliter peccat, aliàs non, quia non vouit seruare regulam, sed viuere secundum regulam, vel seruare vitam regularem, nō autem omnia, quæ sunt in regula. Vnde fratres prædicatores cautiùs profitentur, promittendo obedientiam, secundum regulam, &c.

12 COMEDERE carnes, secundum regulam Sanct. Benedicti, nō est mortale, nisi propter cōtemptum, vel præceptum, licèt comedens (scilicet contumaciter) & contra præceptum, vel ex contemptu debeat incarceri. suprà, Monachus. §. 11.

13 FRANGERE silentium, & transgredi alia quæ sunt in constitutionibus fratrum prædicatorum, non sunt peccata ex vi constitutionum, nisi vbi præceptum est, vel excommunica-

nicatio lata: quia hæ constitutiones ita sunt factæ, vt non obligent ad culpam, quæ propriè est culpa, sed tantùm ad pœnam, quam pœnam quis non tenetur facere vbi requiritur actus hominis, nisi postquam prælatus sententiauit, & post sententiam non perficiés, etiam nō peccat ex hoc, quia hæc constitutio de non incurrere culpam, est generalis. Potest tamen propter aliud, vt propter negligentiam, vel cōtemptum, incurri peccatum veniale, vel mortale.

14 NOS debet religiosus de vna religione ad aliam transire, nisi ob magnam necessitatem, vel vtilitatem, vt est ex zelo perfectioris religionis, vel quia ea in qua est, relaxari incipit vel propter infirmitatem: quia non potest ita arctè viuere. Petere tamen debet à superiore licentiam, vel dispensationem, vt in hoc tertio casu, secundum Thom. ij. ij. quæst. vlti. ar. 8. Vide etiam Panormitan. in cap. sanè. c. non est. c. licèt. de regula. Sed quia hodie sunt data multa priuilegia, bonum est, vt volentes transire ad aliam religionem. habeant licentiam à Papa, ne inuoluantur in excommunicatione Martini V. quæ incipit, viam ambitiosè. & Sixti IIII. quæ incipit, regiminis. Vnde Innoc. IIII. dedit priuilegium fratribus prædicatoribus, & Benedictus XII. quòd non possunt transire ad monachos, vel Cisterscien. & hoc priuilegium incipit, Regularem vitam. Excipiuntur Carthusien. in bulla Martini V. Et talis inhibitio est sub pœna excommunicationis latæ sententiæ.

15 RELIGIOSVS ejectus, vel fugitiuus, qui non potest reconciliari secundum formam. c. fin. de regularibus, potest transire ad laxiorem, quando non inuenit in prouincia monasterium volens illum recipere, petita licentia superioris si potest habere, aliter viuat regulariter prout potest, secundum Ray. Fecit enim quod potuit, ideò in conscientia poterit esse securus, cùm vltra possibile non teneatur.

16 PRAESIDENTES monasteriorum tenétur fugitiuos religiosos quærere, & reducere ad monasterium per inuocationem superiorum, & per excommunicationem. c. fin. de regu. intellige quando speratur correctio, vel minus malum. Et si aliter non potest corrigi, incarceretur. c. à nobis de apost. Ex hoc elicit Panormitan. in. c. ad monasterium. de statu. regu. quòd non possunt tales expelli, nisi fortè secundum statuta approbata ab ecclesia. Et fugitiuus est, qui moratur extra monasterium, & celat se suo prælato, & qui recedit à monasterio cum intentione non redeundi. Et qui non est sub obedientia prælati, non solùm est fugitiuus, sed apostata: secus si aliud monasterium ingreditur. Ejectus verò dicitur, qui à suo superiore fuit ejectus à monasterio, culpa sua fortè exigente. Hæc secundum Pan. in d. c. fin. de regu.

17 DE bonis religiosi intrantis, ejecti, fugitiui, vel morientis ante professionem, quid fieri debeat, vide Tabul. §. 27. 28. ibi. quia si est oblatus, vel conuersus, qui se, & sua obtulit, non potest repetere: quia est quasi seruus monasterij. Si verò ante tempus professionis moritur, dic vt suprà. Nouitius. §. 17. Si recedit post professionem, quam credidit tenere, & non tenebat, rehabebit sua, siue donauerit expressè monasterio, sine non, quia videtur donasse causa mortis mundanæ, quæ fit per professionem, quæ non est secura. Facit. l. si pater. C. de hæredi. instituen. Quòd si credebat quòd non teneret professio, tamen expressè donauit, non rehabebit bona, quia videtur in omnem casum donasse. l. cuius per errorem. ff. de regul. iur. Si professio tenuit, & ejectus est propter culpam suam, & de monasterio primo translatus ad aliud ad pœnitentiam agendam, secundum monasterium habebit vsumfructum bonorum suorum, & post eius mortem redibunt ad primum monasterium. c. de lapsis. 16. q. 6. Si fuit aliàs ejectus à toto monaste-

rio

tio, monasterium nihil eorum, quæ acquisiuit post electionem habebit. Quòd si solus abbas electus, sic monasterium non debet puniri. Si fugit, & non mutauit statum, volentémque redire abbas cum maiori parte capituli noluit recipere, vel fuit negligens, ad ipsum reuocandum, bona tunc cedent episcopo, vel alteri monasterio, si aliquod ingressus est. Si autem solus abbas, vel minor pars capituli hoc fecit, vel noluit ipse redire, acquiritur tunc primo monasterio suo. Si verò exiens quomodocunque statum mutat, & promouetur, ad ecclesiam secularem illicitè transiens, acquisita intuitu ecclesiæ transeunt illi ecclesiæ capitul. cùm in officijs. de testamen. Si intuitu personæ acquirit, cedunt monasterio: quia remansit sui monasterij, cùm non fuerit legitimè promotus ad secularem ecclesiam: secus si legitimè: quia nullam communionem habet cum monasterio. ca. ne pro cuiuslibet. 16. quæst. 1. Si autem dubium sit an intuitu personæ, vel ecclesiæ acquisierit, recurrendum est ad coniecturas, vt si à propinquo, vel ab extraneo habuit. in capit. requisisti. de testa. & in dubio pro ecclesia præsumitur. Si verò aliud monasteriũ minus legitimè intrauit, reuocatur cũ omnibus acquisitis. c. ioannes. de regul. Si legitimè, secus: quia post ingressum bona acquisita cedunt secundo monasterio. Hæc secundum Pan. in c. fi. de regu. Et bona patrimonialia acquisita in primo monasterio, vt idem Pa. in ca. quod à te. de cle coniug. post Card. dicit, transeunt cũ persona, & hoc sequitur Host. non autem bona acquisita in primo monasterio ex industria, transeunt eodem modo cum persona ad secundum monasterium. Acquisiuit enim suo monasterio.

28 RELIGIOSI mẽdicãtes, qui ad non mendicantes transeunt, etiam authoritate Papæ non habent vocem in capitulo, nec possunt habere prælaturam, vel quæcũque officia, nec quodcunque regimen animarum exercere. in cle. vt professores. de reg. Huius aũt ratio fortè fuit, vt difficilior hic transitus fieret.

29 HABENS votum iurandi arctam religionem, & intrans laxiorem, est à voto absolutus. c. qui post. li. 6. de regula. debet tamen pœnitere de voto non completo, vt ibidem Religio à patria potestate liberat. de reg. c. cum homus &c. 1. 16. q. 2.

30 SI pater profiteatur in aliqua religione, habebit medietatem vsusfructus bonorum peculij aduentitij filiorum, secundum Bart. in auth. idem est. C. de bon. quæ libe. licèt quidam aliter opinentur, hoc tamen magis æquum est.

31 BONA ingredientis religionem sunt monasterij, in quo profitetur, nisi ante professionem aliter disponat. can. ingredientibus. 19. quæst. 2. quando scilicèt monasterium potest habere in communi, vel ex regula, vel priuilegio. Transeunt etiam feuda, & emphyteosis, secundum Alb. in auth. ingressi. C. de sacr. sanct. eccle. reseruatur tamen legitima descendentibus, & ascendentibus, qui æquè succedunt c. si. 19. q. 3. Vsumfructum aũt non amittit, secundum Inno. in c. in præsentia. de proba.

32 RELIGIOSI succedũt in bonis parentum, nec parẽtes possunt eos exhæredare propter ingratitudinẽ commissam in seculo. c. hn. 19. q. 3. fallit in minoribus, qui de iure non succedunt in cle. exiui.

33 TITIVS volens ingredi monasteriũ, condidit testamentum, relinquẽs Lucretium extraneum hęredem, postmodum incontinenti ingressus monasterium, omnia bona sua contulit eidem monasterio, nulla facta mentione de testamento: non reuocatur propter hoc testamentum, sed collatio bonorum præsumitur facta pro tempore vitæ suæ tantùm, nec videtur incontinenti mutare animum. ar. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. nec illa bona erunt monasterij, secundum do. Anto. in d. c. in præsentia. de proba. Secus si hoc fecit temporis interuallo,

uallo, quia præsumitur mutasse animũ fauore religionis, & sic rumpitur testamentum. Vide tamen Pan. in d.c. in præsentia. an monasteriũ possit petere portionẽ, quando tenet testamentum, &c. dicitur quòd petet, si potest in communi bona habere, secundum Rut. & hoc æquius est.

24 FILIVSFAMILIAS intrans monasteriũ, potest disponere de peculio castrensi, vel quasi l. pen. c. qui test. fa. pos. de profectitio non potest, neq; de aduentitijs. quò ad vsumfructũ in vita patris ante ingressum acquisitis. licèt possit disponere de directo dominio, & vtili, vt post mortẽ patris transeat ad alium: secundum domi. Anto. in d.c. in præsentia. licèt Pa. ibi videatur tenere contrariũ, quia quod est laicis aduentitium, est clericis quasi castrense, ideò priuabitur in vita vsufructu illorum bonorũ. Libri etiam dati à patre transibunt cum eo, quia sunt quasi bonum castrense: secun. Pa. in d. c in præsentia. in libris, scilicèt datis doctori, vel magistro. sec. Bart. in. l. filiæ. c. fami. ercis. Quomodo religiosus possit reuocare testamentum, vel non, vide Pan in d.c. in præsentia. & doct. in authent si qua mulier. c. de sacr. sanct. eccles. & quomodo possit testari post ingressum. vide Pan. ibi. & Cy. in d. authen. si qua mulier. vide Sil. ver. religio. 6. q. 3.

25 RELIGIOSVS factus episcopus, non potest testari, secundũ Th. secunda secundæ. q. 185. a. 8. quia tamen habet dispensationem bonorũ ecclesiæ, ex dispensatione Papæ potest, sed non de proprio, cùm non habeat. Eodem modo & religiosus authoritate alicuius dare volentis, vt fortè magister ordinis. Religio tollit omne crimẽ ingratitudinis. c. 2. de apost. Quomodò in professione religionis consequitur plenariam indulgentiam, supra, Indulgentia. §. 19. Offert enim se Deo, quod plus est quàm cuiuscunque muneris oblatio.

26 MVLTA prohibentur specialiter religiosis. in cle. religiosi. de priuile. in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione maledictionis æternæ: videlicèt ne in sermonibus suis ecclesiarum prælatis detrahant, scilicèt descendẽdo ad specialia, ne retrahant aliquos ab accessu ecclesiatũ suarũ, scilicèt eis detrahendo illicitè, supra, Prædicare. §. 6, ne pronuntient indulgẽtias indiscretas, ne quando adsunt conficientibus testamenta, à restitutionibus debitis, aut legatis matricibus ecclesijs fiendis, retrahant testatores.

Possunt tamen secundum Petrum de palud. procurare pro se magis quàm pro alijs, modo tamen licito: quia nulli auferunt ius, nec legata, vel debita, vel mala ablata incerta sibi, aut alijs singularibus sui ordinis fratribus, vel conuentibus, in aliorum præiudicium fieri, seu procurent erogari, nec in casibus sedi apostolicæ, aut locorum ordinarijs reseruatis quenquam absoluere, aut personas ecclesiasticas, præsertim coram iudicibus delegatis à nobis, suam contra eos iustitiam persequentes vexare indebitè, aut ad loca plura & præsertim multùm remota conuenire præsumant, & multa alia ibi prohibentur. Vide illam clemen. & suprà, Excommunicatio 49. & multas alias censuras, quæ sunt contra religiosos, quas in titulo excommunicationum diffusè reposuimus.

27 ITEM consideranda sunt peccata religiosorũ circa obedientiam, de qua suprà, Obedientia, per totũ. circa castitatem, & paupertatem. Et not. secundum Sco. quòd religiosus vtẽs re propria authoritate, quod fit quando cælatur prælato, vel tenetur contra eius volũtatem expresse, in quantitate, vel qualitate, est proprietarius, & mortaliter agit.

28 NVLLVS religiosus quantumcunq; malus, si vult corrigi, debet expelli, sed sequæstrandus est in carcere, vel alio modo, secundum ordinationes suæ religionis: secundum Tho. q. l. 12. Hoc enim cedit magis ad eius correctionem, & magis scandala hoc modo vitantur.

RELIGIOSVS LOCVS.

REligiosus locus dicitur domus, monasterium, templum, hospitale, & quęcunq; alia loca authoritate Papæ vel episcopi ad pios vsus ędificata. ca. de xenodochijs. de relig. domib. Secus quando sine tali authoritate à principio sunt ædificata, vel ex pòstfacto. canon. nemo. de conse. d. 1. quod est contra leges, quæ volunt, q. vbicunque aliquis tumulatur, locus ille fiat religiosus, quod verum nó est: per text. cap. fin. de sepultu. Vide ibi Panorm. quę loca religiosa ad humanos vsus redire non possunt. per c. ad hæc. de relig. do. & c. nulli. 12. q. 2. Et quando dubium est an sit cõstructus authoritate Episcopi, recurrendum est ad coniecturas: secundum Lud. de Ro. Si habet circunstantias loci prophani, est prophanus, quamuis celebrationi & orationi esset deputatus. Sil. ver. loca. q. 3.

RELIQVIÆ.

1 RElIQVIÆ, & corpora sanctorũ non debent exponi venalia, quod fit, dum vel accipitur pretiũ verè, & tunc est simonia. c. qui studet. 1. q. 1. nõ enim sacra, & religiosa sunt in dominio alicuius, vel quandò passim causa quæstus, vt habeantur largę oblationes, ostenduntur, hoc est enim quædam larga venditio: secundũ Pan. cap. 2. cod. tit. Secus si hoc principaliter fiat ex deuotione. Nam præcipitur prælatis, ne permittant accedentes deuotionis causa decipi figmentis. ibi in eodem. c. 2.

2 NON licet aliquem pro sancto venerari. neq; ad eum publicè preces emittere, & huiusmodi, etiam si miracula faceret, sine licentia Papæ. capit. ex eo. de reliq. & ven. sanct. secus in secreto: quia licet. suprà, Colere, vel Canonizatio. §. 1. Et si furtiuè sanctorum reliquiæ subtrahantur, vt etiam honorabiliùs reponantur, sacrilegium est. ca. quisquis. 17. q. 4.

3 NON possunt transferri sine authoritate Papæ, vel Episcopi. vel synodochi. cap. corpora. de conse. d. 1. Intelligę quando sunt data sepulturæ perpetuę. Secus si essent depositæ, vel adesset aliqua necessitas. Quomodo non possunt concidi, suprà, Excommunicatio. §8.

4 NON est illicitum reliquias sanctas portare super se cum reuerentia, & sine aliqua superstitione: secũdum Th. secunda secundæ q. 96. sicut & euangelium: licèt quidam contrarium teneant, & malè, quia hoc non est prohibitum: quia c. corpora. de conse. d. 1. loquitur nó de reliquijs, sed de corporibus, quorum propriè sunt sepulchra.

RENVNTIATIO.

1 RENVNTIATIO officij, pastoralis ex his causis fieri potest, quæ ponũtur in c. nisi cũ pridem. de renũ. videlicèt ex cõscientia criminis officiũ pastorale impedientis, ex debilitate, vel infirmitate, vel senectute, ex quibus impotens redditur: ex defectu sciętiæ, quando saltem non est cõpotens propter malitiam plebis, quando ex quibus conuertuntur in lupos, propter graue scandalũ, quod aliter sedari non potest, propter irregularitatem ipsius pastoris: non tamen propter omnem debet ei dari licentia. Ex his renuntiatio debet peti, & concedi, vt de meliori prouideatur.

2 RENVNTIATIO in beneficijs purè, & absolutè debet fieri. c. ex parte. el. 1. de offi. de leg. ita quòd renũtians alicui beneficio, vel rei spirituali, vel resignans aliquod spirituale aliquo dato vel promisso, simoniam cõmittit: sec. Gofr. & alios: q; si hoc tantùm mente intendit, sine actu exteriori, mentalis simonia est, quam non punit ecclesia, sed Deus cordium inspector.

3 RENVNTIANS beneficio, vt detur alteri, siuè nepoti, siue non, sine aliquo pacto, sed sola intentione, nõ committit simoniã, quia renuntiare, vt detur alteri, ideò simonia est: quia prohibitũ iure positiuo, non autem prohibitum ex se, ideò nõ debet deduci in pactum, vt alteri detur. cap. quàm pio. 1. q. 1. Si tamen quis haberet voluntatẽ deducendi hoc in pactum, mortaliter peccaret mentali simonia. Similiter est simo-

simonia in datione, sicut in cessione, supra, Beneficiū, §. 16. Renuntians liti super beneficio ecclesiastico, vel spirituali, aliquo temporali dato, simoniam committit: secundum Panorm. in capitul. cùm pridem de pactis. Dicit tamen Innoc. & Hosti. in cap. non sine. de arb. quòd valet compositio authoritate superioris, & pro bono pacis, si detur aliquod temporale ei, de quo non est certum in iure, vel de iure sibi competenti, vt cedat liti, vel renuntiet iuri, si quod habet. Secus si fiat authoritate tantùm partium: quia simonia est, supra, Beneficium. §. 72. vsque 77.

4 SCIENS se habere ius certū in aliquo beneficio ecclesiastico, habenti etiam annexā potestatem clauiū, potest dare pecuniam alteri, vt desistat á lite, vel vt nó moueat super tali beneficio litem: secundū Pa. in d. c. cùm pridem. Secus si non est certus, sed dubitat, nec excusat authoritas Papę: quia videtur data pecunia pro illa authoritate spirituali. Facit d. c. ex parte. In alijs autem beneficijs bene excusaret authoritas Papæ, cùm talis simonia solùm sit de iure positiuo: secundum glo. in d. cap. cùm pridē posset tamen iudex pro bono pacis inter partes componere, vt habens ius det aliquid non habēti secundum Pa. in c. super eo. de transacti. infrá, simonia. §. 25.

5 QVID de eo, qui renuntiat beneficio tenui, vt habeat pingue? supra, Beneficiū. §. 75. Episcopus, qui per simoniā intrauit, in mortis articulo: secundum Host. renuntiet in manu episcopi, si potest, aliter simplicis sacerdotis, sub conditione, si Papæ placuerit, vel ei ad quem pertinet collatio, & quàm primùm conualuerit, ad illum se trāsferat, eiq; obediat, nec moram faciat, nec fructus sibi appropriet, sed custodiat eos, tantùm vitę necessaria strictè sumens. c. pasce, d. 86. si vult diaboli laqueum vitare.

6 PAPA potest liberè resignare, præsertim si se insufficientem ad regimen vniuersalis ecclesiæ reperit. c. quoniā. lib. 6, eod tit. quanquàm pauci reperiantur, qui hoc faciant.

7 EVM qui misit nuntiū, vt renūtiet, potest pœnitere quandiu res est integra. c. lectæ eod. Secus si non est integra. ca in causis de elect. Si verò nuntius fuerit ignorans de reuocatione, & renuntiauerit, tenebit cessio facta, antequàm veniat ad eum reuocatio pœnitentis: vt in cle. cùm illusio. eod. tit. Qui verò licentiam cedendi impetrauit, cogendus est reddere. ca. quidam. eod. ti. Concor. Host.

8 FILIA renuntians hæreditati paternæ, & promittēs ampliùs nō petere, nihilominus legitimā, vel eius supplementū petere poterit, non obstante etiam iuramento, nisi expressè de ipsa dixerit. l. si quando. c. de. in offic. test. §. generaliter, & ita intellige Inno.

9 CIERICVS renūtiare non potest foro suo sine cōsensu episcopi, cui præiudicaret. c. significasti. de fo. com. neque illi priuilegio. c. si quis suadente. 17. q. 4. quāuis possit remittere actionem iniuriæ quò ad propriam personā. c. si quis iniuriam. 23. q. 4. Qualiter renuntiatio fieri debeat, Sil. ibi. q. 6.

10 AN exemptus possit exēptioni suę renūtiare, supra, Exēptio, §. 8. Renuntiatio sit illegitima, & ratione personæ, quæ renuntiare non potest, & ratione rei non renuntiabilis. Vide Tā. ver. renuntiatio. §. vlt.

REPRESALIÆ.

REpresaliæ sunt quoddam genus belli, vt cùm datur potestas spoliato, vt sibi satisfaciat contra gentem de ciuitate spoliantiū. Ad hoc autem quòd sint licitæ, multa requiruntur. Primò, quòd ciuitas requiratur, vt emendet, vel satisfaciat pro suis, qui tenentur, siue pro debito, siue pro rapina, siue pro iuria. Secundò, quòd constet de negligēta ciuiū, vel domini de iustitia administranda. Tertiò, iudex priùs det sententiā super negligentia, & iustitiæ defectu, ita quòd nullus dominus, vel ciuitas reperitur, qui faciant iustitiam, & qui concedant authoritatem faciendi represalias. Quartò, quòd non excedant damnum, vel debitum. Quintò, quòd

non extendantur ad clericos, vel personas ecclesiasticas, aliter essent excommunicati, supra, Excõmunicatio. 32. nec contra scolares, bedellos, & alios pro studio euntes, vel necessaria deferentes, vbi sunt priuilegiati, nec contra euntes ad nundinas, vel peregrinãtes, nauigantes illùc vt vẽtorum delatos, nec contra eos, qui in ius vocari non possunt, de clericis peregr. per tot. c. de nauf. l. 1. nec ambassatores. ff. de legi. l. fi. nec cõtra officiales, qui expresse contradixerunt tali iniustitiæ, vel qui nec consenserunt, nec contradixerunt, quia vel erant absentes, vel ignorantes, vel non sunt vocati ad concilium, nec contra mulieres. cap. de offi. dini. iudi. in auth. ibi. Sextò, quòd repręsaliæ non fiant in personis, qui est iniquum, quòd alius pro alio in persona grauetur, etiam contraria stante consuetudine quia est contra leges. ca. de act. & oblig. l. ob æs alienum. Extra hos casus non licent repræsaliæ, & tã facientes, quàm concedentes vltra mortale prædam & damnum restituere tenentur. Nec repræsaliæ pro modico, & ita de facili debent concedi, neque quando ad superiorem haberi potest recursus, aliter iniustæ censerentur.

RESCRIPTVM.

1 RESCRIPTVM, literę, priuilegia, & gratiæ, quæ omnia secun. Pa. in rub. eod. tit. dicuntur rescripta, possunt impetrari ab omnibus, nisi ab hæreticis, & excommunicatis, nisi faciant mentionem de excommunicatione. c. 3. de reser. in 6. & c. ab excommunicato. eo. tit. aliàs quilibet potest impetrare. l. vniuersis. c. de preci. impet. offer. Quòd hæreticus prohibeatur impetrare est. l. 2. Ca. de sum. trin. & fid. cathol.

2 RESCRIPTVM impetratũ tacita veritate, aut suggesta falsitate, vel etiã quocunque alio tacitò, vel expressò, quòd si tacitum, vel expressum non fuisset, Papa non ita de facili concessisset, est subreptitium. c. super literis. eo. titu. vide ibi literalem casum hæc expresse narrantem.

3 HOST. ponit 28. casus, quibus potest præsumi, q. si exprimerentur, non impetraretur gratia, & sunt hi: vide. licet, Lex priuata, id est, priuilegium, quod altera pars contraria habet. c. veniens. de rescrip. Secundus, si dispensatio sit facta super hoc. c. ex tua. de fil. presb. Tertius, si præcessit pactum rescriptum. c. ex multiplici. de deci. vel secutum. c. quia ex eo. de pact. libro 6. vel aliud prius rescriptum fuit impetratum & ostensum. c. 2. & 3. eod. tit. Quartus, si sententia fuit lata super hoc, super quo impetratur rescriptũ. artic. cap. inter dilectos. de fid. instru. Quintus, siue sit factum statutum super hoc. cap. cùm accessissent. Sextus, gazæ, nobilitas. c. sedes. eod. tit. Septimus, appellatio sit super hoc facta, vel ex parte sua, vel aduersarij. capitu. bone. de confir. Octauus, causa scilicèt excõmunicationis, quę si plures sunt, omnes debent exprimi. capitu. ex parte. de offic. ord. Nonus, hominis meta, id est, terminus appellationis. c. sæpè. de appel. Decimus, processus causæ, qui debet exprimi. cap. inter mona steriũ. de re. iu. Vndecimus, titulus beneficij, quem tacuit, licet esse minimũ. c. postulasti. eodem tit. Duodecimus, series facti, quam rescriptũ debet continere. c. dilectus filius eo. tit. Tertiusdecimus, professio, an sit clericus, vel laicus c. eùm ordines. eo. ti. Quartusdecimus, paupertas, an sit diues, vel in dignitate constitutus. cap. ad aures. eod. tit. Quintusdecimus, facti possessio, & non de iure possidet alius. c. literas. de concess. præbend. Sextusdecimus, lis pendens. c. dilectus. ne lit. pen. Decimusseptimus, grauamen: de quo Host. in c. mandatũ. eod. tit. Decimus octauus, gratia, id est, si iam receptus est in aliqua ecclesia. in d. c. mandatũ. Decimusnonus, venditio rescripti sibi concessi pro pensione, quam rexit. cap. ad audientiam. eod. tit. Vigesimus, pater qui ministrauit in ecclesia, quam filius impetrauit. c. 2. de fil. presb. Vigesimusprimus, exceptio posita in iudicio. c. in nostra. de proc. Vigesimussecundus, ciuis, quia de ciuitate & diœcesi

sesū est fienda mentio.ca.significante. eod.titul. Vigesimus tertius, clausula, de qua in c.cum dilecta.eo.tit. Vigesimus quartus, firma fidés, id est, sacramentum, de quo in c.constitutus. eo. tit. Vigesimus quintus, fides interposita.arg.in c.ex literis.de const. Vigesimus sextus, anathema, quod taceri nō debet.c.f. de procur. de prædictis mentio fieri debet, aliàs non valet: & dicit Pa.in c constitutus.eod.tit quod surreptio vitiat rescriptum ipso facto, etiam si consistat in tacendo factū alienum, quod impetrans probabiliter ignorat. Versus quosdam de his ponit Tab.ibi.§.4.

4 Si Papa motu proprio cōcedit gratiam, vel dispēsat tacito aliquo, vel nō existente, quod non concessisset, licèt rescriptum non sit surreptitium, quia motu proprio fit, non tamen confirmat gratiam contra intentionē concedentis, secundum Pan in c.quia circa. de consan. quia motus proprius nihil operatur vltra casus in iure expressos: secundū Ioan. And. in ca. si motu proprio de præb. in 6. & glo. in cle. si Romanus. de præben.

5 Rescripta nō se extendunt ad res, vel personas in eis non comprehensas: quia personalia sunt. & strictè intelligenda. capitul. significauit. eod. titul.

6 Rescriptvm non vitiatur ex defectu literæ vel syllabæ, sed per falsam latinitatem. capit. ex parte. de fid. instr. in tex. & in glo. suprà, Bulla, per totum.

7 Rescriptvm primum tollitur per secundum faciens mentionem de primo, q̄ si in secundo non fit mentio de primo, tunc contra secundū valet auxiliū exceptionis. c. ex literis. de offi. del. & sic annullandū est secundū: vt dicit Pa. post Inn. in c. cæterū. eod. tit. & si primū fuit impetratū de communi consensu, secundū de hoc debet mētionem facere, aliter non tenet, nisi primum fuisset surreptitium. d. c. ex parte. Et si nō admittitur exceptio, potest appellatio interponi.

8 In literis citationis inseri debet rescriptum, secundū Gofr. propter duo. vt citatus sciat authoritatem citantis, aliter non tenetur comparere, secūdo, vt deliberare possit.

9 Per speciale priuilegiū, vel rescriptum sequens, quādo per generale est acquisitum ius in re, in qualibet specie contenta sub genere nō derogatur generali, nisi de eo fiat mentio: secus si non est acquisitum ius: secundum Pa. in c. 1. in glos. 1. eod. tit. licèt circa hoc contrariæ citentur opiniones, hæc tamen verior videtur.

10 Qvi vult impetrare rescriptū pro secundo beneficio, debet de primo beneficio, & de eius qualitate, redditibus mentionē habere. c. ad aures. eod. tit. de statuto contrario. c. constitutus. eod. & de vicaria. c. postulasti. eod. tit. Vide de hoc Pan. in c. pastoralis. & c. super literis. eod. tit. Et dicit Pa. in c. ex parte. de capel. mo. quod quando rescriptum emanat contra ius, præsumitur aut falsum, aut per nimiam occupationem emanasse, nisi in rescripto fiat mentio de cōtrario iure. Vide aliquid suprà, Priuilegium. §. 4. & Pa. in c. nonnulli. de rescript. & glos. in c. 1. de constit. lib. 6.

RESIDENTIA.

1 Residere in ecclesia, est in ea seruire beneficio, & eius curā habere personaliter. c. cùm quærentem. de cle. non resi. Et non residere, si personaliter non residet, vel beneficio nō deseruit, secundum Gof.

2 Qvilibet clericus tenetur residere, si est beneficiatus, siue beneficiū sit magnū, siue paruū. c. nónulli. de cl. nō re. & interesse matutinis, & vesperis, aliter si sit incorrigibilis, deponitur. c. fi. d. 36. Nec per aliū potest residere de iure, quando ipse potest personaliter: de consuetudine autem, quando est rationabilis causa, potest: vel ex dispensatione, quæ ex rationabili causa datur, & qui secus facit, non est tutus in cōscientia, nisi per modicū tem poris per aliū resideat. Posset tamē ad temp⁹ se absentare ex rationabili causa, & cum licentia sui superioris. c. relatum. de cle. nō re. sup. Beneficiū. §. 6.

3 CLERICVS nõ residẽs in suo beneficio, nec implẽs in eo officia sua, tenetur restituere perceptos fructus, si malè consumit, & nõ est in necessitate cõstitutus, intellige, si habet bona, quę non sint ecclesiæ. Secus si vt pauper recipit, vel non malè consumit, nisi condemnetur. c. quia nonnulli. de cle. nõ re. Vide sup. Beneficiũ, §. 68. & 69.

4 CAVSAE legitimæ non residendi quę sint, & cæt vide suprà. Beneficiũ, §. 60. vsque ad 64. quas ponit Sil. ver. residentia. q. 7. & sunt quatuor: videlicet, absentia pro negotio ecclesię, seruire Papæ, legato, vel episcopo, studiũ Theologiæ, & infirmitas: vide ibi. & ver. beneficium. suprà.

RESTITVTIO.

1 RESTITVTIO quędã est in integrum, qua prior status totaliter innouatur, de qua est rubrica in decretali, & de hac non est differendum à nobis. Alia est per quam satisfit pro re ablata, vel damno, vel interesse, vel iniuria, vel infamia, in qua restitutione attenditur æqualitas iustitiæ, secundũ recompensationem rei ad rem, quod pertinet ad iustitiam cõmutatiuam, & est necessaria: quia sicut accipere alienum est mortale, ita tenere inuito domino. At quia doct. impleuere charitas de hac materia, ideò breuius quã potero me expediam. Et quia Caieta. in summa pulchro ordine hanc materiam perstrinxit, ideò conabor mentẽ eius breuiter sequi. Pro memoria igitur sunt hi duo versus: Quis, cui, quod, quãtum, vel vbi, quo tempore, quóue Ordine, siue modo, te rogo mente notes. De hac materia vide Th. secunda secundę. q. 62. & Sco. 4. d. 15. Rich. Pet. de pa. & Arch. Flor. Dicamus ergo ordinatè de huiusmodi restitutione.

2 NOT. quod dum fit mentio de restitutione rei alienæ acceptę, intelligitur de acceptatione iniustã, & non iusta, vt est acceptio ex mutuo, vel depositõ, & huiusmodi. Iniusta autem dicitur, quando est ex rapina, furto, vsura, vel huiusmodi, vel si inferatur iniustè damnum in fama, membris, rebus, & cęteris, de quibus intelligitur restitutio, quæ secundum iustitiæ ordinẽ omnino est fienda.

3 QVIS ergo tenetur restituere? Dic quicunq; fuit causa iniustæ acceptionis, ita quod si multi fuerũt causę, omnes tenentur: vnde nouem modi causandi iniustam acceptionem reperiuntur sine eo qui accipit. Primus est, qui per se exequitur iniustam acceptionẽ, siue faciat hoc motu proprio, siue alterno, siue pro proprio lucro, siue pro alieno: vt minister, vt urarij dans ad vsuram pro domino, & vulnerans aliquem iniustè ex domini sui mandato, hi tenentur restituere, & satisfacere: nec obstat quod si ipse non fecisset, ab alio fuisset factum. Caie. in summa ibi dicit, quod talis minister vsurarij tenetur secundum veritatem iustitię restituere, magis tamen vsurarius. Dicit tamen quod ex eo, quòd non exeret hoc ad propriam, sed aliorum vtilitatem, videtur ex quadam humanitate excusari, non autem secundum veritatem, licèt Petr. de pal. & Veruer. dicant, quod excusantur, & non tenentur, si sine illis ministris etiam vsurarius hoc fecisset. Sed primum videtur melius, infrà, Vsuras. §. 14. ideò opinio Caietan. amplexari debet magis, quia verior.

4 SECVNDVS est iubens actionẽ iniustã. Est enim principalis causa mouẽs, ideò restituere tenetur. qũ scilicèt ex sua iussiõe secuta est actio, vel ratũ habuit factũ suo nomine, maximè quando ex hoc difficiliùs potest rehaberi.

5 TERTIVS est consulens efficaciter, ita q; ex cõsilio tali mouetur quis ad perpetrãdũ actionem iniustam, & effectualiter sequatur, tenetur ad restitutionem, secus si non sequitur effectus, licèt mortaliter peccauerit.

6 QVARTVS, est consentiens taliter, q; siue tali consensu nõ sequeretur effectus. Tunc enim dicitur esse cum causa, id eò tenetur. Secus si non sequitur ex tali consensu, sed sine eo fuisset secutus, non tenetur, licèt mortaliter peccauerit consentiendo ei, quod erat mortale, si factum fuisset.

7 QVIN-

7 QVINTVS, est laudator, vt quando ex laudatione, & adulatione, tanquàm ex causa, vel cùm causa sequitur effectus, tenetur adulator restituere: secus si ex hoc non sequitur, quanquã mortaliter peccauerit: quia quod erat mortale, laudabit, & quantum in se fuit, causam damni attulit, & operam rei illicitæ dabat.

8 SEXTVS, est receptator taliũ. Est enim causa maleficij, præbendo eis securitatẽ, & custodiam prædæ, ex quibus fures animosiùs & securiùs furantur, ideò restituere tenetur. Si autem reciperet tales non ad furandum, sed quia sunt amici, vel peregrini, vel alia de causa, non teneretur de furto, quia non fuit in dolo, neque ad hoc eos recepit.

9 SEPTIMVS, est mediator, vel associando, vel aliter participando in crimine quomodocunque, & in causa iniustę acceptionis, sine qua non facta fuisset: & tenetur restituere. Sufficiens enim furti causa extitit, ideò satisfacere debet.

10 OCTAVVS, est mutus, id est, qui potest, & debet loqui manifestãdo, cõsulendo, mandando, repræhendendo, & huiusmodi, & non facit, talis tenetur restituere, quia est causa indirectè: secus si potuit, sed nõ tenebatur loqui, quia non incumbebat ei ex officio talem arguere, vel prohibere, & huiusmodi, ideò non tenebitur.

11 NONVS, non obstans, id est, nõ impediens actionẽ iniustam, quã potest, & debet impedire, sicut domini temporales, quibus ex officio incũbit tueri iustitiam, si non faciunt, restituere tenentur: secus quando non põssunt, vel non tenentur, quia eis non incumbit. Vt multi nobiles, quibus non incumbit iustitiam defendere.

12 DECIMVS, non manifestans insaforem malæ actionis, antè, vel pòst, quãdo potest, & tenetur manifestare, tũc enim nõ manifestans est causa indirectè, ideò restituere tenetur, sicut testis in iudicio vocatus, & omnis cui incumbit ex officio manifestare damna, vt sunt custodes agrorum, vinearum, & huiusmodi. Et no. q̃ in his tribus casibus, in quibus dictũ est, q̃ illi tantùm tenentur, qui possunt, & debent, intelligitur nõ solùm de his, quibus ex officio incũbit generaliter, sed in articulo necessitatis intelligitur de omnibus, qui in illo casu possunt sine suo damno & periculo arguere, obstare, manifestare, vel aliàs impedire: quãdo aliter non potest illi iniustę actioni obuiari. aliter non faciens tenetur restitutioni, quia est causa indirectè huius actionis.

13 ITEM no. q̃ quilibet supradictorũ, quando secuta est dãnificatio, tenetur restituere totũ. quia fuit causa, vel cũ causa totius effectus damnificationis. Si verò alij socij restituerent pro parte sua, vel ille qui rapuit, tunc nõ tenetur, qui causam damni dedit, vel si teneretur, hoc esset tantũ pro parte sua. Sufficit enim, quod satisfiat damnificato. Et sic patet generalis regula, quod qui causam damni dedit, damnũ tenetur relarcire. c. ad leg. Iul. de vi pu. l. si quis à se fundum.

14 ALIA regula: Quicunq; habet rẽ alienam, tenetur eam restituere illi, cuius est, aliter inferr damnum ipsi ex carentia rei suæ, siue habeat bona fide, siue non, quia res sua non est.

Quòd si habuit rem alterius bona fide, vt quia emit equum à Titio credens esse Titij, qui tamen non erat, quẽ equũ non amplius habet, sed tantũ pretiũ eius, vel lucrũ, tenetur restituere id, in quo factus est locupletior ex tali re, & non plus, inuẽto vero domino. Vnde si mihi fuit donatus annulus à Socrate, qui illum furatus fuerat, & ego vendidi, teneor restituere pretium, quia eo factus sum locupletior: si aũt eundem dedi bona fide, in nullo teneor, quia in nullo locupletior factus sum. Et si inuitatus ad cœnam de re furata, & bona fide comedi, nec propter hoc minorẽ expensam feci in domo mea, ad nihil teneor, quia non sum locupletior factus propter hoc: si vero minus expendi, de illo minori teneor restituere reperto vero domino, vel ad tantam summam ei sa-

ei satisfaeere, quia ex vsu rei alienæ in eo factus sum locupletior.

15 QVI autem rem alienam mala fide emit lucri cupiditate, tenetur restituere rem illam, si habet, vel æquiualens, si non habet, & lucrum, quod ex ea acquisiuit, nec potest pretiũ, quod expossuit, repetere, & si pereat, vel abeo furtiuè auferatur, propter hoc à restitutione non liberatur, quia ipse furtum commisit contrectando rem alienam inuito domino, & fur semper est in mora, ideò quocunque casu veniente non liberatur à restitutione. Si autem rem, quam scit esse alienam, emit, non gratia lucri, sed gerens fideliter negotium domini, ne res pereat, potest à spoliato repetere, quicquid pro ea expendit, & expensas necessarias, quas in illa fecit, & ipse tenetur reddere rem domino cum vtilitate, si qua est: quòd si dominus non inuenitur, dabit pauperibus id, quod supra pretium & expensas remanebit. Si verò emit bona fide, & post reperit esse alterius, restituere tenetur, etiam nõ rehabito pretio, quod expossuit abeo, cuius res est, habet tamen actionem cõtra venditionem rei alienæ.

16 SECVNDO dicendũ est cui fienda est restitutio, & in primis sic distingue: Aut restitutio fienda est ex sola re aliena, quæ apud aliquem reperitur, & sic communiter restitui debet ei, cui debetur, qui dicitur dominus rei, siue sit dominus verus, siue dispensator: vt sunt prælati ecclesiastici. Fallit tamẽ in aliquibus casibus: vt quando prælatus ecclesiæ bona dilapidat, & si restituam ei quod teneor, verisimiliter etiam hoc dilapidabit, experientia teste, tunc non ei reddendũ est, sed ecclesiæ, quæ est vera domina. Conuertendum est enim id, quod restituendum est in vtilitatem ecclesiæ, habito, si fieri potest superioris cõsensu. Idem sentias quotiescunque dominus rei, cui debet fieri restitutio, nescitur, vel ita remotus est, vel in tali loco, quòd ad ipsum non potest esse accessus aliquo modo, vel siue magno periculo, aut scandalo, tunc debet restitui Christo omnium domino, dando pauperibus. Ratio horum omnium naturalis lex esse videtur.

17 AVT restitutio fienda est ex iniusta acceptione, tunc enim vel ista acceptio iniusta ex datione prohibita prouenit: vt cùm ordinãs recipit pecuniã, quam lex prohibet recipi, vel iudex pro falsa sententia, & huiusmodi, & tunc in his casibus fienda est restitutio, sed non illi, qui cõtra prohibitionem dedit, sed ecclesiæ, vel huiusmodi, in quorum iniuriam pecunia data est, aut Christo omnium hæredi. Si verò ex sola acceptione iniusta oritur obligatio restitutionis, tunc debet restitui damnificato, ita q, cõcurrãt ista duo simul, videlicèt damnum, & iniusta acceptio, & damnũ sequatur ex iniusta acceptione: vnde si furetur quis depositum mercatori, licèt damnũ sit duorũ, scilicèt mercatoris, & domini pignoris: quia tamẽ damnũ mercatoris sequitur ex iniusta acceptione, non autem damnũ domini pignoris, ideò pignus restituendum est mercatori, & non domino, cui tenetur mercator de pignore reddẽdo, cùm ad ipsum pertineat custodire. In foro aũt conscientiæ potest restitui pignus ipsi domino, quando depositario ex hoc nũ imminet damnũ aliquod, videlicèt iterum restituendi, & quòd fiat sine scãdalo, & sine alterius iniuria, & maximè quando depositarius est suspectus, quòd nõ restituet ipsi domino, vel cum magna difficultate, aut dispẽdio restituet, aut quando tale quid fuit à fure, vel vsurario acceptum, seruato tamen modo dicto, maximè ne fur, vel alius iterum cogatur restituere. Qui autem rem furatam furatur, sufficit quòd restituat illi, à quo accepit: potest etiam verò domino restituere, si furi nõ imminet periculum iterum restituendi, seruato modo prædicto: secundũ Veruer. & præcipuè si credit quòd res restituta furi nunquam ad dominum reuertetur proprium.

18 SI persona, cui fienda esset restitutio, est mortua, dabitur hæredibus, qui

qui veniunt ex testamento, vel aliter: quòd si ignoratur, facta debita inquisitione, & non inuenta, dabitur Christo. Si sit distans, & faciliter, & fideliter ad eam mitti possit, cum res est magni valoris, debet ad ipsum dominum mitti proprijs expẽsis, & cum proprio damno: quia ipse detinens semper fuit in mora, & in causa iniqua, quòd dominus re sua non potuerit vti. Si autem non potest transmitti, & res est parui valoris, potest dari eius propinquis, si habet dominus rei, vel alicui cœnobio pauperi arbitrio boni viri, cum pacto, quòd veniente domino rei restituatur, si tamen res est talis, quæ seruari possit. Si autem esset vsurarius qui vsuras extorsisset ab aliquibus, qui postea recesserunt longè abeuntes secundum Panor. in c. cùm tu. de vsu. tunc res debẽt mitti expensis illorum, qui de loco recesserunt: secus si vsurarius se absentauit: quia expensis vsurarij mittentur. Nota, quòd non semper res debet restitui illi, cuius est, vel à quo quis accepit, videlicet quando est ei damnosa: vt si quis deposuit apud me ensem, & in furiam versus repetit, non debeo restituere: quia sic esset ei damnosa. Idem credo posse dici, quando quis bona sua progidè, vel cũ meretricibus expendit. in Christi iniuriam & famæ propriæ, & si restituerẽ, quòd apud me habeo de suo, similiter faceret, sed potest seruari pro filijs, vel hæredibus eius vel pro ipsius progidi necessitate: quia tunc eius negotium getitur, & secundum rectam rationẽ de hoc contentari deberet.

19 Ex supradictis patet cui restituendum sit, quando prohibetur dare, vel datio, sicut in omnibus spiritualibus prohibetur dare aliquod temporale pro spirituali, tunc est restituẽdum illi, in cuius iniuriam datum est: vt diximus. Si verò acceptio & non datio prohibetur vt in vsura, furto, & similibus, tunc fit restitutio illi, à quo acceptum est modo dict. Si autem prohibetur causa tantùm dicitur turpe lucrum: vt quod accipitur ex meretricio, vel alio actu illicito: quia leges nõ prohibent dare, nec accipere, sed tantùm causam pro qua datur, ideò secũdum Thom. Ray. Innoc, & alios. non tenetur quis restituere de necessitate, nisi in huiusmodi intercenerit aliqua fraus, deceptio, vel illicita extorsio, vel si accipit ab eo, qui alienare nõ potest: vt à filiofamiliâs, vel religioso, & huiusmodi. Consulendum tamen est ei si non eget, vt det pauperibus, quod turpiter acquisiuit, in remissionẽ suorum peccatorum, & hoc tene: dicant quicquid velint quidam. Et causa dicitur prohibita, quando exercens tale opus peccat, maximè mortaliter: vt faciendo quę ad luxuriam pertinent, vel ad artẽ magicam, & huiusmodi prohibita à lege. Similiter de acquisitis per ludum, quod est peccatum mortale. Secus quando lex mandat restitutionem fieri, vel ludum prohibet: vt suprà, ludus. §. 5. & 6. si lex non est abrogata per contrariam consuetudinem: secus si esset abrogata.

20 Bona incerta, siue ex vsura, siue alio modo habita, restitutioni obnoxia sunt, secundũ regulas datas, quando nõ possunt inueniri domini, facta diligenti inquisitione, dabuntur pauperibus per illum qui habet taha bona vel secundum confessoris consiliũ: quia iste casus non est reseruatus Episcopo, nec potest sibi de iure retinere: secundum Doctor. suprà, Casus §. 9. nisi quęstio ad iudicium deduceretur vt cùm quis publicè deprædatus est ciuitatem, & ignoratur à quo accepit, tunc de consilio Episcopi, vel domini ciuitatis, fiat restitutio. Malè ergo faciunt Episcopi reseruantes huiusmodi, maximè quando sunt in conscientia, quòd si datis huiusmodi incertis pauperibus appareant domini talium bonorum, non amplius tenetur quis restituere: quia impleuit legem, faciendo, quod potuit. De inuentis, quomodo, & cui debeant dari suprà, Inuentum. §. 1. & 2. Casus infinitos emergentes his regulis solus:, si benè aduertas.

21 Tertio quid reddendum. Dico reddendum esse res, & damna. Nam si

res aliena existat, regulariter ipsa est restituenda, nisi aliquo casu occurrente: vt cùm esset periculũ alicuius scandali, vel alicuius alterius rei, tunc ad arbitrium boni viri reddatur æquualens. Similiter æquiualens reddatur quando res non extat, vel deteriorata est. Damna verò vitę, membrorum sanitatis, libertatis, honoris, famæ, iurium, fructuum, damni emergentis, lucri cessantis, vel huiusmodi restituẽda sunt in aliquibus bonis, loco ipsorum damnorum, meliori modo, quo fieri potest ad arbitrium boni hominis, & sic incurrentibus varijs casibus opus est magna prudentia in confessore, & maiore conscientia. Ex hoc multos casus potes soluere: vt quãdo mulier habet filium spurium, & maritus credit suum, ex quo eum pascit. & relinquit hæredem, quòd non faceret, si non esse suum sciret, in quo casu si imminet periculũ mulieri de vita, vel fama, vel de aliquo maiori malo, quàm sit hoc bonum temporale, non tenetur hoc marito reuelare. supra, Adulterium. §. 6.

21 QVI virginem eam seducẽdo defloruit, promittens eã ducere in vxorem, si mulier non est inferioris conditionis, tenetur illam ducere, nisi aliã postmodùm accepisset, quo casu tenetur eam dotare. Si autem apparuerunt signa deceptionis: quia videlicèt vir erat multò melioris conditionis, propter quod non erat verisimile, quod eam ducere vellet, sed tantùm violare, vel alia signa, per quæ ipsa potuit aduertere de dolo, non tenetur eam ducere, neque dotare, nisi violenter eam corrupisset, in foro conscientiæ: secundum Thom. 4. senten. d. 28. ar. 2. & Ver aliter non est tutus in conscientia. Quòd si pater puellę non vult eam sibi tradere, vel ipsa non vult illi nubere, dotauit illam nihilominùs, & secundum leges alijs pœnis plectetur. instit. de public. iudic. §. 2. & §. sin autem. & Archi. Flor. 2. part. tit. 2. c. §. 3.

23 QVARTO, circa quantitatem restitutionis considerandũ est, an quantitas rei, vel damni sit certa, vel incerta. Si primùm, tantundem restituere debet, quantum oblatum fuit: vt si centum aureos accepi, & centum teneor restituere: vt iustitiæ seruetur æqualitas. Si secundùm, quia scilicet incertũ est quantum debeatur restitui: vt cõmuniter est in damnificatione, in iniurijs, lucris cessantibus, & huiusmodi, tunc tantum restituetur, quantum bonus, & prudẽs homo iudicabit, consideratis circunstantijs singularibus rei, temporis, loci, & personę, & huiusmodi. Vnde qui furatus est mercatori centum ducatos, quibus lucrabatur viginti &c. non sufficit restituere centum, sed restituet cũ hoc lucrũ cessans, & damnum emergẽs: quia nõ solũ nõ potuit lucrari, sed necesse fuit fundũ vẽdere in quo multùm damnificatus est, & huiusmodi, ideò magna prudentia opus est in his iudicijs, & confessor nõ sic sicco pede pertransire debet.

24 EX hoc casu talis oritur, an scilicet possessor bonæ fidei teneatur antequàm currat præscriptio, restituere rẽ cum fructibus perceptis tempore, quo fuit in bona fide. Ad hoc relictis quorundam opinionibus dico hanc esse veritatem, quod possessor bonæ fidei, si antequàm currat præscriptio, aduertit rem, quam possidet, non esse suam. secundum Thom. secunda secundæ. q. 62. a. 3. & 4. & in text. c. grauius. de restit. spo. in cõscientia tenetur restituere rem integraliter, & damna plenariè resarcire, & fructus perceptos tempore bonæ fidei, deductis expensis factis gratia colligendorum, & quærendorum fructuum, & conseruandorum. Si autem ex sua negligentia non collegit fructus, quos, si fuisset sollicitus, collegisset, non tenetur restituere, cum fuerit in bona fide: secus si fuisset in mala fide. Et si aliqui dicant, quòd tenetur de fructibus cùm fuerit possessor bonæ fidei, hoc tamen intelligitur in foro contentioso, & non anima. Idem dic de eo, qui nõ soluit legatum per multos annos, ex ignorantia, vel quia legatarius non petijt: nihilominus restituet fructus præceptos à tempore

pore aditæ hæreditatis. suprà, Legatum. §. 51. fructus. §. 2. &. 3. suprà, Præscriptio, vbi vide aliqua ad propositum.

5 QVINTO, de loco vbi restitutio fieri debet, & dico, qđ si restitutio est necessaria fieri propter rem alienam, quã quis habet: vt in possessore bonæ fidei (de quo diximus) restitutio fieri debet, si res aliena habetur in loco vbi habetur. quia si in alio fieri loco deberet, ille qui nõ est in culpa dãnũ reportaret. Si autem restitutio est necessaria fieri ex iniusta actione, vel propter furtum, vel vsuram, restituẽdum est, vbi actio iniusta fuit perpetrata: vt sic res in pristinum statum restituatur, in quo inuẽta est, tam res accepta, quàm domini possessio, si tamen locus restitutioni congruit. Non enim congruit, vt latro, qui aliquem spoliauit in nemore, vadat illuc ad restituendũ: ideò quando locus non congruit, restituatur vbi est Dñs rei, seu ibi, quò dominus rem erat translaturus propriam. Et breuiter taliter restituatur, quod dominus rei seruetur indemnis, sed grauetur occupator, qui semper fuit in mora.

26 SEXTO, circa tempus restitutionis videtur, quod statim restituere teneatur. quia licèt præceptum de restitutione videatur affirmatiuum, obligans non ad semper: tamẽ includit negatiuum, scilicet non tenere alienum, quod obligat etiam ad semper pro omni temporis differentia. Ideò tenetur quis statim restituere. Non tamen illud verbum, statim, est ita indiuisibile, quod oporteat surgere media nocte, & ire ad restituendum, sed debet intelligi, qꝙ statim quis debet esse paratus in animo, & depositus ad restituẽdum, quàm citius commodè poterit. Quantum verò ad executionem tempore congruo reddere, seruatis debitis circunstantijs loci, temporis, & huiusmodi, debet. Vnde multa possunt excusare à restitutione fienda statim. & primò, voluntas domini rei, dantis dilationem: quia tunc nõ tenet amplius rem inuito domino, & hoc dico etiam, quod posset sine damno suo restituere. Secundò, excusat rationabilis ignorantia, siue iuris, siue facti. Tertiò, excusat impotentia: quia tunc voluntariè non detinet alienum, imò paratus est in animo restituere quãdo aderit possibilitas, & non tenetur ad plus. Et dominus rei rationabiliter de hoc deberet contentari.

28 QVANDO autem quis dicatur verè impotens, ita vt excusetur à restitutione statim fienda, aduertẽdum est varias esse doctorum opiniones, quas referre longum esset, sed hanc credo esse veram, quam etiã sequitur Archi. Flor. & de mente S. Tho. & aliorum sanè intelligentium, pro qua sint hæ conclusiones. Prima conclusio, existẽs in extrema necessitate, & non habens nisi necessaria vitæ suæ, & suorum, nõ tenetur statim restituere, cuius rationem ponit Sco. 4. distin. 15. quia in extrema necessitate omnia sunt communia, nisi dominus rei sit in eodem articulo, quia tunc restituenda est res ei, quia est semper dominus. Tab. in §. 4. ibi dicit, quod quando ambo sunt in extrema necessitate, qui habet alienum, nõ tenetur restituere: quia tunc omnia sunt communia, & potior est conditio possidentis. sed primum videtur melius, quia vbi currunt de pari, potior debet esse conditio domini. Nota, quod qui in extrema necessitate accepit aliquod alio non existente in tali articulo, & illud consumpsit, nũquam tenetur restituere, etiam si ad pinguiorem fortunam venerit: quia non alienum in tali casu, sed commune accepit. Secus autem, si accepit antequàm ad talem articulum extremæ necessitatis venerit.

28 SECVNDA conclusio. Qui restituendo non posset viuere secundũ decentiam sui status, etiam quod dominus rei, qui nõ est in tali vel maiori necessitate, nolit dilationem dare, nõ tenetur statim restituere, quoniã in hoc casu deberet rationabiliter dare dilationem secundũ iustitiam, ideo debitor nõ iniustè detinet alienum, & consequenter non peccat mortaliter: si tamen

men ſit paratus reſtituere quando poterit, & vt poſſit, debet cauere ne faciat niſi expenſas neceſſarias in victu, veſtitu, & huiuſmodi, aliter non poſſet rationabiliter excuſari, quin alienum reſtitueret.

29 TERTIA concluſio. Quando reſtitutio eſt in damnum corporis, vel animæ domini, ſi ſtatim fiat, vel non debet fieri, nec creditor debet hoc rationabiliter velle, quia malum proprium vellet.

30 QVARTA concluſio. Si reſtitutio
31 ſtatim facta redundet in dānū cōtra bonum commune, non debet fieri: quia bonum commune præponitur particulari.

32 QVINTA concluſio. Si reſtitutio probabiliter eſt in damnum alicuius, vel famæ vel vitæ, vel animæ, vel ſi ex hoc imminet periculū de aliquo peccato mortali, vt furti, vel fornicationis, & huiuſmodi, non debet fieri, niſi ceſſante tali periculo: quia hæc maiora ſunt damna, quàm non ſtatim reſtituere rem alienam.

33 SEXTA cōcluſio. Si reſtitutio ſtatim redundat in paruum commodū creditoris, & in magnum damnū debitoris, ita quod oporteat eum vendere inſtrumenta artis ſuæ, qua viuit, vel aliud magnum damnum, in quo caſu creditor rationabiliter deberet dare dilationem, non tenetur. Si autem creditor eſſet in ſimili caſu, tunc ſtatim debet ſe incommodare, & reſtituere: quia nemo vt ſe commodet, debet alīū incommodare, & in his caſibus cenſetur impotens. Caietan. autem ibi, in ſumma dicit ſic. Quomodo quis dicatur verè impotens ad ſtatum reſtituēdum, non ſolum conſtitutus in extrema neceſſitate, ſed etiam cōſtitutus in tali articulo, quod magnum damnū propriorū bonorū incurreret, ex præſenti ſtatim reſtitutione, quod quidē damnum vitaret, ex dilatione non dānoſa illi, cui fienda eſt reſtitutio. Nam impotēs etiam dicitur, qui vix poteſt. Vix autē poſſe, eſt poſſe cum magno ſui dāno, & hoc intellige, quādo quis ex ſola re aliena reſtituere tenetur, & nō ex propria acceptione iniuſta, quia tunc imputatur ſibi, quia ſeipſum in tali dāno, & periculo poſuit. Æquum tamen eſſet, etiam in hoc dilationē facere, ad euitandum tantum damnū.

34 NOTANTER etiam dixi damnū magnum propriorum, quia ſi magnū damnum eſſet, quia debet reſtituere, & conſequenter carere illis, vel carere magno lucro, quod ex eis prouenie-bat, non excuſatur à ſtatim reſtitutione, quia non eſt damnum in propriis, ſed in nō eſſe vti alienis. Notanter etiā dixi ex dilatione non damnoſa illi ſcilicet creditori, quia ſi eſſet damnoſa, oporteret vel ſtatim reddere, vel illū ſeruare indemnē. Dicitur etiam verē impotens pro tunc, quando non poteſt ſine famæ ſuæ detrimento reſtituere, vt quia nō vult peccatum ſuum detegere, ſed expectat perſonam idoneam, &c. Not. etiam, ſecundū Caiet. ibi, quod confeſſores non debent iſtos pœnitentes abſoluere, antequàm cum effectu reſtituant, ſi in alia confeſſione abſoluti neglexerunt reſtituere: Et licet dicant, pater reſtituam, dicatur quod vadant ex quo ſunt benè diſpoſiti, & facta reſtitutione abſoluent. Sic enim eorum ſalus procuratur. Si autem debitor non poteſt habere dilationem à creditore, qui non eſt in neceſſitate, & ipſe debitor poteſt reſtituere, tunc ſine magna incōmoditate, tamen non vult tunc reſtituere, paratus tamen reſtituere alia vice, quia credit ſe non teneri pro tunc, vel nō bene poſſe, ne tecedat deſperatus, poteſt abſolui, ſi det cautionem, infra certum tempus, vel ſaltem promittat reſtituere. Sic enim etiam agitur negotiū creditoris: quia melius eſt aliquādo habere, quā nunquam. Quōd ſi poteſt, & ipſe in conſcientia ſcit ſe poſſe, & nō vult, nullo modo eſt abſoluendus, quia contritus non eſt. Et ſi non ſatisfacit ſicut ſacerdos imponit declarādo ipſum teneri, mortaliter peccat, nec ſufficit dicere relinquam in teſtamento, cùm poteſt per ſeipſum ſatisfacere, niſi quādo creditor dilationem daret, vel vt melius creditori ſatisfaceret, de quo rationa-

biliter

biliter debet esse contentus, quia hoc in eius bonum cedit.

35 SEPTIMO, quantum ad restitutionis ordinem pertinet, sciendum est, quòd quando quis omnibus potest restituere, nõ habet aliquem ordinem seruare, sed statim omnibus restituat. Si verò non potest omnibus satisfacere, priùs certa quàm incerta restituere debet, quia incerta absque damno alicuius singularis personæ omitti possunt, non autem certa. Vnde valdè errant cõponentes cum prælatis ecclesiæ pro incertis, nisi pro certis prius satisfecerint, vel in totum, vel in partem, secundum quod possunt. Si tamen aliquod incertũ in sua specie, de quo certum est, quòd nunquã fuit certorum creditorũ, vt puta calix, vel huiusmodi si primò hoc redderetur Christo, vel pauperibus, non fieret iniuria creditoribus, quia debitor nõ tenetur de re aliena creditori satisfacere. Ideò huiusmodi incerta prius restitui possunt sine peccato.

36 INTER bona certa, aliena prius restituẽda sunt quę in propria specie extant, vt res depositæ, & per actionem iniustam raptæ, vel aliter alteri pertinentes, quia hæc bona, non sunt bona restituentis, cùm dominium illorum nunquàm fuerit in illum translatum, ideò res ipsæ ante omnia dominis restituendæ sunt. Idem dic de rebus emptis, vel possessis, si extant in propria specie, & non sunt solutæ, restituendæ sunt ei, cuius erant, quia adhuc restant ei obligatę, licèt dominiũ fuerit translatum, ideò cõputanda sunt tãquam bona non restituẽtis. Deinde facta dicta restitutione, seruanda sunt statuta municipalia, si qua sunt circa restitutiones, & nõ sunt iniqua, quòd si nullũ est, seruandũ est ius ciuile, & si circa illud sint opiniones variæ, securior sequenda est. Confessor ergo si cautus, & si nescit, interrogare debet de statutis, consulere peritos de legibus, quæ si essent contra ius naturale, vt quod est certum deberi Antonio, detur Petro, non essent seruandæ.

37 VSVRARIVS non habẽs tot bona, vt possit satisfacere debitis licitè cõtractis (vt exemptione possessionis, ex maritatione filiæ, vel huiusmodi) & vsuris, debet secundum legem naturalem priùs restituere integrè debita licitè contracta, si tamen adsint duæ conditiones. Prima, quòd res vsurariæ nõ extent in propria specie, vt sunt pignora per vsuram acquisita. Nam quia huiusmodi res alienæ sunt, debent priùs restitui dominis reddendibus quòd prius mutuò acceperant super illis pignoribus, & pòst restituere debita licitorum contractuum. Hoc patet ex suprà dictis conclusionibus. Altera conditio est, nisi ex huiusmodi cõtractibus licitis sit, factus pauperior ad restituendum priores vsuras, vt contingit in promissione doris, vel alijs similibus. Nam huiusmodi contractus superuenientes vsurarijs debitis, non debent impedire restitutionem vsurarum, quę impediretur, cũ id quòd debet dari pro vsuris, daretur pro huiusmodi debitis contractis. Secus autem ex alijs contractibus, ex quibus non fit pauperior, sed magis ad restituendum vsuras potens, vt si soluat emptã possessionẽ non fit pauperior, quia remanet. fundus, quo poterit vsuras reddere. Vide aliquid infrà. Vsura. §. 39.

38 QVANDO autem id quod ablatum fuit, non est restituibile, secundum Thomam, suprà, per æquiualens possibile recõpensetur. Quòd si æquiualens non repetitur, vt in abscisione membrorum, honore, & huiusmodi, fiat restitutio qualis est possibilis ad arbitrium boni hominis, secundum Thomam, 4. sen. dist. 15. q. 1. a. 5. ql. 2. ad. 2.

39 DE incertis dictum est suprà, ver. casus. §. 9. quomodo ad consilium cõfessoris debent restitui, qui si viderit debitorem esse in magna miseria, vel paupertate, poterit dispensare, vt sibi retineat, tanquam vni de pauperibus Christi, si tamen hoc expedit. Si autem crederet quòd propter istam remissionem liberiùs iterum furaretur, nõ expedit vt illi hãc misericordiam faciat, quia hoc esset mali occasionem præbere,

bere,& ista intellige, quando sunt tantùm in foro pœnitentiæ, secundû Pa. in c.cùm sit.de Iudæ. Ar.etiam in cap. 2. de testamentis. in 6. tenet restitutionem incertorum posse fieri per eû, qui tenetur restituere, vel per alium, de quo ipse prouidit,& allegat,c.cum tu.de vsu.&c.tua.de testam.& multa alia.Ad d.c.cùm sit.respondet, quod loquitur de Iudæo, qui erat suspectus de restitutione, maximè quæ erat fienda inter Christianos. In foro autê exteriori procederet opinio Hostien. videlicet, quòd esset casus Episcopalis, vt etiam dicit Panor. Concor.Thom. & Sco. dicentes quòd det simpliciter pauperibus.

4° OCCVLTA ita cautè restituêda sunt,per se,vel alium fidelem, ne persona criminosa detegatur: quia fama cùm sit bonum spirituale, præponderat bonis corporalibus: sed vsuræ publicæ restituendæ sunt secundum legem,iuxta cap. quanquam. de vsuris. Non enim sic perditur fama, sed magis recuperatur.

4° AD singularia nunc magis descendendo dicamus.Primò, de restitutione famæ,quam necesse est restitui, cû maius bonum sit quàm diuitiæ. Si quis autem aliquem iustè infamauit secundum ordinem iuris, non tenetur famam restituere, quia nihil iniustum fecit. Si autem iniustè,& falsè diffamauit, debet restituere, dicendo se falsum dixisse. nec obstat, quod se infamabit, vel habebit verecundiam, quia cum damno alterius nemo debet sibi famam acquirere. Si autê verum dixit, tamen non debebat dicere (vt si peccatum occultum reuelauit) debet hoc modo restituere, dicendo se iniuste diffamasse talê, & quod male fecit talia dicendo. caueat tamen ne mentiatur,quia non sunt faciêda mala, vt eueniant bona. Et si non potest famâ restituere,debet aliter recompêsare,secundum Tho.4.sentê.d.15. &c. si tes. 14.q.6. debet etiam satisfacere damnû secutum ex tali infamatione,vt quâdo aliquis propter infamiam priuatus est aliquo officio sibi lucroso,vel non potuit amplius habere solitas eleemosynas,& huiusmodi, ad boni hominis arbitrium satisfiet. Eodê modo dic de libellis famosis,cantilenis,&c. Et fiat restitutio vbi facta est infamatio publice,vel secrete,secundum quod processit infamatio. Fallit tamê hoc quod dictum est. Primo, quando ex tali restitutione persona magis infamaretur: vt quia homines non amplius recordantur de tali infamia, vel non credent volenti restituere,sed magis scandalizabuntur. Et debet esse cautus in modo dicendi, ne tali modo dicat, q magis scandalizarêtur homines.Secûdò quando restitutio famę non potest fieri sine periculo maioris mali,quam sit bonum famæ secuturum. Tertiò quando dixit illi,qui poterat prodesse, vt superiori,vel alteri,vel dixit secundum ordinem iuris, vel correctionis fraternæ,quæ præcipit, vt dicatur ecclesiæ, quando aliter non speratur correctio. Quartò si talia dicta non sunt de se infamatoria,vt sunt venialia,vel possunt in vtranq; partem interpretari. Quintò si non affirmatiuê,sed dubitatiuê dixit.Sextò si dixit se audiuisse tantùm.Septimò,si alia via publicatum est.In prædictis non tenetur quis ad restitutionem famæ: quia bono modo non potest hoc agere.

4° QVI in iudicio infamauit aliquê secundum ordinem iuris,animo tamê malo,vt ex odio,si veritatem dixit, ad restitutionem non tenetur licêt mortaliter peccauerit.Secus si falsum dixit. Si verò positus ad torturam infamauit aliquem dicendo falsum, mortaliter peccauit: quia propter pœnam mentitur in iudicio, quòd est mortale: non tamen tenetur ad restitutionem famæ secundum quosdam: quia hoc non facit sufficientem probationem,nec propter hoc ille côtra quem dixit ob tormenta reputatur deterior(si tamen hoc sit verum)cùm constet homines ob tormenta multa falsa dicere.Secus autem esset si post torturam ratificaret falsum: quia etiam vltra peccatum teneretur ad restitutionem, & multò plus tenetur, si sint

tortura falsum dixit. Melius infrà dicetur. §. 44.

41 Si Socrates accusat, vel denuntiat Platonem iudici de furto verè perpetrato, & Plato interrogatus à iudice neget, & consequenter Socrates mendax appareat, ex quo apud astantes infamatur, & reputatur homo mendax, pernicioſus, Plato tenetur confitendo veritatem restituere famam Socrati accusatori: secundum Caietan. ibi in summa. Secus si propter hoc non sequitur infamia. Si verò infamauit dicendo verum secundum ordinem iuris (vt dictum est) non tenetur restituere, licèt (vt dictum est) peccet, si ex malo animo facit, quem Deus videns punit.

44 Si quis de seipso propter torméta falsum dixit, & consequenter se infamauit secũdum ordinem iuris, morta liter peccauit, & tenetur restituere, sibi famam reuocando, nec excusat eũ timor tormentorum, vel mortis, sicut non excusarent à negatione veritatis necessariæ ad salutem. Ideò quia non minus tenetur detinere, & tueri famam sui à se læsam, quàm proximi, propterea non excusatur: secundum Caietan. ibi, in summa. licèt Tab. ibi, §.9. circa fin. oppositum dicere videatur, cuius dictum non teneo: quia lex Dei dicit magis hominẽ mori, quàm peccato consentire. suprà, Detractio. §. 4. suprà, §. 42. videtur aliter dictum secundum aliorum opinionem, sed hoc verum est.

42 Vxor filij, serui, & personæ, qui comedunt, & vestiuntur de bonis dominorum, nihil habẽtium nisi aliena: secundum Caietan. ibi suprà, tenentur restituere, vt infrà, Vsura. §. 39. nisi quando sunt personæ vtiliter gerentes negotium creditorum, vt puta dãtes operam quòd dominus restituat, vel bonificantes tantùm operibus suis bona domini, vt sit habilior ad restituendum, vel in extrema necessitate: in qua omnia sunt communia. Sed nunquid tales extra casus extremos mortaliter peccant vtendo sic re aliena? Respondeo quòd iste personæ, quia quasi coactè vtuntur rebus alienis. possunt excusari à mortali, præsertim vxor, filij, & hi, qui in aliena sunt potestate, cum animo restituendi quando poterunt, & de hoc creditor deberet rationabiliter contentari: quoniam si ipse in tali reperiretur casu, vellet sibi sic fieri ideò tales non videntur vti re aliena inuito animo secundum ordinem rationis. Si autem talis persona est sui iuris, tenetur potiùs mendicare, quàm alienũ accipere, nisi ex hoc maius malum immineret, vt diximus suprà.

45 Mendicantes cũ fictione paupertatis, vel infirmitatis, vel sanitatis, hac intentione vt eleémosynas habeãt, & lucrentur quia fraudulẽter fingunt, & sunt in dolo, tenẽtur restituere, non illis qui eleémosynas dederunt, sed alijs pauperibus, vel talibus personis, quibus qui fecerunt eleémosynam dudissent. Iam enim est acquisitum ius Christo pauperi, qui mercedẽ faciẽti eleémosynam tribuit, nisi tales fingentes & ipsi sint paupertes. Si verò non finxerunt propter lucrum, sed ob vanam gloriam, nõ tenẽtur restituere, sed tantùm deuotioni dantis eleémosynam satisfacere. Vide si placet In noc. in c. plerique. de im. ec

47 Sempronius debẽs Titio cẽtum aureos, & nolens soluere, dat hos vxori, vel alteri in depositò, hoc pacto, q; si vnquam emanauerit comminatoria contra ipsum Sempronium, & contra habentes de suo, quòd intẽdit, vt illi C. aurei sint donati. Si postmodum emanet excommunicatio, habẽs centum aureos tenetur reuelare: secũdum Ioan. de pla. quia talis donatio cùm fuerit facta in fraudem creditoris, non tenet.

48 Antonius existens Venetijs scribit Petro existenti Placentiæ, quod Venetijs multo valet frumentum: Petrus credens his literis, mittit frumentum Venetias, & reperiens literas esse falsas, multum damnificatur. In hoc casu tenetur Antonius de dãno: quia fuit in culpa malitiosè falsum scribendo Petro: dedit enim sufficiẽtem causam

sam damni. Si autem huiusmodi literæ non fuissent directæ ipsi Petro, sed alteri, & Petrus eas aperiendo legisset, & credens eis fuisset damnificatus, licèt Antonius mortaliter peccasset, nõ tamen teneretur restituere damnum, sed imputetur ipsi Petro, qui temerè credidit. Non enim Antonius dedit efficacem causam damni iniusti ipsi Petro.

49 SOCRATES soluit Ciceroni summam pecuniæ, credens esse verum creditorem, tenetur Cicero, qui non est verè creditor, restituere pecuniam Socrati: quia hoc ignorans fecit, si autem sciebat non esse creditorem, non tenetur restituere: quia ex quo sciẽter fecit videtur donasse. & sic non tenet alienum: quia ex præsumpta donatione factum est suum.

50 CIRCA impedientes dat regulã. S. Thom. secunda secundæ. q. 62. ar. 2. quod impediens aliquem à consecutione cuiuscunque boni licitè, ad nihil tenetur: quia non agit contra iustitiã. Impediens verò iniustè à consecutione de facto eum, qui iam erat consecutus, tenetur ad æquale. Si verò propè erat vt assequeretur. vt quia erat verisimile ipsum assecuturum, tenetur ad arbitrium boni hominis: secundum quod ius magis, & minus quasi acquisitum illi videbatur.

51 IMPEDIENS aliquem ne prębẽdam consequatur intẽdens honorem Dei, vel vtilitatẽ ecclesiæ, vt detur digniori, non tenetur ad aliquid. quia in iustum non fecit: impediens verò iniustè, intendens nocumẽtum impedit propter odium, vel huiusmodi, si impedit ne detur digno antequã firmatum sit, quod ei detur, ad arbitrium boni viri recompensare tenebitur, & non ad æquale: quia multipliciter poterat impediri. Si verò iam firmatum erat, & propter indebitam causam procurat quod reuocetur, idem est ac si debitam auferret, ideò tenetur ad æquale: secundum tamen suam facultatem: secundum Thom. suprà. & Sil. ibi. 3. §. 12.

52 PAVLVS reliquit Titio in suo testamento centum ducatos, Socrates precibus procurat hoc legatum relinqui filio suo, vel alteri, & minus digno, Paulus testator de facto mutat legatum, liberè tamen Socrates in nullo tenetur Titio: quia ei adhuc nullũ ius fuerat acquisitum. Si verò sit religiosus, qui hoc modo legatum impediat respectu matricis ecclesiæ, cùm hoc sit prohibitum in cle. religiosi. de priui. mortaliter peccat: quia cõtrafacit prohibitioni ecclesiæ, non tamẽ tenetur restituere, vt dicit Sil. vbi suprà. §. 13. quia hoc non mandatur, nisi hoc faceret consulendo saluti testatoris, quia sic non peccaret: secus si ex odio, vel consulens sibi, vel monasterio, vel alteri: quia tunc peccat, licèt restituere non teneatur: quia hoc nullum ius mandat.

53 IMPEDIENS aliquẽ ab officio suo, eo quòd iustè exequitur, vt rusticum ab opere, piscatorem piscatione, & huiusmodi, nisi hoc rationabiliter faciat, tenetur satisfacere ad arbitrium boni hominis. Idem de impedientibus fructus agrorum cum bestijs, vel alijs modis indebitis damnificando, vt fit in venatione, & similibus, vel aliter contra iustitiam, vel non soluentes tẽpore debito cùm possint, vel aliter indebitè damnificãtes. ad æstimationem boni viri restituent. Impedientes creditorem ne possit exigere à debitore modo debito quomodocunque, vt liberando illum de carcere, vel alio modo iniusto, tenentur creditori de toto debito: secundum Ioan. de Pla. quia tales sufficientem causam præbuerũt damni. Vnde conclude, quòd damnũ alteri iniustè inferẽtes, & maximè data opera, & dolosè, tenetur, si damnũ est certum, ad totum. Si incertum, ad arbitrium boni hominis. De monopolijs, suprà. eodem titul.

54 SI res aliena pereat in manu illius, qui est in mora, vel ex cõtractu, vel ex delicto, non tenetur de damne, si res æqualiter apud dominum erat peritura: si autem non erat peritura, vel antequã periret: potuisset dominus eã vendere, vel aliam habere vtilitatem,

tenetur

tenetur de dãno. Vnde si natura merces alicuius, quas conuenerat ponere in meliori naui, posuit in deteriori, & ambæ perierunt per submersionem, licèt peccauerit non seruando pactum, non tamen restitutioni est obnoxius: quia propter hoc in nullo est damnificatus. Ita enim æquè perijssent in meliori. Secus est de eo, qui non restituit equũ domino, & mortuus est: quia licèt apud dominũ fuisset etiam mortuus, potuisset tamen ante mortem illum vendere, vel aliam habere vtilitatem. Conformiter Sil. ibi, Restitutio. 7. q. 5.

55 CEDENS bonis suis cũ nõ possit soluere propter inopiam, si venerit ad pinguiorẽ fortunã, tenetur soluere: qa per cessionẽ in conscięntia non omninò liberatur, sed hoc valet ne possit incarcerari, vel cõueniri. Si verò fuit vsuratius, qui cessit bonis: secundũ gl. in ca. cùm tu. de vsuris. tenebitur ad restitutionẽ in integrũ, nec habebitur respectus, ne egeat: secundũ etiam Gem. in c. quãquàm de vsur. in 6. & hoc in odiũ vsuratiorũ. Not. quasdam regulas vniuersales pro restitutione.

56 PRIMA regula quãdo restitutio nõ potest fieri secũdũ damnũ datũ, vt in corporis læsione, virginitatis ablatione, & huiusmodi, relarciatur damnũ, vel per recompensationẽ pecuniæ, vel honoris, ad arbitrium boni viri, licèt per bona temporalia malè queant recompensati bona spiritualia.

57 SECVNDA est, quando res malè ablata nõ potest restitui, fiat restitutio in æquiualens (vt dictũ est) si est possibile, vel in aliud iuxta posse.

58 TERTIA regula, confessor semper habeat oculũ mentis ad duas radices restitutionis, videlicèt ad acceptionem, & ad rem: vel enim accepit alienum, vel rem alienam, aut eius fructũ habet, aut ex vtroque tenetur. Vnde quando acceptio est iniusta, siue sit cõtra voluntatem domini, vt in furto. siue secundum voluntatem, sed dolosè exortam, vt sunt extorsiones meretricum blanditijs factæ, vel attractiones ad ludum. Huiusmodi enim constituunt dationem quasi inuolũtariam. In his autem & similibus tenetur quis restituere, quia non fuit merè libera datio. Eodem modo quando datio est libera, sed lege prohibita, vt in simonia, & sic recipiens per vsuram, vel propter timorem, vel vexationem indebitam, vel huiusmodi: quia huiusmodi dationes aliquo modo sunt coactæ, debent restitui suprà, Ludus. §. 5. Meretrix. §. 1.

59 ALIA radix est, quando acceptio terminatur ad iniustum. Si enim non terminatur ad iniustum, quamuis homo mortaliter peccet (vt meretrix) nõ tamen tenetur restituere, sicut qui reuocat legatum factum alicui, vel impedit ex odio ne fiat, non tenetur restituere: quia nulli iniustitiam fecit, cùm nulli esset acquisitum ius, licèt peccauerit. Terminantur autem ad iniustum, cùm fraudulenter accipitur alienum. De inuentis dictum est suprà, Inuenta, per totum, nec amplius repetendum est.

60 QVI rẽ propriã depositam apud aliquem furtiuè accipit, si depositarius ex hoc grauatur in aliquo, debet restituere, cum depositarius teneatur depositum restituere, vel se inculpabilẽ ostẽdere, & si nõ vult restituere, saltem reuelet, vt depositarius ex hoc amplius grauari non possit: tali tamen modo, ne maius malũ ex tali reuelatione oriri possit. Si vero rem suam ab alio iniustè detẽtam furetur, peccat quidem exponens se periculo alicuius scandali, non tamen tenetur restituere, quia nõ grauat illum. Ratio autem peccati (vltra eam, quam diximus) est, quia agit contra iustitiam publicam ius sibi ministrans, cum possit secundum ordinem iustitiæ rem suam rehabere. Si autem non potest secundum iuris ordinem rehabere, vt quia est pauper, vel non potest probare, & huiusmodi, & non est periculũ de scandalo, non peccat, quia alienũ non accipit. Debet tamen esse certus de debito, & quod nõ plus capiat: quia si esset dubius, non posset hanc compensationẽ facere: secundum Arch. Flor. 2. par. titul. 15. &

Tho. secunda secundæ. q. 66. Caueat quisque ne conscientiam nimis latã sibi faciat, cùm amor proprius sæpè iudicium peruertat. Quomodo autè possit sacerdos satisfacere vel non pluribus cum vna missa, suprà, Missa. §. 33. Et Tab. ibi circa fin. multi alij possunt oriri casus, quos prædictis regulis facilè quis soluere poterit. De damnificantibus proximum per animalia, & mutilantibus, per capturam leporum, & huiusmodi, & venatoribus: vide Sil. ibi. 3. §. 2. 3. & 4.

RIXA.

RIXA filia iræ importat contradictionem in factis, quando ex ira aliqui se inuicé percutiunt, non ex authoritate publica, sed ex voluntate inordinata: & ex suo genere peccatum mortale est, in eo, qui iniuste alterum aggreditur, quia nocumentũ proximo contra charitatem infert. In eo autem qui se defendit, animo repellendi illatam iniuriam cum debita moderatione, peccatum non est: secus si cum animo vindictæ, vel odij, vel excedit in moderamine, quia tunc peccatũ mortale, vel veniale est, secundum quantitatem odij, vel excessus. Primi enim communiter venales sunt, & imperfecti actus, vt sæpè diximus. De hoc Th. secunda secundæ. q. 51. a. 1. suprà, ver. primi motus.

SACERDOS.

1 SACERDOTIS nomine in materia fauorabili, nõ tantũ presbyteri veniũt, sed etiã diaconi, & subdiaconi. ar. c. 115. q. 5. sed in materia odiosa venitũt tantũ presbyteri. ar. c. si quisq; de coha. cle. & mul. vbi Pa. hoc no.

2 SACERDOS parochialis potest ministrare sacramenta peregrinis, & hospitibus confluẽtibus ad suam ecclesiam: secundum Pa. c. 1. de cel. miss. & morientes sine electione sepulturæ, ibidem sepeliũtur, & si alibi elegerint, debet ei quarta funeralis. Quomodo debet visitare infirmos, & multa alia facere: vide Pa. in d. c. 1. de celeb. miss. & stare ieiunus vsque ad horam celebrandi congruam.

3 QVIC QVID sacerdos ligat, & soluit in terra iustè, & claue nõ errante, ligatur per approbationẽ in cæli. 11. q. 3. c. tunc vera.

4 SACERDOS existens in peccato mortali exequendo officiũ suũ, mortaliter agit. 15. q. 6. c. vlt. & d. 68. c. 1. & vt dicit Sil. ver. sacerdos. §. 6.

5 SACERDOS, vbi pœnitens de aliquo est dubius, nõ debet illud asserere esse mortale, nisi sit certus, ne imponat ei laqueũ, nec tenetur de singulis determinare antè dictis, vtrũ sint mortalia, vel venalia, quando non sunt clara. d. Arch. Flo. de his autẽ, quæ sunt clara, secũdum opinionẽ doct. debet determinare. Quomodo autem debet celebrare, sup. Missa. per to.

6 QVANDO sacerdos vult sumere eucharistiã, vt quia infirmus, vel à celebratione impeditus, stolam circacollum, sicut quãdo celebrat debet habere. c. ecclesiastica. d. 23. hoc tamen intelligitur quando celebrat pro seipso dicit Sil. ibi. §. 4. quia extra celebrationẽ hoc nõ obseruatur. Vnde multi (si hoc esset verum) essent excõmunicati, cõmunicantes sine tali stolã. Attendẽda est consuetudo. Fratres enim prædicatores sine stola in die cœnę cõmunionem recipiunt.

SACRAMENTA.

1 SACRAMENTA sunt septem, videlicèt Baptismus, ordo, cõfirmatio, pœnitẽtia, cõmunio, matrimoniũ, & extrema vnctio. Tria prima imprimunt characterẽ, ideò non debent iterari, etiam si mortuus homo resurgeret, quia character indelebilis est: alia quatuor possunt iterari. De his Tho. 4. sent. d. 2. q. 1. & c. licitè. 32. q. 7. & 1. q. 1. c. quod quidam.

2 SACRAMENTA non debent conferri peccatoribus publicis. c. illud. d. 95. sed propter peccata occulta non sunt neganda in publico, suprà, Communio. §. 15.

3 RECIPIENS quodcũq; sacramẽtum in mortali, etiam occulto, mortaliter peccat. c. multi. d. 40. Sed non dicitur esse in mortali, qui contritus est. Aliqui dicunt, quòd in sacramẽto pœnitentię & extremæ vnctionis sufficit attri-

attritio: vt dicit Silu. ibi. §. 2. sed ad sacramentum extremę vnctionis adiungit, fortè quasi dubitet.

4 SACRAMENTVM baptismi, confirmationis, cõmunionis, pœnitentiæ, & extremę vnctionis, secundum Iuristas: vt refert Per. de pa. 4. sen. d. 9. sunt necessaria, id est, sub prȩcepto, loco, & tempore: ita quòd potens ea recipere, & nolens, mortaliter peccat. Sed Caie. verb. confirmatio. dicit, quòd confirmatio non est necessaria. supr. Confirmatio. §. 1. neque extrema vnctio. neq; dimittens mortaliter peccat, nisi ex cõtemptu. infrà, Vnctio. §. 1. Pœnitentia verò est tantùm ei necessaria, qui mortaliter peccauit. Neque viaticum est sacramentum necessitatis. suprà, Communio, §. quarto. Vti sacramento ad alium finem, quàm sit institutum, nõ semper est mortale, vt patet in matrimonio.

SACRILEGIVM.

SACRILEGIVM importat irreuerentiam rerum sacrarũ, seu iniuriam, & ex genere suo mortale est, & continet tres species cum suis circunstantijs necessarijs ad confessionem, sicut aliæ circunstantiæ mutantes speciem. Vel enim fit iniuria personæ sacræ, vt cùm percutitur clericus, vel aliter fit ei violentia contra iuris statutum, vel contra votum personale, vt puta castitatis, & sic habemus vnam specie, vt fit iniuria loco sacro, vt cùm extrahitur quis, qui illùc fugerat, vt esset tutus, aut furto res de sacro tollitur, aut sanguine vel humano semine volũtariè polluitur, & est alia species. Vel fit iniuria rebus sacris, seu Deo dicatis, vt sacramẽtis, vasis, reliquijs, sanctorum imaginibus, & huiusmodi ad Dei cultum, & sanctorũ reuerentiam pertinentibus, & alijs rebus mobilibus vel immobilibus Deo dicatis, & ad vsum ministrorum Dei mancipatis, & hęc est alia species. Ad sciendum autem quando committatur sacrilegium in omnibus suprà dictis speciebus, intuere ad quid persona, locus, & res sit sanctificata, & considera si contra illud, ad quod sanctificata est, actũ fit, erit sacrilegium, & non aliter. Vnde imponens grauamen agris ecclesiæ est sacrilegus, si seculari authoritate hoc facit, quia quò ad hoc sanctificatus est, nõ autem si in eo faciat furtũ, vel adulterium, quia nõ ab hoc exemptus est, eo quòd est ecclesiæ. Si quis blasphemat in loco sacro, non est sacrilegus, sicut si furetur, sanguinẽ, vel semen humanum fundat, quia quò ad hæc est sanctificatus. Similiter si sacerdos vel religiosus fornicetur, non autem si furetur, est sacrilegus: quia ad hoc est sanctificatus, non vt furetur, sed vt castè viuat. Et istæ tres species sacrilegij de necessitate sunt confitendæ, quia non sufficit dicere, commisi sacrilegium, vel furtum, sed tale, vel in loco sacro, & huiusmodi, quia istę species sunt ab alijs distinctæ speciebus peccatorum. De hoc Tho. secunda secundæ. q. 99. a. 1. 2. & 3.

2 LVDENTES, mercãtes, chorizantes in loco sacro, non committunt sacrilegium, sicut effundentes semen, & huiusmodi: quia ista sub prȩcepto nõ prohibentur, sicut illa. Posset tamen tãtus esse excessus in huiusmodi, quod peccatum sacrilegij constitueret, vt etiam dicit Sil. §. 5.

3 DE multiplici pœna sacrilegiorum vide c. de episc. & cler. & 17. q. 4. per to. Aliquãdo maiori excõmunicatione plectuntur, aliquando minori, aliquando alijs pœnis, quæ ad confessorẽ non pertinent, sed ad iudices alios.

SAGITTARII, suprà, Act. §. 6.

SARRACENI.

SArraceni, qui infideles sunt, quò ad prohibitionem, quasi in omnibus Iudæis comparantur, ita vt sicut Christianis multa prohibentur circa Iudæos (vt suprà Iudæi.) ita circa Sarracenos: tamen non prohibetur Christianis comedere, & bibere, vel habitare cum Sarracenis, sicut cum Iudæis. c. ad mensam. 11. q. 3. & c. quia Iudæi. 28. q. 1. nisi ipsi iudaizarent Sarraceni, secundum quosdam, quia sic adesset causa prohibitionis. Nõ sunt permittendi, vt aliquam faciant inuocationem Mahumeti publicè inter Christianos.

stianos, quia contra cle. vnic. de Iud. Neq; ad illos Christiani possunt arma deferre. sup. Excõmunicatio 14. multa alia de eis. suprà, Iudæi. §, 11. & 13.

SATISFACTIO.

1 SATISFACTIO, quæ est tertia pars sacramenti pœnitẽtiæ, importat medicinã quandam, curanté præterita peccata, & à futuris præseruantem: quæ quãuis Deo æquiualens esse non possit, potest tamen sufficiens fieri ex Dei gratia: de qua Tho. 4. sent. d. 15. q. 1. a. 1. ql. 1. & est secundum Greg. Præterita mala plangere, & plangenda non amplius committere.

2 REGVLARITER hæc pœnitentia sacramentalis est à sacerdote in cõfessione sacramẽtali imponẽda, vt pœnitentiæ sacramentum habeat omnes partes suas materiales, tamen in tribus casibus omitti potest. Primò, quando constat pœnitẽtem integrè satisfeciſſe: tunc non debet ampliùs legari, quia coram Deo non ampliùs obligatur. Secundò, quando pœnitens est impotens, vtpotè in extremis, ex tunc sufficit indicare ei pœnitentiã soluendam quando poterit, & sic illũ absoluere. Adiuuatiq; potest suffragijs ecclesiæ: vt in c. ab infirmis. 26. q. 7. Tertiò, qñ pœnitẽs nullam vult acceptare pœnitentiam, etiam minimã, offerens se satisfacturũ in purgatorio, est etiam absoluendus, sicut sup. confessio. §. 29.

3 PRO satisfactione tria possunt imponi, vel oratio, vel eleemosyna, vel ieiunium, per quod intellige omnes corporales exercitationes propter Deum, vt peregrinatio, disciplina, & huiusmodi. Eleemosyna tamẽ videtur esse magis satisfactoria, iuxta illud Dani. Peccata tua eleemosynis redime. Sit ergo sacerdos discretus, vt pœnitẽtiam imponat commensuratam, tribus videlicèt, peccatori, peccato, & fini. Nam peccatori infirmo parua sufficit pœnitentia, similiter & illi, qui parum deuotionis habet, quia si magna ei daretur, fortè non persolueret. Debet etiã peccato conuenire, vt secundum peccati conditiones pœnitẽtia applicitur, sicut luxuriosè ieiunium, auaro eleemosyna, & sic de singulis, vt contraria contrarijs curentur. Debet & fini conuenire, id est, saluti animæ, vt per pœnitentiam excidantur peccatorum occasiones, vt ne quis ad talem locũ vadat, vel ludat, quando hæc sunt peccati causa.

4 NON refert an imponat pœnitentiam ante absolutionẽ, vel post, dummodò confessor videat in pœnitẽte animi præparationem. Melius tamen videtur vt antè imponat, & eũ interroget an sit contentus eam acceptare, & facere. Caueat autem ne sectetur eos, qui vnum Pater noster imponũt tunc soluendum statim pro pœnitentia, vt illam in gratia perficiat, & post aliam magnam pœnitẽtiam nõ sacramentalem imponunt. Hoc enim pœnitentibus nociuũ est, quoniam cùm hæc pœnitentia non sit sacramẽtalis, non tantum est satisfactoria, sicut fieret sacramentalis. Nec oportet timere, quia etiam q̃ non fiat in gratia, nõ est necesse reiterare confessionem, quia si non satisfit Deo, fit tamẽ satis ecclesiæ. supr. Confessio. §. 10. detur ergo tunc pœnitentia, & hortetur confessor pœnitentem, vt quando soluit pœnitentiam, de peccatis conteratur.

5 VT autem fructuosa sit satisfactio, debet regulariter fieri in gratia Dei, & tota, & vbi, & quãdo, & sicut imposita est à confessore, & acceptata, secundum Caie. in fi. 3. part. S. Tho. & qui hanc omitteret, non propter hoc mortaliter ageret, nisi ex contemptu, quia non omitteretur aliquod necessariũ ad salutem, cùm hæc sit solutio pœnæ temporalis, quæ si hic non soluatur, soluetur in purgatorio: sec. Caie. ibi. Et si fiat sine charitate, valet in foro ecclesiæ, sicut dicens officium in mortali, non tamen tunc valet ad expirationem pœnæ debitæ coram Deo pro peccatis, valebit tamen quò ad hoc, quando peccator ad cor redibit, quia pars est sacramentalis, & hoc verum est de ea, quæ relinquit post se effectum remanentem in totum, vel in parte aduenientè charitate: vt dicit S. Th. sicut confessio informis & baptismus incipiens

piunt postea valere. secundum Caieta.ibi,& Scot.Tab.verò ibi §. vlt.dicit hoc esse contra S.Thom.4.senten. d.15.q.1.a.3.Sed Silu.ibi, circa finem determinat, quod hæc diuersitas opinionum est tãtùm in verbis : quoniã illi,qui dicunt pœnitentiam hanc debere iterari,intelligunt vel iniunctam vel æquiualentem,vel hic, vel in purgatorio. Vide Silu.ibi, & Archidiac. Florenti.3 par.tit.14.c.vlt.Si verò pœnitens non impleuit totam , vel tempore,aut loco deputatis, quod fuerat iniunctum,impleat postea, quoniam in satisfactione principale est opus,nõ autem circunstantia temporis, vel loci. Hæc determinatio multos consolari potest.

6 POSSET etiam quis sacramentalẽ pœnitentiam per alium volũtariè acceptantem, & implentem satisfacere, cum consensu confessoris, qui imposuit,vel alterius, vt mutatio sententiæ quò ad personam satisfactricem,si fiat à iudice. In articulo autẽ mortis hoc fieri posset sine tali licentia,sub ratihabitione:secundum Caieta.ibi. Prædicta intellige, quod vnus pro alio potest satisfacere inquantùm pœnitẽtia ordinatur ad solutionem debiti, non autem inquantum medicina est pro peccato vitando. Et qui pro alio soluit,debet esse in gratia . secundũ Tab. ibi. §.5. quia per charitatem actus vnius efficitur alterius,nec exigitur:ille pro quo ab alio satisfit , sit impotens, quia siue possit,siue non valet satisfactio,quantum ad debiti solutionẽ, vt dictum est, non tamen bene factũ est alteri imponere,quãdo quis per se potest,vel non apparet in eo aliqua impossibilitas ad soluendum datam pœnitentiam.

7 QVI imponit alteri satisfactionem pro se,si moritur, non statim à pœna debita liberatur,sed completa satisfactione.ideo caueant homines, nequæ per se explere possunt,committant filijs,vel amicis,quia luent pœnam,antequam sit satisfactum:vt patet.

8 FLAGELLA à Deo missa, & aliæ tribulationes,quę homo patienter acceptat, ad purgationẽ peccatorũ sunt satisfactoria,secundũ Tho. vbi suprà. ar.4 ql.2.Ideò calamitates æquanimiter tollerari debent:consentit Greg.de Lazaro mendico loquens.

SCANDALVM.

1 SCANDALVM , quod importat dictũ vel factũ minus rectũ,occasionem spiritualis ruinæ præbens : secundũ Th.secunda secundę.q.43. a.1. opponitur charitati proximi.ideo peccatum est, dupliciterq; committitur, per se,id est,ex intẽtione, vt alter ruat in peccatum,& sic est speciale peccatũ trahens speciem ex fine:vt si intendit trahere aliquem ad furti vel adulterij consensum,vel alterius culpæ, vt cõsentiẽs hic propriè peccat peccato scãdali:quia intendit rectæ alterius animę nocumentum, cuius oppositũ directè intendit fraterna correctio. Qui autem prouocat, vel inducit aliquem ad huiusmodi peccata , non propter hunc finem,videlicèt vt ruat in peccatum , sed vt impleatur voluntas propria,vel alterius nõ peccat speciali peccato scandali, sed peccatum hoc pertinet ad speciem peccati , ad quod prouocat.Scandalizare autem per accidẽs dupliciter cõtingit. Vno modo faciendo malũ coram alijs, qui inde sumũt occasionem peccandi ,& hoc peccatũ non est in specie scãdali :quia hęc circunstantia,& si aggrauet hocpeccatũ, non tamen mutat speciem, sed remanet in specie illius peccati , quod agit, vtputà blasphemiæ,vel alterius . Alio modo faciendo actum non malũ secundum se,sed habentem mali speciẽ, ex quo alij ad peccatum inducuntur, & hoc ad scandalum pertinet per se, si intendit ruinam : reductiuè autem si non illam intendit, & si habet intẽtionem quis trahendi ad alium ad mortale, erit mortale,etiam quod factum illud esset veniale, vel nullũ ex se,si intendit veniale , erit & scandalum veniale . Consentit his Caietanus.secunda secundæ.qu.43.ad 1 . 2. 3.dubium . Neque in summa ab hac sententia variare videtur,imò confirmare.

2 § 1 quis committit aliquid quod ex se malum non est, sed habet speciem mali, & est periculum alterius ruinæ, cõsideratis conditionibus personarum, locorum, & temporum, accausatum, & audit à fide dignis aliquos ignorãtes, & infirmos ex hoc disponi ad ruinam mortalis culpæ, si non abstinet à tali facto, si potest cõmodè, donec tales informentur de operis bonitate, mortaliter peccat, nõ curans de ruina pusillorum. Si verò periculum est de veniali, venialiter agit. Secus si nescit aliquem scandalizari, vel si informati de opere non malo perseuerent in ruina: quia tunc ex parte tantum illorũ scandalum est.

3 Ex dictis videtur sequi: vt dicit Archidiac. Flor. & Sil. ibi. § 1. q. 2. quod mulier se amari credens turpiter ab aliquo, non curans de eius ruina, si sine causa offerat se aspectibus eius, licèt non intendat eius ruinam, mortaliter peccat: secus si non credit, vel aliter commode facere non potest, sed tenere contrà videtur. Caieta. suprà, Ornatus, §. 3.

4 PASSIVVM scandalum est, quando præter operantis intentionẽ. & cõditionem operis aliquis malè dispositus ex tali opere ad peccandum disponitur, sicut Pharisęi murmurabant cõtra Christum, ex eo, quod curabat infirmos. Et hoc scandalum non est peccatum in faciente opus tale, sed in eo, qui ex hoc peccandi occasionem accipit. Vnde dicit Caie. ibi in sum. quod non monstrat circunstantiam aggrauantem, sed peccantis infirmitatem. Si enim firmis esset, nõ scandalizaretur ex tali opere bono ex se.

5 PROPTER vitandum scandalum aliquando dimittenda est veritas doctrinę. scilicet tacendo. & iustitiæ nõ exercendo, sed non debet dimitti veritas vitæ: vt scilicet quis dimittat facere ea, quæ necessaria sunt ad salutem, vel faciat quod est peccatum, propter vitandum scandalum, vt punire innocentem, vel fidem aut veritatem negare. & in hoc sensu intelligitur illa regula iuris. in 6. de regul. iur. vbi dicitur: Vtilius scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur. Cõformiter S. Th. suprà, a. 7. Non tamen aliquod malum etiam minimũ: vt peccatum veniale ad vitandum scandalũ est faciendum: quia non sunt facienda mala, vt veniant bona: sicut concludit Tho. suprà ad 1.

6 BONA temporalia communia, siue ecclesiæ, siue reip. non sunt dimittenda propter scandalum, sicut necessaria ad salutem: secundum Tho. suprà, ar. vlt. bona verò propria, quorum nos sumus domini, propter scandalum ortum ex ignorantia, vel infirmitate, sunt dimittenda. vel dando, vel nõ repetendo, aut aliter, scandalum sedando aliqua monitione: vt dicit Augu. de sermone domini. Si autem scandalum ex malitia oriretur, vt erat scãdalum Pharisæorum, secus esset: quia tũc dimittendo bona propria, daretur occasio malis retinendi aliena, & rapiendi: vt dicit Gregor. in mora. nec faciles esse debemus ad credendum alios scandalizari de bono opere: vt dicit Rayn. neque à cibo totaliter debemus abstinere, licèt à tali cibo propter scandalum: quia dicit Apostolus, 1. Corinth. 8. Non maducabo carnem in æternũ, ne fratrem meum scandalizem. Sic de bono faciendo, iuxtà hanc regulam dicito, ad quod scilicet quis non tenetur de necessitate salutis. Secus autem est de opere necessario: vt est facere eleemosinam in extrema necessitate.

SCIENTIA.

1 SCIENTIA, quę requiritur in te ste, non est illa, de qua dicit Philosophus, quod est rem per causam cognoscere, sed est cognitio sensualis alicuius rei particularis. ff. de test. l. testium fides.

2 PERSONAE ecclesiasticæ debent vacare scientiæ sacræ scripturæ. c. 2. d. 38. & iuris canonici possunt & philosophiæ naturali, & morali intendere. c. turbat. d. 37. & alijs scientijs: vt possint ad scientiam pietatis habere aditum, vel ad impugnandum hęreticos, vel alio bono fine, dummodè necessa-

rię

ria non omittatur. Possunt etiam audire leges, & physicā, nisi sint religiosi vel habētes personatum in ecclesia, vel dignitatem, vel curam. suprà, Excommunicatio 48.

Quomodò omnes Cstristiani tenentur scire necessaria ad fidem. suprà. Credere §. 2.

3 PARENTES videntur mortaliter peccare, negligentes docere filios signum Crucis, Pater noster, Credo, præcepta decem, & articulos fidei necessarios: quia dicit Apostolus: Qui suorum, & maximè domesticorū curam non habet, fidem negauit. Similiter qui non addiscunt prædicta cùm possunt, secùs quando non habent instructorem, licèt de necessarijs nullus possit excusare. suprà, Credere, §. 3.

4 QVILIBET tenetur scire ea, quę sibi competunt, vel ratione officij, vel status, vel alio modo: vt iudex quę pertinent ad iudicandi officium. & si ex ignorantia errat, nō excusatur. suprà, Iudex. §. 24. Pa. in c. qualiter. de elect. § cum in cunctis.

5 PRAELATVS, si non habet competentem literaturam, remoueri potest à beneficio. c. quamuis. de ætat. & qual. ord. & bonum esset sic facere: quia cūctorum malorum ignorantia mater est.

SCHISMA.

1 SCHISMA secundum Tho. secunda secundæ. qu. 39. art. 1. importat propriè separationem ab vnitate ecclesiæ ex intentione, & quia est contra vnitatem ecclesiæ catholicæ, & consequenter contra charitatem, quæ vnionem hanc facit, ideò mortale peccatū est: quod incurritur primò, quando quis ex intentione nō se habet vt pars vnius ecclesiæ, sed ipse vult se habere in operibus suis, scilicèt in credendo, sperando, & alia faciendo, tanquàm sit quoddam seorsum totū: ita quod non sit alterius, id est vniuersalis ecclesiæ pars. Sumus enim omnes membra vnius corporis Christi mystici, quod vocatur ecclesia catholica. Vel ex intētione se subtrahit ab vnitate corporis in ordine ad vnum caput, non recognoscens Romanum Pontificē vicarium Christi indubitatum in terris: vt caput vice Christi istius corporis. Et si prædicta peccata solum committat: quia non vult recognoscere vnitatem ecclesiæ, vel capitis, quamuis credat illam, & Pont. Roman. esse verum Christi vicarium, est putè schismaticus. Si autem non solùm intendit scindere vnitatem ecclesiæ, aut vnū caput non recognoscere, sed etiam vltra hoc non credit esse vnam Christianorum ecclesiam catholicam, aut vnam non esse secundum vnum caput in terris Christi vicarium, tūc non tantùm est schismaticus, sed etiam hæreticus contra illum articulum. Et vnam sanctam ecclesiam, vel si nō tenet vnitatem capitis, cōmuniter tenetur quod sit hæreticus.

2 SECVNDO incurritur, quando quis volens perficere propriam volūtatem, causat scissionem ecclesię, quando uis hoc non intendat, sicut qui cōgregat concilium contēpto capite, quasi credēs ecclesiam catholicam in ipso esse, ab ecclesia se separat, vt quando sunt plures Papę, & vnus qui se non esse vtrè electum, & tamē se pro Papa gerit, & consequenter schisma in ecclesia facit, & est excommunicatus. suprà. Excommunicatio 93. non tamen est hæreticus. Si verò plures contendunt de Papatu, & quilibet credit vnitatem ecclesiæ, & illam apud se esse, nec impugnant Rom. Ecclesiam, sed ignorant quis sit verus Papa ignorantia facti, & non possunt ita de facili certificari, parati tamen sequi verum Papam, quando fuerit declaratum: tales non sunt schismatici, nec mortaliter peccant, neq; adhærentes. Secùs quando constat vnum canonicè electum, alium verò non, tunc ipse cum sequentibus est excommunicatus. de elect. c. licèt. Ignorantia autem iuris non excusaret, nisi esset tale, quod per se, vel per alium sciri non posset. Quid ergo facient alij? Dico, quòd quando est dubium quis sit verus Papa, quilibet reputet se quasi vnum de mēbris ecclesiæ, & habere vnum caput in cæ-

lo, qui est Christus, & vicarios Christi dubios pro dubijs teneat, nulli vt certo adhæreat: quia exponeret se periculo errandi, & temerè ageret, dubio pōtifici inhærere tanq̄ certo. Deinde consulat peritos, & consentiatos, à quibus si firmū habuerit consilium, illud sequatur. Si verò consilium adhuc sit in ambiguo, non se determinet ad hunc, vel illum, donec veritas fuerit manifesta. Consentit Caie. in sum. ibi, & ita tenendum esse arbitror.

3 LICET simpliciter hæresis secund. Thom. suprà. a. 2. sit maius peccatum quàm schisma, tamē aliquādo maius est schisma, vel propter maiorē cōtemptum, vel propter maius periculum.

4 DE pœna schismaticorū conueniēs est secun. Th. supr. ar. vl. quod excommunicentur, sicut voluerunt se à communione membrorū ecclesiæ separare, quādoq; etiam per depositionē puniuntur. d. 23. c. in nomine dñi. &c. 2. de schismati. Recipiētes ordines à schismaticis scienter, vel ex crassa ignorantia, solus Papa dispensat: secun. quod not. Pa. in c. fi. eo. ti. Si verò ex probabili ignorantia, episcopus potest dispensare. ar. c. 1. & 2. de or. ab episc. qui re. non tamen ab eo, qui eum ordinauit, quamuis postea redierit ad vnitatem: vt not. glo. in d. c. fi. Etiam a ijs modis puniuntur. ar. c. quid autem. 23. qu. 7. & c. nec licuit. 17. d.

Pecunialiter etiam puniri possunt. art. 23. q. 7. c. quid ait. Sunt etiam excōmunicati. per. c. licèt. de elect.

SCRVPVLOSVS.

1 SCRVPVLOSVS est, qui scrupulis, hoc est, commotionibus agitatur. Et quidàm dicitur scrupulosus in recognoscendus peccatis præteritis, & in vitandis futuris timoratus, & talis communiter in bonum finem conducitur. Quidam verò scrupulosus est in recognoscendus præteritis peccatis, sed in cauendus futurus negligens est & huic æterna damnatio propinqua est: quia ad maiora facinora paulatim defluit.

2 CAVSA huiusmodi scrupulositatis aliquando est diabolica suggestio, aliquando debilitas cerebri, aliquando melancholica complexio, aliquando debilitas ex nimijs vigilijs & abstinentijs, aliquando societas talium personarum: vt not. Arch. Flo. in 1. part. tit. 3. c. 10. Ex scrupulositate nascitur pusillanimitas: secundum Ber. & perturbatio, ac desperatio, quæ interimit spiritum hominis.

3 REMEDIVM secundum Caie. ibi in summa, cōtra scrupulosos est diuina gratia assistens, & custodiens, quæ proprijs & alienis orationibus, ieiunijs, & eleemosynis à Deo deuotè quærenda est. Remediū aūt humanum est consulere peritos, & bonos, & acquiescere, vitare principia scrupulorum, id est, cogitationes de rebus scrupulosis: quia hæ sunt causæ naturales scrupulorum. Particulare autem remedium est vitare tot reconfessiones peccatorū præteritorum semel bene confessorū, nisi esset quis dubius an sit de eo confessus, vel non.

4 QVANDO autem occurrit alicui scrupulus, vel de peccato confesso, vel aliquo alio, videat per se ipsum si habet tantam cognitionē, vt sciat discernere veram conscientiā ab erronea, & tunc dimittat erroneam: quod si non potest, consulat peritos, & stet quietus ad consilium sapientis: quia nō potest errare, si formet sic conscientiā, & dimittat scrupulum: quòd si non relinquit, tunc vel est superbus, vel stultus, & hoc credo melius remedium: Si est fatuus, non potest peccare sequēs scrupulum, peccat ergo, quia superbus, & non vult alieno cedere consilio. Vide aliquid suprà, Conscientia. §. 1. Aliud optimum remedium est solicitè cauere etiam à venialibus peccatis, quantum potest.

SCVRRILITAS.

SCurilitas, qua quis alios ad risum inhonestè prouocat, gestibus, vel verbis, ex defectu rationis prouenit: ideò peccatum est honestæ vrbanitati oppositum, quod gulæ filia ponitur: vt suprà. Gula. §. 6. & ex suo genere non est mortale, quia nec

contra

contra bonũ Dei,nec proximi. Si quis autem huiusmodi verba diceret, vel gestus faceret ad prouocãdum aliũ ad aliquod mortale,vel seipsum,vel quia sibi placet luxuria, vel vindicta, aut huiusmodi,esset mortale,secus autem quando tantùm placet inhonesta locutio, vt sic lætanter transeant: tunc sunt venialia,periculosa tamen, quia sicut dicit Apostolus, Corrumpũt bonos mores colloquia praua. Tamen apostolus scurrilitatem. Ephe.5. inter mortalia non nominat.

SECRETVM.

[1] SECRETVM quod non est acceptum sub secreto,si credit in nocumentũ alicuius iniustum,non est peccatũ reuelare illud modo debito quãtum fieri potest,sine scandalo, exẽplo Gusi.2.Reg.17. c.ar.in c.ostendit. 23. q.5.Si autem tale secretum sit acceptũ sub sigillo secreti, vel confessionis extra tamen sacramentum confessionis, vel sub iuramento de non reuelando: si sine vrgẽti, & rationabili causa quis reuelet illud, mortaliter peccat, quia contra ius naturale agit,secund. Arch. Flor.secus si facit ex vrgenti,& rationabili causa:vt quia imminet notabile nocumentum corporale,vel spirituale reipubl. vel personæ particulari: quia iuramentum præstitum contra bonos mores,non est obligatorium, neq; in hoc casu seruandus est ordo fraternæ correctionis,secun.Tho.secunda secũdæ.q.89. nisi esset certus de emendatione. Si autem esset secretum dictum in confessione etiam facta cum secula ri tempore necessitatis,etiã quòd non sit verum sacramentum, nullo modo potest reuelari per quodcunq; præceptum, vel ad vitandum quodcunque malum,sicut si esset sacerdos: videtur enim sacramento facere iniuriam.

[2] SI princeps machinatur contra ciui tatem,vel ciuitas cõtra principem iustè, nullus etiam iuratus tenetur hoc reuelare, si autem iniustè, reuelare tenetur,vt impediat iniustum malũ,suprà,Accusatio.§ 6.& 7.Ioan. de Neapo,idem scripsit in quol.

SEDITIO.

SEDITIO,est tumultus ad pugnã vnius partis alicuius multitudinis cõtra aliam partẽ,& opponitur vnitati temporali,sicut schisma spirituali.& quia est contra pacẽ vnitæ multitudinis,vt puta scindens regnum,ciuitatẽ exercitũ,vel huiusmodi, ideò mortale peccatũ est ex suo genere, cũ opponatur iustitiæ,& cõmuni bono,& tãto grauius est,quanto maius est bonũ quod pugnatur. Pars autẽ quæ resistit iustè seditiosis,& non gaudet tali malo,nõ dicitur seditiosa,quia laudabiliter tuetur cõmune bonum. Similiter qui multitudinem à potestate tyrannica ordinatè liberant, nisi ex hoc maius detrimentum multitudini immineat. Vide Tho.secunda secundæ.q. 24.a.2.& Caieta.ibi.ad 2.

SENTENTIA.

SENTENTIA secũdum iuristas.ff. de sent.& re.iu.l.1.extrà,eo.c.2.est iudicialis diffinitio, quæ cõtrouersijs finem imponit pronuntiatione cõpetentis iudicis,condemnationẽ, vel absolutionẽ continens. Ex quo sequitur, q; excommunicatio,siue interdictum, non sint propriè sententia,secund. Ge. in c. animarum.de constit.lib.6.vnde in statutis vbi fit mentio de sententia. non veniret excõmunicatio. Est tamẽ sententia interlocutoria, cùm omnis vox iudicis ad causam faciens, possit dici sententia. Facit gl.2.q.6.§. diffinitiua,& ideò per viã iudicialem feriata die fieri non potest.& secund. Ge. est propriè pœna. Tho.autem prima secundæ.q.96.a.1. dicit quod est applicatiõ iuris ad particulare factum.

[2] EST & sentẽtia interlocutoria,quæ est iudicialis declaratio super aliquo summariè,ius tribuẽs inter partes,quę sine solennitate fertur,& sine solennitate scripturę.eod.tit.libr.6.c.fi.& est semiplena sententia, quæ fertur inter principium causę, & finẽ,& nõ super principali,sed super incidentibus quæstionibus.de appella c.significantibus. Et quodlibet præceptum factum per iudicem,vel eius nuncium,dicitur sententia interlocutoria, secũdum glosl. in authenti.de.hære.& fal.§.illud.

3 DIFFINITIVA sentẽtia est, per quã principalis quæstio diffinitur .c.2.de sent. & re iu. cui per eundem iudicem nõ potest aliquid addi, vel minui mutari, detrahi, aut reuocari postquã lata est.ff. de arbi.l. qualem.in sex casibus potest ordinarius retractare. Primò quando est nulla vel annulanda propter errorem facti. 35.q.9.§.1. Secundò, propter inopiam in multa est retractãda.C.de mo.mul.l.fi. Tertiò, in fructibus,expensis,& alijs, in quibus eadẽ die potest suppleri,& nõ minui. l.Paulus.ff. de sen.& re iudic. Quartò si absens condemnatus veniat, adhuc iudice pro tribunali sedente.extrà.eo. c.Bartoldus. Quintò,propter vtilitatẽ publicam.ff.de decre.ab or.fal.l.quod semel.Sextò,vbi est periculum animę, & de errore fidei. c. inter cæteras. de sent. & re iud.de consue.c.fi.Princeps verò semper quando voluerit potest mutare,& c.c.ex literis. de resti. in integ.suprà.Iudex.§.16.

4 SENTENTIA diffinitiua,si est lata contra ordinem substantialem iudiciorũ,vt est citatio,inducię si petantur.litis cõtestatio,& testiũ receptio, nulla est ipso iure.c.vxor.17.q.4.contra verò ordinẽ,qui nõ est de substantia,tenet.c. biduũ. 2.q.6.Secus de sententia interlocutoria,quia tenet,quanquam aliter faciens,peccet.

5 SENTENTIA diffinitiua debet dari sedendo,aliàs est nulla.c.& si sententia.§.fi.eo.tit.libr.6.Secundò partibus præsentibus,vel cõtumacibus. Tertiò, recitari in scriptis ab eo, qui fert,nisi sit Episcopus,vel persona illustris.eo. titul.c.& si sententia. Quartò, in loco publico,& honesto.§. spatium.3.q.3. Quintò,de die,& non in tenebris,nec diebus feriatis maximè solennibus. Multa alia forent dicenda, sed relinquo:quia magis ad forũ contẽtiosum pertinent. De peccatis quæ cõmittunt iudices,suprà,Iudex,§.2.& per totum. Aduertens sententiam declaratiuam pro eo datam fuisset iniustam secũd. Pan.in c.1.de concess.præb. tenetur in conscientia restituere totum quicquid habuit.

SEPVLTVRA.

1 SEPVLTVRA, id est, locus deputatus authoritate Episcopi ad sepeliendum aliquẽ, siue quis sit ibi sepultus,siue nõ,dicitur locus religiosus,secus si nõ authoritate episcopi.licèt sit ibi aliquis sepultus,secundũ canones: vt no.Inn.in c. abolendæ. de sepul.Facit c.ad hæc.de reli.do. licèt secũdum leges dicatur religiosus. Locus deputandus sepulturę potest vendi,& quomodo.infrà,Simonia,§.2.& 34.

2 AN ciues statuentes quicquã circa sepulturas,& funeralia,sint excommunicati,suprà.Excommunicatio.31.Exequię,per totum.Funeralia.per totum.

3 IVS sepulturæ generaliter competit ecclesijs parochialibus, & etiam illis, quibus à iure, vel priuilegio concessum est,non autem alijs,secund.Inno. & secundũ eundem.in c.abolendæ.de sepul.debet esse apud ecclesiam consecratam. Not.q, monachi habẽtes liberam sepulturam à sede apostolica,si pacisciuntur de non recipiendis aliquibus,vel certis parochianis, compellũtur pactum seruare,nec poterunt illos sepelire,licèt elegerint apud eos sepeliri,cùm per pactum priuilegio renunciauerint: & hoc per eãdem rationem videtur tenere in alijs religiosis.

4 SI quis se obligat,vel iurat nõ mutare electam sepulturã in aliquo loco, vel eligere,non valet.c.plerique de sepul.& in 6.ca.1.eo.Habentes ex priuilegio Papæ liberam sepulturam,& ius funerandi, vt habent fratres prædicatores per cle.dudum.de sepul.possunt alienam intrare parochiam, ac per se facere consueta alia & accipere funus,etiam obstante cõtradictione curati,vel episcopi,vel statuto, quòd in ttãtes alienam parochiam sint excommunicati, neque tenentur funus recipere de manibus curati, & no. Oldra. concilio 23.& Ge.in c.animarum.de consti.li.6.& Car.in d.cle. dudũ.quia cui conceditur principale, conceditur & accessorium. Hodie est mare magnum Sixti IIII.

5 IN concilio tamen Lateranẽ.sessione vndecima, dicitur, quòd fratres non possunt

possunt intrare parochiã cũ cruce ad leuãdum mortuum, nisi prius auisent parochialem curatum. Secus si aliter habet cõsuetudo approbata, & obseruata, & quod decedentes cum habitu possunt eligere sepulturam.

6 OMNIS fidelis, qui est in legitima ætate, id est, pubes, quãuis sit in potestate patris, potest sibi eligere sepulturam, etiam sine consensu patris. in 6. c. licèt. de sepul. Secus de impuberibus & amentibus, & his, qui non sunt in suo sensu. & religiosis professis, nisi quando extra monasterium moriuntur, ad quod commodè non possunt deferri. in 6. de sepul. c. religiosi. & ratio est, quia non habent neque velle, neque nolle. Prælati autem, & Abbates, secundum Rosel. possunt, quia in eis non currit talis ratio. Intellige tamen secund. Sil. de illis prælatis, qui superiorem nõ habẽt in tali ordine, nisi Episcopum, vel Papam, vt esset magister ordinis prædicatorum. vel generalis minorum, & huiusmodi. Nouitij autem possunt eligere, quia nondũ sunt obligati. Si tamen non eligant, de consuetudine sepeliuntur in monasterio. Et famuli in ordine prædicatorum si aliter non eligunt sepulturam, in ecclesiis eorum sepeliuntur, ex priuilegio Gre. 11.

7 SERVI impuberes, nõ possunt eligere, sed dominus pro eis eliget. secus si sunt puberes, & sanæ mentis. Ita no. Io. in c. de vxore. eo. tit. Sunt enim sui iuris quo ad hoc.

8 PATER pro filio impubere potest eligere sepulturam, vbi est consuetudo. in d. ca. licèt. & Ge. idem credit ibi dẽ de matre, sicut de patre. Quòd si cõsuetudo sit in contrariũ, sepeliẽtur filij in sepulchro maiorũ, vel in ecclesia parochiali secun. consuetudinẽ, & intellige de legitimis, nõ pro spurijs vel naturalibus tãtùm: quia isti nõ veniunt nõe filiorum. in cle. 1. de bap. sed pro adoptiuis, & arrogatis bene potest: pro adultero vero seu pubere non potest, quia d. c. licèt. solum pro impubere electionem sepulturæ cõcedit, ideò ad alios intendi non potest.

9 AVVS pro nepote impubere non potest eligere: quia appellatione filiorum non veniunt nepotes in materia odiosa, multo minus frater, vel alius collateralis, potest pro alio eligere, sed isti sepelientur apud maiores suos, sicut & alij, si non eligunt sepulturam, secundum quod lex, vel consuetudo habet.

10 FILII illegitimi naturales tantũ, sepelientur cum patre, nisi pater fuisset in dignitate. l. ex facto. ff. ad Trebel. si sunt spurij, non: quia nec filij sunt nominandi, authen. ex cõplexu. C. de ince. & inuti. nup. nec etiam si à principe legitimentur, nisi hoc faciat patre viuente, & petente: sed tales in sepulchro matris sepelienter. ff. ad munic. l. eius. nisi sit fœmina illustris. Adoptiui verò, & arrogati, si moriuntur viuente patre adoptante, vel arrogante, in eius sepulchro sepelientur, secus si mortuo, quia tunc cum patre naturali: quod notatur in c. vnico. de cogna. legali.

11 MORIENTES non electa sepultura, non sepelientur in parochia, sed in sepulchro maiorum suorũ. in ca. 1. de sepul. in. 6. & in isto casu, maiores dicũtur pater & auus. in c. Ebron. 13. q. 2. iuncto. c. 1. eo. tit. Et licèt auus, & proauus essent alibi, non sepelientur cum eis, sed vbi pater & auus. Sed si pater in vno, auus & alij maiores in alio, nõ sepelietur cum patre, sed cum alijs maioribus, secun. Ioã. And. in ca. fraternitatis. de sepultu. licèt quidam contrarium teneant: hoc tamẽ verius. Si autẽ nõ apparet vbi sit sepulchrum maiorum, sepelietur vbi accipit ecclesiastica sacramenta, & audit diuina, in dicto capit. primo. Si verò in vna diuina audit, in alia recipit sacramẽta, vel est duarum ecclesiarum parochianus, tunc locus est præuentioni. sed obuentiones quartæ diuidentur. Si autẽ non est præuentio, sed contendunt, diœcesanus concordabit. Vide capitul. cùm quis. in 6. de sepul.

12 PEREGRINI, & aduenæ, sepelientur in parochia, in qua moriũtur quando non scitur sepulchrum maiorum:

rum: vel si scitur, & commodè nō possunt illuc deferri, secundum Innocen. & Hostien. in capi. 1. eod. tit. debent in ecclesia cathedrali sepeliri, vel in vtraque habent ius funerandi secundum alios. verius tamen est, quod sit locus præuentioni. Idem dicendum de dānatis ad mortem, quando sepeliri permittuntur: tamen in huiusmodi magnis standum esset consuetudini, si ex tat: vt dicit Sil. vers. sepultura. q. 8. circa finem.

13 VXOR si iam à viro est traducta domū viri, sepelietur in sepulchro mariti: iam enim eius domicilium consecuta est. Idem si est cognita ab eo: quia facta est vna caro cum ipso, aliàs non. in d. c. Ebron. Si autem esset propter adulterium separata, non sepelietur cum eo: quia non est amplius de domo viri, nisi reconciliata postmodū fuerit. Si verò mortuo marito de domo eius recessit: secundū veriorē opinionem, cū viro sepelietur: secundum Archi. & Ioan. in c. is qui. §. mulier. eod. tit. li. 6. cū viro scilicet vltimo. Licèt enim se ad aliud domicilium trāstulerit, retinet tamē domicilium mariti: ideò vbi maritus actualiter, & legitimè est sepultus, sepelietur, si commodè potest illuc deferri. in capi. religiosi. de sepul. Secus si non legitimè fuit sepultus: vt quia excommunicatus, vel interdictus erat, tunc ibi non sepelietur cum eo.

14 SI vxor ante maritū moriatur, dubium est vbi debeat sepeliri, an scilicet in sepulchro maiorum viri, an vxoris. sed standum est cōsuetudini: secundū Pan. in d. ca. de vxore. eo. tit. in. 6. quæ cessante, potest dici quod debet sepeliri in sepulchro quod maritus pro se præparauit: quia ex intentione animi habet maritus sepulchrum particulare, sed vult in sepulchro suorū maiorum sepeliri, ibi & vxor sepelietur, q; si voluntas viri nescitur, vt quia est absens, sepelietur in sepulchro maiorum ipsius vxoris, nō autem sic de viro dicendum est, quod debeat sequi vxorē si ipsa electa sibi sepultura præmoriatur, & post maritus non electa moriatur: secundum Panor. in d. capitul. de vxore. quia indecens videtur quod vir mulieris dispositionem sequatur, & hoc verius dicitur, licèt Panor. videatur in hoc dubitare.

15 SI ecclesia in qua debet quis sepeliri sit interdicta, vel cœmiterū sepelietur in parochia sua, quæ si ipsa sit interdicta, sepelietur in ecclesia cathedrali, & si adhuc hęc est interdicta, in proximiori monasterio, vel vbi debet soluere decimas sepelietur. secundum Archi. in capit. 1. eod. tit. & Ioan. Andræ. in nouella. ibidem.

16 MVLTI ecclesiastica sepultura priuantur: Primò, excommunicati maiori excōmunicatione. in cle. 1. de sepul. etiam quod sit iniusta, vt not. in c. litteras. de restit. spo. non autē prominori excōmunicatione, etiam q; sit notoria: secund. Inno. in cap. sacris. de sepul.

17 SECVNDO, manifesti vsurarij in d. cle. 1. Tertiò, qui in torneamētis moriūtur. c. 1. eod. tit. non aūt de curentibus ad brauiū: quia deficit ratio. d. c. primi, suprà. duellum. in. §. 6.

18 QVARTO, raptores manifesti morientes sine contritione & restitutione. capitu. 2. de rap. qui tamen si conterantur, & non restituant ex impotētia, licèt eis concedatur sepultura, non tamen possunt esse clerici præsentes secundum communiorem opinionē: secundum etiam Panor. in capi. super eo. de rap. secus si eos pœniteat, & restituant. suprà, Rapina. §. 3. Quintò, blasphematores Dei, & sanctorū, pœnitentiam sibi iniūctam contemnentes. c. 1. de male. Sextò, non communicantes, & non confitentes semel in anno. cap. omnes. de pœn. & rem. nisi in morte contritionis signa ostenderint: & oporter, quod sit notorium, quod non sint confessi. Septimò, morientes in mortali notoriè. ca. cum graui. 13. q. 2. Octauò, nominatim interdicti. in die. clem. 1. contra tales sepelientes est lata excommunicatio, suprà, Excommunicatio. 44. Nonò, hi quibus interdictus est ingressus ecclesiç. c. is. qui. in 6. de sent. excom. Decimò, qui sacerdotem tutorē filiis suis relinquit. 88. c. deni-

denique.contrarium tamen tenet glo. Vndecimò,Iudæi.pagani, & hæretici cum eorum fautoribus. c. sanè.24.q. 2.de con.d.1.c.ecclesiam.Duodecimò corpora exenterata, vel cõcisa,de quibus suprà,Excommunicatio.58. Omnes se ex desperatione occidentes.quia in mortali manifestè moriuntur. Secus si ex furore,vel insania, vel instinctu spiritus sancti, vt Sampson,se occidunt, vel quãdo ostenderét ante mortem signa cõtritiones, Monachus etiã moriens proprietarius.c.super quodã. de sta.mo. supradicti receptis morientibus in torneamẽtis si ostendunt aliquod signum contritiones , ad quod probãdum sufficit vnus testis.possunt in sacro humari , nec valet opposita cõsuetudo.ca.fures de furtis.& quòd vnus testis sufficiat,est c.qui recedũt. 26.q.6. quia testimoniũ illius in præiudicium tertij non est. Sicut ad probationem consecrationis alicuius ecclesiæ,vel quòd aliquis sit baptizatus. cap.paruulus.de conse.d.4.

19 SI de facto talium corpora sint in sacro sepulta,& possunt ab alijs discerni, exhumanda sunt,aliàs non. c. sacris.eod.titu.reconciliandusque locus est.c.consuluisti.de consec. eccles. vel alt.Si fratres exempti de facto sepelierint huiusmodi corpora, quæ de iure non possunt sepeliri in sacro, Episcopus loci non potest hæc corpora facere exhumari, vt credit Panor.in c.sacris.eod.titul.quia perinde est ac si nõ esset in diœcesi sua.posset tamen antequàm sepeliantur,obuiare,ne corpora ducantur ad sepulchrum, dum non sunt in loco exempto.

20 QVI se ad villam transfert causâ colendorum agrorum, vel solatij. & ibi moritur, & nõ elegit alicubi sepulturam,non sepelietur in villa , in qua non habet domicilium ,sed vel in sua parochia , vel potius apud maiores suos,sine periculo possit,& commodè illuc deferri.in d.c.is qui. eo lib.6.secundum quod supra dictum est.

21 MORTVA matre si puer extrahatur, & mortuus nõ debet cũ matre sepeliri,sed extra cœmiterium : quia nõ est baptizatus:secus si non extractus, sed in vẽtre mortuus:quia est pars vẽtris.c.si qua.de conse.d.4. si verò esset viuus , mater deberet scindi , & puer trahi,& baptizari: non tamẽ matre viuẽte adhuc potest fieri scissio sine mortali,quando per talem scissionem esset periculum de morte matris : Etiã pro salute animæ pueri,propter quã mortale fieri non licet.

22 SEPELIENTES mortuos in casu non concesso , tenentur restituere corpus si petatur,& omnia quæ occasione eius receperunt.capi. fraternitatis.de sepultu. Similiter rapiens funus eius,qui sepulchrum alibi elegerat in cap.fraternitatem,&c.ex part.eod.tit. & vltra hoc secundum Oldr.224.cõcil.perditius petenti quartam. Pet de pe.quantum ad quartam,contrarium tenet:primum tamẽ est verius,si quid tale fiat à Prælato:quia solus prælatus potest præiudicare ecclesiæ in acquirendo. 16. q. 6. §. final. concor. Sil. ibi q.11. Et qui dicit, cadauer sibi deberi,probare debet: secundum Pan. in c.ex parte.eod.titu.

23 SEPVLTVRA non potest impediri prætextu cuiuscunque debiti , vel obligationis. l.cũ sit iniustũ C. de. sepul.viol.nec debet inferri molestia infra spatium decẽ ab obitu.C.eod.& l. eadem.Et spoliantes mortuos, quo ad illa quæ ex intentione tumulantiũ remanserunt, grauissimè puniuntur. C. de sepul.viol.lib.3.offenduntur enim amici ipsius defuncti. quòd non licet.

24 QVI habet capellam sibi confessam à religioso, seu prælatis,in qua fecit sepulchrum pro se , & suis de domo:eo inuito , vel suis inuitis,priuari nõ potest,nec alij ibi in eius sepulchro sepeliri. Talis enim capella reputatur tanquam hospitium.in c.Ebron.13.q. 1.& de iure est,quòd dominus nõ potest habitare in fundo in quo quis habet vsumfructum.ff.de vsu.& habita. lega.l.si hæres.§.fi.Si autem omnes de tali domo essent extincti , posset alijs concedi : quia mortuo vsufructuario vsus reddit ad proprietarium liberè. l. pen. C. de vsufru . Nota tamen quòd

propter

propter ius aliquod, quod quis habet in ecclesia, non potest eam magno beneficio priuate.cap.accessissent.de constitu.Abb.in gloss.2. circa fin.

25 MANDANS corpus suum nō sepeliri,sed iactari canibus, vel in flumine,exaudiri non debet. 21. distinct.§. nunc autem.in gloss.notabil.

26 LEPROSI secundum Pan.in d.c. sacris.cum alijs sepeliri non debent.illis enim permittitur habere ecclesiam cum cœmiterio, quòd non permittetur,si cùm alijs sepeliri possent, in iniuriam ecclesiæ parochialis,licèt Pe.de Anc.& Sil. teneant oppositum : quia ratio prohibitionis cessat in morte leprosorum: prima tamen opinio videtur melior, licèt etiam secunda boins innitatur fundamentis. Tab.cum Panor.tenet ibi.circa finem.

27 PRO defuncti sepultura, quando defunctus est alius ab vxore, hæredes facient expensas.l.si quis. ff. de re. & sum.fu.Si est vxor habens dotē,& alia bona,quæ remanserunt apud maritū, ipse maritus faciet. Si verò tātùm dos remanet viro , & alia bona alijs,quilibet pro rata faciet expensas,scilicet vir, & alij. Si verò etiā dotem restituit facient hæredes vxoris.l.Celsus.ff.de re. & sum. fun. Si verò nec dotē,nec alia bona habuit,vir faciat.ff.de re.& sum fun.lib.1.Pater respectu filij, & dominus respectu serui faciēt.l. si qui.ff.co. titu.Vide Sil.ver.sepultura q.14.

SERVVS.

1 SERVVS non potest ordinari , nisi prius manu mittatur.c.1 2.& 3.d. 54.& huius ratio est vtilitas,atq; clericalis dignitas.c.admittūtur. d.54. Et infra annum à scientia domini sui potest reuocari:secūdum Rayn. & postquam reuocatus fuerit,non potest dominus inijcere manus in eum sine excommunicatione:secūdum Inno. nec licebit tali seruo si fuerit in factis contrahere matrimonium, alijs autē priuilegijs clericalibus non gaudebit. ca. Ioan.de cler.coniug. Quòd si domino sciente, & nō contradicēte ordinetur, eo ipso fit liber ad quoscunq; ordines & promotus. c. si seruus sciente. 54. dist.& secundum Goff.& Inn.Si autē domino nescīente, & præsentante, & ordinante, redigetur in pristinam seruitutem quò ad minores.ca.nulli.45. d.Si verò ad sacros,tunc dabit vicarū, vel pretium. Aliter reuocabitur in seruitutem: in minoribus autem absolutē reuocabitur.c.nulli.d.54.

2 QVOMODO seruus potest cōmittere,suprà,Matrimonium.in.2.impedimento.§.6.

3 TEMPORE persecutionis , licet Christiano subire seruitutem infidelium, cum pacto nō deferendi ritum Christianorum:secundum Inno.nisi cùm pridem.de renunt. Quomodo partus sequatur ventrem liberum vel seruum:vide Sil. ver.seruus.q.4.

SIMONIA.

1 SIMONIA, secundum Thom.secunda secundæ.q.100.a.1. est studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquod spirituale, vel spirituali annexum. Oportet ergo ad hoc quòd sit peccatum mortale, quòd sit voluntas studiosa, id est, deliberata.sola enim deliberatione potest cōmitti, etiā actu exteriori non secuto , non tamen ab ecclesiæ iudicio punitur , quæ de occultis non iudicat. Item nomine emptionis, vel venditionis , intelligitur omnis contractus non gratuitus , vt transactionis,renuntiationis,& huiusmodi. Itē spirituale dicitur triplicīter, vel essentialiter, vt dona gratuita, & virtutes.Secundò,causaliter, vt sacramenta.Tertiò, effectualiter, vt prædicare,orare, & huiusmodi. Annexum autem spirituali dicitur,vel dependens ex spiritualibus , vt habere beneficiū, vel ad spirituale ordinatū,vt ius patronatus,q; ordinatur ad præsentandum clericos ad beneficia, & vasa sacra,vel vestes benedictæ, quæ ordinantur ad vsum sacramentorū.Itē nomine pecuniæ continetur omne quod pecunia æstimari potest,vt munera, preces,laudatio,& huiusmodi.Sint ergo hę regulæ.

2 PRIMA regula, Res purè spiritualis,nullo modo potest emi, vel vendi. Secunda,Res cōposita ex spirituali,& corporali,non potest emi , vel vendi, ex pacto

ex parte illa quæ est spiritualis, etiam quod spiritualitas ibi sit minima. Tertia, Si aliqua res composita ex spirituali, & corporali est, potest vēdi, vel emi, ex ea parte qua corporalis est, nō tamē pluris pretij, ex eo, quòd spiritualitatē habet annexā: vt calix cōsecratus non potest plus vendi, quā si non esset consecratus, & huiusmodi, alioqui simonia incurritur. Quarta, Nulla res composita ex spirituali & corporali, sicut in ea principale spirituale potest absolutè emi, vel vēdi, aliter intelligitur vēdi spirituale, quod principale est: ideò non licet sacerdoti vēdere missam, nec prædicatori pacisci de pretio prędicationis, & huiusmodi. Secus quando principale in ea est corporale, tunc potest absolutè vendi, & emi, nisi iure positiuo prohibeatur, tunc enim propter iuris prohibitionē esset simonia. Quinta est. Stipendium sustentationis exercentium spiritualia, licèt velle, & accipere, & in articulo necessitatis de eo pacisci liceret, sed quia prohibētur huiusmodi pactiones, ideò non sunt faciendæ. Debēt ergo prius ista spiritualia gratis populo exhiberi, & postmodum ad seruādas cōsuetudines bonas, pro sustentatione ministrorū authoritate superioris cogi, siue pro missis, siue pro officijs, siue pro consecratione ecclesiarum, aut benedictione virginū, & huiusmodi. Sexta est, Quanuis locare operas in exercitationibus quæ principaliter sunt spirituales, vt dicere missas, & huiusmodi per se non liceat, potest tamen licere per accidens, id est, propter aliquod adiunctum, vt quia non locat operas ad celebrandum, sed locat libertatē suā, quia dum obligat se ad hoc faciendum, aliud facere non potest, & sic potest locare, & ita habet cōsuetudo ecclesiæ. Multi enim sacerdotes locant operas suas ad officiandū per mensem, vel annum, & huiusmodi, vt videmus.

3 Septima regula. Locare operas in his, quæ principaliter sunt corporalia, vt est officium sacristę, & huiusmodi, non habet scrupulum, quia possunt fieri pacta de certo stipendio, & hæc intellige ex parte operarij, qui potest locare operas suas, & ille cuius est dare officium, & conducere sub pretio. Prælatus tamen non potest huiusmodi officia sub certo pretio locare prohibitum est enim ne prælati committant vices suas sub annuo censu. c. 2. ne præ. sub. an. cen. con. vic. supra, Locatio. §. 6. ex doctrina Caieta. in summa. ibi, in verb. simonia.

4 Scivndvm quod tria requirūtur ad extrinsecam emptionē, vel venditionem, in qua cōsistit simonia. Primum est intētio, vt quis intēdat emere, vel vendere. Secundū est conuētio de pretio explicita, vel implicita inter contrahentes, alioquin si nō conuenirent partes, non sequeretur venditio, nec emptio. Tertium est executio, dādo pretiū, & accipiendo. Nō enim est cōsummata emptio nisi detur pretiū, nec venditio, nisi detur res quæ venditur. Ideò ad simoniam, quę ab ecclesia punitur, exigitur ex parte venditoris venditio consummata rei spiritualis, ex parte emptoris conuentio explicita, vel implicita, de pretio, & traditione precij. Et nota quod traditio pretij, est plusquàm conuentio: ideò quanuis non fiat alia conuentio explicita, & tradatur pretium, est conuentio ibi implicita. Et si tradatur pretium, & sit conuentio, & non sequatur datio rei spiritualis, vel si detur res spiritualis cum pacto, & nō detur pretiū, non est simonia, quæ punitur ab ecclesia: quia pœnæ sunt restringendę ad actus consummatos. Not. etiā quod si detur pretium nō sub ratione pretij, sed vel pro sustentatione, vel secundum consuetudinem, vel ex reuerentia, vel pro oblatione, vel alio quouis modo, non facit conuentionem implicitam, nec simoniam. sed quæ dantur ratione pretij, vt munus à manu, à lingua, vt laus, adulatio, preces, & huiusmodi ab obsequio, siue sit honestū, siue turpe obsequium, efficiunt. Quod si obsequia huiusmodi fierent, etiam q̄ essent inhonesta, non tamen per mediū pretij fiant, sed propter aliud, nō constituunt simoniam, ex doctrina Caiet.

in sum-

in ſumma,ibi.ver.ſimonia.

5 Est etiam ſimonia mentalis, quæ à Deo tantum punitur, vt quãdo quis intendit pro ſpiritualibus temporalia habere,vel pro temporalibus ſpiritualia,ita quod ly pro,dicat pretium,vel rationem pretij. Si autem non intendit hoc pro pretio dare, vel accipere, ſed tanquam eleemoſinam, vel donum,vel aliter, non eſt ſimonia mentalis. Et hoc quandoque eſt ſolùm in mente ſine actu exteriori,vt quia vellet emere rem ſpiritualem,ſed non habet pretium,vel non occurrit qui vẽdat,vel huiuſmodi, aliquando fit cũ actu exteriori,vt quãdo quis dat munus pro ſpirituali, intendens propter hoc habere rem ſpiritualẽ,ſed hæc intentio non apparet. Quandoq; aliqui conueniunt paciſcendo,& non completur ſimonia exterior: quia actualiter nõ datur res ſpiritualis,vel pretiũ, vel propter pœnitentiam ſequentem, vel impedimentum, vel aliud.hæc ſimonia inter mortales collocatur,licèt actus ſit interior,ſed quia non punitur ab eccleſia, & eſt mortale peccatum,ſiue ſit mẽtalis,ſiue actualis exterior,& grauius cæteris peccatis, quæ committuntur circa contractus, quia homo ſe habet irreuerenter ad res ſacras.Ex Caiet.vbi ſupr.

6 Papa licèt poſſit incurrere peccatum ſimoniæ emendo, vel videndo res ſpirituales,quia hoc eſt contra ius diuinum, non tamen poteſt committere ſimoniam, quæ punitur ab eccleſia, ſicut non poteſt effici excommunicatus, cum ſit ſupra ius poſitiuum. Similiter qui emit à Papa ordinem, vel beneficium, pœnam iuris non incurrit,licèt ſimoniam committat, ſecundum Pet.de Pal.in 4.ſenten. ideò qui habuit beneficium de ſcientia Papæ cũ ſimonia,licèt mortaliter peccauerit,non tamen tenetur reſignare,ſed ſufficit quod pœniteat de peccato,ſecundũ eundẽ Pe. Quæ autẽ ſunt ſimoniaca tantùm,quia prohibita ab eccleſia,ſi Papa facit,vel aliquis eum eo,vel de eius ſcientia tractat,neq; peccat,neque ſimoniã incurrit:quia ex ſe peccata nõ ſunt,& in hoc caſu videlicet Papa diſpenſare,cùm contrà eius voluntatem non fiat,nec reclamet.

7 Si aliquis amicus accipiẽtis beneficium,dat aliquid miniſtrantis cõſiliario,ipſo miniſtrante rem ſpiritualẽ,& accipiente ignorantibus, miniſtrãs & accipiens non ſunt ſimoniaci,ſed amicus,& conſiliarius.1.q.1.c.ſtatuimus. ſecus ſi ſciunt, & non contradicunt, quia dicuntur voluntatem interponere,& quantumcunq; ſic occultũ,ſimonia eſt,& tenetur renũtiare,ſed ſi amicus meus dat pecuniã vt ego promouear,me etiam inſcio,licèt non ſim ſimoniacus, tamẽ renuntiare teneor.c. de ſimoniacis.eod.titul.quia ſimoniacẽ ſum promot9.concor. Bern.Hoſt. & Richar,4.ſent.

8 Si quis obtinuerit ordinem,vel beneficiũ,alio dante pecuniã nõ ordinatori,non eſt ſimonia,etiã ſi ſine pecunia nõ erat obtẽturus: ſecundũ Inno. in c.tanta.80.art.1.q.6.§.fin.Si autem ipſe ordinatus pecuniam dedit,etiã ſi ſine pecunia obtẽturus erat ordinem, ſimonia eſt.arg.1.q.3.§.ſi.q.6.c.1.

9 Intendens obtinere aliquod ſpirituale, ſi dat aliquid miniſtro vt ingreſſum habeat tantũ,non eſt ſimoniacus, ſed ſi dat vt pro eo loquatur, perſuadendo,rogando, vt conſulẽdo; ſimoniam incurrit, ſi pro re ſpirituali facit.1.q.1.c.quicunque.nec dictã pecuniam mediator poteſt retinere, ſecundum Ar.Flo.ſed reſtituere tenetur nõ ei qui malè dedit, ſed illi in cuius iniuriam data eſt.

10 Qui laudat, vel preces porrigit pro aliquo prẽlato, vt propter hoc inclinetur ad dandum aliquod ſpirituale ſibi,vel alteri ſimoniam committit. dat enim hoc tanquàm pretiũ rei ſpiritualis,quæ non poteſt emi,neq; vendi,iuxta primam regulã ſuprà dictã.

11 Qui preces porrectas p indigno audit,& propter hoc dat beneficiũ,factum ſimoniacum cõmittit,quia preces nomine pretij computantur,vt ſuprà dictum eſt:ſecus ſi porrigãtur pro digno,quia ſubeſt cauſa debita. Poſſet tamen eſſe ſimonia,ſi non ad dignita-

tem,

tem,sed ad preces respiceretur. An autem rogare pro se, vt habeat quis beneficium,vel rem spiritualem, sit licitum,suprà,Beneficium,§.39.

12 QVANDO fiunt preces armatæ, vt quando rogatur pro aliquo potente,& adiunguntur minç,committitur simonia, si propter hoc res spiritualis (vt beneficium)detur.

13 ROGANS pro aliquo etiam digno intendens se obligare in aliquo collatori beneficij, vel se exonerare de aliqua obligatione,quã habet ad petentẽ beneficium, cõmittit simoniam, quia & obligatio talis,& exoneratio, tenet locum pretij. Idem dic de precibus carnalibus, quando quis rogat pro cõsanguineo,vel amico tuo, intendens tantùm amicitiam,& non dignitatẽ personæ, & propter hoc collator dat beneficium,simonia est. Videntur enim hæc succedere loco pretij. 1.quæstio 1. canon.ordinationes. Pro alijs autem sacramẽtis,& rebus spiritualibus, alijs à beneficijs,vel ordine,non videtur sic prohibitum,excepto religioso, qui nõ habet velle,nec nolle.ca. non dicatur. 12.q.1. Quando antem nõ constat de intentione, an scilicet quis intendat se per preces exonerare ab aliqua obligatione,vel se alteri obligare, vel an tantùm propter amicitiam faciat, recurrendum est ad indicia exteriora, quia si consanguineus erat pro quo rogabat,intelligitur quòd preces sint iniustæ,& propter parentelam, vel si amicus propter amicitiam, nisi constet de dignitate personæ,& hæc quò ad forũ contentiosum,quia in foro animę stãdum est verbis confitentis, & eius intentioni, & præsumptioni. Et nota, quòd laus nisi sit ex intentione ad caudandum fauorem humanũ appretiabilem, non facit secundum Deum simoniam,neque preces, nisi porrigens illas intendat se obligare principaliter pro spirituali consequendo,vel se exonerare ex aliqua obligatione, vel seruitio, quo ei tenetur,& hoc principaliter intendat.

14 QVANTVM ad munus ab obsequio. Ad hoc quòd sit simonia,requiritur quod sit seruitium corporale,siue licitum,siue illicitum,& quod fiat pro habẽdo beneficio,vel ordine,aut alio spirituali,& quod fiat principaliter propter illud,& sic simonia committitur, & etiam conferens propter hoc simoniam committit, si est res spiritualis quæ confertur. 1.q.3.c. saluatur. Thom.secunda secundæ. q. 100. a.5.ad.1.& ita foro contentioso iudicatur,& etiam in foro animæ, si principaliter propter hoc fiat. Secus est, quando obsequium est purè spirituale,vt est celebratio missæ,officij, quãdo est beneficio impositum, iudibitãter potest conferri beneficium etiam ex pacto, quod illa promittat tale obsequium spirituale.c.significatum. de præb. Et si alicui beneficio esset annexum,quod habens illud teneatur prędicare,vel legere,potest illud conferri cum pacto,& obligatione,quod legat vel doceat,secundum Host.nec ecclesia reputat hoc simoniacum. Tamen in conscientia si principaliter intenderet tale obsequium pro re spirituali, esset simonia. Similiter recipere aliquem canonicum cum hoc pacto vt doceat,est simonia, secundum eundem Hostien. intelligo quando hoc onus non erat annexum: & non solum dantes,& paciscentes fiunt simoniaci,sed etiam consentientes, & mediatores.de electi.c. per inquisitionẽ. c.2.de confes.

15 SI prælatus facit pactum de dãdo beneficio,& postmodum ductus pœnitentia intentionẽ illam malã reuocauit,vel illo pacto oblitus, confert purè,non est simoniacus,neq; recipiẽs,si eodem modo se habet, secũdum Ric.

16 RECIPIENS seruũ sub annuo salario,donec ei prouideat de beneficio competenti,non est illicitũ,secundum Hosti. etiam quod recepto beneficio expiret salariũ,quod promissum fuerat sub cõditione, & seruitium nõ est causa principalis.sed impulsiua.Secus si perpetuò, vel purè obligasset se seruitio:quia seruitium videretur principalis causa collationis beneficij. Vide Pan.in c.non satis.c.quoniam,&c.

veniens.eod.Dummodò non propter seruitium principaliter, sed propter meritum ad hoc inducatur.

17 REI non spirituali potest apponi conditio, & pactum spirituale, vt qui habet fundum potest alteri dare cùm pacto, vt ibi ædificetur ecclesia, & ibi tot missæ celebrentur, & potest dare aurum, vt ex eo fiat calix, & huiusmodi sine simonia. Pa. tamen in d.c. significatum. docet bonâ cautelâ, vt priùs onus celebrandi applicetur rebus, & postmodum dentur res, quia tunc res transeunt cũ suis oneribus. Similiter potest quis constituere capellam, vel præbendam in aliqua ecclesia, & reseruare, sibi ius patronatus, vel ad tẽpus, vel perpetuò, cum licentia Episcopi. sup. Ius patronatus. §.4. vsque ad 12. prædicta sunt, secundũ c.olim in causam, de restit. spol.c. quanto. de censi. c.ex insinuatione. eod. titul.

18 CONFERENS beneficium, si cũ eo, cui cõfert, facit pactum, vt retineat aliquam partem ex reditibus beneficij, simoniam incurrit, secundum Panor. in c. 1. vt eccle. bene. Episcopus tamen ex iusta causa, & necessaria potest statuere, vt certi temporis redditus beneficij vacantis deputentur ad certum vsum laudabilẽ. Facit c. fi. de ver. signifi. & pro solutione suorũ debitorum nomine ecclesiæ contractorum, non autẽ nomine ptiuato, vt glo. dicit in ca. 1. de solu. S. Tho. secunda secundæ. suprà. a. 4. ad 3. dicit, q; si Episcopus antequã conferat beneficiũ ob aliquam causam ordinet, vt aliquid subtrahatur de fructibus beneficij conferendi, ad expendendum in pios vsus, non est simonia, si verò post collationem requirit aliquid de fructibus sibi exhiberi, idem est ac si munus exigeret, & sic non careret vitio simoniæ. Pa. verò in c. non satis. eo. ponit cautelam dicens. Dummodò non præcedat pactio, vt inducatur quis ad renuntiãdum beneficio. Sed si Papa ex officio suo induceret aliquem vt cardinalẽ ad renuntiandum, & post beneficio imponeret certam pensionem annuatim soluendam illi, qui renuntiauit ex iusta causa, & hoc sine simonia trãsiret, & meliùs esset quã dare illis ecclesias in commenda, quæ, vt videmus, hoc modo destruuntur.

19 PRO missa nunquàm licet aliquid accipere tanquam pretium eius, cum sit res merè spiritualis, sed bene eleemosinaliter, & vt stipendium sustentationis: secundum illud 1. ad Cor. 9. Quis militat suis stipendijs vnquam. Si tamen sacerdos tenetur celebrare. vt quia habet ecclesiam, vel beneficium, est simonia, si aliquid exigat. 1. q. 3. c. vẽdentes. Secus quando non tenetur, & est indigens. Si autem tenetur, vel non indiget: tamẽ recipit, quod offertur, non est simoniacus, dũmodò non exigat. Idem dic de dantibus aliquid pro oratione fienda pro eis, non tanquam pretium orationis, sed vt eos prouocent ad orandum, vel pro eleemosina, non est simonia. Idem dic de prædicantibus, & exercentibus actus spirituales iuxta regulas suprà positas. Qui tamen prædiceret tantùm, vt fauorem, vel gratiã populi, vel aliquod temporale haberet, esset saltem mentaliter simoniacus. Si tamen finis eius principalis non est collecta pecuniæ, tanquam pretium prædicationis, sed salus animarum, vel sustentatio pauperum, vel opus pium: secus est. Tho. suprà. in 4. sent.

20 VADENS ad horas principaliter propter quotidianas distributiones, simoniacus est mentaliter, non autem exterius: quia non deducit in pactum. Secus si non principaliter vadit propter lucrum: sed ad Deum laudandũ, etiam quòd sine distributione nõ iret. Ioan. Andr. de cle. non re. c. vnico. lib. 6. & c. tua nos. de simonia. & Hostil. in c. olim. de verb. signifi.

21 IVDEX vendẽs iustitiam, si est spiritualis iudex, vel à spirituali habeat simoniam committit: secundũ Archi. Floren. Secus si non est spiritualis, licèt grauiter peccet. Idem de teste dicendũ videtur. Vide Tho. secunda secundæ. q. 100. a. 3. & 4. sen. d. 25. q. 3. a. 2. ql. 2.

22 EPISCOPVS cùm consecrat, vel visitat, potest recipere procurationem

non

nõ ratione visitationis,vel laboris,sed quia iure permittitur.de censi.c. cum Apostolus.Et intellige moderatam.Et non recipit ratione sacramenti,nec ratione laboris. c. venerabili. de cens. Tho.4.sent.d.15.q.3.a.2. quoli.2. ad 6.Si tamen ecclesia esset paupercula, suis expensis visitatabit & consecrabit. c.cauendum.10.q.3. At quia hoc iure permissum est, potest in pactum deduci. & in c.olim el.1.de restit spo. & Panor.ibi.& dicit Panor.in ca.1.de eo qui mit.in pos.quòd quãuis spiritualia non possint pretio æstimari, interesse ex eis proueniens,benè potest æstimari,& super eo tanquàm super temporali procedi:vt dicit glos.in c.corã. de offic.de leg.

23 OFFERENS bono suæ ecclesiæ,vt efficiatur canonicus, & ex illis bonis postmodum instituatur sibi præbenda, est simoniacus.Textus est in captua nos.eo.Secus si purè & liberaliter donasset, & pòst humiliter peteret in canonicum admitti, & retinere prædicta in præbendam, consentientibus purè clericis. Tunc enim liceret. Sic enim pro spirituali nullum datur temporale,nec fit pactum.

24 SI statuto cauetur,quòd nouiter si receptus in canonicum,vel monachũ, certum quid soluat, si aliquis recipiatur,& soluat,etiam sine exactione,simonia est:secundum Panorm. in c.dilectus el.2.eod.tit. Quòd limitant aliqui,quando talis solutio cedit in vtilitatem priuatam,vel canonicatum:secus si pro fabrica,vel alijs ad diuinum cultum pertinentibus:secundũ Hosti. ar.de consti.c.cũ omnes.&c.ex parte. quia laudabilis cõsuetudo seruari debet.e.ad Apostolicam.eo.tit.Pa. tamé in c.Iacobus. eo dicit,quod si statutũ imponit tale onus recipiendo, vel recepto,etiam pro his,quæ ad Dei cultũ pertinent,non valet esse sine simonia. Facit d.c. multis. cum alijs. Secus si statutum imponit onus præbendæ in fauorem diuini cultus.in c. significatum.de præben.&c. vnico.vt eccle. benefic.& hæc opinio verior videtur, licèt alia non sit damnanda. Ideo Panorm.videtur sequendus magis.

25 ANTEQVAM acquiratur ius in Episcopatu,præbenda, vel quacunque dignitate,prouisione, aut collatione, est simonia, redimere pecunia aduersarij obstacula.Sic enim per pecuniam parat sibi viam ad rem spiritualem obtinendam:secundum Thom. secunda secundæ.suprà.art.2. Secus autem in re temporali. Sed postquàm est sibi acquisitum ius,& est in possessione,licet dare pecuniam pro redimenda vexatione contra eum,qui iniustè vexat:secundum Tho. vbi suprà,si verò iustè vexatur,non licet.Consentit Panor.in c.dilectus.el.1.eod.tit. Si autem habet ius,sed non est in possessione,non potest dare siue iustè,siue iniustè sit expulsus.Nam ad hoc,quod possit redimere vexationem huiusmodi, requiritur. Primò,q̃ sit acquisitum ius. Secũdò, quòd sic certus de acquisitione.Tertiò quod sit in possessione.Hos modos ponunt Pis.& Ange.&c.cùm pridem.de pact.& ibi Pan.vide c.Matthæus.eod. titul.& ibi Panor.Similiter dic de electo,& non confirmato,qui nõ potest dare pecuniam: vt confirmetur.in d. c.Matthæus.nec contradicenti:vt desistat,à contradictione.

26 SI Episcopus recipiat pecuniam ne aliquem simoniacè confirmet, & propter hoc non confirmat,vel non promouet,simoniacus est Episcopus recipiens,non autem dans:secundum Pa. in c.cùm in ecclesiæ.eod.tit.

27 SI capitulum daret aliquid alicui impedienti ne electio fiat simpliciter, vt desistat à tali impedimẽto, si notoriè constat ius nullum in electione habere,non est simoniacum, sicut si impediret,ne iste vel ille eligeretur:secũdum Rod.sicut nec ille,cuius electionem impediret,dare posset.

28 NON licet litigandi renunciari liti super beneficio,cum pacto habẽdi aliquod temporale, etiã si illud recipiat nomine expensarum: quia renunciare iuri spirituali pro temporali, simonia est.in d.c.pridem,de pact. & quia renunciatio iuris spiritualis debet esse libera, per d.c.ex parte. Iudex tamen

posset prouidere: vt vna pars daret alteri, & cederet liti, ex officio suo, & pro bono pacis pro expensis factis: vt no. gloss. in d. c. ex parte. de offic. delega. suprà, Renunciatio. §. 3. & 4. & 5. suprà. §. 25.

29 SACERDOTI nolenti sine pecunia baptizare, non debet dari vllo modo, sed quilibet tunc potest baptizare. Potest tamen emi elementum, quando aliter nō posset haberi: quòd si baptizandus non potest habere baptismum sine pretio, & est adultus, non debet dare, sed potiùs mori sine baptismo. Sufficit tunc propositum baptizandi: secūdum Thom. 4. senten. d. 5. q. 2. a. 2. Concord. Panor. in c. cùm in ecclesiæ. eod. Pro puero autem baptizando, quando est articulus mortis, & sine pecunia non vult baptizare, quidā dicunt, q̄ potest donari pecunia, non pro pretio, & non sinere mori sine baptismo: sed melius est nō dare, & emere aquam, si aliter nō potest haberi. & per se baptizare, vel per aliū qui sciat, sed si non sit aliquis, qui sciat nisi sacerdos, & vult pecuniā putat, Panor. in d. cùm ecclesiæ. posse dari, non pro pretio, sed dono, ne infans sine baptismo moriatur. & licèt recipiens peccet, non tamen dans in hoc casu, non autem sic in alijs sacramentis, quę possunt differri, & non sunt talis necessitatis: secundum Arch. Flor. & Caiera. secunda secundæ. q. 100. a. 2. ad. 1. Redimit enim infantis vexationem iustam. suprà, Baptismus. §. 56.

30 NON licet infideli dare pecuniam vt veniat ad fidem, quando nō veniret nisi data pecunia: quia baptismus ei parum prodesset: secus quando habet voluntatem veniendi ad fidem, sed timet paupertatem: secundū Panorm. in d. c. cum ecclesiæ. pro alijs autem sacramentis non licet, nisi pro sustentatione ministrorum, vel donatione: vt suprà, neq; pro absolutione, vel licētia confitendi alicui, tanquàm pretium. Idem de interdicto excommunicatione, & huiusmodi, nisi soluatur pro pœna: secundum Tho. secunda secundæ. suprà, a. 2. culpæ præcedentis, pro qua fuit excommunicatus.

31 PRO matrimonio in quantum est in officium naturæ, ratione dotis, licet dare & accipere pecuniam, nō autem vt est sacramentum: secundū Tho. suprà. ad 6. neque pro benedictione nuptiarum, cum prohibeatur in iure. ar. in c. cū in ecclesia. eod. tit. Dicit tamen Archi. Flor. q̄ si sacerdos non vult dare licentiam alteri sacerdoti vt benedicat nuptias, nisi soluat pecuniam tantam, quantam existimat portionē oblationis, quæ sibi conuenit, non committit simoniam: secus si intendit vendere licentiam, vel plus exigat quàm existimet oblationem futuram, præsumitur enim tunc, quòd sit venditio, & consequenter simonia.

32 PRO ordine, si Episcopus, vel ministri aliquid exigant, simoniā cōmittunt. De Episcopo, est c. quàm pio. 1. q. 2. Imò si recipiat pecuniam vt ordinet non simoniacè, simoniā committit: vt suprà. §. 26. & 1. q. c. nullus. Ministri vt Archidiaconus, qui examinat, & ille qui vocat promouēdos. vel qui respondet in scrutinio, vel qui legit Euāgeliū. secun. Gof. si exigant pro tali ministerio pecuniam, sunt simoniaci. Denotatio qui scribit ordinandos, dic secundum cōmuniter Docto. & Panor. in c. 1. eod. tit. quod si est salariatus de publico, nihil potest accipere sine simonia. si non est salariatus, aliquid potest accipere secundum quantitatē laboris, non cōsiderata qualitate ordinum: vt scilicet plus exigat pro sacerdote: quā pro diacono, & plus pro diacono, quā pro acolyto, & huiusmodi. Sic enim patet, quòd nō pro labore, sed pro ordine exigit, tunc est simonia. ar. in c. præclarè. 10. q. 2. supr. Episcopus. §. 21. Idem dic esse simoniā, exigere aliquid pro sigillo, nisi expensas ceræ, & sigillationis, & clericorum ad hoc deputatorum, intellige pro re spirituali, vel ecclesiastica iurisditione. In his tamen satis valet stylus Romanæ curiæ, in qua taxata sunt omnia beneficia, qui si seruetur, vt à Papa ordinatus est, non potest incurri simonia, quæ ab ipso punitur.

33 PROMITTENS nihil petere ab ordinatore, vel præsentatore, vsque ad tot annos, ex quo ordinator tenetur sibi assignare portionē post ordinationē, quæ cōsideratis fructibus tēporale quoddam est, simoniam cōmittit: secundum Pan. in c. per tuas. el. 3. eo tit. quia pro spirituali remittit temporale.

34 VASA sacra, vestes benedictæ, sepultura, capella, ecclesia, & huiusmodi: secundū Tho. 4. sent. d. 25. possunt vendi, non ratione consecrationis, vel benedictionis, vel spiritualitatis, sed materialiter: vt res sunt, videlicet pro auro, vel pro panno, vel pro terra, vel marmore, & huiusmodi, nec ratione spiritualitatis plus debēt vendi, quām materia eorum valeat, sicut si ante cōsecrationem, vel benedictionem venderentur. suprà. §. 2. sic enim nō datur nisi temporale pro temporali.

35 SI clerici nolunt corpus sepelire, nisi fiat pactum, & cautio de redemptione eorum quę veniunt cum funere, est simonia. per c. quæsta. 13. q. 2. Si autem faciunt pactum de redimendo lectum, vel alia tēporalia, dummodò non tegetur sepultura, vel non immisceatur ius sepulturę est licitū, & post sepulturam possunt compelli à clerico facere hæredes, quod promissum est. per d. c. ad Apostolicam. eod. titul. quia hæc sunt temporalia solum.

36 SI in vna ecclesia plura essent cœmiteria, & parochianus plus vellet sepeliendo in vno quām in alio, esset simonia, vel si taxetur pro quanta pecunia quis ponatur in tali cœmiterio: secundum Hosti. Intellige quando hoc cedit in vtilitatem priuatam: secus si pro vtilitate ecclesię: vt pro fabrica, & huiusmodi. Vide cap. audiuimus, & c. sicut, eod. titul.

37 IN permutatione beneficiorum, dignitatum, vel præbendarum, quæ fit pro aliquo terreno commodo vtriusque, vel alterius, est simonia: secūdum Thom. 4. senten. d. 25. q. 3. Secus si pro aliquo spirituali: vt quia potest hic commodius vacare diuinis, quām alibi, dummodò fiat authoritate diœcesani, quomodo autē fiat, & possit addi pecunia. suprà. Beneficium. §. 71. vsq; 76. De simonia in renunciatione. suprà. Renunciatio. §. 2. Beneficium. §. 72. vsque 76.

38 PER nullam cōsuetudinem introduci potest: vt pro tēporali detur spirituale: quia ius naturale. & diuinū præiudicat consuetudini: secundum Tho. secunda secundæ suprà. arti. 2. seruandæ tamen sunt piæ consuetudines: vt detur pro stipendio, vel eleēmosina: vt suprà dictum est: quoniam qui altari seruit, de altari viuere debet.

39 IVS percipiēdi decimas, vel fructus, vel oblationes ecclesię, cū sit quoddā spirituale, vendi non potest sine simonia, quāuis vendi possint fructus, quia corporales sunt: secundū Panor. in c. ne præla. vic. su. Intellige à beneficiato quamdiu ipse viuit, non à prælato, qui habet ius conferēdi. ar. in c. vnic. vt ecclē. bene. §. fi. Dicit etiā Panor. in c. fi. ne præl. vi su. q; obuentiones ecclesiæ laico possunt locari, dūmodò ponat clericum loco sui procolligēdo, ne prę sumptuosè ad altare accedat, vbi fiunt oblationes. ar. in cap. 1. & 2. ne cle. vel mona. & ad modicū tēpus possunt vēdi. c. fi. ne præla. vi su. Not. q; quando locatio fructuum, vel ecclesię est facta vltra tempus locantis nomine ecclesiæ, & vtiliter succesſor tenetur ad illam. de solu. c. 1. Si autē facta est nomine illius cuius est ecclesia, & non intēdebat eam obligare, nō tenetur succesſor, sed si conductor, vel emptor aliquid iam soluit. secundū Host. succesſor tenetur habere ratum, si solutio in ecclesiæ vtilitatem versa est. Et licet rector quandoq; possit ecclesiā vltra tēpus vitæ suæ locare, non tamen canonicus præbendam suam, vt dicit Sil. ver. simonia. q. 14. §. 1. circa finem.

40 QVI villam vendit, & ius patronatus, quod in ea habet, est simoniacus, secundum Pan. in c. querelam. eo. tit. quia copulatiua facit venire copulatum principaliter, & non accesſoriè, non autē si dicat. vēdo villam cū iure patronatus, & sic intelligitur dictum Ioan. Andr. in c. 1. de iure pallij. in 6. In conscientia autem recurrendum

esset ad intentionem vendentis, si intendebat vendere ius patronatus, cuius signum fuit, si plus vendidit propter hoc, est simonia.

41 PATRONVS autem recipiens aliquid quod prætio æstimari possit, pro præsentãdo, est simoniacus, secundum Pa. in c. veniens. el. 1. de restitu. spolia.

42. Si duo conueniant simul cum pacto obligatorio, vt Plato dicat missam pro Socrate, & Socrates dicat missam pro Platone, vel Plato dicat Socrati, baptizame, & obligo me ad baptizandum te, est simonia: secus si cessat in talibus pactio obligatoria. capitul. tua nobis eod. titul. Cessante autem pacto potest spirituale in aliud spirituale commutari, secundum Panor. in c. sculpturæ. de voto, dummodo omnia gratis fiant.

43 DANS pecuniã ne quis ordinetur vel ecclesia non consecretur, est simoniacus. c. nemo. eod. titul. Idem dic de corrumpente iudicẽ, vel testẽ incausa spirituali. in d. ca. tua nos. Pan. ibi, secus in causa tẽporali. Similiter remittere debitũ certũ pro re spirituali, est simonia, secundum Pa. in c. veniẽs. el. 1. de test. Remittere enim idem est q̃ donare, vt in glos. d. ca. veniens. vel est dare quando debitum liquidum est, secundum Pa. ibidem.

44 ACCIPERE aliquid pro inuestura ecclesiarum, simonia est: text. in c. cum tantum. eod. tit. Soluere annatã in curia Romana, seu taxam bullarũ, non est simonia, quia talia non soluũtur pro spiritualibus, sed pro sustentatione curię, & officialium, & hęc sunt ordinata de voluntate Papæ. Secus in curijs Episcoporum, & aliorũ prælatorum habentium vnde viuant, secundũ decentiam sui status, quia tales taxæ sunt simoniacę, vt pro absolutionibꝰ, dispensationibus, & huiusmodi capit. ex multis. 1. q. 3. secus si prædicta accipiunt, quia non habent victus decentiam, quia videntur dari eleemosinaliter pro sustentatione.

45 RECIPIENTES pecuniam, vt electioni, seu promotioni ad aliquam dignitatem, vel prælaturã consentiant, simoniam incurrunt. Pa. in c. de hoc. eo. tit. & tenentur restituere illi ecclesiæ, de qua agebat, vt in d. ca. de hoc. Idem dic si recipiant vt nõ eligãt, vel electioni non consentiant, vel ne electionem impediant, vt suprà dictum est. §. 27. Hæc enim spiritualia sunt.

46 SI canonicus dicat alijs vt complaceant sibi de tali, & postmodũ complacebit illis de alio recipiendo, est simonia per c. quã pio. 1. q. 2. Idem si dicam, non cõsentiam, nisi de alio mihi consentias. Idem si promouẽdus in rectorem alicuius ecclesiæ paciscatur soluere collatori maiorem pensionẽ, secundum Panor. in capit. cum clerici. de pac. Similiter si propria authoritate obliget se ad pensionem, & nõ tenet collatio, secũdum Pa. ibidẽ, quamuis Ioan. And. contrariũ teneat, scilicet quod tenet talis collatio.

47 POTEST clericus paciscì de vigilando aliquẽ defunctum, quia vendit laborem, non autem paciscì de dicendo Psalteriũ, quia esset simonia, secundũ Hosti. quia est res spiritualis. Et si maiori crux non portetur nisi, pro maiori pretio, est signum simonia. c. audiuimus. eo. tit. Similiter cum taxatur pro quanta pecunia quis ponatur in tali sepulchro, in quo sunt plures, secũdum Hosti. suprà. §. 36. vendere emoluméta oblationum presbyter potest: secundum Gul. vt suprà. §. 39.

48 DARE aliquid ex pacto, p aliqua benedictione, vel virginum velamine: secund. Pet. de pal. in 4. sent. & per ca. sicut. el. 3. de simo. est simonia.

49 SANCTITAM simulans, vt promoueatur, non est simoniacus, secundum. Tho. secunda secundę suprà. a. 1. ad 4 quia non dat aliquid, sed magis surripit humanam laudem. Peccat tamen mortaliter ex inordinato appetitu, & debet pœnitere de hoc. c. mãdatum. eo. Secus de eo, qui per adulationem obtinet, secundum Arch. Floren. 2. par. tit. 1. c. 4. §. 4. nõ tamẽ tenetur renuntiare, nisi fecisset pactũ: licet aliqui cõtrarium teneant, quia hoc videtur munus ab obsequio.

50 PRO ingressu monasterij: secundũ Tho.

Thom. secũda secundę .suprà.non licet aliquid exigere , vel recipere quasi pretium.cap.non satis.etiam prætextu consuetudinis,sine simonia.capi.quoniam eo.tit.tamen si monasterium sit tenue,ita quòd nõ sufficiat ad tot personas nutriendas , gratis exhibendus est ingressus , & aliquid accipere pro victu personæ,quæ recipitur,nõ est illicitum,nõ tamen licet aliquid ex pacto recipere pro ingressu.c.quã pio.2. q.1. Vnde secundum Pa.in d.c.non satis.per viam pactionis,vel cõditionis, nil debet exigi,sed per viam protestationis simplicis. Nam quãdo fit aliqua conuentio, qua significatur quòd spirituale datur pro temporali , simoniã ecclesia iudicat,etiam quod desit intẽtio. Quando ergo aliqua persona recipienda est,dicatur illi, Nos libẽter recipimus te,sed si vis venire nobiscum, porta tecum tantũ,vel tantũ, vnde viuere valeas. Et facilius possunt recipi illæ,quæ plus portant . Et quando dicunt quòd nihil debet recipi,etiã prætextu paupertatis,debet intelligi quasi pretium ingressus,qui est res spiritualis, vel ex pacto , quod iudicat ecclesia simoniacum.Caiet. secunda secundæ. suprà,dicit, quod quando taxatus est numerus monialiũ,quę possunt absq; penuria sustentari , ita quòd si plures reciperẽtur,monasterium grauaretur, licitè potest statui , quòd suprà talem numerum nulla recipiatur nisi quę releuamen grauedinis quòd sequeretur afferret,puta, mille aureos , quoniam hoc non est pro ingressu , sed pro sustentatione exigere.

51 POENA omnis simoniaci in recipiendo ordinem est,q; ipso iure est suspensus,secundũ Pa.& Inno.in c.tãta. eo.tit.& quò ad se & quò ad alios,ita q; non potest diuina celebrare,nec alij possunt sibi participare.& non quò ad ordinẽ tãtùm susceptum,sed etiã quò ad alios ordines licitè susceptos,& cõsequẽter est remot9 ab administratione temporaliũ beneficiorum suorũ,secundum gl.in c. reperiũtur.1.q.1.neque cũ eo dispensari potest,nisi per Papam.c.gratia .1.q.1. siue sit occultus, siue manifestus,nec prodest renũtiare beneficio,secundũ Pa. in c.tanta , &c. tuas.el.2.eo.post Inno. Si autem alius dedit pecuniam ipso ignorãte, & pòst non cõsentiente,neq; ratum habente, Episcopus dispẽsabit,secundũ Pa.in c. de simoniacẽ.eo.& est tantùm ab isto ordine sic susceptо simoniacè suspensus, ideò alios ordines potest exequi, & beneficia retinere,ad maiores tamẽ ordines promoueri non potest,nisi in hoc ordine sic susceptо dispensetur: quia aliàs videretur per saltum promotus.52.d.c.1.& per totum . de cle. per sal.pro. Qui autem simoniacè ordinauit,ipso facto est suspensus perpetuò ab ordinibus,secundũ Pan.in d.c. per tuas.text.est iũcta gl.in.c.si quis à simoniacis. Facit text.in d.ca.per tuas §.verum.33.d.

52 SIMONIACVS in beneficio si est occultus,est suspensus quò ad se tantùm,secundum Pa.in d.c.per tuas. & quò ad alios suspẽdendus .ar.1.q.3.c. 1.& si renuntiat beneficio sic acquisito,potest vti ordine suo post peractã pœnitentiam,secundum Pa. in d.c.tãta.&c.per tuas.& ar.in c. inquisitionis.de accus.Si vero manifestus est,vel per sententiam,vel cõfessionem in iure factam,vel per facti euidentiã, quæ nulla tergiuersatione possit celari , tũc est suspensus etiam quò ad alios ipso iure.d.33.§.verum.Ideò etiã quòd renuntiet beneficio,indiget dispensatione,sicut quilibet notorius,criminosus. in c.fin.de tempo.ord . dispensare autem potest in hoc Episcopus,dummodò ille non sit, cum quo commisit simoniam. vt no.1.q.5.c. præsentium. Intellige si simonia fuit commissa ipso sciente , quia si ipse ignorauit , quòd parentes,vel amici eius fecerunt,secus esse , quia tunc tantùm in beneficio sic esse suspensus, vt suprà dictum est, & secundum Pan.vbi suprà.Et talis si sponte renuntiat per Episcopum dispensari poterit,vt habeat beneficium etiam curatum in alia ecclesia , etiam cum executione ordinum:sed ad illud beneficium in quo fuit commissa simonia,non potest, niſi per Papam di-

ſpectari,ſecundum Panorm.in d. cap. de ſimoniacè.eod.tit.Idem dicunt eſſè iudicium de mediatoribus,quò ad ſuſpenſionem, & diſpenſationem, per regulã,acceſſoriũ.de re.iu.lib.6. Si verò expectat ſententiam condemnatoriam, tunc non poteſt Epiſcopus diſpenſare,vt habeat beneficium in illa, nec in alia eccleſia quodcunque.

53 EPISCOPVS poteſt diſpenſare cũ ſimoniaco circa officia mortuorũ,benedictiones nubentiũ,ſepulturas,chriſma,benedictiones vaſorũ,& in ſimilibus,poſt peractam pœtentiã,ſecundum Hoſti.quia hæc non prohibẽtur ar.in c.nuper.de ſent.excom. Nec obſtat c.erga.1.q.1. quia loquitur de ſimoniaco in dignitate. Not.q; iſtę pœnæ nõ ligant ſimoniacos mentales, vt dicit Sil.ibi.q.19.§ 4.& nomine mentalis ſimoniæ, quò ad cenſuras, venit non ſolùm quæ in interiori actu conſiſtit, ſed etiam quæ eſt ſine pactione, & quæ cum pacto eſt,ſed non cõſummata,ſecundum Caie.ibi.circa.finem.

54 ORDINATVS ab Epiſcopo, qué audiuit ſimoniacũ eſſe,poteſt in ſuſcepto ordine miniſtrare,nõ tamen alios ordines recipere,niſi deponat cõſcientiam.ca.per tuas.eo.& non debet quis facilè credere,quod in alterius vergit infamiã:vt dicit Pan.in d.c.per tuas.

55 SECVNDA pœna ſimoniaci eſt infamia,& depoſito,quas incurrit, ſi iudicialiter de hoc cõſtiterit.vt in ca.inquiſitionis.de accuſat.&c.ſanè.5.q.3.

56 TERTIA eſt excommunicatio, de qua vide ſuprà, Excommunicatio. 59.60. quia ibi ſatis clarè eſt dictum, quomodo ſimoniaci in ordine,& beneficio,& in receptione ad religionem ſunt excommunicati, ideò non replico. Videant ibi canones, qui meliùs ſcire volunt.

57 DE non reuelantibus ſimoniã factam in curia an ſint excommunicati? dic quod non: quia leges illæ per non vſum ſunt abrogatæ. ſuprà, Excommunicatio 59.

58 IN ſimonia mentali,ſiue ſit de iure diuino,ſiue poſitiuo,non cadit aliqua reſtitutio,ſecundum Thom.ſuprà. & Panor.in ca.fi.eo.& Io.Andr.ibi indiſtinctè tenent quamuis aliqui dicant, quòd in ea quæ eſt de iure diuino teneatur quis ad reſtitutionem,ſed non probant efficaci ratione. Sed cùm debet fieri reſtitutio, cui ſit fienda. ſuprà, Reſtitutio.§.17. Vide ibi diffuſè quod diximus.

59 DATVM pro habendo ordine ad titulum alicuius eccleſię,vel beneficij, dabitur illi eccleſiæ, vel beneficio. Si autem non ad titulum,dabitur eccleſiæ cathedrali. In alijs detur eccleſiæ, in cuius iniuriam commiſſa eſt ſimonia:ita tamen, vt qui dedit ſimoniacè,commodum non oportet, quod ſi omnes de eccleſia deliquerint, debent criminoſi expelli, & pecunia dati eccleſiæ,quòd ſi non expellantur, detur fiſco Papæ, qui in pias cauſas diſtribuat,ſecundum Hoſti. nam turpia lucra à fiſco extorquentur l.fiſcus.ff. de iur.fiſc. Si verò pata eſt monaſterio, dic iuxta cap.veniens.eo.&c. quoniã. & ſecundum Pan.in c.de hoc.eo.vide & Sil.ibi circa finem.

60 EX prædictis habes quòd nullus tenetur ad reſignationem beneficij ſimoniacè accepti,quando pactio nulla præceſſit,licèt in mente hoc intenderet quis, ideò ſeruitores prælatorum, & obſequentes eis in obſequijs etiam turpibus, dummodo non fecerint pactum, licèt pro huiuſmodi obſequijs intenderẽt conſequi beneficium, non tenentur reſignare, & ſic ex dictis caſus infinitos ſolues. Si quis det pecuniam papæ pro beneficio,non tenetur renuntiare beneficio,licèt ſit ſimonia, quia in hoc videtur Papa diſpenſare, ſecundum veriorem opinionem. Sil. ibi.circa finem.

SIMVLATIO.

SIMVLATIO mendaciũ eſt, quo quis factis, vel ſignis exterioribus, aliud quàm in mẽte habeat, oſtendit: ideò ſemper peccatũ eſt, veniale quidẽ quãdo iocoſum, vel officioſum eſt: mortale autẽ,quando pernicioſum,ſicut de mendacio dictũ eſt. Nihil enim refert mentiri verbo, vel facto, cùm vtrumque veritati opponatur. Simulatio

latio autem secundum quam aliquid fingitur ad aliquid significandum, sicut Christus finxit se longiùs ire, peccatum non est, quia mendacium non est, sed veritatis figura. Tho. secunda secundæ. q. 3. a. 2. ad 1.

2 SIMVLARE ad occultandũ peccatum proprium, quando illud confiteri non est necesse, peccatum non est, sed laudabile, ne alij scandalizẽtur. supra, Fictio. §. 3.

3 PORTANS habitum religiosi, vel clerici, & non vt religiosus, vel clericus, non est simulator, vel hypocrita, nisi assumat illum habitum ad se ostendendum iustum: quia de hypocrita dicitur. Omnia faciunt, vt appareant hominibus.

4 SIMVLATIO secundum Tho. supra, a. 3. opponitur directè veritati, indirectè autem omni virtuti.

SOCIETAS.

1 SOCIETAS plurium personarũ in mercantia, vel artificis, aut in animalibus, multis modis fit, vt dicetur, & redditur illicita duplici via. Prima, si capitale vnius stet sub lucro & non sub damno, hoc enim iniquũ est. Vt si Titius ponat C. duca. si perdantur, vult quod omnino sibi restituantur. Secunda est, si lucrum, aut damnum non respondeat proportionabiliter socijs, vnicuique pro rata sua, tunc enim esset iniquitas ibi: quia inæqualitas esset iustitiæ. ad hoc facit glo. in can. plerique, 14. q. 3. ff. pro soc. l. si non fuerint.

2 ADVERTENDVM est, q; in huiusmodi societatibus, dũ vnus ponit pecuniam, & alius industriã, & laborem, seu operã, de natura huiusmodi societatis est, quod ponens pecuniam subßat duplici periculo, scilicet perditionis pecuniæ, & vsus negotij. Ponẽs verò operas subßat tãtùm vni, scilicet periculo perditionis operarũ & industriæ: & quia hoc est de natura huius contractus, licèt periculum non sit æquale, tamen est licitus cõtractus. Con cor. Cate. ver. societas.

3 ADVERTE etiam, quod euentus societatis tribus modis contingere potest: quia quãdoquè in fine inuenitur tantùm capitale sine lucro, quandoquè damnum capitalis in toto, vel in parte, quandoquè capitale cum lucro. Si est damnũ capitalis, quomodocunquè sit totum, qui posuit, sustinebit: quia est semper dominus pecuniæ. Si capitale in totum vel in partem remãsit, erit domini, & qui posuit operam, perdet. Si autem vltra capitale est lucrum capitale, integrum restituetur domino, & lucrum æquis diuidetur portionibus, si tamẽ capitale & industria æquiualeant, quod vir prudens, & practicus in huiusmodi consideratis omnibus arbitrabitur.

4 DE animalibũ verò societatibus, credo standũ esse consuetudini, vbi tractantur, nec certam regulã dari posse. Sequenda est igitur consuetudo, nisi de manifesta iniustitia in ipsis societatibus cõstaret, quãdo scilicèt vna pars valdè & clarè grauaretur plùs quàm alia: pro regula ergo potest esse æqualitas iustitiç ad arbitrium proborũ hominum in huiusmodi negotijs practicorum. Scribi autem casuum multiplicitas nequaquam potest. Vide tamen infrà, §. 19. vsque ad finem.

5 SI pro communi regula quod in societatibus, in quibus non est vsura, nec iniustitia, non est peccatũ. Vsura esse non potest, quando id quod ponitur, stat periculo ponẽtis: quia tunc ibi nõ est mutuũ: nõ est etiã iniustitia, quando vna pars non plùs grauatur quàm altera, arbitrio bonorum hominum, & in hac arte prudentium.

6 SOCIETAS, in qua quis ponit pecuniam, alter operam, vel vterque ponit operã & pecuniã; qualiter, vel vnus ponit pecuniam & operam, alter operã tantùm, vel vnus pecuniã, & operam, alter tantum pecuniã, est licita, dũmodò primò talis negotiatio, vel ars non sit aliqua lege prohibita. Secundò, quòd periculũ pecuniæ stet penes deponentem. Tertiò, quòd seruetur æquitas proportionabiliter: ita quod qui plus posuit de pecunia, vel labore, plus lucretur. Deponens pecuniã apud mercatorem cum inten-

tione, vel pacto, vt saluo capitale aliquid lucretur, est vsuratius: quia hic est mutuum. c. vsura 14. q. 3. & Rich. in 4. senten. d. 15. Nec excusat periculum cui subsitat pecunia: quia lucrum non seperatur ratione periculi mutui ex quo non licet lucrum percipere, etiam si periculum interueniat: vt patet expresse in cap. nauiganti. de vsur. Nec excusat, quod depositarius multum lucretur: quia lucrum est propter industriam eius. Si autem primò fiat contractus, quod periculum pecuniæ sitet apud deponentem, postmodùm depositarius assecuret deponẽtem de capitalis salute, recipiẽdo tria, vel duo pro centenario, vel defalcando de lucro, vtputà sic. Ista pecunia verisimiliter lucrabitur 8. pro centenario: sed quia volo te assecurare de capitali, conuenio tecum dare tantùm 5. pro centenario. Hic contractus est licitus: quia etiam qui non socius est, potuisset hoc modo illum assecurare, ergo nec minùs potest dum est socius, dummodò intentio sit, quod hoc fiat propter assecurationem. Possunt etiam cõuenire sic, quòd assecuratus tantum soluet, & lucrum totum diuidatur. Concord. Sil. ver. societas, §. 2.

7 LICITVM est ponenti operam facere pactum, quod nolit operas suas perdere, etiam quod capitale perderetur: sed vult tantùm pro opera sua, etiam quod nullũ indè sequeretur lucrum: quia tunc nõ est socius, sed suarum operarum locator. Intellige si opus suum tantum meretur, & quod damnum, si quod sequitur, non sequatur ex dolo, vel culpa eius. aliter non iustè reciperet pro opere quod est promissum.

8 NON licet dare pecuniam in societate cum pacto & instrumento de capite, saluo, licèt hoc non intendatur, sed solùm hoc fit pro securitate deponentis, vt scilicèt mercator timẽs perdere capitale magis faciat debitũ suũ negotiando: quia sic mentiendo mortaliter peccat: quia est mẽdacium pernitiosum in sui infamiam. 22. q. 2. c. 1. & tenetur intentionẽ suam manifestare propter periculum: quia potest voluntatem in futurũ mutare, & sic repetere capitale, potest etiam mori ab intestatio, & hæredes eius possunt petere, & sic sequeretur damnum proximi, & infamia sui. & quia hoc pernitiosum est & famæ, & animæ. ideò fieri non debet.

9 NON licet dare mercatori certam quantitatem pecuniæ cum pacto, q vna pars sit salua, & cũ periculo alterius partis: quia ratione partis saluæ esset mutuum, & consequenter vsura, vel saltẽ in honesta societas: quia mercator posset perdere operam, & illam partem capitalis, & sic nõ esset æqualitas in isto contractu, contra quod sprà dictum est, §. 2. propterea licitum non censetur.

10 CONTRACTVS, in quo fit pactũ quòd periculum pecuniæ sit commune, est licitus, si pecunia fiat cõmunis ita quòd in fine, si capitale supersit, in totum, vel in partem diuidatur, & in hoc sensu debet intelligi glos. 14. q. 3. in c. plerique. Quæ dicit hunc contractum esse licitum: & Panor. in ca. per vestras. de dona. inter vir. & vxo. & alij doct. & si nõ ponatur ista clausula, quod in fine capitale diuidatur, nihilominùs intelligitur, vt contractus sit licitus.

11 SI duo ponunt pecuniam, & operam, sed alter pecuniam in duplo, recipiet hic maiorem vtilitatem ex lucro, secũdum quòd maiorem posuit pecuniam proportionabiliter, nisi industria alterius præponderet pecuniæ istius. Tunc enim maior labor seu industria ęquabit maioritatem pecuniæ. ff. de regul. iur. l. secundum naturam. & ff. pro socio. l. si non fuerint. Et hoc arbitrabitur iudex, etiam si in pactis non sit expressum. l. si societatem ff. pro socio.

12 LVCRA, & damna obuenientia contemplatione societatis sunt diuidenda inter socios, non autem venientia contemplatione personæ, licèt societas fuerit occasio. l. cum duobus. ff. quidam fagrariam. ff. pro socio. & ibi Bar. Nam si alter sociorum vadens ad nau-

nundinas, vt negotietur pro societate, & in via ab inimico occidatur, vel vulneratur, ratione inimicitiæ personalis, quod nõ euenisset, nisi illus accessisset negotiando pro societate, damnum erit proprium, & non cõmune. Sic & de lucro, vt si inuenit lapidem pretiosum, erit proprium sibi, & non commune. Licet non inuenisset, nisi illuc iuisset. Ad hoc facit l. socium. ff. pro socio.

13 PONENS operas debet habere expensas, quas facit ratione societatis: secundum Iaco. de Aren. l. 1. C. pro soc. quia lucram intelligitur deductis expensis. c. de codicil. l. illud. Intellige exceptis his, quas domi fecisset: vt limitat Bal. in l. Mutius. ff. pro soc. vel nisi cõsuetudo aliter habeat: secundũ Ang. quæ debet seruari, nisi contineat apertam iniquitatem: quia actum videtur quod est consuetum. ff. de ædil. edict. l. quod si nolit.

14 SI contraxi cum Titio societatem vsque ad decennium, & ante perditur capitale, finita est societas, & nõ tenetur qui posuit capitale: secundum gl. in d. l. si non fuerint. Si autem non totum perijt, sed pars, & parũ restat, & alter non tenetur ponere operam, quę magna est, pro tam parua quantitate capitale: secundum æquitatem, & secundum Bald. in lib. 1. cap. pro socio. & hoc æquum est. l. ita autem. ff. de admi. tut.

15 SI do pecuniam meã Sempronio, cum pacto quod reddat, vel lucretur mihi sicut reddet, vel lucrabitur pecunia, quã dedi Titio mercatori, & tamẽ Sempronius nõ exerceat eam in negotiationẽ, contractus est illicitus, & nõ possum aliquid vltra capitale accipere secundum Inn. de vsu. c. fi. & Ioan. And. Pecunia enim ex se non est lucrosa. c. ciciens. 88. de tamen si eram daturus hanc pecuniam mercatori, & dedi Titio, vt seruirem, & non vt semper eam habeat, & non erã obligatus ex præcepto mutuare, possum petere meum interesse, hoc est lucrum, quod cessat, recipiendo tamen pericula, & expensas in me ipso: secundum Host. & ratio est, quia non teneor seruire tibi cum damno meo.

16 SOCRATES dat Platoni M. ducatos Romanæ, cũ pacto q; recipiat Lugduni quingenta, si perierint. Si salui erunt 1100. hic casus nõ est licitus: secundum Host. & per prædicta: quia vult partem capitalis saluam esse, & si Plato mercator expendat in mercantiam, vult lucrum de re nõ sua, vnde contractus vsurarius est, quia partem capitalis vult saluam.

17 SI do tibi pecuniam pro mercantia subijciendo me periculo capitalis, si per fortunam peteat, possum tecum cõuenire de certa quantitate lucri, dũmodò sit competens, siue lucrum sit, siue non, siue sit magnum, siue paruũ: quia ego videor vendere lucrum futurum ex mea pecunia, & tua opera, & tu videris emere, sicut aliquando emuntur fructus futuri ex agro: secundum Girne. Odo.

18 RECIPIENS Mediolani pecuniã portandã Londres, & ibi restituẽdam pro certo pretio, siue recipiat in se periculũ, siue non, non committit vsuram: secundum Inn. in c. fi. de vsu. quia operarum, siue custodiæ locatio est, vel assecuratio. Secus si ad negotiandum detur.

19 DE socidis animalium sit pro generali regula, quod capitale non stet in tõto, vel in parte periculo accipientis, quantum ad casum fortuitum, nisi in teruenerit contractus assecurationis, sic non poterit vsura interuenire, & quod ad arbitrium boni viri altera pars non nimis grauetur, omnibus circunstantijs consideratis: & sic non poterit esse iniustitia, eritq; licitus cõtractus.

20 CVM animalia dantur ad custodiam, ita q; dominus cõducit rusticũ ad custodiam pro mercede: vel rusticus conducit animalia, vt habeat lac, & fructũ, contractus erit licitus, dum modò merces sit moderata ad arbitrium boni hominis. Et cum sint isti contractus quædam locatio, seruanda sunt, quæ suprà de locatione sunt dicta, etiam quo ad pericula. de depo. c. fi.

c.fi.aliter non essent rectè facti.

21 PLATO dat alicui, etiam monasterio, oues quasdam cũ pacto, quod pro qualibet annuatim reddantur sibi duo, vel tres solidi, vsque dũ vixerit, etiam q̃dictæ oues moriantur. cum tamen posset pro eis duplũ reddi: & post mortẽ tradentis omnes sint monasterij, vel illius, cui sunt traditę, cõtract⁹ est licitus, & tenetur accipiens soluere etiam quod oẽs moriantur, nisi à principio cõtractus fuissent infectæ, & accipiens non aduertisset. secundũ Ioã. de Lign. & si venerit mortalitas ouiũ, monasterium restitutionem repetere non poterit.

22 SI do Petro animalia æstimata in omni euentu, tunc censentur vẽdita: quia & si çstimatio non semper faciat venditionem. facit tamen in isto casu: secundũ Bar. in l. si vt certo. ff. cõmo. & pretium interim dilatum habetur vt mutuũ, vt est in venditione ad tẽpus, contractus erit licitus, si totũ damnum, & lucrũ sit accipientis: secundũ Veruer. & dans non poterit habere nisi pretiũ æstimationis: quia omne accedens sorti, esset vsura. c. consuluit. &c. in ciuitate. de vsur. nisi accipiens esset in mora soluendi, propter quod dans acciperet aliquid pro interesse, vel dãno, quod posset de conscientia. & de iure canonico. in c. cõquestus. de vsur. Si autem do æstimata, nõ vt soluat Petrus si casu fortuito pereant, sed si ex eius culpa, est contractus licitus, & est societas, & possum habere partem fructus: quia hic non est venditio, nec mutuum. Sed videtur contractus quidam innominatus, non continens aliquod iniustum.

23 NON videtur posse fieri pactum, quod periculum animalis inæstimati dati in societatem stet nisi apud dãtem, quia altera pars plus grauaretur, excepto, si dans in alio plus grauaretur, vt quia accipiens non vult teneri de interitu illius ex culpa sua, nisi pro parte: quia grauatus in vno, est releuandus in alio. l. secundum naturam. ff. de re. iur. nec quod prædictũ animal in fine societatis sit præcipuum ponentis: secundum Angel. Pacta autem de fœtu, vel pensione animalis debent fieri iuxta çquam consuetudinem, arbitrio boni hominis. Similiter in pactis de tempore consuetudo debet seruari. Nam aliqua animalia in vno anno complent, vt porci, aliqua in annis quatuor, vel quinque. Et si nescitur consuetudo, stabitur arbitrio boni hominis in huiusmodi practicis: quod si nõ est factum pactũ aliquod, seruabitur æqua consuetudo, quia actũ videtur, quod consuetum est. l. quod si nolit. ff. de ædil. edict.

24 DANS vaccã, & vitulum nutritandos Ioãni vsque ad annũ, in fine anni vendendos, cum pacto, quod dans accipiat suum capitale, & stet periculo fortunæ, Ioan. tamen nihil satisfaciat, si minoris vendantur in fine anni, quã valebant quando dati sunt, & lucrũ si fuerit, çquis portionibus diuidatur, non peccat, & contractus est licitus: secũdum Arch. Flo. quia vterque se fortunæ exponit, hic de capitali, ille de lucro, & nõ magis videtur vna pars grauari, quàm alia. Idem tenet. Sil ver. Societas. 2. q. 7.

25 PETRVS dat Antonio par boum pro honesta pensione annuali, retinẽs in se periculum fortuitum boum. ista est locatio licita, secus quando periculum staret apud accipientem: quia tũc vna pars esset secura, altera verò subpericulo, & sic cõtractus esset illicitus propter salutem capitalis.

26 PETRVS dat Laurẽtio duas vaccas ad arandum, cum pacto quod de primis eorũ fructibus Petrus accipiat mẽdietatem pretij earum, deinde sint communes danti & accipienti cũ fructibus, cum hoc etiam pacto, vt Laurentius det Petro omni anno sextariũ frumẽti. Hçe est magis locatio, quàm societas, & est licita. quia Petrus locat vnam vaccam, quæ sua est, & quia arat, & fructificat, ideò habet sextariũ frumenti, & partem fructus. Multis modis possunt huiusmodi contractus variari, sed si attendantur quæ dicta sunt suprà in regulis, omnia soluentur faciliter.

27 S I quis emit ab aliquo vaccam, vel oues, quas in veritate non habet: & eidem venditori emens dat in socidam sub certa pēsione, si emens sciuit quòd non habebat, vsura esse videtur, quia mutuum est. Si verò bona fide emit, non peccat quandiu durat bona fides. Cùm primùm autem constiterit de veritate, contractus debet rescindi, quia tunc cessat bona fides. In his igitur societatibus siue contractibus aduertatur, quòd non interueniat vsura ex mutuo explicito, vel implicito, neque iniustitia ex aggrauatione vnius partis magis quàm alterius, & tunc plana fient omnia, si etiam consuetudo locorum, & arbitrium bonorum virorum seruentur.

28 SOCIETAS aliquorum secularium qui non sunt religiosi, vt disciplinatorum, & huiusmodi, & quorundam aliorum, qui nō sunt propriè religiosi, quia non profitentur tria vota, vt Iesuacorum, Azurinorum, & quorundā aliorum sunt licitæ, si ex iusta causa fiant, possuntq; facere statutū ex honesta causa, vt omnes ingredientes tantum soluant: secūdum Pet. de Peru. in tractat. de can. portio. ar. in can. nō exemplo. 16. q. 2. & debet intelligi, si potest soluere, aliter esset iniquum statutum, & debet fieri per verba affirmatiua, & non negatiua c. ad apostolicam. de simo. Possunt etiam percipere oblationes, quas ipsi ex suis pecunijs faciūt, vt eis vtantur circa altare, quia hęc nō videntur oblata ecclesiæ, vel altari. Similiter si quid offeratur societati eorum, & non altari, vt legata quæ fiunt societatibus.

29 ALII autem religiosi, qui propriè non sunt religiosi: quia non fiunt tria vota solenniter, si cōtrahunt matrimonium, tenet, etiam si iurassent nūc contrahere, quia hoc non est de impedimentis dirimentibus contractum matrimonium, licèt illicitè contrahant, si iurauerunt non contrahere. supr. Matrimonium, §. 3. possunt tenere pecunias datas intuitu propriæ personæ ex vi suarum constitutionum, quia votū paupertatis non habent, nisi particulariter se obligauerint, vel eorū cōsuetudo aliter habeat, vt quia, alij ponunt in cōmuni, & huiusmodi. Tunc enim infideliter agerent, non ponendo in communi, cùm alij ponant.

SODOMIA.

SOdomia, supra, Luxuria. §. 5. grauissimum est peccatum, quomodocunque fiat contra naturam. Vitium Sodomiticum non est omnis actus luxuriæ contra naturam, sed tantùm actus luxuriæ, qui est inter ea, quę sunt eiusdem speciei, & eiusdem sexus: ideò accedens ad brutum animal non dicitur Sodomiticè peccare, sed bestialiter: & accedens ad mulierē, etiam non seruato naturali vase, non dicitur Sodomita, sed monstruose peccat: sed tunc Sodomita dicitur, cùm fit concubitus non ad debitum sexum: vt si masculus cum masculo, vel mulier cum muliere: secundum Thomam secunda secundæ. q. 154. a. 11. in c. Sexus enim fœmineus non est debitus pro concubitu fœminæ, sed masculus, & econtrà.

SOLLICITVDO.

SOllicitudo circa temporalia quando in ipsis ponitur finis vltimus, est peccatum mortale, quia extra Deum finis statuitur, vel quando temporalibus tātum apponitur studium, quod quis à spiritualibus necessarijs ad salutē retrahitur, vel ita est anxius, quod de Deo diffidit, quòd non prouideat ei in necessarijs. Ideò dicitur Matth. 13. cap. Sollicitudo seculi suffocat verbum. Aliquando veniale est, vt cùm quis nimis timet deficere sibi necessaria, ideò anxiè sollicitus est, nō tamen desperat de prouidentia Dei, nec necessaria ad salutē delinquit propter hoc: vt missam, confessionem, communionem, &c. Thom. secunda secundæ. q. 55. artic. 7. & 7. Quid autem sit, vide Thom. secunda secundæ. qu. 47. a. 9. ad 3.

SOLVTIO.

SOlutio debita semper fieri debet secundum monetam, quæ tempore contractus debiti currebat, quæ si non inuenitur, vel quocunque alio modo,

est per-

est perpetuo alterata, soluēdum est æstimatio. vide in c. olim. de censit. & c. quantò. de iureiur. & sic communiter tenent legistæ in l. Paulus & in l. minorum. ff. de solu. Multa quæ pertinēt ad ius ciuile circa hanc materiam, ponit Sil. verb. solutio. per tot. sed præcipuè q. 2. Quomodò autem fienda est solutio, & cui, & quando, suprà, Restitutio, per totum.

SOMNIVM.

SOmniorum obseruatio potest esse peccatum: vt cum quis temerariè iudicat somnia prouenire ex aliqua causa, de qua non est certus: vel significare aliquem euentum incertum, & hoc veniale est, quia temeratium iudicium de singulari nullus damni est. Secundò est mortale, quando quis propter somnia cōmittit, vel omittit aliquod, quod est de necessitate salutis, vel contra salutem. Si autem talia non sint de necessitate salutis. licèt sint expedictia & vtilia ad salutem, talis obseruatio erit venialis, nisi caderet in crimen superstitionis, in qua miscerētur diabolica illusio, & tacita dæmonum societas, dum paulatim homo tantùm vtitur somnijs, vt eis pro regulis suarum actionū vtatur, aut incidat in alia scelera: vt suprà, Astrologia per totum: infrà, Superstitio. §. 3. supr. Diuinatio, per totum. Non est igitur de somnijs curandis, cùm pluribus ex causis venire soleant, nec de eis timendum.

SORS.

[1]SORS dicitur, cùm aliquid fit ab homine, vt considerato eius euentu aliquid occultum innotescat. Tho. in opusc. de sortibus. & secunda secundæ. q. 95. a. vlti. quę triplex est. scilicèt, diuisoria, consultoria, & diuinatoria: secundum Caietā. ibi in summa. Prima est circa bona temporalia, dignitates, & pœnas, sicut milites super Christi vestem miserūt sortem. & Saul. sorte electus, & sors cecidit super Ionam, vt puniretur. Ad hoc, quòd hæc sit licita, requiritur quòd prudenter fiat. Secundò, sine periculo communis boni, vel iustitiæ, quod fieret, si sorte eligerētur homines indifferenter ad regimen ciuitatis, vel animarum: quoniam sors super indignos cadere posset, secus electis priùs quibusdam idoneis, & inde de vno eorum detur sors pro pace seruanda. Quando ergo homines non possunt concordari, vt in diuisione rerum, hoc modo seruato, licet vt in sortibus. Concordat Caie. ibi in summa.

[2]SECVNDO sors consultoria est, quādo expectatur iudiciū à Deo, quasi Deum consulendo quid faciendum sit ex euentu sortium, & hęc ad hoc q; sit licita. Primò requiritur articulus necessitatis, ita quòd aliter via humana fieri non posset, aliter esset tentare Deum, quod non licet. Secundò, quòd cum reuerentia fiat. Tertiò, quod pro negotio spiritualia exerceatur, & non terreno: secun. Aug. Quartò, ne fiat pro electionibus spiritualibus, vbi scilicèt iure prohibentur. Vbi autem nō prohibentur, & ex multis priùs electis idoneis super vno illorum consulitur Deus, seruatis omnibus priùs dictis, exemplo Apostolorum, non videtur mortale peccatum.

[3]TERTIO, sors diuinatoria est, quę innititur societati dæmonū explicitè, vel implicitè, & hæc dānata & mortalis est, quia contra religionē. Vti ergo sortibus ex suo genere non est mortale, sed ex admixta religiositate, vel irreuerentia, vel iniustitia, vel imprudētia. Neque omnis irreuerentia mortalis est, vt quando ex Euangelio secularia negotia consuluntur, remota omni superstitione, & dæmonum inuocatione. Imò posset fieri tali fide & reuerentia, ac necessitate occurrente, quòd nullum esset peccatum. Electiones autem fieri hoc modo prohibentur: in cap. fin. de sorti. ex doctrina Caie. ibi in fum. Secus in secularibus dignitatibus. Tho. secunda secundæ. suprà.

SORTILEGIVM.

[1]SORTILEGIVM, diuinatoriā & consultoriā sortē cōprædit, cùm ad dæmonum recurritur auxi-

lium

lium explicitè, vel implicitè, vt accidit inquirentibus furta, vel alia occulta, quę tantùm à natura intellectuali sciri possunt, aut fieri. Nam ex eo quòd à Deo non quærũtur, nec à natura, nec à fortuna, coguntur velint, nolint: secun. Caie. ibi in summ. fateri, quòd ad dæmonem recurrunt. Implicite quidem, dum ad sortes ad hũc finem institutas recurrunt, explicitè autem cũ incantationibus, vel alijs diuinationibus hæc faciunt: & ita sentit Caiet. ibi in summ. circa fin. Et quamuis doct. multa dicant, materiam tamen hanc quòd ad propositum paucis perstrinximus. De vsu tamen sortium vide latiùs Tho. secunda secundæ. q. 95. a. 8. quando liceat.

2 SORTILEGI multis pœnis alijs vltra peccatũ secundum leges plectuntur: vt patet c. de male. & mat. l. nemo. & l. culpa. & secũdum canones imponitur pœnitentia 40. dierum, quando sortilegium est occultum. c. 1. de sor. si notorium. fiunt infames. c. quisquis. 2. q. 8. &c. testimonium. de test. cum his, qui ad eos recurrunt, & si clericus est, deponi debet. c. non oportet. 26. q. 1. Si serui verberibus subijciuntur. Efficiuntur tales irregulares, quando est notoriũ, in qua irregularitate episcopus potest dispensare: secundum Ier. in c. 2. eod. tit. omnes tales irregulares efficiuntur, si notorium sit. Et si liberi sunt detrudendi. c. contra idolorum. 26. q. 5.

3 De breuiarijs, quę portantur, vel orationibus super se, dic quòd si in eis sunt bona verba scripta, vt verba sacræ scripturæ, vel orationes sanctorum, & quod hoc fiat ex deuotione ad verbũ Dei, vel sanctorum, sine aliqua superstitione, vtputà, quòd non obseruetur, an sit scripta in papyro, vel pergameno, vel ieiuno stomacho, vel non, vel posita à virgine, vel in manu, quòd nõ sint ibi characteres, & verba non intelligibilia, nec aliqua falsa, vt q; Christus habuit febres, vel quòd Christus dixit vxori suę, & huiusmodi, vel apocripha, est licitũ. Secus si fiant cũ talibus obseruantijs: quia sic sapiunt superstitionem. Item quando dicitur in illis, quicũque portauerit super se hãc orationem, vel scripturam, vel qui dixerit ter, vel septies, vel huiusmodi, nõ poterit periclitari morte subita, in aqua, vel igne, & similia, quæ omnia falsa, & reprobanda, nec portanda: peccantque similia scribentes, docentes portari, & portantes, quando super hoc sunt moniti, tunc à peccato non possunt excusari, infrà, Superstitio. §. 4. Si autem quis portaret aliquam rem super se, ad aliquem effectum, quem talis res potest naturaliter efficere, non esset malum, vt lapidem aliquem contra malum caducum, vel huiusmodi. Quando autem nullam naturalem virtutem habent ad talem effectum, & non portantur pro reuerentia Dei, vel sanctorũ, manifesta est superstitio: vt ex S. Th. secunda secundæ. q. 96. a. 4. elicitur. Ex his quæ diximus, facilè quis depræhendere potest, quando ea, quæ super se portãtur, superstitiosa sint, vel non.

SPECTACVLVM.

SPectacula facientes, vel fieri mandantes, in quibus impudica, crudelia, & irreligiosa notabiliter sunt admixta, sine dubio mortaliter peccant, & similiter aspicientes talia cum delectatione de huiusmodi: quia delectati de eo quod mortale est peccatum mortale dicitur. Si verò talia occurrunt alicui, non tamen placent, nec vellet illa fieri, tamen ex quo occurrunt aspicit ex curiositate, nisi ex hoc oriatur scandalum, vel periculum, quòd animus eius inclinetur ad complacentiam, vel aliquod simile desiderandum, non video mortale, sed erit veniale. supr. Curiositas. §. 2. Ludus. §. 11. Bonum tamen est, & securiùs ab huiusmodi recedere.

SPONSALIA.

1 SPONSALIA nominant futurarũ nuptiarũ promissionem. secundum Tho. 4. sent. 27. qu. 2. a. 1. & in c. nostrates. 30. q. 5. & à spondeo dicuntur sponsalia. nec faciunt matrimonium: secundum Tho. ibi. Post autem matrimo-

trimonium per verba de præsenti contractum, non dicuntur sponsi, sed maritus & vxor, etiã ante copulam: quia animorum solus consensus matrimonium facit .c. sufficiat .27.q.2. Vnde appellatione maritatæ non veniũt spõsi,nisi in materia fauorabili. 27.q.1.in prin. Ideò quando statutũ dicit,quòd mulier maritata nõ admittatur ad successionem patris cum fratribus. Berta desponsata per verba de futuro, non excludetur:quia agitur de materia odiosa.Consentit Pa.in c.ex publico.de conuer.coniug.

2 NON solùm matrimonium,sed & sponsalia de futuro publicè debẽt contrahi,secũdum dispositionem. c. cùm inhibitio.de clan.despon.secund.Pan. ibi : quia sponsalia in multis casibus transeũt in matrimonium ipso facto, in c. is qui de spon.Nec est necesse seruare huius.c.solennitatem, vbi nõ est consuetudo , quòd fiant tales denunciationes, sed sufficit publicè cõtrahere,vt non dicatur clandestinus cõtractus.secũdum Pan.ibi,& glos.in ver. clandestinus.

3 SPONSALIA possunt cõtrahi absolutè, & conditionaliter . Absolutè multipliciter contrahuntur . Primò, simplici promissione:vt dicendo,accipiam te in meã vxorem,& econtrà. Secundò,per fidei dationem,vel iuramenti.c.inter virum.de spon.Tertiò, quãdo ambo impuberes,vel alter eorum, maiores tamen septem annorũ, & non propinqui pubertati contrahunt per verba de præsenti,tunc iuris interpretatione sunt sponsalia de futuro.c.vnico . de spon.libr.6. Quartò, per annuli subarrationẽ.ca.si quis desponsauerit.27.q.2. Quintò,dando arram,de qua suprà, Arra,§.3. de arra, & annullo iudicabitur secundum verba acta quæ præcesserunt:quia si fuerunt de futuro, erunt sponsalia fide præsenti,erit matrimonium : si nulla fuerunt,iuxta consuetudinem iudicabitur. De his modis vide Tho. suprà, & Arch.Flo.3 par tit.1.c.18.§.1. Si verò præcesserunt verba vnius tantùm, & datio annuli,vel acceptatio arræ,iudicabitur ꝓ matrimonio: quia in hoc denotatur cõsensus alterius expressus, & tunc vel matrimonium,vel sponsalia,secundum quòd verba præcesserũt vt not.gl.in c.pe.de spon.sed in dubio pro matrimonio iudicabitur:quia est fauorabile.c.literis.de præsumpt.Sed si Titius accipiat manum Bertæ dicendo,do tibi fidem, quòd te accipiam, & illa nihil respondeat,vel non ostendat se acceptare , non sunt sponsalia: quia non debent claudicare:qui tamẽ promisit,debet seruare fidem:secund. Arch.Flor.suprà.

4 TEMPVS requisitũ ad contrahendum sponsalia est septennium: secundum Th. vbi suprà.à iure rationabiliter institutũ : quia tunc homo vitatione incipit.c.vnico.in 6. de despon. impu. Si autem nondùm cõplessent septennium,& haberent liberi arbitrij vsum, videtur quòd teneãt sponsalia: secundum Th.ibi,quia adest ratio,videlicèt discretio. Quia tamen ecclesia determinauit tempus cõpleti septénij: ideò tutiùs est ꝙ septennium sit cõpletum: vt dicit Pa.in c.literas.de despon impu.sed quia legis intentio verbis legis præiudicat,ideò opinio S.Tho. est vera.cõsentit gl.in c. sponsa. de despõ. impu.& tex.in c.iuuenis eo.tit.& Pa. etiam ibidem. Si autem ambo vel alter sint minores septennio, & ipsi, vel parentes eorum contrahant , non valent:qui verò maior est septennio,debet expectare alterum,qui erat minor, ne frangat fidem , quia ex parte ipsius tenent. Et puber cum impubere contrahat sponsalia, impuber cùm peruenerit ad ætatem debitam,potest contradicere:puber autem nunquàm: etiam ante ætatem debitam nullus potest contradicere: secundum Pa . in c. de illis de despon impub.

5 QVILIBET valens cõtrahere matrimonium, potest sponsalia cõtrahere,& per se,& per nuntium,per procuratorem,per patrem,& matrem,& ꝙ quemlibet:dummodò cõsentiant, vel ratificent hi,quorũ nomine contrahitur:non tamen econtrà quilibet valẽs contrahere sponsalia,potest matrimo-

nium

nium contrahere, vt dictum est de impuberibus. supra, §. 4.

6 PARENTIBVS contrahentibus pro filijs, ipsis filijs præsentibus, & nó cõtradicentibus, lex pro matrimonio iudicat. in d.c. vnico quamuis secundum veritatem non fit, nisi ipsorum adsit consensus, sed quia ecclesia non potest videre cõsensum, iudicat quod foris est. Non est autem simile de alijs contrahentibus, qui non sunt parentes, nisi expressè consenserint. Pan. in c. 1. de mat. contract cõtra inter. de eccle. Idem esse de fratre affirmat Tab. ver. sponsalia. §. 5. sed non probat. Sil. nihil dicit. ibi. q. 2. in fin.

7 QVI sponsalia contraxit, tenetur sub peccato mortali cõtrahere matrimonium, quia tenetur soluere promissum: secundum Tho. supra, nisi legitimum interueniat impedimentum. In foro tamen contentioso non compelluntur: quia matrimonia coacta malum exitum habere consueuerunt, nisi interuenisset iuramentum: vt quidam asserunt, sed neque propter hoc cogendi sunt propter dictam rationẽ. Consentit Panorm. in dict. cap. ex literis. el. secundo. de spon. & cap. requisiuit. Si autem contraheret cum secunda per verba de præsenti, non tenetur ampliùs contrahere cum prima, mortaliter tamen peccauit, & propter fractionem promissionis imponitur pœnitentia. in c. sicut. de spons. Quòd si cum secunda tantùm sponsalia contraxit, etiam iurata, contrahet tamen matrimoniũ cum prima. in d.c. sicut. Quomodò autem ex sponsalibus oritur impedimentum publicæ honestatis, etiam quòd sint nulla, non ratione consensus: vt in d. cap. vnico. de despon. impub. in 6. Vide suprà, Matrimonium. §. 46. & de sponsa. c. vnico. libr. 6.

8 SI Petrus promittat accipere vnam de filiabus Sempronij, & ipse promittat dare vnam de suis indeterminatè, etiam cum iuramento, non sunt hæc sponsalia, nec contractum est aliquod impedimentũ, nisi in vna earũ consensisset. in c. vnico. de spon. lib. 6. Petrus tamen qui sic promisit, tenetur facere quod potest, & si vnam proponat, liberatur: quòd si vna superstite alijs morientibus tenetur superstitem dare, & si vna earum in illum consensit, non potest alias accipere. Quod si nulla consensit, nulla potest cogi, etiam à patre.

9 ANTONIVS promisit desponsare Bertam per verba de futuro. non propter hoc sunt sponsalia, nisi sic esset cõsuetudo, vel per desponsationem intelligeret matrimonium contrahere, vel tunc intenderet contrahere sponsalia. Tenetur tamen contrahere sponsalia, ne sit fractor fidei datæ.

10 POENAE appositæ in cõtractibus sponsaliũ communiter non tenent: si ratione pœnæ sunt positæ: secundum Tho. suprà. c. gemma de spon. Matrimonia enim libera esse debent. in d.c. requisiuit. Secus si ratione dotis pœna fuit apposita: quia tenent.

11 TITIVS habens filiam impuberẽ promittit dare Sempronio iuueni 18. annorum, qui in quarto gradu attinet dictæ filiæ, & vtraq; pars firmat promissionem cum iuramento, & pœna pecuniaria apposita, tenetur quælibet pars facere quod potest in conscientia, vt matrimonium locum habeat, videlicet quærere dispensationem, & si haberi potest, tenentur contrahere, ne sint factores iuramenti: quia omne iuramentum, quod non vergit in detrimentum salutis æternæ, est seruandum. capit. cùm cõtingat. de iureiur. cap. non licet. eodem titu. libr. 6. capit. quanuis. de pact. in 6. si tamen intendebant se obligare. Est & c. ex literis. el. 2. de despon. ex quo videtur, quòd etiam cogi debent ad obseruandum. & ibi Panormitan. Et licèt non promiserint accipere dispensationem: tamen ex eo, quòd iurarunt contrahere, & contrahere non poterant sine dispensatione, propter impedimentum, quod non ignorabant, ideò interpretandum est, quòd etiam iurauerint accipere dispensationem: quia hoc est accessorium. Si autem nesciebant requiri dispensationem: & si sci-

uissent, non se obligassent. non tenentur: quia iuramentum non ad plus obligat, quàm sit iurantis intentio.

Et quamuis iura dicant matrimonia debere esse libera, vt suprà diximus, hoc intelligitur, quòd quando fiunt sine iuramento, ecclesia non cogit: vt dicit Panormitanus in dicto capitulo, ex literis. secus cum iuramento, quod Papa seruari iubet. in dicto capitulo, ex literis. nec obstat dictum capitul. requisiuit. vbi dicitur: monendi sunt. non cogendi: quia dicit gloss. ibi, priùs monenda, & pòst cogenda propter iuramentum suum, ideò ad hoc seruandum cogendi sunt, nisi legitimum interueniat impedimentum, vt esset periculum vxoricidij, adulterij, belli, & huiusmodi, ad arbitrium sapientis.

Quidam tamen dicunt, quod in foro contentioso non possunt cogi, tamen in conscientia tenentur, & ad pœnam etiam tenentur: secundùm Pa. in d.c. ex literis. secundum 1. gl. si non faciùt quod possunt: vt dispensationem habeant à superiori.

22 SPONSALIA per religionis ingressum, secundum Th. suprà, a. 3. ad 1. intellige & professionē, in qua quis spiritualiter mundo moritur, etiam quòd quis iurasset contrahere, soluuntur, & licèt quidam dicèt, quòd priùs debet contrahere, & post ingredi, vt seruet iuramentum, tamen non est necessarium: vt dicit in c. commissum. de spon & Panor. & Inno. exponentes d.c. cōmissum. quod videtur esse contra hoc, etiam si fuit matrimoniū per verba de præsenti, soluitur. c. verum, de conuer. coniug. cap. ex publico. eo. Item soluuntur sponsalia per sacrum ordinem superueniētem: quia maius vinculum alterius rationis est: quod vinculum si præcederet, solueret matrimonium contractum de facto per verba de præsenti. suprà, Matrimonium. §. 42. Item per votum simplex, si præcedat, non autem si sequatur: quoniam hęc duo, scilicèt votum simplex, & sponsalia etiam iurata sunt æquali ponderis. Ideò quodcunque horum præcedat, impedit reliquum. suprà, Matrimonium. §. 55. Item soluuntur, quando alter statuto tempore non comparet ad perficiendum matrimonium: secundum Tho. suprà, ad 2. nec peccat contrahendo cum altero, vel altera, si ex parte eius non stetit, quin matrimonium locum haberet, & liberè sine aliqua licentia potest contrahere: quia text. dicit, liberè. capit. de illis. authentic. de spon.

Quòd si alter ad longinquas partes pendentibus sponsalijs se transfert. & non est spes de proximo reditu, alter nubere potest liberè, nec tenetur expectare per biennium. in dict. capit. de illis. Item si ante matrimonium contractum alteri superueniat grauis infirmitas, quæ eum multùm debiliter, vt paralysis, vel multum deformet, vt cæcitas, & huiusmodi: vel contra bonum prolis, vt lepra, quæ prolē solet inficere, sicut morbus gallicus, & huiusmodi. Hæc enim dirimunt sponsalia. c. literas. de coniug. leprof. ne scilicèt alter alteri displiceat, & malum exitum tale matrimonium habeat secundum Tho. suprà. Item si affinitas superueniat, vt quia alter consanguineam alterius isto interim cognouit, ad quod probandū sola fama sufficit. c. super eo. de consan. & affin. Secus si superueniat impedimentum publicæ honestatis: quia non dirimit sponsalia, cùm non sit quid maius, cum sequatur. Item si se mutuò absoluunt: secundum Thom. suprà. ad 5. & in c. præterea. de spon. etiam si sint iurata. Concor. Panorm. in d.c. præterea. & hæc est communior opinio. Item per fornicationem sequentem: tunc qui non est in culpa, potest solutionem petere: quia ex hoc fiunt inuicem suspecti de seruanda fide in futurum. secundum Tho. suprà, ad 6. etiam si iurasset ducere. in cap. quemadmodùm. de iureiurando. nisi violenter ei hoc accidisset: quia cessat ratio repudiandi. Eodem modo dic, si inuenit hæreticam, vel cognoscit non esse virginem. sicut credebat, & huiusmodi: cuius ratio esse potest, quia si hoc scisset, non promisisset: id: ò implicitè videtur

detur cum hac conditione promisisse, sicut qui vouit ire ad sanctum Iacobum, credens non distare nisi per qua draginta miliaria, & postmodum reperit distare per quingenta, vel mille miliaria, quod si sciuisset, nullo modo vouisset, tale votum non tenet: sic in hoc simili casu. Item si contrahat cum alia per verba de præsenti, vel per verba de futuro cum copula, hi contractus fortiores sunt, quia faciunt matrimonium, ideò dirimunt sponsalia: in c. 1. de spon. duorum. & Panor. in c. veniens el 2. de spon. Pœnitentia autem tractori fidei imponi debet. in c. sicut. de spon. quod quidem iustũ esse videtur.

13 ITEM quando impubes contraxit sponsalia post septenniũ, cùm venit ad pubertatẽ, petit absolui à sponsalibus, & dari licentiam alteri nubendi: similiter si ante septennium contraxit, licèt non fuerint vera sponsalia, tamen secundum Tho. suprà. ad 8. debet petere licentiam, ne veniens ad ætatem legitimam videatur approbare. Si maiores septennio contrahunt sponsalia, neuter ante pubertatẽ resilire potest: & ille, qui priùs ad pubertatem venit, alterum expectare non tenetur: secundum Panor. in c. de illis. &c. sequenti. de spon. Et si tempore contractus alter erat pubes, alter impubes, hic factus pubes potest resilire, nisi carnalis copula interuenerit, non autem ille qui tempore cõtractus erat pubes: secundum Panormitan. ibidem. Not. quòd perentes in ætate nubili liberationem, causam aliquam allegare non tenentur, cùm ius sic concedat: quia in alia ætate non erant potentes obligare se ad consentiendum inseparabiliter. Not. etiam secundum Thom. quòd huiusmodi absolutio in dictis semper debet fieri, præterquàm in casu, quando quis religionem intrat, vel quando quis alium vel aliã accipit per verba depręsenti, vel secundũ aliquos, quando fuit appositus terminus, post terminum liber est in c. sicut exliteris. de spon. Potest addi & alius modus, quo sponsalia possunt separari, quando inter sponsos orta est vehemens inimicitia, propter rationem cap. 2. de spon. Item si fama habet, quòd inter eos canonicum impedimentum, & de fama doceatur, tunc debet impediri ne contrahant. in c. cùm in tua. eo. Item quando post factum accessit magna sponsi sæuitia. in c. veniẽs. qui cle. vel vo. & propter conditionem non honestam appositam. in c. de illis. de condi. ap. Pro his quæ dicta sunt, Arc. Flo. no. duas regulas. Prima, Quotiescunque duo vincula æqualis potentię incompossibilia, primum præiudicat secundo. Secunda, Quoties contrahũtur duo vincula disparis potentię, incompossibilia fortius repellit minùs forte: vt sponsalia etiam iurata, & votum solenne, secundum repellit primum.

14 SPONSORVM peccata in modo triplici inueniuntur. Primò, in ipso contractu, si fictè contrahant, non intentione contrahẽdi, vel fidem seruandi, & est mortale, quia perniciosum multùm: sed si clandestinè contrahant, & videtur mortale, sicut de contractu matrimonij, licèt minùs, propter pericula, quæ communiter sequuntur, & prohibitionem, aut quia apponitur pœna, quasi pœna conuentionabilis contra prohibitionem iuris. in c. gemma. de spon. & si desit cõtemptus: secundum Caieta. ibi, est veniale, & pœna nulla est. Secundò, in dissolutione sponsalium, quando sine causa dissoluuntur sufficiẽter, quia est peccatum perfidiæ, & mortale: quia proximo pernicioſum. Tertiò, in vsu, quando vacant actibus impudicis: vt suprà dictum est, impudicitia, §. nono. Oscula tamen, amplexus, & huiusmodi ex beneuolentia, non sunt peccata: si verò delectationis causa fiant, affectu maritali iam inchoante, absque impudicitia, tantùm venialia sunt. Huiusmodi enim oscula inchoationem venereæ voluptatis important, sicut & sponsa incheatiuè est sponsi. Caueant tamen à consummatione antequàm contrahãt: quia mortale esset.

STATVTVM.

STatutum, suprà, Constitutio.§.7. in ver.lex. per totum.Exequiæ.§.1. An statuere supra mortuatijs sit contra libertatem ecclesiæ, Exequiæ,§. 1. Quomodò sunt excommunicati, Excommunicatio 11.

STRYGIÆ.

STrygiæ, seu lamiæ dicuntur personæ quædam, quæ in nocte maximè exerceut se in maleficijs. Hæ aliquando credunt se portari ad ludos quosdam, & deluduntur in somnijs.c.Episcopi.26.q.5.aliquando realiter portantur, vt expertum est: aliquando per se vadunt,nec hoc est contra dictum c.Episcopi. Nam illa secta, de qua loquitur d.c. Episcopi. est alia ab hac, quæ modò dicitur secta strygiarum,licèt in aliquibus cum illa cõueniat,in aliquibus disconueniat.

Nec est verum, quòd mutentur in feles, vel alia animalia (vt dicitur) quamuis virtute dæmonis hoc possit videri per artem præstigij, vel circumponendo figuram, & hæc sæpè fiunt. Hæc secta non est proptiè hęretica, & expressè, sed præsumptiuè: quoniam diabolo, quem inimicum Dei credit, diuinum honorem exhibet, abnegat fidem & baptismum, contemnit sacramenta,& crucem, homines percutit morte & ægritudine per fascinationem,& per actiua naturalia edocta à diabolo, & per virtutem ipsius dæmonis assistentis,& cooperantis propria virtute, vt in relatione portarũ, & multorum aliorum. Si quis autem bene inspiciat illud capit. Episcopi intelliget, quòd inquisitores non agunt contra illud,dum officium contra has exequuntur.

STVPRVM.

STuprum, per quod mulier virgo extra matrimonium defloratur, mortale peccatum est, constituẽs propriam speciem, ex eo, quòd aufertur virginale signaculum paternæ custodiæ commissum. Si autem alio modo perdat virginitatem, vt per voluntariã pollutionem ex se, non erit stuprum, sed mollities. In masculo autem adhuc virgine coëunte cum meretrice, vel alia,non erit stuprum, quia non ita sub custodia patris est,quò ad hoc, nec fit minùs nubilis amissa virginitate,sicut fœmina.Thom. secunda secundę.q.154.a. 6. Ad quid teneatur qui stuprauit virginem, suprà,Restitutio.§.22.

SVFFRAGIA.

1 SVFFRAGIA pro mortuis fieri inceperunt ab Apostolis. Tho.4. sent.dist.45.q.2.a.1.ql. & Aug.lib.de cura pro mortuis habenda.& Damas. in ser.de suffrag.mortuorũ.& Diony. c.vlt.de cæ. hierar. Ideò credendum est suffragia viuorum defunctis posse prodesse, & credo quòd qui pertinaciter non crederet, esset hæreticus: quia videtur repugnare scripturæ Marc.lib.2.c.12.qui liber est in canone ecclesiæ: vt patet per Aug. libr.18. de ci. Dei, & per concilium Carthaginem.licèt apud Iudæos non sit Canonicus: vt dicit Hieron.in prologo galeato. & pro hac hæresi fuerunt Græci condemnari in concilio Florentino.suprà. Purgatorium, per totum, Indulgentia.§.19. Non est igitur negandum suffragia pro mortuis fieri esse vtile.

2 QVI in suo testamento ordinauit aliqua bona fieri pro anima sua, post mortem præmium talium bonorum, seu suffragiorũ consequitur, etiam an tequàm fiãt ab executoribus, quantũ est ex opere operante principalis agentis,siue testatoris,sed quantum ad efficaciam suffragiorum,quę est ex opere operato, vel ex opere operãte exequentis, non consequitur fructũ antequàm fiant,& hoc modo tarditas executorũ nocet defunctis, quò ad pœnam purgatorij,quæ est temporalis:secundum Tho.suprà,ad quartum. Non possunt tamen defuncti defraudari quò ad æternam retributionem, nisi per propriam culpã.suprà,Executor,§.16. & ibi quomodo grauiter peccant tales defraudantes, tanquàm egentium necatores.

3 SVFFRAGIA facta pro mortuis, non tantùm prosunt illis,sed etiam sa-

cienti-

cientibus, inquantum procedũt ex radice charitatis, qua faciens suffragiũ meretur vitam æternam sibi. Quomodò vnus pro alio satisfacere potest, suprà, Indulgentia, §. 19.

4 SVFFRAGIA à peccatore facta pro sunt mortuis, quantum ad ipsum opus operatum, id est, quantũ ad efficaciam, quam habent ex se, & quantũ operans operatur in persona ecclesiæ, vel vt alterius instrumentum: & inter suffragia pro mortuis magis proficit missa. c. nihil de cons. dist. 2. & Tho. 4. sent. suprà, & Pet. de pal. Secundò, eleemosyna. Tertio, oratio. Quartò, ieiunium. c. animæ defunctorum. 13. quæstio. 2. Quomodo eleemosyna sit magis satisfactoria, suprà, Eleemosyna §. 13.

5 QVI multos recipit ad participationem suorum bonorũ, licet mereatur, quia ex charitate hoc facit, tamen quò ad expirationẽ pœnæ. sunt ibi minus vtilia sua bona de rigore iustitiæ, sed fortè Deus ex sua misericordia facit, quod etiam pro se satisfaciant, hoc autem incertum est.

6 DICERE missam de mortuis, vel de aliquo sancto pro mortuis, nõ multùm refert, sed bene deuotioro gantis, & offerentis: ideo consulerem eis, qui volunt facere dici missas, vt dicerent sacerdoti: pater dicatis illam, ad quam maiorem habetis deuotionem, vel talem, ad quã ego habeo deuotionẽ: & valet quo ad liberationem à pœna, ei tantum, pro quo fit: secundum Pet. de pal. suprà, Missa, §. 32.

SVBDIACONVS.

SVbdiaconus. supr. Ordo. §. 2. Ætas, §. primo.

SVBSANNATIO.

SVbsannatio, suprà, Derisio per totum.

SVBSTITVTIO.

SVbstitutio, & successio, quia ad ius ciuile magis pertinent, dimittãtur. Vide, si vis, Silu. verb. hæreditas. Tab. ver. subst itutio, & successio.

SVPERBIA.

1 SVPERBIA, secundum quod nominat inordinatum appetitũ proprię excellentię, peccatum speciale est: de quo Tho. secunda secundæ. q. 162. a. 1. & 2. & quia superbus extollit se suprà id, quod est præfixum secundũ Dei regulam, ideò ex suo genere peccatum mortale est: veniale autem ex imperfectione actus. & est grauissimũ quia superbus diuinæ regulæ subijci non vult. Contingit autem peccare in hoc quatuor modis distinctis specie. Primo, cùm quis bonum à semetipso habere existimat, & non à Deo. Secundò, cùm existimat à Deo datum, sed ex proprijs meritis. Tertiò, cùm se iactat habere quod non habet. Quartò, cũ despectis cæteris appetit videri habere quod habet. Quando talis appetitus est secundum rationem deliberatam, mortale est in omnibus speciebus: secus quando secũdum primos motus, vt quando homo laudat se, non tamẽ propter hoc vult non subijci diuinæ regulæ. Non enim est hic actus perfectus circa appetitum inordinatũ propriæ excellentiæ.

2 CVM quis ita Deo ingratum se exhibet, ac si nõ accepisset omnia à Deo, est in prima specie superbiæ. Cùm quis conqueritur de Deo, quod non exaudiat eum, vel det aliqua bona, est in secunda specie. Cùm quis existimat se sanctum, liberalem, & huiusmodi, & non est, in tertia specie reperitur. Cùm quis negligit operari, appetere spiritualia, & pro peccatis proprijs satisfacere, est in quarta specie. Contra vero proximum peccatur, si quis proximo crudelis existit, incompatiens, intolerans, iniurians, impatiens, ægre ferens se despici, indignans, & huiusmodi. Hæc enim sunt signa, quod homo plus de se ipso sentit, quàm de alijs: quia existimat se non debere participem esse pœnarum ipsorum. Et hoc quidem peccatum multùm vitã spiritualem impedit, multumque periculosum est: quia difficiliter eradicatur, cum sit spirituale peccatum. Est etiam peccatũ generale, cum influentiam quandam in omnia habeat peccata, & ita caput omnium vitiorũ rectè dicitur.

SVPERSTITIO.

1 SVPERSTITIO quædam prote
statio infidelitatis est, qua circa diuinum cultū erratur, religioni opposita: secundū Tho. secunda secundę. q. 92. a. 1. quia cultum diuinum exhibet, vel ei, cui non debetur, vel non eo modo, quo debet; cuius species quatuor sunt, scilicet, diuinatio, idololatria (de quibus suprà in suis locis dictum est) indebitus veri Dei cultus, & vana observatio, & de his duabus speciebus vltimis nunc dicendum est.

2 SVPERSTITIO qua exhibet quis Deo indebitum cultū, dupliciter fit, aut pernitiosè, aut superfluè. Pernitiosè est, si contra fidei veritatem fiat, vt si quis Deum coleret sicut Iudæi, vel alij infideles, ritum eorum seruando, contra ecclesiæ sanctæ ritum, vt seruando sabbatum: vel si falsas reliquias pro reliquiis sanctorum adorādas proponeret, vel offerret imagines crucifixo, ad incitandum alios lucri gratia. Hic enim cultus falsus est, quia significat, quod nō est, ideò mortale peccatū. Offertur enim notabilis irreuerētia Deo ex natura talis operis, & si nō ex intentione offerentiū. Superfluè autem cōmittitur cultus Dei indebitus, quando non seruantur rubricæ & ritus ecclesiarū, & si desit cōtemptus, & scandalum, veniale peccatum est, vt quādo debet fieri missa cū vno acolyto, ponuntur duo, vel non debet dici Gloria, & dicitur. Si tamen adesset contēptus vel scandalum, esset mortale, ratione horum, nō ex se. Non enim est contra Dei reuerentiam, sed præter fieri dicitur.

3 SVPERSTITIO vanę observationis, primò per artē notoriam est, quando fiunt certa ieiunia, certæ orationes, secundum institutā illius artis, ad acquirendum scientiā per infusionē. & hoc est peccatū mortale propter initā cum dæmone societatem, de cuius institutione hęc seruantur, & inutiliter: quia dęmonum nō est scientiā animabus nostris infundere. Ex doctrina Caieta. ibi in sum. Secunda superstitio est per præsagia futurorum bonorū, vel malorum, ex his quę accidunt: vt si ex casu alicuius eundo domum accipiat aliquis aliquod malum futurū, & huiusmodi: & cōmuniter hæc vana sunt venialia peccata, quia non vt instituta religionis gentilium vtūtur homines: sed quia sic habent ex antiquis suis, & quia, vt in pluribus, videtur eis sic accidere. Et quando huiusmodi accidūt homini, possunt homines præcauere à malo, quod verentur accidere. Huiusmodi vana reputantur, dum non adest sinistra intentio. Tertia superstitio obseruationum est, quæ vsu herbarum, lapidum, lignorum, animaliū, carnium, imaginum, rituum, ad faciendum aliquod, vt puta ad stringendum sanguinem, vel huiusmodi, de qua suprà. Incantatio, §. 2. Quarta superstitio obseruationum est in verbis aut rebus factis portandis, dicendis, adiunctis aliquibus conditionibus nō malis, quarum ratio nescitur, vt qui vtiliter ad spasmum annulo facto ex primo marcello cruci oblato in die Veneris sancti, & similia. Hic enim interuenit superstitio quantum appāret. Si tamen quis hoc faciat ex mera deuotione. secundum Caietanum suprà, & non expectet effectum nisi à Deo, credens à Deo hoc alicui inspiratum, non est damnabile, sed potest tolerari. Ego tamen credo, quod licet talis nō sit de mortali damnandus, est tamen prohibendus, ne talia amplius faciat, tanquam superstitiosa, & habentia malivel superstitiosi speciem.

4 AD cognoscendum igitur quando hæc & similia sint superstitiosa, videndum est: secundum Tho. secunda secundæ, suprà, & contra gent lib. 3. ca. 154. an tales effectus, qui intēduntur, possint naturaliter produci à talibus rebus, tanquam à causis naturalibus, & si sic, non erunt superstitiosa, nec illicita: quia licet vti naturalibus causis ad naturales effectus, si nō, clarum est, quod non adhibentur tanquam causæ: ideò adhibentur vt signa, non vt signa diuina: quia non sunt sacramenta, neque sacramentalia: ergo tantum

vt

vt signa vana, & vacua, & sic pertinēt ad pacta signationum cum dæmonibus inita, sicque superstitiosa sunt.

Corpora naturalia ex suis formis naturaliter agunt, nō autem artificilia: ideō non possunt naturalem virtutē habere ad agendum, neque ex impressione virtutum cælestiū, inquantùm sunt artificialia, sortiuntur virtutem aliquam. Ex quo patet, quòd qui facit annulum sub tali constellatione, vt valeat ad malum caducū, vel huiusmodi, vel imprimit imaginem in lapide sub tali signo, nil naturale recipit, vt aliquid efficere valeat: ergò in aliquod spirituale est reducendum hoc non in Deum, vel Angelos bonos: quia ad huiusmodi auxilium hoc modo nō præstant, ergò ad dæmones, & sic apparet huiusmodi superstitiosa esse. Vide suprà, Diuinatio, per totum. Incantatio, per totum. Ars, §. 2. & ita tene vt sis securus.

SVSPENSIO.

1 SVSPENSIO censuram ecclesiasticam nominat, & est inhabilitas ad exercitionē ordinum, officiorū, vel iurisdictionis, ex aliquo impedimēto prouenies, ex institutione ecclesiæ habens robur, & est magis pœna quàm culpa. gl. in ca. ad reprimendā. de offi. ord. in cle. de pœnis. cupiētes. Et quamuis non sit culpa, tamen communiter propter peccatum incurritur, nec est necesse, quòd sit peccatum mortale semper, sicut de maiori excommunicatione, sed etiam pro veniali potest incurri, sicut excōmunicatio minor: vt probat Caieta. in summa ibi. Et licet suspensio tangat clericos communiter, quandoque tamen & laici suspendūntur ab aliquo actu, vt aduocati ab actu aduocandi, & similiter quandoque alij.

2 SVSPENSIO vna minor dicitur, qua quis dicitur suspensus quō ad se, & incurritur primò per quodcunque mortale peccatū, in quo quis existens antequam pœniteat, est suspensus à participatione omnium sacramentorum. ca. quæsitum. de cohabit. cleric. & si exerceat executionem alicuius ordinis solenniter, id est, quāsi vtens officio suo, mortaliter peccat: quia officiū suū indignè facit, & ministrū ecclesiæ indignè se exhibet, & toties quoties facit, etiam tangendo via sacra, & alia, quasi officio suo vtens, nisi in casu necessitatis, in quo etiam laico liceret hoc, vt leuare corpus Christi de luto, vel baptizare in articulo necessitatis, & huiusmodi: & à talibus quandiu sustinentur ab ecclesia, recipere sacramenta à subditis in necessitate licet: extra vero necessitatem recipere non est tutum, neque inducere tales ad executionem sui ordinis: secūdum Thom. 4. sent. d. 24. qu. 1. a. 3. quol. 5. ad 3. & ad 4. secundum tamē Petr. de pal. nō peccat, quia est licitum: nec talis inducens peccat, quia vtitur iure suo. Secundò efficitur quis suspensus quò ad se, per minorem excommunicationem: quia etiam ista separat à participatione, vt suprà dictū est. Excommunicatio, §. 5. tamen suspensus his duobus modis suprà dictis, si celebrat, non efficitur irregularis. c. si celebrat de cle. excō. mi. nec talis ab alijs subditis debet vitari, etiam quòd eius peccatum sciant. c. nostra. de coha. cle. & mulie.

3 SECVNDA suspensio est, qua quis suspensus est quò ad alios, & non quò ad se, & hęc propriè nō potest suspensio. Hac ligantur clerici peregrini, qui nō possunt celebrare publicè, nisi prius fecerint fidem de eorum ordinatione. in c. 1. de cler. pereg. Possunt tamen secretè celebrare. c. 3. de cler. peregr. & si publicè celebrant, nō propter hoc fiūt irregulares: secundum Pan. in d. c. si celebrat.

4 TERTIA dicitur maior suspēsio, & appellatione suspensionis in genere de hac intelligitur. art. in cap. si quem. de sent excom. De hac data est diffinitio in principio. & est censura ecclesiastica, sicut interdictum. c. quærenti. de verb. sig. Quando quis est suspensus ab ordine tantùm, non potest ea, quæ sunt ordinis: potest tamen ea quę sunt iurisdictionis, & econtrà, si est suspensus à iurisdictione, & non ab ordine. Si

autem ab vtroque, neutrum potest. Nam suspensio secundũ Pa. in c. Apostolicæ. de except. operatur ad limites suspensionis. Concord. Thom. 4. sent. d. 18. q. 2. a. 2. quol. 3. & Pan. in d. cap. Apostolicæ. de except. Suspensus ab officio, & beneficio, non potest agere nomine proprio, tanquam beneficiatus, pro iuribus ipsius beneficij, & suspensus à beneficio non debet habere redditus beneficij, modicam tamen sustentationẽ habere poterit, si non habet vnde aliter viuat: secundum Pan. in dict. cap. Apostolicæ. sed cùm nulliter, vel iniustè est suspensus, debet recuperare fructus: secus quando est iusta: secundum Felin. in dict. cap. Apostolicæ. Neque propter suspensionem quis beneficium amittit, nisi lex hoc exprimat. Et nulla suspensio causat irregularitatem, si suspẽsus celebrat, nisi sit à diuinis suspensus: secundum Feli. suprà. non enim in iure expressum inuenitur.

5 SVSPENSVS à beneficio potest eligere: secundum Pan. ibi suprà. quia ius eligendi annectitur ordini, seu officio, à quibus non est suspensus. Eligi autem in ecclesiâ, in qua est suspensus non potest. Alia, quæ pertinent ad officiũ, poterit exercere, siue spiritualia, siue temporalia: quia ab eo non est suspensus.

6 SVSPENSVS ab officio tantùm, non potest eligere, nec eligi, nec alia, quæ spectãt ad ordines. Potest autem ea, que pertinent ad beneficia, vt prosequi iura beneficij, nisi taliter sit suspẽsus ab officio, vt trahatur ad beneficium: vt in glo. Cle. cupientes. de pœn. §. verò nouam.

7 SVSPENSVS minori suspensione, quæ infligitur ptopter participationẽ cum excõmunicato, non priuatur facultate exercendi iurisditionalia, & eligendi, sed solùm participatione passiua sacramentorũ, & propter hunc effectum non potest eligi. Est tex. in c. si celebrat. de cler. excom. minist.

8 CVI interdictus est ecclesiæ ingressus, non potest exercere ordinem in ecclesia, in qua, si celebrat, efficitur irregularis. cap. is cui. li. 6. de sent. excom. non autem si extra ecclesiam celebrat, nec propter hunc interdictũ priuatur facultate exercendi iurisditionalia, & eligendi. c. sacro. de sent. excõ. & de rescrip. ab excommunicato. Non enim vltra suos limites cùm sit pœna, extendi debet, vt suprà dictum est.

9 EPISCOPVS suspensus à põtificalibus, solũ est suspẽsus ab illis, quę dependent ab ordine pontificali, & non ab alijs: sec. Ioan. And. in c. 1. de sent. exc. li. 6. quia sunt separata iurisditionalia ab his, quę sunt ordinis Episcopalis. c. aqua. de cons. eccl. & alt.

10 SVSPENSVS à sententia canonis vel hominis, tenetur abstinere ab officio, etiam post contritionem, & confessionem, quousque ab officijs suis relaxata fuerit sententia, aliàs à diuinis, vel officio, vel celebratione suspẽsus. & huiusmodi, si contrafaciat, mortaliter peccat, & efficitur irregularis: secundum Innocen. in cap. æterni. de reg. iur. libr. 6. si extra ecclesiam dicat horas: secundum eundem Innoc. vbi suprà, officiendo populum, sicut in exercitu, fit irregularis: secus si officiãdo dicat cum vno, vel duobus, & alij tenentur vitare eum, cùm dicit officium officiando, vel celebrat: secundũ Veruer.

11 SVSPENSVS ab officio absolutè, & non per dictionem tantùm, ab homine, vel à iure, propter crimen graue intelligitur etiam suspensus à beneficio. c. eos. & c. qui sacerdotum. 18. d. secus si propter infamiam, vel contumaciam, vel crimen leue: secundum Gaspar. de Cald. in d. clem. cupientes. sed si suspensus à beneficio solùm, non est suspensus ab officio: quia officium non est accessorium ad beneficiũ, sed econuersò. Si est suspensus ab vtroque per copulam, & est clarum. Si per disiunctiuam, vel videlicet ab officio, vel beneficio, sententia propter incertitudinem non tenet: secundum Gof. Innoc. verò dicit simpliciter, quòd suspensus ab officio solùm, non debet percipere fructus beneficij. per c. pastoralis. de appel.

12 CVM

12 CVM minora interdicuntur, intelliguntur interdicta maiora, vnde suspensus à subdiaconatu, est suspensus ab alijs ordinibus superioribus, sed non econtrà. c. significauit. de corpo. vit. hæc enim se habent ad consequentiam. c. cùm illorum. de sent. excom. qui enim non potest cantare epistolã, nec euangelium, sed non econtrà.

13 SVSPENSVS ab officio non simpliciter, sed secundum quid, non fit irregularis, si in alio officio agat ab eo à quo est suspensus, vt si à collatione ordinum suspensus est, & omnia alia præter ordinem agat, nullam incurrit pœnam: secundum Petrum suprà.

14 SVSPENSVS ab officio, & consequenter à beneficio quod est propter officium, tunc perinde est, ac si esset suspensus ab vtroque, & in vtroq; casu, si se ingerat diuinis, est irregularis, secundum Petr. de Palu. 4. sent. d. 18. q. 3. & c. 1. de sent. & re iudic. lib. 6.

15 SVSPENSVS ab officio pdicationis, licet prędicãdo & celebrando peccet, non tamẽ efficitur irregularis sec. Cald. in d. cle. cupientes. secus si esset suspẽsus ab aliquo officio annexo alicui ordini. Suspensus verò à canone propter defectum corporalem, ob quẽ quis promoueri prohibetur (vt suprà corpore vitiati) si talis promoueatur, & celebret, mortaliter quidem peccat, non tamen irregularis fit, secundum Panorm. in d. c. si celebrat.

16 SVSPENSIONES multæ sunt in iure, quas enarrare longum esset, adducam tamen loca in quibus habẽtur, vt qui voluerint inuenire valeant. Prima habetur in c. viii. 18. d. Secunda, in c. nullus. d. 55. Tertia, in ca. 1. & 2. d. 74. Quarta, in c. nullus. d. 32. &c. sciscitãtibus. 15. q. 8. Quinta, in ca. fi. d. 50. Sexta, in ca. nihil. de elec. Septima, de ordinatis diuersimodè. suprà, ordo. §. 16. in v. irregularitas. §. 8. Nona, de ver. signi. ca. olim. Decima, de cle. pug. in duel. ca. 1. Vndecima, de elec. c. pronida. Duodecima, de excess. prælat. c. tanta. Tertiadecima, de sentẽtia excõmunicatio. c. sacro. Quartadecima, in c. medicinalis. de sententia excõmunicatio. in 6. Quintadecima, de electio in 6. c. quia sæpè. & cle. statutum. de elec. Sextadecima, de offic. dele in 6. c. hac constitutione. Decimaseptima de reb. eccle. non alie. in 6. c. cõsultissimo. Decimaoctaua, de sent. & re iud. in 6. c. cũ æterni. Decimanona, de of. ord. in 6. c. præsenti. Vigesima, de cen. in 6. ca. exegit. Vigesimaprima, de vsu c. quanquã &c. vsurarũ. in 6. Vigesimasecunda, de priuil. lib. 6. c. episcoporũ. de sen. exc. c. is cui. in 6. Vigesimatertia, in 6. de elec. c. statuimus. c. cõpromissarius. Vigesimaquarta, de elect. c. cupiẽtes. Vigesimaquinta, de elect. in 6. c. cõpromissarius. Vigesimasexta, de sent. excom. in 6. c. solet. Vigesimaseptima, de reg. iur. in 6. c. non solùm. c. constitutionẽ. Vigesimaoctaua, in cle. quoniã de vit. & hon. cle. Vigesimanona, in cle. 1. de re. eccl. non ali. Trigesima, in cle. religiosi. de deci. Trigesimaprima, in cle. cupiẽtes. de pœn. Trigesimasecũda, in cle. 1. de stat. mo. Trigesimatertia, in cle. cũ sit de magistr. Trigesimaquarta, in cle. multorum. de hæreti. Trigesimaquinta. in cle. religiosi. de priuil. Trigesimasexta, de vsur. c. quia in omnibus. Trigesimaseptima, per Cle. V. in priuilegio, Prouidẽtia. Trigesimaoctaua, per Cle. IIII. in priuilegio, Paupertati. Trigesimanona, de simo. c. tãta. De his autem in diuersis locis dictum est, vt in ver. simonia. §. 52. Clericus. Religiosus. Ideò superfluũ videtur replicare, quæ in alijs locis dicta fuêre.

17 SVSPENSIO etiam potest fieri ab homine, nam qui potest cogere per cẽsuram ecclesiasticã, potest suspendere, excõmunicare, & interdicere, quia hęc tria veniunt nomine censuræ. c. quærenti. de verbo. signi. & qui potest excommunicare, potest etiã suspendere, & econtrà, qui potest excõmunicari, potest suspendi, & interdici, & debet fieri in scriptis monitione præmissa. Sicut excõmunicatio, vt patet in c. 1. de sent. exc. in 6. Ista enim tria sunt paria, secun. Pan. in c. reprehensibilis. de appell. Limitat tamen Pan. secundum vnum dictũ Inn. in ca. 1. de excess. prælа. quòd suspẽsio requirit monitionẽ,

quando infertur propter contumaciam, non autem si feratur in pœnam delicti commissi, quia tunc frustrà fieret monitio, cùm oporteat eum luere pœnam commissi delicti. Sæpè namq; propter delictum fertur suspensio, vt in c. tam litteris. de testamen. nõ autem sic de excommunicatione, quæ nunquàm fertur pro delicto, sed pro contumacia: quia quàm citò quis vult satisfacere, debet relaxari. canon. nemo. 11. q. 3. & c. illud. & pro corroboratione huius dicti, potest adduci, Romana. de sent. excõmu. in 6. §. sed nec in specie. vbi solùm prohibetur excommunicationem fieri sine monitione, quasi secus censeatur de suspẽsione, & interdicto, in alijs autem eodem modo fertur, quo & excommunicatio, scilicet in scriptis continentibus causam, cum traditione copiæ si petatur. in d. c. 1. de senten. excom. in 6. & non fiat sub conditione, quia non ligat nisi veniente conditione.

18 NVLLVS Episcopus, vel superior incurrit sententias suspensionis, vel interdicti impositas à iure, vel iudice, nisi de eis fiat specialis, & expressa mentio. in 6. de sent. excom. c. quia periculum.

19 SVSPENSIO non tollitur per sequentem appellationẽ, licèt suspendatur per præcedentẽ, sicut de excõmunicatione, secundum Pan. in ca. pastoralis, &c. ad hæc. de appel. suprà, Excõmunicatio. circa fin. In temporalibus autem secus esset, si appellatio esset legitima, secundum limitationem Pan. & l. non tãtùm. ff. de appell. Vt si quis ab ingressu talis domus suspendatur, vel à perceptione fructuum, quia ista temporalia sunt.

20 REGVLA generalis est, quòd quãdo aliquis est suspensus à iudice, vel à iure, ab aliquo actu spirituali alicuius ordinis, scilicet sacri, siue principaliter, siue per cõsequentiam, siue exequatur illum actum, fit irregularis: aliàs si facit contra aliquam suspensionem, non fit irregularis, sed aliter punitur. c. 1. de sent. & re iudica. in 6.

21 QVANDO in sententia suspensionis à iure, vel ab homine dicitur, donec satisfecerit, vel pœnituerit, adueniente conditione, ipso facto est absolutus, & non indiget alia relaxatione, sicut excõmunicatio, & interdictum, & in hoc ab ipsis differt. Pan. in c. cũ tu de vsur. in c. nobis. de spon. tam in text. quàm in gloss.

22 SVSPENSVS simpliciter à iure, potest ab Episcopo absolui, nisi canonis conditor sibi reseruet. c. nuper. de sent. excom. & nisi sit inflicta propter peccatum, à quo nõ potest dispensare Episcopus, secun. Pan. in c. quorundã. de solu. quia pœna propter delictũ posita, intelligitur perpetua. Si autẽ propter contumaciam esset posita, posset absoluere. Si verò est ab homine, absoluet qui eam tulit, vel superior, vt de excõmunicatione dicitur. 24. q. 1. cap. si Petrus. & absolutio fiet solo verbo, vt dicendo reuoco, vel remoueo, vel absoluo à tali sententia: qui nõ habet propriam formam.

23 CLERICI, vel regulares suspensi propter exhibitionẽ sacramentorum hæreticis, aut propter receptionẽ eleemosinarum, vel oblationum abeis, vel propter traditionẽ dictorũ hæreticorum ecclesiasticæ sepulturæ, sunt priuati officio ab eorum ordinarijs. c. excõmunicamus. de hæret. nõ possunt tales restitui à suspensore. Similiter suspensus à collatione beneficiorum per cõcilium, post primã, & secundã monitionem, inuento culpabili in conferendo beneficia indignis. de præben. c. graue. Similiter dic de degradato, vt in c. ex tuæ. de cler. non resid. hæc Papæ communiter reseruantur.

24 OMNES sententiæ suspensionis latæ per quoscunq; prælatos contra fratres prædicatores, & cõtra eorum priuilegia, sunt ipso facto irritæ. Alexãd. in priuilegio, Meritis vestræ. & etiam contra alios, occasione ipsorum fratrum. Alexan. in priuilegio, Nõnnis itaque. Magister ordinis, priores, & eorũ vicarij, in locis & cõuentibus sibi subiectis, fratribus sibi subditis, & ad eorvndique declinantibus interdum eius ordinis possunt absoluere à suspensione, excommunicatione, & pœna inter-

dicti,

dicti,quas incurrissent in ipso ordine, vel ante eius ingressum, ac etiã laicos volentes ingredi,nisi adeò excessus esset enormis,vt meritò esset consulenda sedes apostolica.Bonif.Alexand.in priuilegio,Virtute.Sed in concilio Latera.sub Leone X.sessione 11. dicitur quod volentes profiteri ordinem mẽdicantium, vbi agitur de interesse tertij,non possint absolui,nisi prævia satisfactione.Item prædicti prælati possunt à suis confessoribus obtinere dispensationem ab irregularitate,quam contraxissent proferendo sententias suspensionis,vel interdicti,sine scriptis ex incautela clem.in priuile.exigentibus. Sunt tamen inspicienda priuilegia aliorum ordinum circa huiusmodi,si habent & ipsi. Nam fere omnes ordines in priuilegiis, & gratiis communicant,præcipuè mendicantes, vt patet de prædicatorum ordine, qui priuilegiis omnium aliorũ ordinum gaudet.

SVSPITIO.

SVSPITIO quãdocũque oritur ex eo,quod quis est in simili peccato, propter quod faciliter alios tales credit,quandoq; ex malo affectu ad proximum,quandoq; ex experiẽtia, vnde senes cõmuniter sunt suspitiosi. Et quia suspitio quandã ambiguitatẽ importat,ideò quandiu ambiguus est in huiusmodi,siue ex leuib⁹ signis,siue ex grauib⁹ suspiceretur malũ de proximo, nunquam tamen est mortale, quia nõ diffinitiuam determinationem infert. Et licèt sit temeraria suspitio, & contemptus aliqualis proximi, non tamẽ completè contemnit, nec prorumpit in temerariam sententiã,quia tũc esset mortale suprà,iudicem.§.8.Est tamen veniale mala suspicari de proximo. maximè ex leuibus signis,imò quando videntur mala,bona credi debent, vel bona saltem intentione facta. de hac materia vide Tho.secunda secundæ q.60.a.3.suprà iudicium.§.1. & vlt.concor.Cai.in summa.ibi.

SVSVRRATIO.

SVSVRRATIO qua quis obloquẽdo amicitiã inter aliquos tollit, ex suo genere mortale peccatũ est, quia tendit ad nocumentum proximi,non qualecunq;,sed graue, videlicet tollere amicitiam,quod est bonum melius honore & fama, ideo grauius est detractione,& contumelia.ex S.Tho.secunda secũdæ.q.74.Est aũt veniale ex imperfectione actus,vel quia nõ adest intentio auferendi amicitiam, vel de re minima,vel quia iocosè dicit.Not. tamen quod licet quis non intenderet tollere amicitiam, si tamẽ incaute obloquitur talia,quæ ex natura sua sufficiunt tollere amicitiam, & de facto tollunt.nõ excuso talẽ à mortali,quia tunc actus redit in naturã suæ speciei, vt de detractione suprà dictũ est. Tenebatur enim aduertere quid poterat sequi,sicut qui proiicit lapidem,debet aduertere ne aliquẽ percutiat. Si tamẽ quis referet aliquod nõ ad auferendũ amicitiam,sed ad vitãdum maius malum,nõ credo peccare:vt si quis dicat Titio,caue à Socrate, quia vult occidere te,quia malũ non intẽdit,sed bonum, cùm aliter prouidere nõ possit huic malo, dummodò non sit maius malum,quod sequitur, quàm quod vitare intendit,secundum Sil.ibi.

TABELLIO.

TABELLIO, notarius, publica persona, scriniarius, quod idẽ sonãt.fiunt à principibus,regibus,Papa, ciuitatibus habẽtibus iura principum & à quibusdã aliis,secund. Inno in c. cùm P.de fid.inst.& possunt cõficere instrumenta in loco,seu territorio cõstituentium,& nõ extra,secun.Pan.in d.c.cùm P.confecta tamen instrumẽta in loco constituentis,si extra ostendantur,valent, secundũ cõmunioremopinionem,vt not.Pan.in d.c.cum P. Idem tenet Sil.ver.Tabellio.q.4.

2 DVAE honestæ personæ supplẽt vicem tabellionis, quando non potest cõmodè tabellio haberi,vt in c. quoniam contra.de proba.

3 RELIGIOSI qui in seculo fuerũt tabelliones,& officiũ tabellionat⁹ exercuerunt, possunt idem officium exercere in causa fidei tantum, vt de hære,c.vt officium.in 6.§.ad scribendum,

dum.in aliis autē nō.vt no.Io. Andr. in d.c.vt officium. Dicit tamen Gu.in Spe.quod vetera teſtamēta poterit cō plere,non tamē noua aſſumere. Quomodo autem hoc officium prohibeatur cleticis,ſuprà,Clericus.§.10.

4 CLERICVS in ſacris cōſtitutus, nō poteſt per principē ſeculatem effici tabellio,quia hoc officium clericis exiſtētibus in ſacris penitus interdicitur, & ſi ante erat tabellio,nō poteſt illud exercere officiū in cauſis ſecularibus, ſecun.Pan.in c.ſicut ne cler.vel mo in cauſis verò eccleſiaſticis nō poteſt etiā exercere:ſi ſit inſtitutus à principe ſecular,vt videatur ſentire Hoſti. & Inno.in d.c.ſicut.niſi hoc faceret coram Papa,vel eius curia,vt limitat Pa.ibidem, quia Papa admittendo videtur habilitare. Si verò ſit inſtitutus à Papa vel Epiſcopo,quoad ſuā diœceſim poteſt licitè quia propter ordines, vel beneficium,nō debet eccleſiaſticum officium interdici.ar.in ca.tua.de deci.el. 2.Pa.limitat in d.c.ſicut. extra curiā, quando nō habet cōpetēs beneficium aliter non,cū indiſtinctè prohibeatur in d.ca.ſicut.quia hoc eſt quoddā genus negotiationis,quæ clericis prohibetur.c.1.ne clc.vel mo. Si autē ſit in ſacris,ſed non beneficiatus,poteſt hoc officium exercere, etiā in cauſis tēporalibus,ſec.Pa.Imò nō poteſt ei præciſè prohiberi,ſed tantū cauſatiuè,ſcilicet per ſubtractionē beneficij, vt dicit Io.And.Cōcludit tamē Pa.q; hoc officium exercere poteſt,ſi nō habet beneficiū,quia tunc poteſt exercere licitam negotiationem.in d.c.1.Si verò clerici non ſint in ſacris,ſed in minoribus, hoc licet exercere officium,ſecūd. Io. And.in d.c.ſicut.quod d.An. limitat, niſi ſint beneficiati:quā lim. approbat tandem Pan.in d.c.ſicut.niſi quis eſſet inſufficienter beneficiatus, quia ſic nō dicitur beneficiatus. ar. c. 2. de tranſ. præl.Et idem Hoſt.tenere videtur.Sil. ibi.idem affirmet.q.3.§.3.

5 TABELLIO tenetur ſcirequę pertinent ad artem ſuā,aliter ſi errat imputabitur ei ad peccatū,ad reſtitutionem partis læſæ tenebitur,vt no. Pa.in c.1.de fid.inſt. Debet eſſe de legitimo matrimonio procreatus,vt dicit Aug. de Anth.in lib.de poteſtate Papę.Debet eſſe liber, & debet iurare, vt dicit Pa.in d.c.ſicut.quod fideliter exequetur officiū ſuū, q; de his quę videbit, & audiet,ſi fuerit requiſitus ſine diminutione veritatis, & ſine cōmixtione fallitatis conficiet inſtrumentū,& iunctа ſibi ſecreta celabit,& quòd ſuper cōtractu vſurario, vel in fraudem vſurarū,nō conficiet inſtrumentū ſciēter,& q; tenebit protocolla de oībus inſtrumentis,quæ conficiet. Vnde requiſitus tenetur tria exemplaria facere & actori dare vnum,alterū reo,& tertium retinere ꝑ protocollo, & q; erit ei fidelis,à quo conſtituitur.& ſi ſciuerit damnū eius tractari per ſe, vel per alium,reuelabit,& quod faciet inſtrumēta bona fide,remoto odio,amore, &c.& quando rogabitur conficiet inſtrumenta.Ideò quando contra huiuſmodi faciunt, ſunt periuri,& mortaliter peccant.De peccatis eorum. ſuprà,Notarius. De ſalario tabellionis. Sil.ibi.q. 6. & quando ad reſtitutionē teneatur.Sil.ibi.q.8.

TACTVS.

TACTVS.ſuprà,Impudicitia, per totum,& in verbo per totum, & ver.cogitatio.§.2.

TALIA.

TALIA.ſuprà,Gabella.& ver. Pedagium.

TEMERITAS.

TEMERITAS eſt audacia in malum.C.de ſacr.ſanct.eccle. l.iubemus.& not.Car.de ſum.tri.cle.1.Vnde ea temerè dicuntur fieri,quæ ratione nō regulātur,ſed vel impetu voluntatis,vel paſſionis,vel ex cōtemptu regulæ dirigentis fiunt.Propterea videtur prouenire ex ea radice,quę refugit ſubeſſe regulæ alienæ,& ſi de materia pernitioſa nō ſit,venialis erit,ſed ſi eſt de pernicioſa, mortalis: quia contra Dei vel proximi dilectionē eſt, & procedit ex defectu conſilij ad imprudentiam ſpectans Thom.ſecunda ſecūdæ. q.53.a.2.Temeritas autem ſub præcipitatione continetur,quamuis præci-

pitatio

pitatio magis respiciat voluntatis vel passionis impetum.

TENTATIO.

1 TENTARE, secundũ Tho. secunda secundæ.q. 97. est capere experimẽtum de re aliqua, vt aliquid sciatur, ideò si mala intentione hoc fiat, erit peccatũ mortale, vel veniale, iuxta qualitatem finis: vt si tentat ad præcipitandum in aliquod male graue, corporale, vel spirituale, erat mortale: quia materia pernicioſa est valdè.

2 TENTARE Deum, id est, explorare Dei potentiam, scientiam, vel volũtatem, mortale est, ex suo genere: quia diuinę excellẽtiæ irreuerẽtia exhibetur dubitando de ea, & hoc quando quis hoc intendit absq; rationabili causa. Si enim quis humiliter, & ex rationabili causa quæreret à Deo, (vt fecêre Apostoli quęrẽtes signa) quia nõ adest dubitatio, sed adest necessitas, nõ esset peccatum, nec cõtra religionem, sed benè velle scire voluntatẽ Dei, & eius posse, & scire, sine rationabili causa, absq; irreuerentia nõ est: vt si quis possit scire præcepta Dei ex scriptura, vel à docente, & vult per reuelationẽ scire, & huiusmodi. Veniale autẽ est ex imperfectione actus, vel quãdo nõ adest intentio tentãdi Deũ, sed ex simplicitate, & in consideratione fit. Tentare etiã dicitur Deus hostes, sicut tentauit Abrahã, non propter ignorantiam, nec ad malum, sed ad bonum semper finem.

TESTAMENTVM.

1 TESTAMENTVM est voluntatis nostræ iusta sentẽtia de eo, quod quis vult post mortẽ fieri, cum hæredis institutione: secundũ Pan. in ru. de testa. Ex hoc patet, quod qui filiũ sine causa exhæredat, eius voluntas seruari non debet: quia nõ est iusta sententia. c. si quis. 15. q. 2. Vel si mandet corpus suum canibus iactari: quia est contra pietatem. l. conditiones. ff. de cõditio. insti. & tunc seruari nõ debet. Item si prætermittat vt hæres, non valet insti. de lega. §. ante hæredis. Differt autem à codicillo, & donatione. Non etiã est curandum de verbis testatoris, dũmodò cõstet de eius vltima voluntate. C. eo. tit. l. fi. Nec compræhẽdit donationem causa mortis, quæ est quasi quædam vltima voluntas.

2 OMNES qui nõ prohibentur, possunt testari: quia edictũ de testamentis est prohibitorium: secun. Pan. in tub. eod. tit. Prohibentur aũt amentes, furiosi, & nõ habentes lucida intervalla. c. si. de test. Surdus, & mutus à natiuitate. C. qui testa. facere nõ po. l. discretus. nõ valẽs articulatè loqui, neq; scriptis exprimere nomen hæredis. l. iubemus. C. eod. tit. Impubes. secund. Pan. in c. Raynutius. de test. Filius familiãs, nisi de castrensi, vel quasi. in c. licet. de sepul. in 6. Prodigus cui à iudice interdicta est bonorum administratio. l. is cui. ff. eo. tit. testamentũ antè factũ valebit, ibi. Dãnatus ad mortem naturalem, vel ciuilẽ, vt sunt deportati, etiam si de manu iudicũ fugiunt. l. qui vltimo supplico. ff. eo. tit. Idem de dãnato ad perpetuos careceres. ff. de publ. iudi. l. 2. secus si ad inferiorẽ pœnã esset dãnatus: vt truncationẽ manus, & huiusmodi. Vsurarius manifestus, nisi prius præstet cautionẽ iuxta formam c. quãquãm de vsu. lib. 6. De excõmunicato licet quidã dicant, quòd nõ potest, cõmunior tamẽ opinio est, quod potest. Pan. in c. ad probandũ de re iudic. Seruus. 13. q. 2. c. illud. Professus tria vota substantialia per c. 2. de test. &c. nõ dicatia. 12. q. 2. suprà, Religio §. 24. Hæreticus, quia omnia bona eius ipso iure sunt cõfiscata. c. cũ secundum leges. de hære. in 6. Dubius an possit testari, vel non. l. de statu. ff. eo. tit. Obsides Christiani infidelibus dati, & nõ qui ab vna ciuitate alteri dãtur. vt in l. obsides. ff. eo. tit. Damnatus ob crimẽ famosum, seu libellum in alterius iniuriã. l. is cui. ff. eod. tit. §. si quis ob causam. Infames autẽ ob aliã causam nõ prohibentẽ: vt communiter tenetur, & secundũ Bart. ibi. Reus criminis læsę maiestatis. 6. q. 1. §. verũ. Captus apud hostes Romani Imperij. l. eius. ff. eo. tit. Priuatus vtroque lumine nũc potest testari, dũmodò seruet quatuor, quæ ponũtur in l. hæc cõsultissima. C. qui test. fa. po. quæ ponit Ang. de Are. in insti. quib. nõ est per.

per.fac.testa.§.cæcus. Qui Cardinales insecutus fuerit, percusserit, ceperit, vel in hoc associauerit, fieri mandauerit, consiliũ dederit, auxilium, fauoré, aut ratũ habuerit, hic neq; testari neque ex aliorũ testamento lucrari quicquam poterit, neq, ex successione. cap. Fœlicis. de pœn. in 6. De his prædictis, quidam nec etiã possunt disponere ad pias causas: secundũ cõmuniter Doct. vt primi, quarti, quinti, decimi, vndecimi, duodecimi, sextidecimi, & decimiseptimi. Bald. in l. 1. C. de sac sanct. eccle. & not. in d. c. licet. de sepul. in 6.

3 TESTARI quempiam prohibens, ab eius hæreditate repellẽdus est. C. si quis al. te. prohib. l. 2. Hic est vnus de sex casibus, in quibus quis exhæredari potest. supra, Exhæredatio.

4 TESTAMENTORVM quoddã dicitur nũcupatiuũ, & sine scriptis, in quo manifestatur nomẽ testatoris, hęredis, & alia quæ in eo continẽtur, coram testibus, siue testium subscriptionẽ, & alijs solẽnitatibus, de quibus. C. de testa. l. hæc cõsultissima. Vnde quis potest restari, dummodò vocet legitimos testes, corã quibus nominet hęredem, & suam explicet volũtatem, etiã quòd non habeat notarium qui scribat. instit. de testa. §. fin.

5 ALIVD dicitur testamentũ in scriptis, quod potest quis facere, quando non vult, quòd aliquis sciat suam dispositionem, de quo. C. de testa. l. iubemus. l. hac consultissima. vbi ponũtur multa requisita. Vide si placet, ne erres. Not. quòd Alex. del mol. in l. stipulationum. ff. de verb. oblig. dicit, q; quis potest relinquere dicendo sic, coram notario, & testibus. Volo, quòd hæres meus faciat in omnibus, & per omnia, prout cõtinetur in quadã mea schædula scripta manu mea, quæ est apud talem religiosum, & valebit. Sed aduertat, quòd litera sua benè cognoscatur: quia si esset dubia, esset periculosum. Sed non valeret dicendo, instituo hæredem illum, cuius nomen est in quadam scædula mea apud talem: secundum Bart. in l. si ita scripsero. ff. de condi. & demon.

6 IN testamento sine scriptis, necessarij sunt ad hoc, q; valeat septẽ testes legitimi, & rogari ĵ. hæredes palã. ff. de test. §. pe. fallit tamẽ aliquãdo in testamento cæci. in quo 8. requiruntur. In testamento facto in ture, vbi tot inueniri nõ possunt, sufficiũt quinq;. In testaméto facto inter liberos duo sufficiunt: secun. Bald. in dict. l. hæc cõsultissima. In testaméto facto corã Imperatore, porrectis precibus vt audiat, sufficit vnius, & potest notarius computari pro vno. de probat. c. quoniã. & in d. l. hæc cõsultissima, sed cautius est, quòd sint septẽ præter eum. In testamento militis in exercitu duo sufficiunt l. milites. C. de mili. testa.

7 TESTAMENTVM factum coram duobus testibus, & sacerdote parochiali, valet: sec. Pan. in c. cùm omnes. eod. tit. tam in foro ciuili, quàm canonico tam ad nõ pias causas, quàm ad pias. Ad pias autẽ causas etiam coram duobus valet: secun. Pan. ibidẽ. in alijs autẽ non, si desit parochialis sacerdos, vel alij duo testes, loco sacerdotis: secundum eundẽ Pan. suprà. Et si causa pia tractetur corã iudice seculari, terminari debet secundũ canones, & non secundum leges ciuiles, vbicunq; terminetur: secundum cõmuniter Doct. Et si statuto caueatur, quòd testamentum nõ valet, nisi positum in memorialibus vel registratum, tale statutum non valet, quò ad pias causas: secundũ Inno. & d. Anto. similiter non valet si statuatur, quod mulier non possit testari sine voluntate suorum consanguineorum. vt no. Pan. in c. relatum. el. 1. eod. tit. Quomodo valeant legata, etiam absque institutione hæredis, & sine solẽnitatibus suprà, Legatum. §. 50. & 51. sufficit enim solennitatis gentium vel diuini.

8 NVLLVS à iure reprobatus prohibetur esse, potest esse testis in testamento. infrà, Testis. §. 1. Mulier non potest esse testis in testamento. ff. de testa. l. qui testamento. §. mulier. sed in testamento facto inter liberos, in testamento militis. & ad pias causas, potest esse testis: secundum Angel. de Arc. in fi-

aut.de testam.§.testes.& glos.ordinaria.in l final.C.de codicillis. Sed quia hodie quasi in omnibus apponitur clausula,quòd si non valeat iure testamenti,valeat iure codicillorum,quòd si mulier adhibeatur in testem , valebit. Neque hermaphroditus, in quo prævalent muliebria.ff.de sta.homi.l. quæritur. Neque cui interdictum est hoc, vel per statutum , vel per iudicē, vel cui generaliter prohibetur esse testis in alijs negotijs:secun.Angel. neq; qui reputabātur seruus, & omnis qui habet in potestate hæredem, vt pater, & auus,& huiusmodi.instit.de testib. §.testes. Qui non est capax testamenti: vt spurius testatoris,hæreticus, dānatus ad metallum, & similes,neq, damnati de crimine famoso, vel passi muliebria.ff.de testi l.ob crimen, neq; legatarius,nisi quò ad quæstionem vertentem inter hæredem,& extraneum. §.legatarius.instit.de testa.sed benè filius legatarij potest esse testis. Neq; fidei cōmissarius generalis:quia est iuris successor,vt in l.1.ff.ad Trebel. Idem de executore vltimarum volūtatum, quando aliquid ei relinquitur in testamento.Si tamen instituatur monasterium, religiosi illius monasterij possunt esse testes:secundum Angel.insti. de testam.§.sed neque, &c. insuper.de testa. Similiter illi de aliqua vniuersitate possunt esse testes, quando nō resultat aliqua commoditas, vel vtilitas alicui in singulari , licèt in vniuersali: secus si resultat in particulari:quia essent testes in re sua,quod fieri non debent.l.omnibus.C. de testi.ff. de rer. diui.l.in tantùm.

9 SI relinquatur aliquid tabellioni in testamento nuncupatiuo,tabellio potest illud sibi adscribere sine aliqua pœna:secun.Spec in tit.de instr.edi.Secus in testamento in scriptis,quod ipse dictat,& scribit. Bar.in l.ff. ad leg. Cor. de fal.Idem dic de testibus.in l.dictantibus.C.de testa.

10 TESTAMENTVM nuncupatiuū ex quatuor redditur nullum. Primò, quando testator non est habilis ad testandum.Secūdò, si nullum hæredem instituit,vel non capacē.Tertiò,si præterijt iam natum, quē instituere, vel exhæredare debuit. Quartò,si non sit legitimus numerus testiū , & rogatorum.Ex his infert Bar.per cle.exiui.de verb.signific.in tract. minoricarum.& si fratres minores essent instituti hæredes sine cohærede , vel sine substitutione,testamentum nullum esset:quia non sunt capaces successionum , si tamen hoc sit verum, quòd neq; etiam ex priuilegio possint succedere.

11 TESTAMENTVM potest irritari,& rūpi ex causis septē. Primò,quādo nō est prouisum de posthumo,qui condito testamēto natus est. Is si præmoriatur, testatoris testamentum nō rumpitur quò ad effectum, idē dic de quasi posthumis : vt est arrogatus, vt ille,qui tēpore testamēti nō erat suus, sed tempore mortis sic. Alios modos vide instit.quib.mod.test.infi. Hęc ad confessorem parum faciunt,sed magis ad exterius forum spectant.

An legata facta in testamento,quod nullum est, vel irritandum, teneant, suprà,Legatum.§.51.

12 VLTIMVM testamentum semper valet.13 q.2.c.vltima voluntas.etiam si de primo mentionē non faciat, nisi in testamento inter liberos facto,C.de testa.l.aut hoc inter liberos,& quādo testator sibi legē posuisset,dicēdo si fecero aliud testamentum nō valeat,nisi fecero eius mentionem,&c, tunc nisi mentionem faciat de alio, nō valet.ff. de leg.3 l.si quis.Item quādo secundū est sub conditione de præsenti, vel prēterito:vt dicēdo, instituo Petrum hæredem , si Antonius est prætor, tunc conditione existente vera, rumpitur primum,si nō,minimè rumpitur primum. Si conditio sit de futuro, & sit possibilis , etiam quòd non adueniat, rumpitur. Si sit impossibilis, habetur pro non adiecta, & sic rumpitur primum.l. cùm in secundo testamēto.ff. de iniust.rup.te.

13 QVI vult primū testamentū cassare, & non facere secundum, non potest,nisi post decennium à primo condito,& coram tribus testibus dixerit,

nolo

nolo primum valere testamentum. l. sancimus.C.eodem.

24 NON est dare remedium quin testamentum factum etiã cum iuramento de alio nõ faciendo,vel quomodocunque fiat,possit rumpi, & reuocari,faciendo expressam mentionẽ de clausula derogatoria si quaerat, suo quibuscunq; verbis,etiã si de ipsis deberet fieri mẽtio de verbo ad verbum, quia voluntas hominis vsq; ad mortem est ambulatoria,& hæc est cõmunis sententia doct.præsertim Ange.de Aret. Insti.quib.mod.test.infir. Dicat Cyn. in d.l.sancimus.quicquid velit.

25 SI in testamento apponatur talis clausula,scilicet,si nõ valet iure testamenti,valeat iure codicillorum saltẽ, vel iure cuiuscunq; volũtatis vltimę, &c.Si testamentum patiatur defectũ, vel iuris repugnantiã in his,quæ sunt de substantia eius,nihil facit hæc clausula,nisi sit inter liberos,secundũ communem opinionẽ.Si vero patiatur tãtum defectum solennitatis debitæ,valebit iure codicillorũ, dummodo solennitas sufficiens codicillo sit apposita,scilicet sint quinq; testes,etiam nõ rogati,& sic legata in eo debentur.insti.de codicil.in principio.suprà,Legatum.§.11. Quomodo differt codicillus à testamento, quia non pertinet ad confessorẽ,vide Tab.si vis.ibi.§.13. Multa alia dimittuntur,quæ ad conscientiam non faciunt.

26 SI institutio hæredis voluntati alterius cõmittatur,vt dicendo,instituo hæredem,quẽ Titius voluerit,non valet,sed oportet,vt proprio ore,vel propria scriptura exprimatur, in d.l.hac cõsultissima.Imò Ioã. Andr.in addit. post Specu.eod.titu.tenuit,quòd quis instituatur hæres ad interrogationem alterius,dicentis,vis talẽ instituere hęredẽ tibi,nõ valet, Tenet tamẽ in c.cũ eo.tit.quod de æquitate canonica valet.Si committatur voluntate an velit esse hæres vel ne,valet,secun.Hosti.& Inno.in d.cap.cum tibi,nõ autẽ si cõmittatur voluntati alterius ab hęrede. l.si quis.ff.de hæred.instit.Si autẽ dicat,committo omnia bona mea arbitrio,vel dispositioni Titij, valet & tenetur Titius in pias causas distribuere, quia non potest dispensando dispensare, nisi secundum voluntatẽ testatoris,contra quã agere posset, si in prophanis dispẽsaret Pa. in d.c. cùm tibi. suprà,Executor.§.13. Cõsentit Bar. in li.1.C.de sacrosanct.eccles.

27 NON implens voluntatẽ defuncti testatoris,si est hæres extraneus, perdit totam hæreditatẽ.ca.si hæres.de testa. Si verò est filius, & hæreditas est diuisibilis, perdit eam, reseruata tãtùm legitima.C.de fidei cõmiss. authen.hęc amplius.sed si est indiuisibilis, vt ducatus,regnum, & huiusmodi, totum amittit.capit.licèt de voto.Intellige si nõ implet voluntatem in dispositis in testamento,quę ipso iure habẽt authoritatẽ, vt sunt legata,substitutiones,& huiusmodi. In alijs aũt nõ seruando, non incurrit hãc pœnam, nisi testator apposuerit pœnã,vt dicendo si non fecerit sic,vel sic, volo vt des centum Titio.tũc soluet pœnam, nisi quod præceptum fuit,sit impossibile, vel turpe, vel contra legem.instit. de leg.§.pœnę quoq;. Illo enim in casu non tenetur.

28 ADITA hæreditate sine mora debent solui legata,si res legata est in patrimonio: quia dominiũ eius trãsit in legatarium illicò adita hæreditate l. cùm res.ff.de lega.1. & potest cogi hęres non expectato anni lapsu ad soluẽdum, & si nõ impleuerit hæres tẽpore debito,episcopus debet interdicere, & sequestrare omnẽ hæreditatem, vt sic satisfaciat indirectè volũtati defuncti, maximè ad pias causas, & si vltra sex menses neglexerit soluere,à tempore insinuationis testamẽti,cogetur soluere postea cum omni emolumẽto,& interesse,in pœnã negligentiæ:& si negat soluere hęc legata ad pias causas,& perseuerat in negatione vsq; ad sentẽtiam, cõdemnatur vt soluat duplum. Est text.insti.de actio.§.item mixta.Si verò à tempore monitionis sibi factæ per iudicem differat soluere vltra annum quæcunq; relicta, priuatur tota hæreditate,& peruenit ad substitutos Panor.in cap.si hæredes.de testam. in glo.

gl. 1. quod quidem bene aduertere deberent hæredes cuncti.

19 Si dispositioni alterius tacitè committatur hæredis institutio, valet: vt dicendo, instituo hęredē Semproniū, si Plato Romam ierit. l. illæ institutiones. ff. de hære. insti. Idem de leg. 2. l. 1. non autem si expressè, vt dictū est suprà committatur, valet.

20 Institvtio personæ incertę, vt dicēdo, instituo hæredes meos pauperes Christi, vel pauperes Christi eligendos per Antonium, vel talē, quod melius est, valet: secun. gl. in d. c. cùm tibi. neque sic ius institutionis cōmittitur volūtati alterius, sed electio personæ tantùm: ideò non est contra id, quod suprà dictum est, si electio hęredis committatur dispositioni alterius, non valet, &c. quia hic instituuntur hæredes à testatore, electio autem alteri committitur.

21 Haeredis institutio potest fieri sub conditione, dummodò nō instituatur ad tempus certum, vt vsque ad annos tres, vel huiusmodi. Potest tamen fieri ad tempus incertū, vt donec vixerit, vel postquàm fuerit in ætate 20. vel 10. annorum. ff. de hære. instit. l. in tempus. Fallit hoc in milite, qui potest instituere etiam vsque ad certū tempus. l. milites ita. ff de milit. testa. Aduerte quòd institutus hæres vsque ad certum diem, alio hærede non dato, semper erit hæres. Idem si instituatur ad diem incertum. l. hæreditas ex die. ff. de hære. instit. Bal. & Salic. in l. extraneum. c. de hære. inst. quia nemo potest pro parte decedere testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum. ff. de reg. iur.

22 Si quis instituat aliquem cum his cōditionibus, videlicēt: Si decesseris sine liberis, si nō nupseris, si non intraueris religionē, oēs habentur pro non adiectis. c. in præsentia. de prob. & ibi Pa. Multa circa hanc materiam forent scribenda, quæ magis ad causidicos, quàm ad sacerdotes pertinēt, ideò dimitto. De testamentario executore, suprà, Executor, per tot. Qui possint testamentorū institui executores, & de eorum officio, Sil. testamentum. §. Vide ibi ad plenum, si placet.

TESTIS.

1 Testes esse non possunt, qui prohibentur, de quibus in glo. de testi. c. 1. qui communiter testificari non possunt, nisi fortè in certis casib⁹, & hi sunt, qui his versibus continentur: Conditio, sexus, ætas, discretio, fama. Et fortuna, fides, in testibus ista requires, &c. Seruus. c. forus. de verb. sig. Fœmina. c. mulierem. 33. q. 5. Impuberes. 4. q. 3. c. 1. Mente capti. 3. q. 7. §. 3. infames. de test. cogi. c. præterea. Pauperes 4. q. 3. c. si testes. Infideles cōtra fidelem. 2. q. 7. c. si hęreticus. Inimici. c. testes. 4. q. 3. Ignoti. authen. de testi. §. sancimus. col. 7. Executores, vel procuratores negotiorū in ipsa causa. in c. Romana. li. 6. eod. ti. Hi ordinariè non admittūtur, licèt in aliquibus casibus possint admitti, secundum quod iura volunt, quod ad sacerdotes non spectat, plures alij repelluntur: vt dicit Sil. ibi. §. 8. vsque ad 15.

2 Nvllvs admittitur ad testificandum in propria causa, neque principaliter, neque secundatiò. c. eod. tit. l. omnibus. tamen personæ de collegio possunt ferre testimonium pro causa vniuersitatis. c. insuper. eod. ti. & legatarij, & fidei commissarij pro testamēto, non pro legatis sibi relictis. sup. Testamentum, §. 8. & prælatus potest testificari in causa ecclesiæ, dūmodò per se causam illā non promoueat, quia etiā potest esse iudex. in c. si quis q. 7.

3 In causa cōmuni duorū neuter potest esse testis, quia vtriusque est arg. ff. de ri. nup. l. illud. neque socius criminis, & particeps. c. veniens. eod. tit. nisi in crimine læsæ maiestatis, & hæresis. Admittuntur tamen ad denuntiationem, vel præsumptionem. c. significasti. de adult.

4 Consangvinei oēs per rectā lineam ascendēdo non possunt esse testes pro se, vel contra se, vel econtrà. 4. q. 3, §. item in criminalibus. Idem de matre: tamen creditur matri, & patri pro filio quò ad ætatem, & natiuitatē c. per tuas. qui fil. sint legit. & vbi agi-

tur de impedimento cõsanguinitatis. c.quoties eod.tit. Si agatur an matrimonium sit contractum, vel non, mater est suspecta, si vir est superior diuitijs, vel genere.c. super eo.el.2.eod.tit. quando enim matrimonium est contractum, non separatur, nisi per legitimos testes.d.c.super eo.

5 PATER & filius, & duo fratres in eodem testamẽto possunt esse testes.4. q.3.in.§.in criminali.ver. itẽ pater. itẽ duo. Sunt & quędã personę, quę cogi nõ possunt testificari cõtra certas personas.3.q.5.per to. vt contra soerum, generũ, priuignũ, sobrinũ, sobrinam, notum sobrinæ, patronũ, patronam, eiusq; liberos. Item de domo actoris, vel accusatoris testes non debent prędici, & aliæ personæ: vt ibi ponitur.4. q.3.c.si testes. neque viles personæ cõtra clericũ in causa criminali.c.in primis 2.q.1. & singulares personæ non probant per se, sine præsumptionibus, & alijs adminiculis. ca. bonæ.el.1.de elect. Nec per tres singulares testes etiã cum infamia quis debet condemnari. c.in literis.eod.titu.

6 SI sit paries habens tantũm vnũ foramen, & sint tres respicientes per illud foramen, vnus post alium, mulierem adulterãtem cum viro, isti testes possunt facere probationem, licèt non simul viderint: quia non præsumitur pluralitas actuum: vt tenent Bald. & Cy.in l.hac consultissima. c. de testa. Et testes manẽtes absconditi post cortinã, non videntes, sed audientes probant.in c.præterea.de test.& ibi gl.& not.Pa.in c.ex literis.de consue. In testamento autem non valeret audire tantùm vocem, & non videre: vt est text.in l.si non speciali.c.de testa.

7 DE numero testiũ præcipit lex diuina, Deut.19. dicens: Nõ stabit vnus testis contra alium, sed in ore duorum vel trium stabit omne verbum. In testameato & codicillis quot requirantur, dictum est suprà, Testamentũ, §. 6. In donatione causa mortis requirũtur. 5.c.de donat.causa mort.l. fin.suprà, Donatio. Similiter in legatis, vbi suprà. Quot autem requirãtur in purgatione canonica, vide ibi de Purgat. cano. Aliquando vnus testis sufficit: vt in Papa.c.à nobis.de testi.de cardinali, de consuetudine curiæ, de actis, & dictis, coram eo statur eius testimonio: secun.Host.in c.cõstitutis.el.1.de app. Item in illis, in quibus nullum est præiudicium, vel vbi agitur ad peccatum impediẽdũ. Facit c. super eo.el.1. eo.ti.2.q.c 1. multi. Item valet vnus de consensu partiũ. Item quãdo testator mandat stari dicto alicuius informati de sua intentione. Not. Pa. in c.in nomine dñi.eo.ti. Item q. quis sit confessus c testimonium.eod.tit. Et vnus bonus testis omni exceptione maior, id est, nõ notatius in aliquo, facit indicium sufficiens ad torturam. Pan.in c. 1.de depos. not. vlti. & c.1.de confe. not.1. ad conuincendum cardinalem: vide Pan.ibi.c.licèt.eo.& c. præsul.2. quæst.2.

8 TESTES singulares regulariter nõ probant: secun.Pan.in c. bonæ.el.1.de elect.& singulares dicuntur, quando deponunt super diuersis factis, ita q. quilibet est singularis in facto suo respectu obiecti, sed quando obiectum, de quo deponunt, fuit præsentatũ sensibus testium eodem tempore, tunc sunt conteſtes,& non singulares: quia nunc videntur deponere de facto eodem. Concor. tex.c. cũ dilecti.de elec. & c.tam literis.de test. Si autem actus habet cõtinuitatem, probãt testes singulares, vt quòd quis talem ægrũ possederit. Io. And.in c.qualiter,& quando.el 2.de accu.

9 TESTES debent iurare dicere veritatem, quam nouerant.c.hortamur. 3.q.9.nec falsum interponere, vel de suo aliquid addere.c. pura. 3.q.9. nec sine iuramento testi creditur.c.fraternitatis.c. tuis de nupt. vbi dicit Pan. quòd neque Episcopo, vt testi, creditur sine iuramento. Potest tamen à parte remitti iuramentũ. Papa tamẽ excipitur à iuramento. Et debent testes sigillatim in secreto examinari, & tenentur præsente parte iurare.c.in nomine domini.eod.ti.nisi pars aduersa sit cõtumax.ibidem. Ante litis conteſtatio-

nem

nem non debet ordinatiè recipi, tamẽ fallit in multis. c. quoniam. vt lit, non conte. Possunt tamẽ recipi antequàm sciatur persona delinquens, nec se ingerere quia sic essent suspecti. l. vxori, §. 1. ff. de fals. Debent iurare tactis sacris Euangelijs, nisi Episcopus, vel sacerdos. c. de episc. & cle. authen. sed iudex: quia istiiurãt super pectus. de iur. calum. ca. fi. Debet exprimere locum, tempus, & modum rei super iuratis. c. de testibus eod. tit. & quòd super iuratis tantùm testificetur, & non super alijs: quia non valet. ar. ca. de testibus. eod. tit.

10 TESTIS falsus talionis pœna punitionis: sec. Bal. in l. 1. ff. ad l. Cor. de sicca nec eum excusat metus. 5. q. 5. c. authoritatis. & dicitur falsus, quando iuratus, & exanimatus loquitur falsum. cap. ne quis arbitretur. 22. q. 2. & damnum. dans alteri dicendo falsum, satisfacere in conscientia tenetur. c. si quis in atrio. 17. q. 4. Mortaliter peccat in iudicio mentiens, de his, quæ ad iudiciũ pertinent: tum quia iniuriã facit iudici, tum quia partẽ offendit. Est enim mẽdaciũ pernicioſum. sup. mendacium. §. 5. Negare etiam testimoniũ in articulo necessitatis est mortale: quia est præceptũ Dei affirmatiuum, estq; in damnũ proximi, & boni communis. Et si exigitur à iudice secundũ formam iuris, tenetur respondere etiã ad mentem eius, vt iudex est: non de omnibus, sed de manifestis, & de quibus præcessit infamia, vel semiplena probatio, & huiusmodi, & nolẽdo respondere, mortaliter ageret, tanquàm suo superiori inobediens in materia necessaria, & importanti. Si autem testis requiratur, vel à nõ suo iudice, vel non secundum iuris formam, respondere non tenetur: quia in hoc non est eius superior, nisi ex fraterna charitate cogatur: vt quia sic potest liberare aliquẽ à morte iniusta, vel alio graui malo iniustè sibi infligãdo. Sic enim mortaliter peccaret contra proximi charitatem. Quòd si eius testimonium non requiritur: tamen vt eruet malũ proximi, debet facere quod potest, denuntiando bono modo veritatem ei, qui prodesse potest, etiam q; sit religioſus, nisi in causa sanguinis, vbi de irregularitate periculum esset. sup. Accusatio, §. 6. Denuntiatio, §. 2. Secretum, per totum. Quomodo secreta possunt, vel non possunt reuelari, vide suprà, Secretum, per totum.

11 ACCIPIENS pecuniam pro ferendo vero testimonio, mortaliter peccat: secun. Arch. Ilo. quia facit expresse contra iura hoc rationabiliter prohibentia, & est turpe lucrũ. 14. q. 5. ca. non sanè, & tenetur restituere danti, si per hoc voluit sibi iustitiam ministrari: in d. c. non sanè. sed si dedit ad corrumpendum, esset restituenda illi, in cuius iniuriã data est, vel pauperibus. & multò plùs mortale, si accepit pro falsitate dicenda, vel tacenda veritate. Potest tamen testis petere expensas: vt not. glos. in c. statutum. de reserip. lib. 6. & lucrum cessans operum suorum. c. venturis. 4. q. 3. quia proprijs expensis nõ tenetur ad hoc, nisi extrema necessitate.

TIMOR.

TIMOR peccatum est, quando ex timore homo fugit non fugienda. Tunc enim appetitus hominis est inordinatus, & quandoquè mortale est, videlicèt si propter timoré mortis, vel pœnæ, vel amissionis bonorũ temporalium, vel famę, & huiusmodi, quis fugit facere aliquid, ad quod tenetur, vel lege naturali, vel diuina: vel facit, quod fieri prohibetur per easdẽ leges: vt qui adorat propter timorem idõlũ, vel non cõfitetur se Christianum, vel non corrigit corrigendũ, & huiusmodi. Debemus enim Deũ timere, & vitã animę magis seruare, quàm quodcunque aliud. Quando autẽ quis de duobus malis propter timorem fugit maius malũ, nõ peccat: quia hoc est secundum ordinũ rationis: ideò iste timor à peccato excusat. Quomodò autem excusat timor cadens in constantẽ virum, in hic, quæ sunt de iure positiuo. suprà, Coactio, §. 2. De hac materia Tho. secundæ secũdæ. q. 125. Quæ sunt illa mala, quæ iustè incutiunt ti-

morem cadẽtem in constantem virũ. Sil.ver.metus q.1.

TYRANNVS.

TYrannus secundum Gre. in libr. moral.est,qui in repu. non iuridicè principatur, quod dupliciter fieri potest, vel quia & si sit verus dominus, non tamen rempub. regit debito modo,sed ad propriam vtilitatem,imponendo ei grauamina, vt sit hodie quasi vbique: vel quia vsurpauit sibi dominium vi armorum,vel alijs vijs iniquis:& talis propriè dicitur tyrannus, & à quolibet de populo licitè potest occidi, quando non est recursus ad superiorẽ,à quo possit iustitia fieri: secundum Thom.2.sent.d.vl.q.1.a.2. ad vlt.ibi defendit dictum Tullij. l.d. offic. Huius enim ratio potest esse: quia talis tyrãnus habet bellũ iniustũ contra omnes de populo,& hi contra eum habent iustũ bellum:ideò licet, nisi ex hoc maior populi sequeretur turbatio,vel maius damnum. Et si sic occidatur, non occidatur priuata potestate, sed publica, aliàs non liceret: secundum Tho.de regu.princip. cap. 6. De Tyranno autem primo modo dicto non sic licet,ideò fuit reprobata propositio in concilio Constantiñ.dicens quemlibet tyrannum à quolibet posse occidi.suprà, Bannitus, §.1.in ver.seditio per totum. Licèt tyrannus mortaliter peccet faciendo opus iustitiæ,quod sibi non competit, cùm non habeat verũ dominium: tamen illi,qui rogant.& petunt ab eo opus iustitiæ, quam alio modo habere non possunt,excusantur:quia non suadent ei peccare mortaliter, sed maius malum vitare. Est enim maius malũ dominari tyrannicè sine iustitia, quàm sit dominari,& iustitiã tenere,quamuis vtrunque sit peccatũ in ipso, sicut minus malũ est fornicari, quàm adulterare. Ideò si quis adulteranti suadeat fornicari potiùs, non peccat: vt dicit Cai.ibi,sic in proposito. Et quòd hoc sit licitum, probat vsus omnium degentium sub tyranno. Ita concludit Caieta.ibi in summ.& Bene. Deus autem tyrannos regnare permittit in damnum & punitionem malorum. Tho.2.sent.d.44.

TORNEAMENTVM.

1 TORNEAMENTA quæ fiunt, vt homines vires suas experiantur, vel causa addiscendi armorum vsum, si non essent prohibita ab ecclesiæ,nec inesset periculũ vitæ corporis,vel animæ,essent licita, sed quia prohibẽtur. c.1.eod. tit. & sæpè proueniunt mortes,& pericula animę &corporis:ideò mortaliter peccant facientes, sicut suprà dictum fuit de duello, & hastiludio:vnde & ibi morientes, etiá quòd eos pœniteat,ecclesiastica carent sepultura,vt ibi canon vult.

2 PVGNANS torneamento est reus homicidij,& irregularis, si ibi aliquis occiditur,etiã à casu: quia cùm det operã rei illicitæ, quicquid accidit, sibi imputatur.de hom.cap.fi.& si vulnus ibi accipiat,& extrà moriatur,& fit certum q̃ ex illo vulnere mortuus est,nõ poterit in sacro sepeliri. Secus si est dubium: quia pœnæ sunt restringendæ. Similiter si non causa pugnandi accessit,sed alia,& ibi mortuus est,etiam à casu,vel vulneratus. Quòd si animo pugnandi quis accessit,non tamen pugnauit, & ibi aliquis fuit occisus,non poterit secundum Gof.promoueri ad ordines:quia ad rem cõdemnatã accessit. Episcopus tamen cum tali dispensare poterit,sicut de existẽtibus in bello iniusto,sed non occidentibus,vt dicit Sil.ver.homicidium.3.§.6.

TORTVRA.

1 TORTVRAM inferens alicui sine indicijs sufficientibus, vel semiplena probatione precedente, vel personis,quas de iure torquere nõ potest,mortaliter peccat: quia proximo damnum,iniuriamq̃ infert, & contra iustitiam facit.

2 TORQVERI nõ debẽt impuberes minores 14.annorũ,licèt cædi possint.l.cùm Silleianũ. c.ad Sill.Milites, mulieres prægnantes non debent torqueri,etiam indirectè,vt dãdo falsa ad cruciandũ eos siti,& huiusmodi.Item quãdo aliter quàm per torturã potest veritas exigi,non debet quis torqueri, neque

neque nouiter, sine nouis indicijs debet quis torqueri, quãuis sufficiãt variationes ad nouiter torquendũ: sec. Inn. in c. quoniam. de proba. & Bart. in l. de minore. ff. de quæst.

3 FERVLA & flagella non dicuntur tormenta, vel torturæ. ff ad sena. con. Sille. l. 1. impuberi. & sine sufficientibus indicijs, vel semiplena probatione quis torqueri non debet.

4 QVI publicam habet authoritatẽ, iudicabit qualia indicia sufficiẽt. c. de qu. milites. Caueat tamen, vt secundũ rationem arbitretur: vt dicit Tho. super Iob. c. 10. ne animæ propriæ præiudicium faciat iniustè arbitrando.

5 CONFESSIO facta ex tortura, sine indicijs, vel semiplena probatione, nõ valet. ff. de quæst. l. 1. neque per indicia frequentia cõfirmatur. Bal. in l. fi. c. de accus. Not. sec. Ang. in li. de maleficiis. quod quando quis nõ est tortus sufficienter secundũ indicia habita, potest tortura repeti, & dicit de consuetudine hoc esse arbitrarium. Dat præceptũ Paris in suo trac. de Syndicatu, quod iudex protestetur, quod vult supersedere in tortura, & eam repetere quoties oportuerit. Debent interuenire aliqui dies quietis 8, vel 10. & torquere pro eisdem indiciis vltra tres vices videtur esse immoderatum, & malè factum: secundum Bar. in l. fi. c. de quæs. Nec peccat iudex secundum allegata, & probata inquirens.

TRANSACTIO.

TRansactio à quo fieri potest? Dic ab eo, qui potest donare. Donatio §. 3. Quomodo possit fieri in criminalibus, vel spiritualibus, prætermitto de hac materia, quæ potius ad litigantes, quã ad confessores pertinet. Si tamen vis de ea scire, vide Sil. & Tab. ibi, &c. de transac. per tot.

TVTELA.

1 TVTELA est triplex, vna legitima, quæ datur à lege, quando pater filio nõ dedit testamenta. Alia testamentaria, quę datur à patre in testamẽto. Alia datiua, quę datur à iudice. Insti. qui mo. tu. fi. & de curatorib.

2 CLERICI & ipsi possunt suscipere legitimã tutelam, nõ tamẽ cogi possunt ad accipiẽdum: testamentariam verò, aut datiuã, nõ possunt recipere. Episcopi, clerici, religiosi tenentur cũ licentia suorũ superiorum miserabiliũ personarum tutelam recipere. c. monachi. 16. q. 1. & sic concord. c. generaliter. 16. q. 1. & c. 1. & fi. 88. d. c. peruenit. 86. d. & c. Cyprianus. 21. q. 3. Aliqui dicunt, & malè, Episcopum non posse recipere tutelam legitimam: vt dicit Sil. ibi. q. 3.

3 AD tutores pertinet pupillos à criminibus intactos seruare, & eorũ res ab iniuria: vt in c. 1. 12. q. 1. & eorũ pecuniam, vel bona mobilia, quæ ad nihilum valent, eis seruata, cõuertere in prædia, ex quibus percipiãt aliqué fructum. Nam secun. Bart. in l. tutor. §. 1. ff. de admi. tu, Si pecuniam pupilli tutor non ponit in prædijs, tenetur pupillo de fructibus, quos percipere poterat, deductis expensis, & periculum, si tamen potuit emere, vel alio bono modo lucrari, alias non tenetur. Idem dic, vbi est statutum, vt omnia bona mobilia pupilli vendantur, vt de pecunia pupillus acquirat luctum, si non facit tutor cum potest, tenetur ad interesse. Et quia illicita est vsura, debet de illis negotiari: secundum Ioan. de Ana. in c. quia in omnibus. de vsuris. Et bona est cautela, vt faciant eum cõsilio parentum: quia sic præsumitur quod absit dolus, & culpa à tutore. arg. l. etiam. c. si tu. vel cur. inter. Et sic si per negligentiam passus est acquisita deperire, vel non acquisiuit pupillo cum posset, tenetur de suo proprio satisfacere. l. nõ est ignotum. c. de admi. tuto. Idem in prælato. glo. sing. in c. placuit. 16. q. 3.

4 TVTOR tenetur facere inuentariũ de rebus pupilli, nisi ex iusta causa, & necessaria impediatur. l. tutor, qui repertorium. ff. de admi. tut, nisi iudex remiserit, quod potest, vel aliter habeat consuetudo: secundum Bar. in d. l. tutor, & tenetur facere quàm primùm potest, aliter videtur in dolo. l. hæc conditio. ff. de condi. & demõ. si tamen administrauit, aliter non. Si ta-

men facit prius ea, quę dilatatione nō recipiunt, vel quę necessario prędedūt inuentarium, vt perscrutatio substantiæ hęreditariæ, vel ea, quæ nullo modo possunt obesse pupillo', sed bene prodesse, non præsumitur in dolo: secundum Bar. suprà. Modus autem faciēdi inuētarium habetur c. de admi. tut. l. tutores. & de quibus debet fieri, in d. l. tutores.

5 MATER filij tutelam perdit, vel si incontinenter viuat, vel si ad secūdas nuptias tranſeat: sec. Pan. in c. vxoratus de cōuer. coniu. de quo est gl. quā sequitur Bal. in auth. matri, & auiæ. c. quam. mu. tu. of. fun. po.

VAGATIO.

VAgatio mentis ex propositio in orationis peccatum est, & tollit fructum orationis secundum Th. secūda secundæ. q. 83 a. 13. & est filia acidiæ. Quando autem peccatur vagando in officio, supra, Horę. §. 19. contra quod dicit Aug. Psalmis & hymnis cum oratis Deū, hoc versetur in corde, quod profertur in ore.

VANA GLORIA.

VAna gloria, suprà, Gloria mundana per totum.

VASA SACRA.

VAsa sacra munda seruari debent, & solùm à factis hominib⁹ tractari. de custod. euch. c. 1. & facta inutilia vel consumpta vetustate debent comburi, & eorū cineres in loco honesto, ne cōculcentur, reponi. c. altaris. de cō secr. d. 1. & c. in sancta. de re. do. c. ad hæc. Quomodo, & quando est mortale peccatū tenere immunda huiusmodi, supr. Corporale. §. 1. à quo possunt consecrari, suprà, Consecratio, §. 12. & quàm graue delinquūt ministri in huiusmodi negligentes.

VECTIGAL.

VEctigal, suprà, Gabella, per totum.

VENATIO.

1 VENATIO triplex, vna hominū oppressiua, quæ semper prohibetur. d. 6. c. non est. §. is itaque. in fin. Alia arenaria cū bestia dentata, quæ similiter prohibetur. c. qui venatorib⁹. d. 86. Alia est quę exercetur in cāpis & syluis, capiendo animalia, quæ nullius particularis personæ sunt, & hæc licita est secundū se, quia naturaliter dominium animaliū est homini datū. Contingit tamē per accidens esse peccatū multis modis. Primò, quando venatio fit cum damno proximi, vel in persona, vel in rebus, vt quia venator exponit se periculo occidendi, vel vulnerandi proximū ex incautela, vel destruit segetes, semina, vineas, vel huiusmodi: & tunc iudica mortale, vel veniale, secūdum qualitatē actus, vel periculi, cui se exponit, & vltra peccatū tenetur de damno per eum illato, vel eius occasione. Secundò, si sunt personę, quib⁹ venatio est prohibita, vt clerici. c. in omnib⁹, de cle. ve. si se in hoc exerceant. Et cōstitutis in sacris pœnā suspitionis imponenda statuitur. ibid. c. Episcopum.

2 ALIQVI intelligunt. quod nō interdicitur nisi venatio clamosa, si autem nō sit cum clamoribus, licet etiā monachis, & aliis: & tēdere retia, & laqueos silenter. An autem tales mortaliter delinquant faciendo cōtra canonem, teneo quod non, quando nō faciunt in contemptum, nec in scandalum. quia non est præceptum antono mosice, nec de materia necessaria. Si tamen essent moniti, & nollent desistere, non excusarem eos à mortali, quia viderentur contemnere. Episcopis autem omninò prohibitum est. c. 1. dist. 33. Pan. tamen in c. 1. de cle. ven. dicit quod aliquando etiam licet episcopo, sed rarò, non causa voluptatis, sed necessitatis: vt si faciat ad exercitiū, vel appetitum prouocandū, & huiusmodi. Et sine scandalo: licet Pis. dicat omninò prohibitum.

3 TERTIO est peccatum mortale, quādo diebus festiuis fit, taliter quod omittuntur diuina necessaria ad salutē, vt missa, & alia, ad quæ quis tenetur ex præcepto, vel si impediūt alios, ne possint audire: In aliis autem diuinis communiter est veniale, vel nullum: quia ad hæc nō tenemur. Quartò, ex nimio affectu, qui tantus posset esse,

esse,quòd peccatum constituerit mortale.Nam ex nimia venatione contingit,ꝙ minorem homines habent curã de familia.de repub.vel alijs, ad quæ tenentur. Quintò,quando domini priuant alios ne possint venari, quod est contra naturalem legem,hoc enim tyrannicum est:secundũ Cae.in summ. ibi,cõtra bonũ cõmune,contra libertatem & vtilitatem, & tantùm est propter proprium bonum delectationis. Ideò non excuso à mortali tales, maximè quando apponunt pœnam notabilẽ alijs venantibus,nisi ab antiquo, cuius principij non esset recordatio, venationes sint domino reseruatæ, & tunc etiam pœna debet moderari.Nõ enim propter vanam venationẽ æquũ est vt quis occidatur, vel mutiletur, neque tales leges vel statuta videntur tolerabilia,& iusta.

VENDITIO.

VEnditio,suprà, Emptio, & Negotiatio,& Monopolium,per to.

VERBERATIO.

1 VERBERANTES scholares causa correctionis,& parẽtes filios clericos etiã in sacris,licitè faciunt,nec incidunt in canonem,si moderatè faciant. sup.Excõmunicatio.1. Non enim hoc fit suadente diabolo,sed iustitia.

2 VERBERATVS ex eo ꝙ nõ potest soluere,si veniat ad pinguiorem fortunã,nõ tenetur amplius soluere:secun. Bal.in l.fi.C.in ius voc.quia luitio corporalis cedit loco solutionis.glo.in c. sicut indignũ.de homi.Secus est,si est impotens,& differatur solutio,quia tenebitur quando venerit ad pinguiorẽ fortunã.c.Odoardus.de sol.& ibi Pa. Si autem est impotens,& cedit bonis, & non luit pœnam,tenebitur:vt dicit gl.in regul.peccatum.in 6. licèt aliqui contrariũ teneant, primũ tamen melius.suprà,Restitutio,§.55.

VESTIS.

VEstis,suprà, Ornatus, per totum. Consecratio,§.12. Benedictio,§.3. Abbas.§.8.

VICARIVS.

1 VICARIVS est, qui alterius vices gerit, siue in officio contentioso, siue non,extrà de eodem,per to. Et in direc.li.5.tit.8.c.de of. eius qui vi. alge.per totum.

2 VICARIORVM quidã sunt perpetui,& nõ ad tempus,vt qui ecclesiarum parochialiũ curã habẽt,& qui episcopi authoritate cõstituuntur,c.ad hæc.de of.vic. & tales aliã vicariã habere nõ possunt.c.prouideas.eo.ti.nec sine causa possũt amoueri.d.c.ad hęc. & debẽt habere 25 ann.& promoueri ad sacerdotiũ.in cle.quę de ecclesijs. eod.ti. aliàs ipso facto sunt priuati,& tales constituuntur solùm ecclesia parochiali,non rurali:secundum glo. in cle. vnic.eod.ti.& non possunt constituere vicarium alium perpetuũ,sed hẽ temporalẽ:vt dicit Car.ibi. Potest tamen instituere perpetuũ vicarium authoritate Episcopi rector ecclesiæ: secundum Arch.Flor.

3 QVIDAM sunt vicarij tẽporales, sicut mercenarij in adiutoriũ curę animarũ assumpti,quando scilicèt rector per viam delegationis cõmittit illi authoritatem audiendi cõfessiones,quia hoc potest,etiã non habenti curã animarum,nisi sit ei prohibitum, vt peregrino,& ignoto.de cle.pereg.per tot. quia committere istis, ad Episcopum spectat.c.tuæ.de cler.peregr. Idem si committatur religioso,cui à sua regula,vel prælato prohibetur.

4 ALII sunt vicarij deputati super aliqua diœcesi,vel prouincia, vel loco, de quibus est c.pe.eod tit.& c. adijcimus.16.q.1. qui dicũtur iurisdictionales,tantã habentes authoritatẽ, quãta eis conceditur.c.accepimus.de pri.

5 ALII sunt vicarij generales,qui ad omnia incũbentia prælato cõstituuntur,nõ solùm respectu curię, sed etiã respectu omniũ incũbentiũ, & possũt cognoscere causas totius diœce.inquirere.corrigere excessus,& huiusmodi; nõ tamen beneficia cõferre.c. cùm generali.eod.tit.habent ordinariã iurisdictionẽ,& possunt excõmunicare,sed quia in Italia vicarius, & officialis ratiõ differunt,inspicienda est eorũ commissio,quæ & quanta sit, & iuxta illius tenorem iudicare.

6 ALII dicuntur vicarij foranei, vel quia foris diœcesi constituebantur, vel ex eo quòd teneant forum, vel quòd de foris veniant, & est officialis Episcopi, non habens ordinariã iurisdictionem, sed delegatam, non faciens consistorium cum Episcopo, sicut vicarius generalis, & non potest ea, quæ prohibentur illi, in c. licèt. eod. tit. in 6. nisi hæc specialiter committantur. ideò cõmissio ei facta debet inspici. Et not. quòd merus secularis, vel clericus vxoratus non potest esse vicarius Episcopi: secundum Pan. in c. 2. de cle. coniug. Et dicit Pan. in c. pastoralis. de rescri. quòd quidam est perpetuus, quidam temporalis.

7 PREDICTI vicarij temporales regulariter vicarium facere non possunt. c. clericos. eod. ti. etiam si habeãt iurisdictionem ordinariam, quia non habent eam iure suo, intelligo nisi habeant speciale mandatum substituẽdi, vel nisi sit consuetudo: quia instituens vicarium, & sciens cõsuetudinem, videtur consentire in illam, vel quando non potest totum per se facere, quia intentio instituentis est, quòd faciat solùm quod potest, & si sit archipresbyter vicarius episcopi in spiritualibꝰ, potest alium substituere. de offic. archip. c. ministeriũ. sed dictus vicarius non potest totum committere, in casu quo non potest omnia per se, sed partem. Host. dicit quòd ad modicũ te opus, & ex magna causa. & non nimis frequenter poterit alium relinquere loco sui, sicut fit tota die. arg. ff. de offic. eius cui man. est l. 1. §. 1. &c. pervenit. de appel. el 2. quando autem speciale mandatum, potest: quia non propria authoritate hoc facit. Io. And. in c. 1. de of. vic. lib. 6.

8 VICARIVS tantam authoritatẽ habet, quantam vult dare eius institutor, & si hoc patet, standũ est illi: qꝫ si non patet, & est vicarius in aliqua causa particulari, tũc de illa, & de his sine quibus non potest eam perficere, se impediat, & nõ plus. Si verò est generalis commissio, etiam dicẽdo, vt possit omnia, quæ ipse posset, non exprimendo aliquid, quod requirat speciale mãdatum, etiã si dicat, si requireret speciale mandatũ, secuta clausula generali dicẽdo, & omnia alia quæ per nos possumus, etiã si exigerẽt speciale mãdatum. Tunc quãuis habeat ordinariã potestatem, tamen non poterit ea, quæ requirunt speciale mandatũ. arg. in c. qui ad agendũ. de procur. lib. 6. Si verò exprimat aliquid. quod requirit speciale mandatũ secuta generali clausula, videlicèt & omnia alia, quæ nos possemus, etiam quòd requirẽt speciale mandatũ, tunc poterit omnia, quæ posset instituens ordinaria potestate, glo. fi. in c. 1. de offic. vic. lib. 6. Aliàs per generales clausulas, quæ verisimiliter non essẽt cõcessurus, non veniũt, c. fi. in 6. de of. vicar. tam in tex. quàm in glo. & c. 2. ibi.

9 ITEM si nominaret aliquod speciale, & cũ clausula generali, &c. non tamen intelligitur concessum id, quod verisimiliter nõ esset in particulari cõcessurus, vt quia est magnæ importantiæ: vt si cõstituo Titiũ procuratorẽ ad oẽs causas, nõ tamen ad contrahendũ matrimoniũ, nisi de hoc fiat specialis mentio: nam clausula generalis, quæ sequitur speciali expressa, includit similia, non longè maiora: vt dicitur in d. c. fi. imò etiam si specificaret de matrimonio cõtrahendo, & nõ specificaret de persona, non valeret. Hæc autẽ, vt habetur in d. c. 2. & c. fin. sunt quæ requirunt speciale mandatum, scilicèt inquirere. corrige, de ponere, subditorum excessus punire, conferre beneficia, dare literas cõmendatitias ad ordines. Et si Episcopus suo subdito eligendi sibi idoneum confessorẽ licentiam dederit, non propter hoc à reseruatis absolui poterit. c. si episcopus. de pœn. & remiss. lib. 6. quia in concessione generali illa non veniunt, quæ quis verisimiliter non esset concessurus in specie: vt suprà dictũ est, & ibi in text. Genus enim continet species nõ actu, sed potentia.

10 MORTVO prælata habente vicariũ, ipse vicarius (vel si alio nomine vocetur) si fuit electus à toto conuentu,

vel

vel à collegio patrum, vel si habet authoritatem à lege, quia ista durāt, perseuerat & ipse, secundum *Pan.* in ca. 1. ne sed. vac. ali. Inno. secus est, si factus est à priore, episcopo, abbate, vel alio prælato, quia nòn durat eo moriente. Cessat etiam vicarij potestas, episcopo excommunicato. *Pan.* in ca. 1. de offic. leg. Intellige secundum quosdam re integra: quia idem iudicium est, sicut de elegato, secundum *Pan.* in c. licet. de offic. delega. Secus autē quādo res non est integra, secunda Ioan. And. in d. c. 1. de offi. vic. Not. etiam secun. *Pan.* in c. volente. d. of. del. posito vno vicario, reliquus non remouetur: licèt contrarium tenuerit Io. Cal.

VINDICATIO.

VINDICATIO vna est, quæ per iudicem, vel superiorē exercetur secundum quod iura disponunt diuina, vel humana, & si fiat secundū rectā intentionem, est actus bonus à virtute procedēs. Altera, quæ fit, seu appetitur à persona priuata, & quantū ad actū vindicandi illicitū, est priuatæ personæ, nisi propter defensionem cū moderamine, vt suprà, Homicidium. §. 3. Est enim actio habētis potestatē super eum, qui punitur. Quantū autem ad appetitum nō est peccatū appetere vindictā, id est, iustā punitionem malorū hoc est enim appetere iustitiam, dummodò nō appetatur ex odio, vel gratia satiandi animū, vel alio malo fine, sed vel propter correctionē delinquentis, vel vt alij timeāt, vel propter bonū pacis, & huiusmodi: aliter vindicātes se, vel vltionē appetentes, & nō prædicto modo, mortaliter peccant, nisi ex imperfectione actus vel in re parua. Potest etiā quis quærere vltionē de propria iniuria, quando redūdat in vituperium Dei, sicut fecit Siluerius Papa, qui excōmunicauit eos, qui cū exulem fecerant fieri. 23. q. 4. c. Guilisarius. vel quando vergit in detrimentū animarum, vel in scandalū: quia non est cōtra charitatē, alias patienter ferre laudabile est. c. tu bonus tolera. 27. q. 4. Mali ad exercitiū bonorū à Deo permittuntur, ideò patiēter tolerādi sunt.

VINVM.

VINVM non bibentes, ordinari ad sacerdotium non possunt. Ex eo enim quòd vinum abhorrent, possent vomere sacramentum. ar. in c. si quis per. de cons. dist. 1.

VIRGINITAS.

VIRGINITATEM seruare nō solùm est licitum, sed laubabile, non quia sit præceptū, sed consiliū, iuxta illud Apost. De virginibus præceptum domini nō habeo, consiliū autē do. Et quia posset quis obijcere præceptum Dei, scilicet, crescite, & multiplicamini, &c. dicitur, quòd sufficit hoc ab aliquibus adimpleri, & nō est necesse ab omnibus. Imò expedit aliquos cœlibē vitam ducere: vt vacent cōtemplationi. Quinimò cæteris paribus, virginitas præfertur coniugio: secundū Tho. secunda secundæ. q. 152. a. 4. Præceptū enim illud multitudini, non singulis datum est.

2 VIRGINITAS non perditur, si virgo dormiens violetur, dummodò quando iuit dormitum, hac intentione nō iuerit: nec si vi opprimatur, dū modò non cōsentiat in talē delectationē, licèt sentiat eā: neque dū patitur seminis fluxū, dūmodò renitatur quantum potest, etiā q; corporalem habeat delectationem. Nam virginitas principaliter cōsistit in deliberata voluntate, nō experiendi veneream delectationē, quæ sentitur in emissione seminis.

VIRGINVM *consecratio.*

1 VIRGINVM cōsecratio solùm ad Episcopum pertinet, cui ecclesiæ cura committitur, & in tali consecratione confertur gratia: secūdum Tho. 4. sent. d. 38. q. 1. nisi sit obex: non ex vi sacramenti: quia sacramentum nō est, sed ex opere operantis.

2 MVLIERES virgines mente, sed corpore corruptæ (quia violenter, siue dormientes, siue aliter fuēre corruptę) non debent cōsecrari, quāuis virginitatem nō perdiderint formaliter: quia ecclesia tātùm de exterioribus iudicat, & ad hoc est cap. ille. 32. q. 5. Quæ aūt corpore incorruptæ sunt, licèt mente

sint corrupte,& etiã actualiter in somno, vel vigilia corruptionẽ passæ fuerint: quia tamẽ corporis habẽt integritatem,cõsecrari possunt,sunt enim in statu virginum secundũ ecclesiæ iudicium,quæ de apparentibus iudicat.

3 QVIDAM verò propter vitandũ scandalum,quando sacrãdæ sunt corporaliter corruptæ,consecrãt eas mutantes verba virginitatis in verba castitatis,q̃ fieri nõ debet.quia propter vitandum scandalũ,non debẽt sacramẽta,vel sacramẽtalia vitiari: possunt tamen benedici,dicendo illas orationes, & faciendo illas cęremonias,quę non sunt de substãtia cõsecrationis, mutato nomine virginitatis in nomẽ continentiæ,vel castitatis;consecrati autem nullo modo possunt: quia talis fictio sacramentalibus est iniuriosa.

4 POSSVNT velari in die Epiphaniç, in natalibus Apostolorum,per totam hebdomadã resurrectionis, omni die dominico:vt no.in.§.velamẽ.20.q.1. in articulo mortis omni die.c. deuotus.20.q.1. Secundum aliquos in solennibus festiuitatibus possunt velari. nec ante 25.annum.c.placuit.20.q.1. Viduis autem potest dari velũ, sed nõ cum illa solennitate: quia semiplena continentia in illis est.

VISITATIO.

1 VISITARE possunt omnes habẽtes ordinariã iurisditionẽ: vt Episcopi,Archiepiscopi,Archidiaconi,decanus,abbates,& prælati religionum, legati Apostolicæ sedis quibus cõmittitur vel à Papa,vel ordinarijs:vt in c. Romana.de cen. libr.6.de offic. or.c. conquerente.de offic.archi.c.mandamus.de stat.mo.c.pe.& fi.c. inter cætera.de offi.ordi.

2 DE ordine,quem visitator debet tenere.in d.c. Romana.constat,quomodo debet proponere verbũ Dei,deinde inquirẽte de vita & cõuersatione ministrantium in ecclesijs,& de alijs,quę spectant ad officium.in d.c.Romana. Religiosi sua sequantur instituta, & consuetudines:vt in d.cap. Romana.

3 VISITATOR à locis visitatis, & nõ ab alijs,potest accipere procurationem pro victu illius diei, siue in victualibus,siue in pecunia,& quod tãtum vnã procurationem recipiat vna die,etiam quòd plures ecclesias visitet & si aliter accipiat istis non concurrẽtibus,tenetur infra mensem restituere in duplum ecclesiç,à qua accepit,alioquin patriarchæ, Episcopi, Archiepiscopi, sunt ipso facto interdicti ab ingressu ecclesiç,inferiores vero his sunt suspensi ab officio,& beneficio,donec in duplum restituant,nec valet remissio,vel dantium liberalitas,seu gratia, eos liberare,nisi restituant.c. exigit.c. Felicis.de cen.in 6. legati tamen vltra hoc,possunt accipere expensas quas fecerunt in equis, & vestibus,& huiusmodi, dum vadunt ad visitãdum,& etiam nuncij Apostolici:secundũ Pan. in c.procurationem.de cen.à munere autem,quod prohibetur accipi,excipit Host.esculentum,& poculentum, & xenia,quæ sunt munera, quæ hospitibus dãtur,quæ nõ extendũtur ad munerum qualitatẽ.ff.de off.procõ.l.solent.quod limitat Ioan.Mo.si sunt ibi aliqua comẽdenda.si aũt sunt portanda,vt capones,confectiones, & huiusmodi,periculum est, Sil.ibi circa fin. Neq; officiales visitatoris aliquid recipere ratione visitationis debent.

4 ARCHIEPISCOPVS & Episcopus possunt visitare monasteria exempta,nisi super hoc habeant priuilegiũ. capi.Sopitæ.de reseri. Possunt & visitare hospitalia,si sunt loca religiosa:vt quia cõstructa sunt,& instituta authoritate Episcopi.Si aũt clarum est,quod non sunt religiosa.& qui instituit est viuens,nõ poterunt visitare sine licentia instituentis.Si verò mortuus est,& voluit remanere hospitale,poterũt visitare.c.vt iuxta.de offi.ord.Tũc enim habet formam,& statum loci pij.

VNCTIO.

VNCTIO extrema,quod est sacramentũ, non est de necessitate salutis.si quis tamen nõ accipit:quia contemnit,mortaliter peccat,non minus, quã conténens quodcunq; aliud ecclesiæ mandatũ:vt dicit Caiet.ibi in fine. quia contemptus vbiq; damnabilis.

2 Hoc

2 Hoc sacramentũ fuit à Christo institutum, sicut & alia omnia: secũdũ Tho. 4. sen. d. 23. q. 1. promulgatũ autẽ ab Apostolis: cuius materia est olium oliuæ ab Episcopo consecratum. Forma autẽ est hęc, per istam vnctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi dominus quicquid deliquisti per visum. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & sic de cæteris sensibus: secũdum Tho. suprà. vide. c. nunquid. de consec. d. 5. At ly, in nomine patris, &c. non videtur esse de substantia formæ: secundum Tho.

3 Datur hoc sacramentum in robur spirituale, contra debilitatẽ relictã ex actuali peccato, vel originali, etiam confert gratiã, nisi sit obex: secun. Th. suprà. Et licet fiant multæ vnctiones, vltima tamen est quæ operatur in virtute præcedentium: in qua infunditur gratia, non autem character imprimitur: quia per ipsum sacramentum nõ deputatur homo ad aliquod agẽdum vel ad recipiendum directè pertinens ad cultum Dei, sed solum ad spiritualem sanitatem consequendam.

4 A solo sacerdote, etiam in mortis articulo, datur extrema vnctio, vno clerico præsente, vel saltem in necessitate vno seculari respondente. c. quæsiuit. de verb. signi.

5 Si autem necessitas adesset, qui nõ est proprius sacerdos, potest inungere sub ratihabitione: quia necessitas non habet legem. de re. iur. c. quod non est. imò etiam si esset suspensus ab ingressu ecclesiæ: secun. Archi. Flor. faciẽdo portari per alium de ecclesia: non autem si esset suspẽsus ab officio præcisè. Non tamen religiosus, sine licẽtia, sub pœna excommunicationis de priuile. cler. religiosi. suprà. Excommunicatio. 49. quam licentiã potest dare proprio sacerdos, etiam quod sit excommunicatus, sicut excõmunicatus, & suspensus à iurisdictone, dant licentiam audiendi confessiones.

6 Hoc sacramentum non debet dari nisi adultis, & infirmis, ac in mortis articulo cõstitutis, ex ipsa infirmitate: secun. Pet. de Palu. ideò nõ datur occidendis, vel euntibus ad bellum, & huiusmodi: quia talis mors nõ imminet ex defectu naturæ, sed euẽtu fortunę. His autem qui præ senio deficiũt sine actuali infirmitate datur, & etiã phreneticis & amentibus, si sana mente petierunt, aliàs non, & maximè quãdo crederetur, quod irreuerentiam exhiberent huic sacramento, etiam quod petierint, vel petant.

7 Debet etiam dari illis, qui ex infirmitate vsum iam rationis amiserũt quãuis non actualiter petierint, dũmodò sint tales personæ, de quibus constat, quod benè vixerũt, & quod si haberent tunc vsum rationis, peterent, vt creditur: quia etsi nõ petierunt explicitè, petierunt: tamẽ implicitè: secũdum Pet. de Palu. & Arch. Flor. & sic habet vsus ecclesiæ. Et quando S. Tho. dicit, quod non debet dari nisi habentibus actualem deuotionẽ. 4. sen. d. 23. q. 2. a. 2. ql. 3. debet intelligi, qui nõ habẽt, nec habuerũt. Debet etiã dari adultis baptizatis, licet nunquã peccauerint. secun. Pet. de Palu. & Archi. Flor. quia remanet pugna contra hostem, necest mendacium in forma: quia remansit debilitas mentis, ex prioribus delictis. Debet etiã dari illi, de quo dubitatur an sit mortuus sub conditione, scilicet si es viuus. Sed si moriatur ante completionem, non est vltrà procedendũ. Et debet simul vngere sacerdos, & verba profetre: secundum eundem Petr. de Palu. in 4. sent.

8 Partes quinq; sensuum debent inungi: secun. Thom. suprà, quia sunt peccãdi radices, videlicet oculi, aures, nares, labia, manus, pedes etiã, & quibusdam renes, non autẽ communiter propter reuerentiã. Si vero quis aliquo membro careret, pars propinquior illi membro vngatur, & sufficit.

9 Hoc sacramentũ potest iterari sine iniuria: quia non habet effectum perpetuum, etiam in eadem infirmitate: vt si infirmus sit in periculo mortis, & vngatur, & postmodum releuetur, & deinde post aliquot dies iterum sit in articulo mortis, potest iterum vngi, & maximè quando infirmitas

anitas est diuturna: vt esset paralysis, vel febris ethica.

VNIO.

VNIo beneficiorum, & ecclesiarũ potest fieri: quia Papa potest vnire vnam ecclesiã inferiorẽ alteri cuicunque cũ causa,& sine causa,& sine consensu canonicorũ secun. Pan. in c. vnire.de excess.præla. Eodẽ modo Episcopus circa ecclesias sibi subiectas in sua diœcesi, non tamẽ sine causa, & canonicorũ consensu.c.pastoralis.in fin.de dona. Alij autẽ inferiores nequaquã possunt,nisi præscripsissent. Quomodò autẽ,& quibus modis fiat, nõ pertinet ad confessores,vide tamẽ.c.quia monasterium.de reli.do.cap. q; translationem.de offi.leg. Quinque enim modis tales vniones fieri solent.

VOLVNTAS.

1VOLVNTAS hominis durat etiã post mortem cõcedentis, secundum leges canonicas.in c. fi.de preca. Ideò quando conceditur aliquid alicui absolutè,sine alia limitatione,durat etiam post mortẽ concedentis. ca. maiores.de baptism.vt si Abbas instituit priorem,durat etiã ipso mortuo quãdo ab Abbate cum collegio,quod non moritur,fuit institutus. secus si concessisset vsque ad beneplacitũ,expirat per mortẽ concedentis capi si gratiosæ.de referi.libr.6.Secus si dixit ad beneplacitum sedis,quæ nunquã moritur,etiã quod Papa moriatur. dict. capit.si gratiosæ. Idem quãdo dicitur donec voluero,vel aliter ordinauero, vel reuocauero,vel cum aliquo termino concernente actum:quia per mortem expirat ille actus,& illud beneplacitum.per d.c.si gratiosè. vbi sit determinatio eorum,quę prius erãt dubia circa hoc, & huic standum est nunc, oppositum videtur tenere Gemi.in d. c.si gratiosè.ibi,pone quod Papa, &c. cũm Ioan.Andr. & quibusdam alijs. & bonas videtur adducere rationes. Vide si placet,prima tamẽ opinio melior censetur.

2VOLVNTAS humana tenetur cõformari diuinæ quò ad causam formalem,volẽdo eaque Deus vult,eodẽ modo scilicet ex charitate,quò ad causam finalem,volẽdo ad eundẽ finem, sicut Deꝰ,quo ad causam efficientem, volendo ea,quæ Deus vult nos velle, siue volũtate antecedenti, siue consequenti,quando nobis innotescit, quò ad causam materialem, volendo ea, quæ Deus vult,nõ volũtate naturali, sed volũtate deliberata,quãdo cognoscimus Deũ sic velle,licet displiceat nostræ voluntati, vt nostra est,aliter nõ conformans voluntatem suam diuinæ, mortaliter peccat: quia recedit à recta regula humanorũ actuum, quæ est voluntas diuina: vt dicit Herueus, primo sen.d.48.& Tho.ver.q.23.& primo sen.d.2.q.vlti.

VOTVM.

VOTVM.secun.Tho. secũda secundæ.q.88.a.1.est deliberata,& spontanea promissio Deo facta,de his quæ sunt Dei.Ideò vota,quæ sunt sine deliberatione,vel sine cognitione discussiua,vel non voluntaria, vel de rebus malis,vel nõ bonis,nõ sunt verè vota vt dicemus.Nota,q; iudicare de votis primò occurrit videre quantũ ad materiam,quãdo teneant, & quando nõ teneant. Nam si fiat votũ de aliquo illicito,vt facere fornicationẽ,vel facere contra consilium Christi: vt nõ seruare castitatem,& huiusmodi.vel de aliquo,quod est indifferens ad bonũ,vel malum,vt non lauare manus,pectere caput,hæc non sunt vota valida,quia sunt de materia,quæ Deo non placet, propterea dictum est,quod est de his, quæ Dei sunt.Ideò similia faciẽs votum peccat,non tamen semper mortaliter quia si vouet q; est mortale,vt furari, mortale est.Secundò, si vouet contra cõsilia,ita pãratus animo,quod etiam occurrente necessitatis articulo nõ intendit facere cõtra tale votum,mortaliter peccat.Tertiò,etiã mortaliter agit si vouet huiusmodi vota stulta,vt nõ lauare faciem, vel pectere caput, & huiusmodi,cognoscens quid facit, & quod hoc Deo displicet, & tamẽ vult se ad hoc obligare. Huiusmodi enim vota essent blasphemiæ peccatum. Si tamen crederet hoc parum displicere

Deo

Deo, sicut sunt veniale esset & hoc veniale peccatum, quia charitatem non excluderet.

2 QVANTVM aũt ad primum modum, nõ solùm peccat mortaliter vouens, quòd ex se malum est, sed etiam quòd bonum est, sed vestitũ malo fine vt mutuare propter inanẽ gloriam, vel auaritiam. Peccat enim vouẽdo, & peccat adimplẽdo. Similiter peccat vouendo Deo aliquod licitum offerre, si poterit aliquod illicitũ cõsequi. vt ad ulterium, hoc enim est facere Deum authorem criminis. Similiter si ille, qui obtinuit aliquod illicitũ, vel alterius bona, voueat Deo, vt puta decem aureos, quasi referẽs ei gratias pro obtenta re illicita, hoc mortale est, & blasphemia, concordat Caietan. ibi in summa. Videtur enim facere Deũ mediatorem, & fauorem peccati.

3 SI quis autẽ rem illicitam exercens, voueat quòd si aliquid eueniat, vel nõ tali illicito pendẽte, vt cùm fur est in furto, vouet vnum aureum, si non capiatur, & huiusmodi, tale votũ tenet conditione eueniẽte, quãuis actus furti sit res illicita, votum tamẽ nõ cadit super furtum, sed super nõ capi, quod non est illicitum. Si verò quis ad euitandum aliquod, quod tenetur euitare, obliget se voto si hoc euenerit, vt dicendo, si blasphemauero, voueo me ieiunaturũ in pane, & aqua huiusmodi eueniente casu, tenet votum. cõsentit Caie. ver. votum.

4 CIRCA vota operum, quę sunt in differentia ad bonum, & malum moraliter, intelligendum est tali opere remanente in sua indifferentia: quia sic nõ tenet votum. Si autem talia opera dirigerentur in aliquem bonũ finem. tunc teneret votũ. vt cùm quis vouet non ire ad talem ecclesiã ad audiendũ missam, vt euitet aliquod periculũ, vel non comedere talẽ cibum, vt se in sanitate cõseruet, & huiusmodi, tale votum tenet, quia rationabile est: quòd si cessat causa propter quam factum est votum, non tenet amplius, vt si ablatum est periculum in casibus prædictis, quia materia facta est indifferens ad bonum, vel malum.

5 SECVNDO considerare possumus votum ex parte vouentis an teneat, nã quandocunque quis simulatè vouet coram hominibus, & in veritate non vouet, & votũ nullũ est in conscientia, vt cùm quis fingit se profiteri in aliqua religione tria vota, tamen quia decipit ecclesiã, debet compelli ad seruandum, quod ore Deo promisit, Dolus enim nulli debet patrocinari. Peccauit tamen mortaliter sic fingendo, quia Deo iniuriam fecit, & fuit causæ sequentis scãdali, dans efficacem operam ad tale scandalum.

6 ALIQVANDO quis fallaciter vouet quia intendit vouere, sed non seruare promissum, & huiusmodi verè sunt vota, & ita adimpleri debent, ac si cum intẽtione implẽdi facta fuissent, & ita mortaliter peccatur non implẽdo, sicut peccatũ est admittendo. Con cor. Caie. secunda secundæ. q. 88. a. 1. ad 4. dubium. in corpore responsionis. & in summa, ver. votum. Aliquando quis imperfectè vouet, quia actus vouendi non est per rationem, vel volũtatẽ deliberatus, sed per modũ primi motus, cui voluntas non assentit, & tunc tale votũ non tenet ratione actus imperfecti. Quandoque homo vouet, & deliberatè, sed non plena discussione rationis, vt cõmuniter fit in timoribus, infirmitatibus, & in rebus repentinis. vel ex animi leuitate, vel ex pronitate ad vouendum. vt mulieribus consuetũ est. Et licèt ista vota non fiant ex lõgo rationis discursu & meditatione, tamen est actus deliberatus, qui in paruo tempore fit, sicut deliberatio fornicandi, & huiusmodi, cõstituit peccatum mortale, licèt nõ sit facta cum tali examine. Quamuis ergo huiusmodi vota sint minus plena, & faciliter dispensentur, tamẽ tenẽt. Aliquando vouẽs non est perfectę ætatis, sicut profitens ante 14. annũ, & tunc nõ tenet. c. is qui. de reg. iur. in 6. quia authoritas ecclesiæ irritat vota huiusmodi solẽnia. supp. Professio. § 1. Nouitij. § 3. In alijs aũt votis nõ est respectus ad ætatem 14. vel 7. annorũ, sed

ad

ad liberum vſum rationis. nam quandocunq; homo eſt doli capax, poteſt ſe ad votũ obligare. Coformiter Caie. ſuprà, ver. votum. circa medium.

7 TERTIO aduertendum eſt, an vouens ſit liber, vel ſubiectus: nam vota ſubiectarũ perſonarũ, vt filijfamiliâs, vxoris, ſerui, religioſi, & huiuſmodi, ſunt conditionalia, & ſic intelligũtur, ſi ſupetiori meo placuerit, & nõ ſunt inualida, nec abſolutè obligant, ſed ſi placuerit, vel non diſplicuerit ſuperiori. Nam ſi vouerat de his, quæ ſibi prohibita ſunt à ſuperiori, tenetur requirere voluntatem ſuperioris, explicãdo votum, & ſi ei placet, tenetur adimplere ſi non placet, irritum eſt votum, & non tenetur aliter implere, vt ſi religioſus vouit ire ad ſanctum Iacobũ, quia hoc eſt ſibi prohibitum fieri ſine licentia, debet licentiam petere modo ſupradicto. Si autem petere licentiam perficiendi tale opus, non ſpecificando quod vouerit, negante ſuperiore, non eſt irritum tale votum, ideò tenetur iterum petere licentiam, donec negetur in ſpecie tale opus promiſſum: quia ad hoc quòd irritetur, requiritur voluntas ſuperioris volentis irritare, quod velle nõ poteſt, niſi ſciat eſſe opus votiuum. vt dicit Caieta. ibi ſuprà.

8 QVANDO verò fit votum de non prohibitis, vt ſi religioſus voueat dicere quotidie pſalmos pœnitentiales, intelligitur ſi prælato nõ diſplicuerit, ideò tenetur illos dicere quouſq; prælatus hoc ſcies reprobet hãc obligationem, quã debet reprobare, ſi eſt ſibi præiudicialis: Si verò tales ſubditi voueant aliquod, in quo non ſubijciuntur alicui, niſi Deo, talia vota ſunt valida ſolutè, vt ſi famulus voueat dare eleẽmoſinam de ſuo ſalario, & miles ieiunare vigiliam S. Barbaræ, & huiuſmodi, quia in hoc actu non ſubijciũtur Deo: ideò poſſunt vouere, & vota tenent. Caieta. Concor.

9 RELIGIOSI, qui totaliter ſunt in poteſtate ſuorum prælatorum per votum ſolenne, & non habent aliquod tempus, in quo non poſſint à prælatis occupari, nullum abſolutem de bono ſuperærogationis facere poſſunt, neq; de his, quæ continentur in regula, in quibus à prælato poteſt diſpenſari, vt non comedere carnis, & ſimilia, quia in omnibus huiuſmodi votis, poteſt diſpenſare prælatus, irritare, & oppoſitum præcipere. Poſſunt religioſi vouere ſeruare præcepta Dei, non peccare ſic, vel ſic, & firma ſunt talia vota, & tenẽtur adimplere. Similiter de trãſitu ad arctionem religionem, & mutatione ſtatus melioris, & ſimilibus quia in huiuſmodi non habent ſuperiorem niſi Deum, ſecundum mẽtem Caieta. ſecunda ſecundæ. quæſt. 88. a. 8. & ibi Tho. licèt quidam dicant omne votum religioſi, ipſo iure eſſe irritum, adducẽtes ca. noluit. 33. q. 1. &c. monacho. 20. q. 4. in glo. Sed d.c. monacha contra eos eſt. vt patet intuenti, quia dicit, quòd monacho non licet ſine conſenſu abbatis vouere, & ſi vouerit, votum frangendum erit: ergo non eſt ipſo iure irritum, ſed irritandum. Tẽe ergo ſecũdum, quòd ſuprà determinatum eſt. Conſentit Sil. ver. Votum. 3. 6. 43.

10 QVARTO de impedimẽtis quandoq; occurrentibus dicendũ eſt, quæ quandoq; tollunt obligationẽ implẽtionis voti. Nã omne aduenies quod impediret votũ ſi adeſſet, quãdo quis vouet, impedit executionẽ voti iã facti, vt ſi adueniat impoſſibilitas, aut illicitum, aut indifferentia: quia quodlibet horum impediuiſſet votum fiendum: ſicut qui vouit facere capellã, factus pauper non tenetur, ſi vouit ieiunare in ſextis ferijs, factus infirmus, nõ tenetur, quia impoſſibile, vel difficile. Vouit viſitare ſepulchrum, factus religioſus non tenetur, quia eſſet impedimentum melioris boni. Vouit quis nõ ire ad talẽ domum, vbi erat mala mulier, mortua illa, non amplius tenetur, quia indifferens factum eſt votũ. Aduerte tamen quando votum factum eſt impoſſibile pro vna parte, & pro alia non, vt ſi quis habens votum caſtitatis contrahat matrimonium, non tenetur ſeruare caſtitatem, quia hac

parte

parte est factum impossibile, tenetur tamen ex parte sua seruare quantū potest, vt non petat, sed tantum reddat, quia hoc potest, & cum voluntate seruandi quando poterit. Ideò mortuo marito, vel vxore, tenetur seruare votum, & castè viuere. Similiter de alijs similibus dicendum esset.

11 EX parte intentionis aliquādo oritur impedimentum, quia votum in tantum obligat, in quantū fuit intentio vouentis se obligare, ideò requirēda est intentio vouentis, si fuit absoluta, vel cōditionata, & si ad semper, vel pro aliquo tempore, licèt fortè verbis non expresserit. Si intendebat statim adimplere, vel post aliqua tempora. At cauendum est errorem quorūdam dicentium votum non valere si aduenit aliqua conditio voto, quā si præcogitasset, nō vouisset. Hoc enim falsum est, & valdè irrationabile. Quot enim viri sunt, qui si scituissent quādo acceperūt vxores ea, quæ postmodum sibi acciderunt, non contraxissent: & tamen hoc nō obstante, dicimus matrimonium tenere, & non possunt eas dimittere. Idem de multis professis dicentibus si cogitassent talia, professionem nō fecissent, & tamen durat professio. Sic est de voto, quod fuit deliberatè promissum: debuit enim prius vouens hæc cogitare, secun. Caiet. suprà, & si non cogitauit, sibi imputetur.

12 ALIQVANDO votum nō obligat: quia est irritū, vel dispensatū, vel commutatum. & hæc oportet cōfessorem non ignorare. Irritare votum non pertinet ad ecclesiasticam potestatem vniuersaliter, sed ad potestatem dominatiuam directè, ideò sufficit subditis sola voluntas domini irritantis, id est, volentis votum valere, nec alia indiget dispensatione, vt si maritus dicat vxori, nolo quòd facias tale quod vouisti, tunc votum statim non tenet, imò si dedit licentiam implendi, & postmodum reuocat, non tenetur vxor adimplere, licèt ipse peccet reuocando, quod semel cōcessit, vt dicitur Numeri 30. c. adiūcta. Augu glo. iuxta Caieta. doctrinam. Votum enim annulatum nō reuertitur, nisi de nouo voueat quis.

13 AD dispensandū in voto duo exiguntur, scilicet ecclesiæ authoritas, & causa rationabilis: ita quòd etiā Papa, si sine rationabili causa pro libito dispensat, nō est audiendus: quia nō habet potestatē nisi in ædificationē ecclesiæ, & nō est dominus, sed dispēsator. Rationabilis causa dicitur, honor Dei, vtilitas ecclesiæ, & breuiter maius bonum, quàm executio voti, quod quidē maius bonū oritur, vel si executio voti est illicita, vel inutilis, vel maioris boni impeditiua. Et quia dispensatio tollit votum quantum ad materiā, & quantum ad vinculum, ideò diligenti consideratione vtendum est, vt dicit Caieta. ibi suprà. ver. votum.

14 QVANTVM ad voti cōmutationem in qua cōmutatur materia, & remanet obligatio vinculi, licèt regulariter authoritas ecclesiæ exigatur: tamen si euidenter constet in melius, & gratius Deo commutari, potest quis propria authoritate proprium votum commutare, vt dicit Caiet. ibi, expressè: vt habens votū peregrinationis, potest in votum religionis propria authoritate commutare, & de huiusmodi. quia Deo pleniùs satisfacit, cui facta fuerat promissio, dando quod melius, & magis acceptū est. Requiritur etiā, vt illud, in quod mutatur votum, saltem sit æquale, vt si mutes votum S. Iacobi, in peregrinationem sancti Mariæ de Loreto, quæ propinquior est, non esset æquale, neque quò ad laborem, neque quò ad expensas, quæ omnia considerari debent. Requiritur etiam causa, vt rationabiliter fiat talis commutatio, vel propter difficultatē, vel maius bonum. Potest etiam commutans gratiosè facere, quando sola materia voti cōmutatur, sed securius est, vt semper in melius bonum mutetur, quantumcunque paruum, vt ibi Caieta. & hoc rationabiliter dicitur: quia Dei negotium agitur in cōmutatione voti.

15 QVANTVM aūt ad peccatum, dico quòd violare votū, quod verū est

votum

votum, mortaliter peccatur, vtpotè perfidia contraria fidei, & promissioni diuinæ, & quãdo est de bono, ad quod nõ tenebatur, est speciale peccatum: si verò erat votum de re ad quã tenebatur, vt de cõfitendo semel in anno, vel huiusmodi, est circunstantia mutans speciem. secun. Caie. ibi. ideò necessariò confitenda, & est in specie irreligiosæ perfidiæ. Tab. ibi, votũ. 1. §. 2. dicit q̃ non: quia hoc non est propriè votũ, vt dicit Tho. 4. sen. d. 38. q. 1. a. 1. quol. 2. circa. fi. contra istũ est Arc. Elo. 3. par. tit. 11. c. 3. §. 2. ideò hoc dictum Caieta. melius videtur. Sed quoniam multi casus occurrunt: ideò ad particularia magis descendamus, vt hæc materia magis intelligatur.

16 Si quis vouit aliquid absolutè, & sine conditione temporis, tenetur statim, cùm potest, adimplere cõmodè: quia scriptum est: Si quid nouisti Deo, non moreris reddere. Vt si vouit intrare religionem, non potest expectare tres, vel 4. annos. Recurrendum tamẽ est ad eius intentionẽ, an scilicet intẽderet exequi statim, vel expectare, & huiusmodi, aliter non debet differre. Panor. in c. non est. eod. tit.

17 Qvi vouit certo die facere aliquod opus tenetur illo die facere, aliter peccat fractione voti, & debet pœnitentiam agere de peccato, & votũ quàm citiùs poterit adimplere, nisi quando votum cadit supra illud tempus, vt si quis habebat votum ieiunandi in vigilia Sancti Dominici, in honorẽ eius, si non ieiunauit, non tenetur amplius transacta vigilia: quia hoc votum fuit onus temporis, sed sola pœnitentia satisfaciat. Si verò vouit ieiunare tribus diebus infra mensem, si nõ ieiunauit, tenetur de peccato pœnitere, & vltra hoc ieiunare tribus diebus quàm primùm poterit: quia hoc votum nõ est onus illius temporis, sed tẽpus appositum est, vt mensura impletionis voti. Concor. Cai. ibi. Qui verò vouit omni anno, quadragesima die, vtputa Augusti. propter aliquam gratiã cõsecutã à Deo, ieiunare tali die, si talis dies veniat in dominica: si hoc fecit pro exultatione, vt sit promptior illo die ad spiritualia, debet die dominica ieiunare: si pro afflictione corporis, vel pro satisfactione pro peccatis vouit, ieiunet in sabbato, vt se conformet ecclesiæ, si de nullo horum cogitauit, vel tantùm de exultatione, similiter ieiunet dominica die. Si de vtroq; cogitauit, conformet se ecclesiæ: secundum Ioan. de Neapo. in quolibet.

18 Qvi vouit religionem intrare, & hanc principaliter elegit, debet facere totum conatum quod potest in eam intrandi. quòd si illa eum recipere nõ vult, aliam quærere tenetur. quod si nullam inuenit eum recipere volentẽ, à voto penitùs est absolutus: quia in voto intelligitur, si inuenero, qui me recipiant, & potest licitè nubere, vt dicit Caieta. secunda secundæ. q. 88. a. 3. ad 2. Si autem vouisset nõ solùm intrare religionem, sed etiam seruare castitatem, tunc etiam quod non posset recipi, teneretur ad continentiam: & si contrahat, & cõsummat, peccat faciẽs contra votũ, & debet exactus debitũ rẽddere, tenetur nihilominus seruare castitatem, eo modo, quo potest, vt patet in supradictis, & versic. Matrimonium. §. 55. & per S. Tho. secunda secundæ. suprà. Quòd sic reddidisset quando vouit, quòd hoc monasterio, vel hęc religio nõ recipisset eum, nõ se obligasset huic voto, nõ tenetur aliam quærere religionẽ, nec seruare castitatem, sed potest nubere: quia nõ vouit omnino statum mutare: ideò ad illius intentionem recurrendũ est: & quãdo dubius est, tutior pars eligatur. Si verò vouit tãtùm hãc religionẽ, vel hoc monasterium intrare, non tenetur aliam, vel aliud monasterium quærere. Thom. ibi. suprà. a. 3. ad 2. nec castè viuere, nisi intendisset mutare statum, vt dictum est.

19 Si quis ex sua culpa impotẽs factꝰ est ad seruandũ votum, debet seruare quantũ potest. & de peccato pœnitere, vt qui habens votũ virginitatis fornicatus est, pœniteat, & de cętero castè viuat: quia virginaliter viuere nõ potest, & sic de cęteris, vt suprà dictũ est.

20 Po-

20 POTENS implere votum, & ex negligentia multum differens aduertenter, à mortali non excusatur, cùm statim (vt suprà diximus) teneatur implere: secus si tardat ex obliuione, vel expectat commoditatem, vt meliùs perficiat, & non est periculum verisimile de impossibilitate superueniente, vt impleatur, vel non credit teneri: tùc quia eum non mordet conscientia. Si autem perdit propositum implendi, mortaliter peccat, etiã si postmodùm impleat: quia semper debet in nobis perseuerare volũtas saltem habitualis adimplendi ea, ad quæ tenemur. Sed si pœniteat eum vouisse, dummodò adimpleat votum, non peccat mortaliter: quia vouere non erat de necessarijs ad salutem.

21 QVI vouit offerre vnũ testonũ, & aliqui testoni valent plus, aliqui min⁹, potest offerre quẽ vult: secus si in mente habuit offerre illum, qui plus valebat, licèt verbis non expresserit. Idem in alijs: quia mens vouentis potiùs inspicienda est quàm verba.

22 QVI habet duo vota incompossibilia, vt ingredi religionem, & ducere pauperẽ in vxorẽ, seruet quod maius est: si sunt æqualia, vel dubia, seruet primum, vel quod conuenientius est, vel arbitrio boni viri se committat, de alio faciat ad iudiciũ superioris. Th. 4. sent. dist. 38. ar. 4.

23 QVI vouit seruare aliquam regulam, non tenetur seruare omnia quæ sunt in ea, sed eo modo quo tenentur professores illius regulæ: vt suprà, Religio, §. 11.

24 FILIVS etiam hæres patris, non tenetur ad vota patris, quæ sunt personalia, vt peregrinari, ieiunare, & huiusmodi, nisi impossibilitate à patre promiserit implere. capit. licèt eodem titul. Vota autem realia, vt fundare capellam, dare tot pro eleémosyna, & similia, tenetur, si vult esse hæres, & hæreditas hoc patiatur: quia si plus importarent vota quàm hæreditas, non teneretur. Si autem votum sit personale, & reale, vtrunque expressum, vt ire Romam, & offerre vnum aureum, tenetur ad id quod reale est, scilicèt offerre per se, vel per alium: non autem ire, vel alium mittere. Si autem illud reale non est expressum, sed accessorium, non tenetur ad illud: quia remoto principali voto, remouetur accessorium: quia si non tenetur ire ad S. Iacobum pro patre, nec etiã mittere expensas, quas pater fecisset. Concordat Pet. de palu. Vide pro hoc dict. cap. licèt. & cap. tua nos. de vsu. & capitu. 1. de sor.

25 QVI vouit ieiunare in festo alicuius sancti, si veniat in dominica, sufficit in sabbato ieiunare conformando se ecclesiæ, quę non consueuit in festis ieiunare, nisi habuerit in intentione ieiunare, etiam quòd veniat in Dominica. vel distingue. vt suprà, §. 17. Idem si voueat ieiunare totũ mensem, Dominici dies non intelligũtur, nisi hoc intellexerit.

26 QVI vouit ieiunare omni sexta feria, & cum hoc vigiliã alicuius sancti, si vigilia dicta in sexta feria venerit, pro vtroque satisfit. Ita enim consueuit ecclesiã. vt si vigilia San. Tho. Apostoli, vel Matth. in aliquo die quatuor temporum venerit, ieiunando vigiliã pro vtroque satisfit: nisi aliter in intentione tunc habuerit, ad quã recurrendum esset.

27 QVI vouit omni die ieiunare, peccat mortaliter tantùm illa vice prima, qua frangit ieiunium quodlibet, non qualibet vice, qua comedit. Si autem habet votum nunquàm comedendi carnes, omni vice, qua comedit, frangit votum, & peccat mortaliter, etiam quòd centum vicibus comederet: secundũ quosdam distinguentes inter præceptũ affirmatiuũ, & negatiuum. sec. Dur. in 4. quod placet Arch. Flo. 2. par. ti. 6. c. 2. §. 9. supr. Ieiunium. §. 14.

28 QVI professetur in religione approbata, est absolutus ab omnibus votis factis in seculo: secundum Tho. 4. sen. & Pan. in c. scripturæ. nec requiritur alia irritatio, vel absolutio; secundum Pet. de pal. 4. senten. d. 38. q. 4. a. 1. conclusione 6.

29 DE dispensatione votorũ, & præ-

cipuè ſolenni.ſuprà,Diſpẽſatio. an Papa poſſit,& quę epiſcopus poteſt. Papa in omni voto,præter illud, per q̃ quis Deo conſecratur, poteſt diſpenſare:ſecundum Sil.verb.votum.4.qu.3. cui quatuor vota reſeruantur, Vide ibi.

VSVCAPIO.

[a] VSVCAPIO eſt dominij acquiſitio per continuationem poſſeſſionis, tempore lege definito, cum titulo.l.2.ff.eod.ti.Tempus verò trium annorum eſt.26.q.3.capit.in ſumma. & vt rerum dominia ſint certa,& litibus imponatur finis, inuenta eſt. Inſtitut.eod.titu.§.1. & locum habet in conſcientia, eo modo quo dictum eſt ſuprà,de Præſcriptione.§.1. Vide ibi, quia illi vſucapio conformis in multis eſt.

2 AD vſucapionem requiritur primò bona fides in toto tempore,vt de præſcriptione ſuprà dictũ eſt,nec iuris excuſat ignorantia, videlicèt vt ſit bonæ fidei.l.nunquàm.ff.eod.tit. Secundò, quòd ſit de re mobili: quia de re immobili eſt præſcriptio,vt ibi dictũ eſt. Tertiò,quòd res tradatur, vel quaſi aliter poſſeſſio non haberetur ſine traditione,vel quaſi vel alio modo poſſideatur per triennium.c.de pact.l. tradit. Quartò,Titulus verus, non putatiuus.vel falſus.ff.pro legat.l.2.& 3. Quid ſit verus Titulus,ſuprà, Præſcriptio.§.3.

3 VSVCAPI non poſſunt quæ prohibentur,vt res furtiuæ,& vi poſſeſſæ. Not.gl.in d.c.in ſumma. & res ſacra, & religioſa,liber homo,& decima.de præſcr.c.cauſam.ſeruus fugitiuus, via publica,aquæductus.ff.eo.tit.l. vſucapionem, & quæ alienari prohibentur regulariter.ff.de fun.do.l.fundo.ff.de verb.ſign.l.alienationis.

4 QVI poteſt licitè poſſidere,poteſt vſucapere:ideò ſeruus nõ poteſt vſucapere,neq; furioſus, dũ eſt in furore.ff. eod.ti.l.ſup.Præſcriptio.§.9.

5 TITVLI dominiũ trãsferẽtes ſunt decem, de quibus ad longũ agit Silu. ver.vſucapio.circa fi.ſcilicèt, pro ſolu ro,pro emptore,pro trãſacto,pro hęre de,pro donato,pro derelicto,pro legato,pro dote,pro ſuo,p̃ iudicato, vide ibi ad longũ:quia alteri⁹ negotij ſunt.

VSVRA.

[1] VSVRA, ſecundum Tho. ſecunda ſecundę.q.78.eſt lucrũ ex mutuo pacto debitũ,vel exactũ,& eſt peccatũ mortale:quia contra iuſtitiam, & charitatem. Videtur enim bis pecuniam, vel pecuniæ vſum vendere, qui nõ eſt præter pecuniam,& lædit proximum, ideò contra charitatẽ eſt.Et not.quòd nomine lucri venit omne quod pecunia æſtimari poteſt:vt moneta, obſequium, obligatio: vt ſuprà de ſimonia diximus. Primò ergo dicendũ occurrit de vſura exteriori.

[2] VSVRA exterior cõmittitur, cùm quis intendit lucrari ex mutuo, pacto interueniente explicito vel implicito: vt dicit Caie. ibi in ſumma. Et intelligit lucrari, quod ſuum non eſt, quia ſi intenderet rehabere ſuum non eſſet vſura. Vnde ex his patet, quòd mutuans Ioanni, vt eius amicitiã habeat, vel conſeruet, non cõmittit vſuram, quia amicitia non eſt pecunia appretiabilis,& ſic de ſimilibus. Itẽ mutuãs Petro, vt habeat ab eo, quod dare tenetur,quia forte aliter habere non poteſt,non committit vſuram.Similiter ſi mutuet quis Petro cum pacto vt nõ trahat eum ad iudicem, vel quòd ceſſet à vexatione,quæ omnia iniuſtè patiebatur, vſura non eſt: quia redimit vexationem ſuam, & ſic in huiuſmodi:& non ſolùm pro ſe, ſed etiam pro ſuis amicis:quia hoc non eſt contra iuſtitiam,ideò vſura eſſe non poteſt,nec quid illicitum.

[3] NON eſt vſura deducere in pactũ, vt vltra ſortem ſatisfiat mutuanti de dãno & intereſſe, quod patitur ex eo quòd ſeruit amico mutuando: quia non tenetur cum ſuo damno mutuare,niſi in extrema neceſſitate,nec quęrit lucrum alienum, ſed ſuum. Poteſt etiam mutuans ſe ſeruare indemnem à lucro ceſſante, vt ſcilicèt vltra ſortẽ habeat quod veriſimiliter ex ſua pecunia,quam paratam habebat ad negotiandum, lucratus fuiſſet conſideratis periculis

periculis ad arbitrium boni viri. Secus autem esset, quando pecuniam aliam habet, quam tamé non exercet in mercantio, vel si illam nó proposuerat exponere. Similiter si vellet totum lucrũ quod sperabat, vel poterat euenire: quia lucrum in potentia, non est lucrum actu. Multa enim possunt eueni re impedimenta, quæ computari & æstimari debent.

4 SVNT multi casus, in quibus non licet mutuare. Et primò, si Petrus mutuet Socrati cũ pacto, vt Socrates remutuet ipsi Petro, non licet, quia hæc obligatio ciuilis est appretiabilis pecunia, licèt ex mortali debito teneatur re mutuare, aduenientе necessitate, si potest. Secundo si aliqui mutuas cum pacto, vt veniat ad furnum tuum ad coquendũ, vel huiusmodi, est vsura, propter talẽ obligationẽ, quę est pecunia appretiabilis. Item si mutuas alicui, vt concedat officiũ prætoriæ tibi, & huiusmodi, non licet. Not. tamen q; tales vsurarij nó tenentur ad restitutionem lucri facti, vel ex furno, vel vẽditione, rei propriæ iustè facta, vel ex officio vel huiusmodi, sed tenentur vltra pœnitentiam relaxare talem obligationẽ illi, cui dederant mutuo. Lucrũ autem quod fecerũt ex suis laboribus vel industrijs, iustum est, ideò tenere possunt: tenentur etiam ad recompensationem huiusmodi obligationis, ad arbitrium boni viri. Consentit Caieta. in summ. ibi in prædictis casibus, & hoc etiam suadet ratio.

5 SI quis mutuat communitati cũ pacto, q; non soluat onera iusta, quousq; suã restituerit pecuniã, vsura est, & tenetur restituere communitati totum, quod soluisset de iustis oneribus. Secus autẽ si indebitè solueret huiusmodi onera, qui hoc esset redimere suam vexationem, iuxta superiùs dicta, nec vltra sortem alienum haberet.

6 SI Socrates habens campũ sterilem, vel quædã iura desperata, mutuat Petro, cum pacto quòd Petrus emat talia iura, vel campum talem, vsura est, propter obligationem, quam tenetur relaxare, & de damno illato pro tali emptione facere satis debet.

7 MVTVANS alicui super pignore, cum pacto quòd habeat duo vel tria pro centenario, ratione custodiæ pignoris, vsura est, quoniam lucrum principaliter vult ex mutuo: potest tamen se seruare indemnẽ ex pignore, vt tantum habeat, quantum circa rẽ pignoratam bona fide expendit: vt si facit expensas animali pignorato, & nihil cum eo lucratur, vel perdit tẽpus exercendo vestes, ne à tineis lædantur, & huiusmodi, potest petere, & debet satisfieri ei ab eo, qui pignus depositauit. Sicut enim ex pignore quis non debet fieri locupletior, ita nec pauperior, quia esset hoc seruire alteri cum damno proprio.

8 MVTVANS Antonio centum aureos, cum pacto q; Antonius assecuret mutuantem, q; habebit centũ aureos, & vltra hoc tot pro centenario vsura est, quoniã vltra sortẽ vult obligationem talẽ. Cum hoc tamen stat, vt qui dat nauiganti mille ad negotiandũ, potest accipere ab eo vel ab alio assecurationem, quòd rehabebit mille & quinque pro centenario, vel huiusmodi. supra, Negotiatio. §. 2. non tamen dum mutuat, debet talem obligationem petere. c. nauiganti. de vsu. Aliud est enim lucrum ex mutuo petere, & aliud ex negotiatione pecuniæ.

9 QVI accommodat vel locat pecuniam alteri, vt ille vtatur ad ostentationem, vt faciũt brancherij, vel vt ponat in brodio, q; aliqua medicina, vel dum dat aurum pro argento, vel ecõtrà, non est vsura: quia ibi non est mutuum, ideò licitũ est accipere aliquid moderatum. Pecunia enim licèt formaliter non possit vendi, potest tamẽ materialiter & vendi, & locari. suprà, Cambium. §. 2. Et quòd hoc non sit mutuum, patet. Si enim hoc modo locetur, & pereat, perijt locanti, & non locatori, nisi locator sit in culpa: quia non est translatum dominium talis pecuniæ in ipsum locatorem, sicut fit in mutuo.

10 QVANDO debitor fuit in mora, & non soluit tempore debito, si credi-

tor vltra sortem accipiat pœnã posità, & suũ interesse lucri cessantis, & damni emergentis, non est vsura, quia nec contra iustitiam. Intellige tamen quando moratur cõtra voluntatẽ creditoris: secus si creditor terminũ prolõgasset, vel esset cõtentus de tali mora: tũc si quid vltra sortem acciperet, esset vsura. Ex his dictis casibus alios multos his similes poterit quis soluere. In prædictis casibus est mutuum explicitè, facilè est videre.

11 Ex mutuo autem implicito consurgit multipliciter vsura, secundũ varios contractus: & primò in venditione & emptione, vt si quis vendit rem aliquam plus, ratione dilationis temporis tantum, quàm si tunc venderet recipiendo pecuniam, vel viliùs emit, quia solutionem anticipat, hîc est vsura: quia ex mutuo implicito vltra sortem aliquid accipit. Si tamen venditor erat rem suam seruaturus, quam tunc vendit, in aliud tempus, quo verisimiliter erat plùs valitura, potest plus vendere, quàm valeat tunc, cõsideratis periculis, laboribus, & expensis ad arbitrium boni hominis. Similiter si emit rem ante tempus minori pretio, non ratione anticipationis, sed ratione periculorum, quibus se exponit: quia potest tunc minùs valere, sicut & plùs: dummodò non diminuat de eo, quod verisimiliter poterit valere plùs, vel minùs, nõ est vsura. Exponit enim se fortunæ. suprà, Emptio. §. 8. Not. quòd vendentes plus, vel pluris ad terminum, vltra pretium rigidum, non excusantur ex eo, quòd dicunt velle se seruare indemnes: quia seruiũt communitati: quia si aliquando lucrantur, & aliquando perdunt, sciant quòd hoc modo transit mercãtia, & habeãt patientiam, compensantes lucrum cum damno: nec excusantur, quia illo tempore intermedio carent pecunijs, ex quibus tantum possent lucrari: quia etiam possent perdere, si haberent. Hoc enim esset aperire viam vsuris. Nec excusantur ex eo, quòd oportet eos facere expensas, cùm multi non soluant tempore debito: quia si aliqui non soluunt, aliqui tamen sunt soluentes, ideò nõ debent pati pro non soluentibus, quod fieret in talibus contractibus, & esset iniquum.

12 Si quis vendit frumentum nunc pro pretio nunc currente, soluendum in Cal. Maij, cum pacto quòd si isto tempore intermedio plus valebit, plus soluet: non tamen minùs soluet, si minùs valebit, vsura est. in c. nauiganti. de vsur. & contractus valdè iniquus reputatur.

13 Qvi tenetur hinc ad annum soluere centum, & quia soluit nunc ratione anticipationis, non dat nisi 90. vsuram committit. Est enim mutuũ implicitè: secus si ratione interesse, quod patitur ex hoc.

14 Qvi emit minùs iusto agrum, cũ pacto retroducendi, & interim locat venditori dictum agrum ad ratione 5. vel 7. pro centum, vsura est, quia nõ est vera conditio, sed mutuum palliatum, quod patet ex eo, quòd emit longè minori pretio, quàm valeat. Si verò emit verè, etiam cum pacto retrouenditionis, quotiescunque dederit dictam summam pecuniæ, quam emens exbursauit, & hoc in termino decem annorum, & non citiùs, etiã quòd minus soluat, quàm si emeret sine hoc onere de retrouẽdendo: quia sic minùs valet, dummodò det iustum pretium considerato hoc grauamine, & cum pacto vt locet cum ipsi venditori, cũ fictu solito, quem fundus potest portare, vel ad tot pro cẽtenaria secundũ consuetudinem, habendo respectum non ad pecuniam, sed ad fundum, cõtractus est licitus. Et ratio potest assignari: quia ibi est vera venditio, vera locatio: & fictum de fundo capit locans in foro conscientiæ, licèt in foro contentioso iste contractus esset suspectus: secundum Ioan. And. in c. ad nostram. de empt. & vendit. & sic tenet Sil. vsura. 2. q. 15.

15 Vendens possessionem non habenti totam pecuniam, vel nihil, cum pacto, quòd vsquequò dederit pecuniam, soluat 5. pro centum secundum consu-

consuetudinē, habendo respectum ad suum interesse, quod patitur ex mora soluendi, non est vsura. Posset etiam vendere fundū, & seruare sibi fructus, donec soluerit pretiū, & dare illi fructus pro tanto æstimatos, secundum quosdam, sed non est verum. per c. in ciuitate. de vsur.

16 Si quis super agro vel domo constituit cēsum annuū, ad rationem tot pro centum secundū morem patriæ, cum pacto q̄ venditor possit se francare, non est vsura: contractus enim iste determinatus est quod sit licitus, per sedē apostolicā pluries, & ita tenet Caie. ibi su. & quotidiē practicatur.

17 Dans pecuniā artifici, vel alteri, cū pactu q̄ capitale sibi sit saluū, & q̄ habeat tātum lucri absolutē, etiam q̄ sit verisimile, & quasi certum quod talis artifex plus lucrabitur ex illa pecunia, vsura est: quia dans pecuniam stat lucro, & non damno.

18 Emens agrum, vel domum, qui in veritate non extant, sed emit ac fieri sent, & locat cum annuo sensu, vsura est: quia lucrum est ex mutuo & ficto contractu: quādo scilicet emptor scit, secus si esset in bona fide. De vsura, quæ fit in cambijs, suprà, Cambium, §. 7. 8. 9.

19 Titius indigens C. aureis, petit Sempronium vt ei mutuet: Sempronius dicit, quod dabit tot pannos valentes C. aureos. cū pacto quod reuendat dictos pannos dicto Sempronio pro 99. ducatis, quos tūc de præsenti dat ipsi Titio, restituet autem ducatos centū, quod est pretium panni, hinc ad 5. vel 6. menses, vsura palliata est per multos contractus: quia ibi est obligatio, vt reuendat sibi pro 90. concordat Caie. ibi. Idem dicit si per interpositam personam fiat, sicut communiter fit, vt magis pallietur.

20 Ioan. habens pecuniam quā credit, vel scit debere banniri, vel diminui de pretio, mutuat illam Antonio, qui antequam banniatur, est illam expensurus, licet postmodum Ioannes plus recipiat, quam tunc valeat, non committit vsuram: quia non mutuauit, vt plus haberet, sed vt damnum suum vitaret, sine damno proximi. Secus si mutuat cum spe plus recipiēdi, vel quando Antonius non esset eā tunc expensurus: quia damnum proximo inferret. Ita tenet Alexā. Lombar. in quolibet. Intellige quando non speraret plus recipere, sed tantum se seruare indemnem. Hunc casum ponit Angelic. verb. Vsura, §. 76. & Sil. ibi, vsura. 1. q. 15.

21 Ex mutuo vltra sortē nihil cōmuniter recipi potest, nec sperari, dicente Christo: Mutuū date nihil inde sperātes. In aliquibus tamē casibus licet, vt quando datur mere gratis, sine pacto, vel ex beneuolentia. Non enim mutuando quis factus est peioris conditionis, quām anteā esset, ideò si ante poterat recipere aliquid gratis, multò magis post hoc beneficiū. Similiter ratione interesse, vt suprà dictū est. Vnde ponuntur quidam versus pro memoria: Feuda, fideiussor, pro dote, stipendia, cleri. Venditio, fructus, cui velles iure nocere. Vendens sub dubio, prętium post tempora soluens. Pœnam, nec fraudē lex confessoria gratis, Dans socijs pompa plus sorte modi datur illis. Declaratio horum versuum.

22 Feuda, quando ecclesia accipit in pignus suū feudum. c. 2. de feudis. Quando fideiussor soluit pro eo, cui fidem dedit, & patitur interesse. Tertiò, quando gener sustinet onera matrimonij. cā. salubriter. de vsur. Et requiruntur tria, scilicet, sustinere onera, nō excedere suū interesse, & quod non fuerit appositus terminus à principio: quia si fuit appositus tempore intermedio, non potest facere fructus pignoris suos. Nam sicut potuit accipere eam sine dote, ita & expectare p annum, & plus: secus si non appositus est terminus: quia tunc fructus pignoris potest facere suos, & non computare in sortem, maximè si sic conuentum fuerit. Item hæredes mariti, qui tenentur restituere dotem infrà annū, vel duos, isto interim debēt alere relictam, quādo nō habet vnde aliter viuat, donec restituant dotem, & statu-

tum factum, quod solât tot pro centenario, pro alimentis, est pium & honestum: secundũ Pa. in c. salubriter. de vsu ipsa autem relicta, fructus pignoris aliter non faciet suos, sed computabit in sortem, similiter & hæredes mariti possidentes pignus dotis: quia nõ sustinent onera matrimonij, non facient fructus suos.

29 QVARTO, clericꝰ qui accipit in pignus possessionẽ suę ecclesię. de vsu. c. 1. & 2. quia forte aliter quod suum erat non poterat rehabere. Quintò, quando venduntur fructus ad tẽpus. c. in ciuitate de vsur.

25 ET quando liceat accipere plus dictum est, & quando est vsura, ratione expectationis. Sextò, quando datur ad vsuram hostibus, quibus iuste possemus accipere quæ possident. & quando quis vult suum rehabere: vt suprà dictum est §. 2.

26 SEPTIMO, quando vendens velet seruare vsque ad aliquod tempus, in quo verisimile est quod res esse plꝰ valitura quam tunc: vt suprà. §. 11. de vsur. c. fi.

27 OCTAVO, quãdo quis est in mora solutionis, sicut diximꝰ de fide iussorib. c. peruenit. c. cõquestꝰ. de vs. Nonò, quando accipit ratione Pœne: vt sup. & in ver. pœnę. §. 5. Quomodò iuste possit exigi. de arbi. c. dilecti.

28 DECIMO, quando fit cõtractus de retrouenditione. vt supr. §. 14. quia licet accipere fructus, quando est vera venditio. c. illo vos. de pig. Vndecimo quando gratis datur: vt sup. §. 21. 28. d. c. de eulogiis. Duodecimò, quando datur pecunia ad oblẽtationem, & eadem restituenda: vt suprà. §. 9. in prædictis casibus licet aliquid accipere vltra sortem. vt diffusè suprà diximꝰ in dictis locis.

29 SOCRATES indigẽs pecunia accipit mutuo Titio C. scuta, cum pacto quod ista C. scuta lucrentur totidem, sicut alia C. scuta, quæ habet penes Semproniũ mercatorem, nõ est vsura, dummodo Titius paratus esset ponere illa C. scuta apud mercatorem cum iusto cõtractu, & subsit periculis deductis expensis, &c. quia hoc est seruare se indemnem à cessante lucro, nisi Socrates in tali constitutus esset necessitate, quod Titius teneretur gratis mutuare. supr. Societas. §. 15. De contractibus, qui fiunt in societatibus, quando sunt vsurarij, vel non. suprà, Societas. per totum. vide ibi à §. 1. vsque ad 28.

30 HABENS agrum, domum, equũ, vel rem aliam in pignus, ex qua potest fructũ percipere, & de facto percipit, nõ computando in sortem, sed prosse retinendo, committit vsuram, nisi esset talis res, quæ mutuari solet sine pretio, vt liber: vel tale pignus verè esset accipientis, & non dantis, sed iniustè detinebat, tũc accipiens potest fructus percipere, tanquam de re propria, vel quando crederet dominum pignoris esse contentum, quod pignore vteretur, vel quando tantum valerent expensæ circa pignus factæ, quantum vtilitas: vt si datur equus in pignus, & huiusmodi, cui oporteat facere expensas possum vti eo ad proportionẽ expensarũ, nisi patronus solueret expensas: tunc enim lucrum vsus debet integrè restitui patrono.

31 EMENS rem pignotatã, soluto capitali, tenetur eam restituere cum fructibus: secundum Rich. in 4. sen. d. 15. quia res sua non est, & sic alienũ teneret, quòd non licet.

32 ACCIPIENS agrum, domũ, vel aliud in pignus pro aliquo debito, eũ quod plus valeat quam sit debitum, cum pacto q, si infra annum non soluerit debitũ, pignoratio transeat in vẽditionẽ, est licitũ in pœnam negligentiæ soluentis, dũmodò non fiat pactũ hoc in fraudẽ: vt quia credit quod tũc erit impotens ad soluendũ. Iste autem interim non recipiat fructum, quem non computet in sortem: quia sic esset vsura, & cõsequenter venditio nulla. c. vulnerato. 1. q. 1.

An mercatores plus vẽdentes ad tẽpus, quàm ad contantos, non tamẽ excedentes pretium rigidũ, vsuram committant, suprà, Emptio. §. 8. vbi hæc quæstio determinatur.

33 FRAN-

33 FRANCISCVS emit à Laurétio iura exigendi. C. scuta à quodam debitore, minori pretio quàm sit C. scuta: vtputà 90. non ratione prœuentionis solutionis pretij, sed ratione laboris, vel periculi, cui se exponit, est licitus talis contractus: secus si minus daret ratione præuentionis. Litigia autē secundū iura ciuilia. c. de man. l. per diuersas. minori prætio vendi non possunt. & hoc statutū est pro communi bono: ideò qui sic emit C. scuta pro 50. non poterit habere nisi 50. quæ principali creditori data sunt. Item qui debet hinc ad annum soluere C. aureos, & creditor petit, & contentatur nunc de 90. reliquū autem dimittit, non est vsurarius: secundum Ioann. de Ripa. nec obstant c. in ciuitate. & c. nauiganti. de vsur. quia hoc tempus sibi concessum ad solutionem: quia est sibi commodum, est vendibile, & sic videtur suam commoditatem, & interesse vendere. Et sic teneo.

34 COMMITTITVR & vsura mētalis sine pacto, quando quis mutuat cum spe habendi aliquid pecunia appretiabile supra sortem: quia dicitur in Euang. Mutuū date, nihil inde sperantes. & si venit lucrū vltra sortē, tenetur restituere, nisi sperauit aliquid dari, non ex mutuo, sed ex gratitudine: tunc enim non peccat, nec restitutioni est obnoxius. Quòd si amborum intentio, scilicèt dantis & accipientis, sit bona, non cadit peccatū, nec restitutio, si aliquid detur gratis: si verò vtriusque intentio tendit ad mutuū, accipiens plùs peccat, & tenetur restituere. Si verò dantis est mala solùm, accipientis verò mutuum bona, & dat aliquid gratis illi qui dedit mutuo, tenetur restituere: quia mentem contaminatam habuit, nisi sit certus quòd gratis dederit. Si autē mutuantis intentio fuit pia, & credit datum esse gratis, nō peccat accipere, nec tenetur restituere, donec ei innotescat quòd nō gratis dedit. patet per ea, quæ supra dicta sunt.

35 SI quis libentiùs mutuat ei, quem gratum nouit, quàm illi, qui non ita gratus, vel ingratus est, non propter hoc vsuræ vitio inuoluitur: quia sequitur quod naturale est, scilicet prius bene meritis benefacere.

36 EST communitas habens statutū, quòd quicunque habent filiam vnius anni, dederit 70. aureos communitati, si dicta filia maritanda vsque ad 15. annos vixerit, habebit aureos quingentos: si verò ante dictum tempus moriatur puella, ducati remaneant communitati, hic contractus est vsurarius: quia in mutuis veris, vel interpretatis, spe lucri principaliter factis, à fœnore non excusat periculum vel dubium. d. c. nauiganti. nec obstat, quòd quādo capitale & lucrum stant periculo mutuantis: vt dicit Richar. in 4. sent. licèt recipitur vltra sortem: quia illud verum est, si periculum sit ex natura rei, non autem si ex lapsu temporis: vt in proposito. Sil. vsura. 2. q. 37. Tab. verò vsura. 15. §. vlti. oppositum tenere videtur: primum tamen melius.

37 SOCRATES & Plato conueniūt in hoc contractu, quòd Plato dat Socrati centū cum pacto, q; ad 10. annos restituantur centū & quinquaginta. & si infra hoc tempus alter eorū moriatur, sit extinctus contractus: ita quòd Socrates liberatur à restitutiōe. Si verò ambo superuixerint, Plato habeat aliquid vltra sortem: secundum Alex. Lomb. contractus iste vsurarius est: quia ex multo vltra sortem exigitur obligatio, licèt sub periculo. d. c. nauiganti. periculum enim non excusat, vbi causa tēporis non proprij aliquid plus accipitur. Sic etiam tenet Sil. ver. vsura 2. §. 36. Tabu. verò ver. vsura. 15. §. 10. videtur ad oppositum declinare: vt in præcedenti §. dixi. & cum Sil. teneo.

38 ACCIPERE ad vsuram, quando quis indiget, ab eo qui paratus est dare, peccatū non est: quia iste actus mutuandi de se malus non est, sed bonus, si bono modo fiat, ideò licet indigenti vti opere alieno, quod ex se malum non est. Etiam quòd quis non indigeat, non propter hoc mortaliter pec-

cat.licèt non sit benè factum.Inducere autem aliũ ad hoc,qui paratus non est,mortale peccatum semper est,sicut inducere ad fornicationem, si per se, id est,ex intentione inducatur. Non enim qui inducit aliquẽ ad mutuandum,inducit ad vsuram,licèt nolit sine vsura mutuare.Vellet enim mutuũ sine vsura,sed quia non potest habere sine vsura,consentit, & vult pati hoc malum vsurę,ne maius malum incurrat:vnde nõ cõsentit in vsuram,sed in mutuum.Idem dic de mediatoribus, qui non debent inducere ad vsuram, neq; quærere egentes, quibus vsurarius accommodet: quia sic essent ministri iniquitatis,& vsurarij,& participarent in crimine,& vinculo restitutionis.Possunt tamen inducere eos ad mutuandum indigentibus: quia hoc sine peccato fieri potest, cùm sit opus pietatis,& de consilio.

3º PARTICIPANTES cũ vsurario vtendo re aliena, quæ in se ipsa apud vsuariũ,vt vti veste, vel equo pignoratis,peccant,sicut participãtes in re furata, cõtractantes rẽ alienã inuito domino, & vltra peccatum tenentur ad satisfactionẽ. Si autem participant in rebus vsurarij,quę alienæ non sunt in se ipsis, & ex hoc vsurarius fit impotens ad restituendum, iniquè agunt, non possunt aliquos contractus cum ipso vsurario facere,nec dona, aut dotem accipere:quia hoc esset in iacturã proximi.Nam si vsurarius cras reuerteretur ad pœnitẽtiam, non posset restituere,ex eo quòd distraxit bona, & sic pauperibus non posset satisfieri.

Esset tamẽ licitum ab eo emere, vel ei vendere:quia ex hoc nõ fit pauperior, nec impotentior ad restituendum, & consequẽter quando non fit impotens ad restituendum, potest quis cũ vsurario negotiari,recipere bona,dotem, & huiusmodi:quia in vsura transfertur dominium:vt communiter doct. licèt Tho. secunda secundę.q.78.a.3. in calce corporis.& Caiet.ibi,& in q. 1.q.de vsura.oppositũ tenere videantur. Et secundum hanc regulam solues multos casus: vt quum quæritur an vxor, filij, & familia vsurarij possint viuere de rebus vsurarij.dic quod non: quando non habet nisi bona vsuraria,nisi essent in extrema necessitate,vel agerent vtiliter negotiũ creditorum, suadendo vsurario restitutionem,vel corporaliter operando ad bonificationem bonorum pignoratorũ, vel aliorum bonorum, vt potentior fiat ad restituendum.supr. Restitutio §.73.& 45.

4º FAMVLI vsuariorũ,qui de mandato eorum dant,& recipiunt ad vsuram,quòd si ipsi non facerent,nihilominùs dominus faceret, si ad manus eorum de vsura nihil venit,non tenentur restituere:secundum Pet.de pa.Secus si sint principales,sine quibus non fieret, tunc tenentur: quia dant sufficientem causam.Idem dic de eo, qui sine mãdato domini fœneratur, tenetur ad restitutionem, etiam quòd nihil ad manus eius perueniat:oppositũ videtur tenere Caieta.Suprà. Restitutio,§.3.& secundum eum determinauimus tenendum esse.

4¹ NOTARII conficientes instrumenta vsurarum taliter,quod non videantur vsuræ, sunt periuri, & infames,& tenentur restituere:quia dederunt sufficientem causam.Si verò fecerunt instrumentum clarum, licèt sint periuri,non tamen tenentur restituere: quia si sunt grauati, possunt per tale instrumentum se iuuare. Eodem modo dic de testibus, & alijs concurrentibus, qui non dederunt causam sufficientem,non tenentur ad restitutionem.

4² SI communitas aliqua, vel collegium dat ad vsuram,qui sunt principales,& sine quibus hoc non fieret, tenentur restituere in solidũ: quia sufficientem præstant causam: alij autem qui tantùm consentiunt,vel non contradicunt,cùm possent,peccant,& tenẽtur ad tantum,quantũ ad illos peruenit emolumenti: quia isti habent malam voluntatem tantùm. Intellige hic, & in alijs casibus suprà dictis, & tenentur restituere insolidũ, si tamen quilibet pro parte sua soluat, non debet

bet quilibet soluere totum, sed in casu quo alij non soluant. Idem dic de dãte causam, & participante, quod tenẽtur restituere, quando principalis non satisfacit.

43 NON licet etiam pauperibus, & fratribus mendicãtibus extra extremam necessitatem eleémosinas maximè notabiles, recipere ab vsuratio, qui non habet nisi bona certa restituenda: secus autem si haberet cũ his alia bona etiã vsuraria, sed incerta. Prędicatores aũt, vel confessores qui inducunt in publico, vel in priuato vsurarios ad restitutionem, possunt recipere, cũm illorum negotium agant, quibus restituendũ est. c. cùm voluntate. de sent. excõ. Oblationes autem recipi prohibentur, ne ecclesia fauêre videatur istis: secũdum Panorm. & Innoc. in cap. cùm voluntate.

44 ADVOCATI, procuratores, iudices defendentes vsurarios scienter, ne soluãt vsuras eis, à quibus abstulerũt, vel adiuuantes ad hoc, quòd exigantur, non solùm mortaliter agunt, sed restitutioni sunt obnoxij: secundum Host. & Inno. in capi. Michaël. de vsu. causa enim sunt, quòd vsuræ non restituantur.

45 AN aliquis possit tollere ab vsurario, vt restituatur ei, à quo vsurarius exegit vsurariè, vel satisfaciat sibi, cui vsurari9 est debitor. suprà, Furtũ. §. 5.

46 EODEM modo domini temporales tenentur restituere, si cõponunt cũ vsuratijs, & accipiunt pecunias, vel bona restitutioni obnoxa: vt impunè dẽt ad vsurã. Similiter quãdo requirũtur, vt faciãt vsuras restitui, & nolũt, quia tunc sunt in culpa. & prębent causam quòd pauperes non habeant, quod eis debetur. Propterea de damno illato eis tenentur.

47 DE monte pietatis iã multi Doctores multa scripserũt: sed nũc (quia à se de Apostolica determinatũ est in concilio Lateranen.) ttãdum est tali determinationi, quę quadrat supradictis. In cõcilio sub Leone X. sic dicitur. Declaramus, & diffinimus montes pietatis per respublicas institutos, & authoritate sedis Apostolicæ hactenus approbatos, & cõfirmatos, in quibus pro eorum expensis, & indemnitate aliquid moderatum, ad solas ministrorum expensas, & aliarũ rerum, ad illorũ conseruationem pertinentiũ, pro illorum indemnitate duntaxat, vltrà sortem. absque lucro eorundem montium recipere, neque speciem mali præferre, neque peccandi incentiuum præstare, neque vllo pacto improbari, quinimò meritorium esse ac laudari, & probari debere talem mutuũ minimè vsurariũ putare, licereque illorum pietatem, & misericordiam populis prædicare, etiã cum indulgentijs. multò tamen perfectius, multoq; sanctius fore, si omninò tales montes gratuiti in partem, vel aliundè, &c. Et contra hanc determinationem prædicare, est lata excõmunicatio. suprà. Excommunicatio. 74.

48 APPROBANTVR ergo montes nõ aũt capitula facta pro talibus mõtibus, quæ sacris canonibus contraria sunt, vt ex literis approbationis potest patere. Licèt fortè aliqua exẽplaria impressa contineant, quod approbantur montes cũ capitulis. Si sic, sunt diminuta. Sed debet etiã apponi, non sacris canonibus cõtraria, vt stat in suo originali. Sicut dicit Caie. in quol. de mõte pietatis viua voce sic esse in originalibus, & vidisse copiã bullę Mãtuanæ, calamo scriptam sic stare, se affirmat. Ideò cautè circa hoc ambulãdum est.

49 DE pagis, & scriptis, tespectu locorum Genuę, vel aliorum banchorum, an licitè, & sine vsura possint emi, hic quæritur. Exempli gratia.

50 PETRVS habet scriptum, quod hinc ad annũ recipere potest C. aureos super tali bancho, & quia nũc indiget pecunia pro suis negotijs, vendit Antonio tale ius posse scilicet recipere dictos C. aureos pro 90. dico q, non est vsura, quia non interuenit mutuũ, sed est emptio. Posset tamẽ esse iniustitia, si non emeret iusto pretio. Non enim tantum valet pecunia futura, quantũ præsens: quoniã præsens potest expendi, non autẽ futura: maximè, quia posset aliquod interuenire periculum. Ita

dicendũ est de Genuensibus pagis. Ité est Ioan. qui hinc ad annos quatuor debet recipere in locis Genuæ millæ duca. Qui nunc sunt acerbi, id est, non maturi, vẽdit Bartholomęo pro 900. soluẽdis nũc: hic cõtractus est licitus, tum ratione periculorũ, tum ratione acerbitatis, quia pecunia acerba non tantũ valet, quantũ matura, tum quia Calixtus Papa, & Sixtus I I I I. concesserunt, quòd non fecissent, si fuisset vsura: tũ quia sic habet cõsuetudo scita ab ecclesia, & tolerata. Et quanuis multas quæstiones faciant doctores, tñ hęc est vltima determinatio, quod tales contractus sunt liciti. Si quis aũt mentem haberet corruptã circa hoc, esset illicitũ, non ratione cõtractus in se, sed aliunde. Quòd autẽ non venda tur pecunia seu paga, clarum est, quia non tenetur Ioan. assignare pecuniam, vel pagam Bartholomæo, sed tantùm ius, vel chirographũ. Similiter quod non sit mutuũ patet, nihil enim remanet restituendum, & omne periculum apud ementem remanet. Iustũ tamen pretium in huiusmodi relinquitur arbitrio boni viri, in his negotijs practici, vel secũdum communem cursum, secundum quòd inueniuntur quandoque pauci ementes quandoq; multi. Nec plura de Pagis huiusmodi dicenda arbitror nunc.

51 DE montibus Genuensibus iã diu factis à cõmunitate, de quibus Papa, & totus mũdus scit, & tolerat, & sunt à communicate facti, suppono, ꝙ sint liciti, ex eo quòd ecclesia non reprobauit per tot tempora.

52 DE montibus factis in ciuitatibus ponitur casus. Communitas Placentiæ, habet annuales reditus prædiorum, vel gabellorum, vel huiusmodi, & indiget pecunijs, propter quod cogit ciues ad præstandum communitati, cum hoc, quòd habeant. 5. pro centenario, constituens eis annuum reditum ex veris reditibus cõmunitatis. Ad hunc contractum dico, quòd cõmunitas potest pro vtilitate publica, & vt minus grauentur ciues, & sic etiam ciues dantes pecunias possunt habere annuum cẽsum. Hęc enim est emptio, & non mutuum: quia dante pecuniam, non possunt reuocare quãdo volunt, neq; periculũ pecuniæ est penes eos, qui dant, sed penes communitatem recipientem: periculum verò census, est penes ciues dantes pecuniã, & dominum possessionis similiter. Si autem communitas tales reditus in veritate non haberet, sed fictè, & inãre: tunc casus esset dubius, non autem si extant. Et hoc signum, ꝙ talis cõtractus est licitus, quia ecclesia scit, & nõ prohibet. & personæ seculares, & religiosæ habent super tales montes suos reditus, & venduntur, & emũtur huiusmodi census, ꝙ nõ fieret à personis doctis, & timoratus, si nõ essent liciti. Multi alij casus, & in infinitum variãtur, tum propter varias doctorũ opiniones, tũ quia particularia sunt quasi infinita. Diximus tamẽ rationes generales, propter quas facilè poterit quis contractus licitos ab illicitis discernere, & vbi nostra non sufficiunt, vade ad maiora volumina. Hæc autem nostræ imbecillitati sufficiant.

53 VSVRARIVS publicus dicitur notorius, qui de iure conuictus est, & condẽnatus, vel notorius notorietate facti, quia paratã tenet mẽsam, vel omnibus mutuat, vel si per alia argumenta cõuincatur, tunc debet cõtra eũ fieri sententia, & sic dicitur manifestus, vel si corã sacerdote, vel alijs testibus, cõfessus est vsuariũ, & mãdauit restituisse vsuras, & resignauit libros, & tales sunt infames, nec ad altaris cõmunionem admittuntur. c. quia in omnibus, de vsur. neq; ad oblationẽ, & ecclesiastica carent sepultura, & sepeliẽtes sunt excõmunicati, nec debet interesse quis eorum testamentis, & eorũ testamenta, & codicilli sunt nulla. c. quãquam. de vsu. Et in c. vsuram. de vsur. lib. 6. præcipitur omnibus dominis, & vniuersitatibus terrarum, ne permittant alienigenas in terris suis conducere domos ad exercendũ fœnus, vel conductas habere, & ꝙ nemo eis domos locet aliter cõtrafacientes puniũtur graui pœna. Hoc tamen de Iudæis vsuta-

vsurarijs non intelligitur, sed de Christianis, secundum communiter doct. aliter incurrit collegium, vel vniuersitas interdictum Episcopi, & superiores suspensionem, inferiores verò ecclesiastici, sententiam excommunicationis ipso facto, si non expulerint de terris suis infra tres menses, vel si eis domos ad exercendum fœnus locauerint, aut sub quocunque alio titulo concesserint, etiam veditionis, secundū Ioan. And. quam excōmunicationem, si per mēsem animo indurato sustinuerint, terræ eorum quandiu in ipsis morantur, ipso facto subiaceant interdicto. Alij laici debent excommunicationē ad hoc idem cōpelli, non subtrahte, &c. supra, Excommunicatio 80.

54 DOMINI temporales, & cōmunitates Iudæi concedentes vt fœnerēt & locantes eis domos, & facientes cōuentiones cū eis super vsuris exercendis, & soluēdis, per eos, qui mutuō accipiunt, mortaliter peccant, & sunt excōmunicati, & tenentur ad restitutionem vsurarū, si ipsi Iudei nō soluerint quia statuentes, vel præsumentes iudicare, ꝙ vsuræ nō soluantur, sunt excōmunicati. cle. 1. de vsuris. licet quidā oppositum consuluerint, vt Barba, & Pau. de Cast. consi. 366. Pe. de anch. conci. 230. cōtra quos est d. Alex. Vincentius, & multi docto. & ratio, &c. post miserabilem. de vsu. vbi præcipitur dominis, vt cōpellant Iudæos vsuras restituere: ergo à fortiori non exigere. Ita & hoc Sil tenet. Vsura, vlti. circa fi. Ex dictis etiam patet, quod nō licet locari alicui domos, vt ibi exerceantur vsuræ, sicut nec dare gladium furioso. Multæ aliæ pœnæ debentur vsurariis publicis, de quibus vide summas grandes. Sil. ver. vsura. vltim. vbi ponit multas pœnas vsurariis debitas. & Tabu ibi, vsura. 1. §. 1.

VSVSFRVCTVS.

1 VSVSFRVCTVS, qui nominatur ius vtendi re aliena, salua rei substantia: secundum glo. in l. 1. ff. de vsu & ha. non potest proprie sistere in rebus, quæ solo vsu cōsummuntur, quia vtendo nō salua esset res, vt est vestis, triticum, & huiusmodi.

2 VSVS est tantum pro se: vt si cōcedo tibi vsum equi mei, nō ꝙpter hoc poteris dare alteri, vsusfructus aūt alteri cōmunicari potest. Instit. de vsu. & ha. Ité vsurarius habet tantū vsum rei, non autē fructus, vt qui vsum pecoris habet, nō propter hoc lanam, & lac habebit, secus de vsufructuario.

3 VSVFRVCTVARIVS tenetur præstare cautionem, quod vtetur rebus, quæ vsu nō consumūtur, salua rerum substātia, sicut facit bonus vir, & ꝙ finito vsufructu restituet proprietario quod superest. de his autem quę cōsumuntur vsu, præstabit cautionē, quod ea exhibebit in ea qualitate, vel præstabit æstimationē illorū bonorū. c. vlti. de pigno. De his verò quæ non consumūtur vsu, sed veterascūt, vt veges, finito vsu. promittet restituere, si supereunt: secun. Pa. in d.c. fin. Si autē cautionē non prestat. quia nō petitur, vel nescit se obligatum ad hoc, & est in bona fide, licitē facit fructus suos, non autē quando est in mala fide, nolens cautionē præstare, quæ petitur, & scit se teneri: vnde sic perceptos fructus tenetur restituere, secund. Pa. ca. constet. de pig. & sic intelligenda est glo. in l. si cuius. ff. de vsufruct. & hāc cautionem testator remittere potest in rebus, quæ vsu consumuntur, non autem in aliis, quia daretur materia deliquēdi. ff. de vsufru. l. si vsus fructꝰ. §. plane. & Pan. in d.c. constet.

4 Vsufructuarius nō tenetur ad expēsas magnas, & collectas, & refectiōes. quæ quasi equiualent perceptioni fructuū, secundū gl. in l. qui cōcubina. ff. de leg. 3. ad paruas autem collectas, expensas, &c. tenetur secundū Ludo. de Ro. in nouel. Si autem esset legatarius vsufructuarius omnium rerum generaliter, tunc aut tenetur soluere prędicta, aut renuntiare. l. hactenus. ff. eo. ti.

5 VSVFRVCTVARIVS omniū bonorum tenetur soluere æs alienum de bonis temporis, secundum Hostien. nō autem si est relictus vsufructuarius aliquarum rerum. l. fin. ff. de vsufru. leg. & secundum Panor. de Ca. conci.

385.sic fiet, quia proprietarius vendet de bonis pro solutione æris alieni, & sic vsufructuarius participabit in solutione,quia minꝰ recipiet de fructibus.
6 Si plures sunt vsufructuarij,& vnꝰ moriatur,accrescet alteri.& nõ reuertitur ad proprietarium, sed nõ solum quando omnes deficient.ff.de vsufru. accre.per totum instit.eod.§.1.
7 Si relinquatur Petro vsufructus, donec filiꝰ erit in anno pubertatis, & antequã ad illud tẽpus perueniat,moriatur filius: Petrus nihilominus vsufructuarius erit,vsq; ad illud tempus: si verò tempus nõ est certũ,vt si dicatur,donec nupserit filia mea.& moriatur antequam nubat,erit vsufructuarius,vsq; dũ viuat ipse vsufructuarius quia fuit possibile q nũquam in vita eius nupserit.l.ambiguitatẽ.C.eo.tit.
8 Vsvfrvctvarivs tenetur reficere de grege,de vineis,de arboribus si pereunt, sicut bonus paterfamiliãs, qãudo vniuersaliter legatur vsusfructus,non aũt si legatur in animalibus, nisi ex causa sua pereant.ff.eo.l.vetus. instit.de ter.diui.§.sed & si gregis.
9 Si filius, qui est in potestate patris sit relictus vsufructuarius, & moriatur, pater non amittit vsumfructum. secun.Bart.in l.literis.C.de vsu. quia videtur factũ hoc esse cõtemplatione patris: si verò præmoriatur pater,non amittet filiõs,quia tunc videtur factũ cõtemplatione filij secundũ eundem.

VXOR.

1 Vxoris nomine in fauorabilibus venit mulier, quæ contraxit per verba de præsenti, licèt non consummauerit, in odiosis verò tantùm illa,quæ consummauit.l. non sine.C. de bo.quæ li.& not.Pa.in c.tertio loco.de præsum.
2 Vxorem vir potest verberare ex magna causa,& leui verberatione,causa correctionis, secundũ Pa.in c.quẽadmodum de iureiu.& secundum limitationem Host.& Gof.ibi.aliter faciens grauiter debet puniri.C.de repu authen.sed nouo iure. Non enim habet vxorem in potestatẽ ordinariam sicut pater filiũ.l.si vxor.C.de condi. infer.nec potest eã ligare.cap.placuit. cum glo.33.q.2.nisi sit vxor clerici.
3 Vxorem adulteram vir occidere non potest sine peccato mortali, licèt lex quandoq; nõ puniat,vt si eã vir inueniat actu in adulterio. l. Gracchus. C.de adul.c.inter hæc.33.q.2.Permittit hoc lex humana sine punitione,nõ autem diuina.
4 Vxor secũdum Pa. in c.ex literis. de pigno,viuente viro.potest quãdoque agere ad restitutionẽ dotis, si vir accusatur propter maleficium, maximè cum peruenitur ad distractionem bonorum,& vbi matrimonium venit separandum quò ad thorum.ca.1.de dote post di.nu.
5 Vxor habens virum prodigũ potest abscondere de bonis eius, & non obedire ei in hoc, quia agit negotium eius,si sit in bona fide. Idẽ quãdo est lusor,& huiusmodi. Prudenter enim agit mariti bona conseruans.
6 Vxor (vt colligit ex not. in ca. si quis necessitate.34.q.2.)tenetur sequi virũ,vt vir transfert domiciliũ, nisi fecisset pactum,de non transeundo,nisi post pactum aliqua necessitas aduenerit,quę impediret maritum ibi manere,tunc tenetur sequi,eum,nec obstat ar.c.vna quæque.13.q.2. Si verò non transfertur domicilũ,non tenetur sequi secundũ Hosti.neq; si est vagabũdus:secundũ gl.in d.c.vnaquæq;. nisi sciens eũ vagabũdum cõtraxerit:quia tunc tenetur, nisi ex causa inhonesta esset vagabũdus,vel si vellet eã ad peccatum trahere,vel esset imminẽs vitę periculum,tunc non tenetur sequi,vt sentit glos.in dict.capit.si quis.
7 Qvid si vxor esset infirma infirmitate perpetua, taliter quod nunquam posset reddere debitum marito,sine periculo vitæ, vel grauis infirmitatis,ita vxoris,sicut mariti:dico q secundum Thom. Caiet.debẽt ambo seruare continentiam, nec commiscere ad inuicem,exponẽdo seipsos periculo mortis, vel grauis infirmitatis. suprà.Debitum.§.3.

FINIS.

INDEX TITVLORVM.

Abbas folio 3
Abbatissa fol. 3
Aborsus 4
Abrogatio 4
Absens 4
Absolutio 4
Abstinentia 10
Acceptio personarum 10
Accidia 10
Acolytus 10
Actio 10
Accusatio 11
Adiuratio 13
Admonitio 13
Adoptio 13
Adoratio 14
Adulatio 15
Adulterium 15
Aduocatus 16
Agrestia 17
Alchymia 17
Alienatio 17
Alimentum 19
Altare 20
Ambitio 21
Angaria 21
Appellatio 21
Apostasia 22
Aqua 23
Arbiter 23
Archidiaconus 24
Archiepiscopus 25
Archypresbyter 25
Argumentatio 25
Arra 25
Arreptitij 26
Arrogantia 26
Arrogatio 26
Ars 26
Assasinus 26
Astrologia 27
Astutia 27
Auaritia 27
Audacia 27
Augurium 27
Austeritas 27
Balista 28
Balneum 28
Bannum 28
Baptismus 28
Bellum 32
Benedicere 34
Benefacere 35
Beneficium 35
Bestialitas 40
Bigamia 40
Blasphemia 41
Calix 41
Calumnia 42
Campsor 42
Canonicatus 43
Canonica portio 43
Canonizatio 45
Cantus 45
Capitulum 45
Carcer 46
Charitas 46
Casus 46
Casus fortuitus 48
Cathedra 48
Cæcitas 48
Cedere 48
Calatio 48
Censura 48
Census 49
Chorea 49
Circonstantiæ 50
Citatio 51
Ciuitas 52
Clauis 52
Clericus 52
Coactio 52
Cœmiterium 52
Cogitatio 55
Colluſio 55
Columbarium 55
Commenda 55
Commissio 56
Commodatum 56
Compensatio 57
Compositio 57
Compromisso 57
Communio 57
Concedere 58
Concilium 59
Concubina 59
Concubinatus 59
Concussio 59
Confessio iudicialis 60
Confessio sacramentalis 60
Confessor 64
Confirmatio sacramentalis. 65
Confirmatio electi 65
Confraternitas 65
Coniuratio 65
Conscientia 66
Consecratio prælatorum fol. 66
Consecratio ecclesiæ 66
Consensus 67
Conseruator 67
Consilium 67
Constitutio 68
Consuetudo 68
Contemptus 69
Contendere 70
Contritio 70
Contumacia 70
Contumelia 70
Correctio 71
Corpora sanctorum 72
Corporalia 72
Corpore vitiatus 72
Credere 73
Crapula 73
Chrisma 73
Crudelitas 73
Curiositas 73
Custos 73
Damnum 73
Debitum coniugale 74
Decima 75
Defensio 75
Degradatio 76
Delectatio morosa 76
Delegare 77
Dæmoniacus 77
Denuntiatio 77
Depositum 78
Derisio 79

Desper-

Desperatio 79
Detractio 79
Diaconus 79
Dignitas 80
Dilapidator 80
Discordia 80
Disputatio 80
Dispensatio 80
Diuinatio 83
Diuortium 83
Doctor 84
Dolus 85
Domicilium 85
Dominica dies 85
Dominium 85
Donatio 86
Dos 89
Dubitatio 91
Duellum 91
Dulia 91
Ebrietas 91
Ecclesia 92
Ædificare 93
Electio 93
Eleemosina 96
Emancipatio 97
Emphyteosis 97
Emptio 98
Emunitas 101
Enormitas 102
Episcopus 103
Æquitas 104
Eremita 104
Error 104
Erubescentia 105
Ætas 105
Euagatio mentis 105
Euangelium 105
Eucharistia 105
Euictio 107
Excommunicatio 107
Excusatio 130
Executor 130
Exemptio 131
Exequia 132
Exhæredatio 133
Expensa 133
Expositio 134
Expositi 134
Æstimatio 134
Factum 134
Falsarius 134
Fama 135
Familia 135
Familiaritas 136
Fautor 136
Fœmina 136
Festum, vel feria 136
Feudum 139
Fictio 139
Fideiussor 139
Fides 139
Filius 140
Fornicatio 141
Forus 141
Fraus 142
Frigidus 142
Fructus 142
Fugere 142
Funeralia 142
Furiosus 241
Furtum 142
Gabella 143
Generalis clausula 144
Gloria 145
Gratia 145
Gula 145
Habitus 145
Hastiludium 146
Hæreditas 146
Hæresis 148
Hermafroditus 149
Hypocrisis 149
Histrio 149
Homicidium 149
Homo 150
Honor 150
Horæ canonicæ 151
Hospitale 153
Iactantia 153
Idololatria 153
Ieiunium 153
Ignorantia 155
Illegitimi 156
Imago 156
Immunditia 156
Immunitas 156
Impedimentum 156
Inanis gloria 156
Impietas 156
Impudicitia 156
Impubes 156
Incantatio 157
Incendiarij 157
Incerta 158
Incestus 158
Inconsideratio 158
Inconstantia 158
Incontinentia 158
Indicium 158
Indignatia 159
Indulgentia 159
Infamia 161
Infernus 163
Infidelitas 163
Infirmitas 164
Ingratitudo 164
Inhumanitas 165
Iniuria 165
Iniustitia 165
Inobedientia 166
Inquietudo 166
Inquisitor 166
Inquisitio 166
Insensibilitas 170
In stirpes 170
Intentio 170
Interdictum 170
Interesse 177
Interpretatio 177
Intestatus 178
Intrusus 178
Interrogatio 178
Intimiditas 180
Inuenta 180
Inuentarium 180
Inuidia 180
Inuocatio 181
Ira 181
Ironia 181
Irregularitas 181
Iudæus 182
Iudex 190
Iudicium 195
Iuramentum 194
Ius 197
Ius patronatus 197
Locus 198
Laruæ 198
Lenocinium 198
Legatum 198
Legatus 203
Legitimus 204
Lepra 204
Lex 205
Libellus 206


Litera 206
Litigium 207
Liuellum 207
Locatio 207
Ludus 208
Luxuria 209
Magister 210
Maledictio 210
Maleficium 210
Malitia 211
Mandatum 211
Manifestum 211
Martyrium 211
Matrimonium 211
Medicus 219
Mendacium 221
Mercantia 221
Meretrix 221
Miles 222
Minor 222
Minari 222
Missa 222
Miserabilis personarum fol. 226
Moderamen 226
Mollities 226
Monachus 226
Monasterium 227
Moneta 227
Monopolium 227
Mora 227
Mortuus 227
Mortuaria 228
Mulier 228
Murmuratio 228
Mutilare 228
Mutuum 228
Naufragium 228
Necromancia 228
Negligentia 228
Negotiatio 228
Nemesis 229
Nominatim 229
Notarius 229
Notorium 229
Nouitius 229
Nuptiæ 231
Obedientia 231
Oblatio 232
Oblatus 232
Obligatio 232
Obstinatio 233
Otium 233
Odium 233
Officium 233
Oleum 233
Opinio 234
Oratio 234
Ordo 234
Organum 236
Ornatus 236
Osculum 236
Pactum 236
Pallæ 237
Pallium 237
Papa 237
Paraphernum 238
Parentes 238
Patria potestas 238
Peccatum 238
Peculium 239
Pecunia 241
Pedagium 241
Pœna 241
Pœnitentia 242
Percussio 243
Peregrinus 243
Perfidia 243
Periculum 243
Periurium 243
Promissio 244
Permutatio 244
Pertinax 244
Pietas 244
Pignus 244
Pigritia 245
Pirata 245
Piscatio 245
Placere 245
Pollutio 245
Populus 246
Postulatio 246
Præbenda 246
Precarium 246
Præceptum 246
Præcipitatio 247
Pretium 247
Prædicare 248
Prælatus 248
Præscriptio 249
Præsumptio 250
Prænaricatio 250
Primi motus 250
Primilegium 250
Probatio 252
Procurator 212
Proditio 252
Prodigalitas 252
Professio 252
Proxeneta 252
Prudentia 252
Purgatio canon. 253
Purgatorium 253
Purgatorio post partũ 253
Pusillanimitas 253
Quæstuarij 253
Rancor 254
Rapina 254
Ratiocinium 254
Ratihabitio 254
Recompensatio 254
Recusatio 254
Religio 254
Religiosus locus 257
Reliquiæ 257
Renuntiatio 257
Represaliæ 258
Rescriptum 258
Residentia 259
Restitutio 259
Sacerdos 265
Sacramenta 265
Sacrilegium 266
Sagittarij 266
Sarraceni 266
Satisfactio 266
Scandalum 267
Scientia 267
Schisma 268
Scrupulosus 268
Scurrilitas 268
Secretum 269
Seditio 269
Sententia 269
Sepultura 269
Seruus 271
Simonia 271
Simulatio 276
Societas 277
Sodomia 279
Sollicitudo 279
Solutio 279
Somnium 279
Sors 279
Sortilegium 279
Spectaculum 280
Rixa 265

Sponsalia	280	Temeritas	286	Verberatio	291
Statutum	281	Tentatio	287	Vestis	291
Strygia	281	Testamentum	287	Vicarius	291
Stuprum	282	Testis	289	Vindicatio	293
Suffragia	282	Timor	290	Vinum	293
Subdiaconus	283	Tyrannus	290	Virginitas	293
Subsannatio	283	Torneamentum	290	Virginum cõsecratio	293
Substitutio	283	Tortura	290	Visitatio	293
Superbia	283	Transactio	291	Vnctio extrema	293
Superstitutio	283	Tutela	291	Vnio	294
Suspensio	283	Vagatio	291	Voluntas	294
Suspitio	284	Vana gloria	291	Votum	294
Susurratio	286	Vasa sacra	291	Vsucapio	297
Tabellio	286	Vectigal	291	Vsura	297
Tactus	286	Venatio	291	Vsusfructus	302
Talia	286	Venditio	292	Vxor	302

FINIS.

Ex Societatis Jesu Paderborne

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN


UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN